

Del Coll. de la Compania de Ihsus de Granada B.
R. 1896^o
FRATRIS MARTINI

LE DESMII THEOLOGI, INSTITVTI
predicorum, Conimbricensisq; professoris, primus
Thomas, quicq; Prima. 4.
nuncupatur.



CONIMBRICAE,

Excudebat Ioannes Aluarus Typographus Regius.

M. D. LV.



Del Coll. de Leitão & Ios. de Granado B. &
R. 1896^o
FRATRIS MARTINI

LEDESMII THEOLOGI, INSTITVTI
predicorum, Conimbricensisq; professoris, primus
Thomas, quicq; Prima. 4.
nuncupatur.



CONIMBRICAE,

Excudebat Ioannes Aluarus Typographus Regius.

M. D. LV.



POTENTISSIMO

AC INVICTISSIMO PRINCIPIO ANNI

TERTIO, LUSITANIAE ET ALGARBIORVM

Regi, Africo, Indico, Persico, Arabico, AEthiopico, ac

Guineæ domino, suis frater Martinus

Ledesmius plurimam foelici-

tatem, ac ditionis sem-

per incremen-

tum.

Prout. 8.



ONVM HOMINIS DILATAT VIAM EIVS, ET
ante principes spatiū ei facit, inquit Salomon. Q uem locum cum
apud me voluerē, R ex invictissime, lubens autoritati Regis
illus sapientissimi, qui Dei Opt. Max. beneficiorē humanas ac
diuinās probè nouit, ad quenq; eiusq; consilio ductus, me atq; di-
care vigilias deliberaui: ut mea in te pietas & obseruancia ple-
nus innotesceret. Sed, cū agnoscere munera mei exiguitatem,
reueritus tantam magestatis tuae sublimitatem, illud ad te mittere
formidabam: nisi memorie occurreret magnus ille Artaxerxes Persarum R ex, forma tamen
corporis robore supra omnes sui regni ac temporis homines sufficiēdus, omniumq; virtutum
cumulo, ac præsertim urbanitate benignitatēque, valde exornatus: qui saepē dicere solebat,
Principum magnificentiam non solum in eo esse, ut maxima munera elargirentur: sed ut
bilariter ac benigne munuscula, liceat exigua, exciperent, qua à suis subditis & seruis pie ac hu-
militer profici scerentur: qui nihil refferret quid quisque daret, sed quo animo, & quām libe-
raliter offerret. Hinc q; ego incredibilem humanitatem tuam considerans, Corinthios unitari
decreui. Qui, cum viderent Alexandrum illum Magnum totius ferme orbis dominato-
rem, tot oppida ac nationes imperio suo subigere, omnesq; propinquos populos se in eius diu-
nem tradere, legatos ad ipsum etiam miserunt, quibus fortunam proferam Alexander con-
gratularentur, eiq; iura omnia, ac ciuitatis libertatem suæ vlerò offerrent. Quos cum Ale-
xander rerum mediocrium contemptor, subridens, apiceret, quasi indignum tanto Princepe
munus offerrent, subito responderunt. Noli nostra officia contennere, Princeps potentissime. Nō
nos ignauos ac temerarios existimes. Nusquam enim, quanumvis veteres annales memo-
riarē repperitas, & longissimē respicias, monumentis proditum repeses Corinthios iura ac liber-
tatem suam cuiquam detulisse, nisi Herculi & ubi. Ad quorum animos tam benevolos ad-
uerens Alexander, non tam rei magnitudine allectus, quam officio Corinthiorum gaufus,
quirens, quam charissimam habebant, benigne offerrebant, eos humanissimè excipi tracta-
rique iussit. Sic ego, R ex Potentissime, cum meas vigilias tibi consecrare vellem, idq; me fa-
cere debere existimarem pro tuis innumeris beneficijs in me & omnes nostri instituti religio-
sos, ne à reffenda gratia dehorrerem, munus istud meorum laborum, licet tua Augusta ma-
gestate indignum, lubenti animo offero, præclarious, si possem, etiam lubenter daturus: quoni-
minus mihi vitio dabitur, si te quoquaque officio & obseruatione colā: sicut & agricultas & pa-
stores excusamus, si diuis laete supplicant, & mola tantum falsalitent, quod non habent thu-
ra. Nobis itaque, R ex clementissime, qui, si omnia efficerimus, nullam tamen tuorum merito-
rum partem videamur assequuti, ignorare iure debes, si ad te colendum sola supersit valun-
tas, ac communum desiderium. Quod èo confidentius spero, quod te non ad fastum R egum
origo & splendor natalium rapuit, non absuperbiā regnum ampliudo traxit, non deniq;

AcA ij fortuna

Excelso principi diuo Enrico Por

rugallie infantis, & sanctæ Romana Ecclesie Cardinali, & religionis Chri-
stiana in Lusitania Censori maximo, Doctor Alphonsus à
Prato sacra Theologia, & in Conimbricense
Academia primarius professor
felicitatem optat.



Quæ sequutus authoritati tuæ princeps serenissime & zelo quo syn-
ceritatem Christianæ religionis prosequeris, librum hunc inspe-
xi, quem reuerendus pater idemq; sacro sanctæ theologiae doctor
egregius, frater Martyrus Ledesmius, in quartum librum Magi-
stri Sententiarum edidit, eumque quāuis & multis occupationibus & ad-
uersa valetudine præpeditus diligenter excusii: in quo nihil prorsus fidei
orthodoxæ contrarium directe reperi, quam obrē, huic nostræ Regiæ vni-
uersitati gratulor, quæ tam optimis studijs floret, & ex qua ad Cōmunem
sacra Theologiaz studentium vtilitatem, tam vtile opus nunc in lucē emer-
git, fauore tuo dignissimū, celitudinem tuam Deus Optimus Maximus in
columnen seruet, & ad hanc huius libri recognitionem ordinarij consensus
accessit.

Conimbricæ pridie Nonas Iunij. 1555.

fortunae maxime animos extulerunt: sed virtus ratio optima, virtus probitas, ac doctrina, sic instituerunt et ornauerunt: ut humanitate, commitate, facilitate, omnium laudum gener, ac glorie, omni animos deuincias, ceterisque principibus vel imperatoribus exemplum, non quod imitari, sed quod admirari possint, praebet. Quis tuncquam principum pauperibus tam misericors, sed numinis tam vigilans cultor? Itaque omnes, non dicam in his locis, sed exterius nationum et barbarum gentium Reges Iohannem huius nominis terrium, non ex his terris finibus, sed de caelo dimissum incipiente credere. Cuius opera et industria innumerabiles Asia nationes, si rumoribus quidem ante a fatis cognita, barbarae gentes, sine cultu ac religione, ferino properitus viventes superstitionem repudiarunt, et pristinis ac inueteratis institutis omnino relictis, se ad Christum Servatorem ardenti studio cotulierunt. Tu Christiana fidei veraeque reli gionis propagator et protector, ac maximus aduersus Mahometicam perfidiam, Oceanum nobis aperuisti: ad cuius primos impetus dominoribus Hercules expauit. Alia maria subeunda, alias terras habundatas, alios denique Alexandro Magno mudos incognitos subegisti: ut iure nunc, si ueret orbis ille princeps, perteles ignauiam suam, ingemeret, aliusque exclamaret, quam cum ad Achilis tumullum accessit. Iulius etiam Cesar (quando hoc potissimum nomina fastosa reverstas obiectat) nonne tuus titulus verius, quam Alexandri rebus gestis, inuidenter? Exclamaret utique, O fortunatus Principem, cui D. Opt. Max. tot ac tanta res cotulit, quanta nullus aliis imperator, tacitus auderet optare. Quia tanta animi facilitate (quod verissimè memoria propagatum est, et hostiæ confessione declaratum) Christum procepugnasse, ut olim pro Abrahamo, David, alijsque viris sanctissimi, non fabula simile sit existimaturus? Sed armis omib[us], ad me professionemque meā reuertar. Quis tuncquam nostrū qui studia literarū profitemur, et a libera litatis, ac magnificētiae expers extitit? Quis tuncquam (si modò virtutis fuit studiosus) cui non ante quā postullaret, maiora quam velle, plura quam speraret, detulterit? Quod momentū, quod temporis punctū, aut beneficio sterile, aut magnificētiae vacuū? Quid vitā, quid fluentes iucundus mores, quam varijs disciplinis informas, quāta literarū seueritate deuincis. In hac florētissima academia Conimbricensi, quā tua magnificētiae potissimum sedē esse voluisti, quantū illud est, quod tibi, non modo nos qui tuo isto beato et diuurno imperio fruimur, sed omne genus hominū debemus: quod literas, quasi hoc orbe fugientes, exulantes, in patriā reuocaris, expulsas eiectasque pro illis inueterauerat, mala et perniciose barbarie: ut sub tessellū et sanguinenē, ac demū patriā, studia recepisse videātur: quā ante dignitate sua inculta, ac sine villo splendore iacere dolebamus. Desiderabant namque, mense ad te tuosque venire Lusitanos, sicut armis fortissimos, ita ingenio acutissimos, ideoq[ue] literu aptissimos. At nunc tua industria ac pietate effectum est, Rex potentissime, ut nulla iam sit natio in toto terrarum orbe, que ad literarum studia impensis feratur, quāque ubiiores fructus edere soleat. Tu enim doctissimos homines decreto stipendio, qui tuos cives omnibus artibus erudirent, longè gentium euocasti, veteres lacunas extirasti, omnes disciplinas purē ac liquidē fluere fecisti, collegia, cenobia, gymnasia numero pens infinita, ut ubique litera ac mores excollat, maximo sumptu ac diligenzia exertuenda curasti: et quod ceteri principes in equis, canibus, et anibus, et præcipue in viris literatis ac religiosis facis: ut prouidentiam omnem adhibeas: ita ut potius desineres spirare, quam religionis ac numinis culcus augere. Deficeret profectio tempus, si, non dicam priuata, sed publica alia beneficia tua percensserem numerando. Facias igitur ista semper, Rex potentissime, nec tuncquam in hoc opere, aut animus tuus, aut fortuna lassetur. Nihil enim habet fortunata maius, quam ut possis, nihil virtus melius, quam ut vellis in studiis literariorū iuuare quamplurimos. Tu enim felicitatis est quantū vellis posse, magnificentie, velle quam tu posbis. Huic laudi imprimis faue, quāce immortalitatē consecrabit, quamque nulla obscuratura est obliuio. Spero enim accōsido indubitanter, ut ille summus hominū parēs ac creator, ineffabilis ratione Deus, à Deo semper absq[ue] tempore genuus, aeternus, summoq[ue] Parēs per omnia equalis.

equalis, cuius prouidentia voluerit hanc mundi molles, sicut non obscurans diuinā pietatis significationem præstulit, cum Regem tam diuum suo populo Christiano præficerit: ita cūdē in sede sua cœlesti ac præpotenti sedere faciat. Nec deerunt poetae his apud nos et oratores eloquentissimi, qui res tuas perclares successoribus tuis nepotibus carmine et oratione suauissimè commendent. Appellaberisque, Rex inuictissime, Musagucos, quod nomē olim soli Phœbomusarum parenti conueniebat: et letiam alijs eru Hercules musarum protector: quarum Caliope fauorem suum suauissimus carminibus recreabit, Clio honorificentissime res a te gestas styllo grauiissimo ac sublimi decantabit. Nos vero, quando aliud maius dare non possumus, lubenter quod possumus damus. Et quoniam ingratiū immemoremque beneficij omnes oderunt, nullumque officium referenda gratia necessarius est, hoc te vehementer etiam acque etiam rogo, Rex humanissime, ut hos libros, quos in tuo Augusto nomine, in publicū mitto, benignè excipiatis, et aequaliter authoritatu numine fratres, in lucem ac manus hominum venire patiaris. Quod eo confidentius spero: quoniam (sicue de Romulo memoria produum est) nemo tuncquam a tuo conspectu tristis, quantum uniuersalia postullares, recessit. Deum Omnipotentem ego precor: ut sicut ille sua benignitate permisit te Augusti Cæsarū felicitatem superare, nec non et venustatem urbanitatemque Titi, qua ille hominum animos benevolè sibi conciliabat, ideoque delitia generis humani appellabatur: sicut (inquit) nomen ac gloriam Alexandri tuis rebus gestis obscurari: ac vincit voluntate: et atque diuurnum regnum concedat, ac Nestoreos annos tibi elargiatur: quod tam tui, quam R.P. gratia, omnes tui subditi maxime ac vehementer desideramus.

Vale, Rex inuictissime.

A A iij

MELCHIORIS BELEAGO

VIRI THEOLOGI AD

authorem epigramma.

SACRA salutiferis, illustrat dogmata, libris.
Doctrina Thomas, iudicioq; pari:
Humanas q; rapit Scotus, ad cœlestia mentes,
Ingenij summa dexteritate valens:
Nec scripsisse minus sapienter creditur Ockams,
Hos tres, est ingens turba sequita duces,
Nunc pro turba omni, doctor Lædesma, legeris,
Proq; tribus ducibus, tu sat uenustus eris.

Eiusdem aliud ad lectorem.

ERGO sacrae sophiae lector: contemne lacunas;
Ut q; sitim sedes, puro tua viscera fonte
Exple oculis lustra, manibus cape, mente reconde
Tantum opus: exuperat quod cuncta volumina patrum,
Qui cœli optarunt causas referare latentes:
Quid mira arte Scotum memorem? quem mille sequuntur,
Non arte, ingenio pares, quos optimus author
Peruigili studio legit, quod q; esse putauit
Egregium, expres sit, figmenta insulsa refutans,
Ac desertores Thomæ: profugos q; reducit
In sua castra: pudet Durandum p; alia vana
Intentasse: uidet quam stupea tela retorquet.
Huic te crede viro, lector, cui vix tulit etas
Nostra parem, ingenio, studio, vigiliq; labore.
Religionè prior nullus, nec iustior alter
Illius esse velut Phœbea oracula libros,
Credere tam fas sit, quam sit dubitasse nefandum.

Aliud ad authorem.

SCYNTHIVS ut radijs obscurat Apollo diurnis
Sydera, qua clara nocte, micare solent
Sicut luce tua, tū diuino lumine mentis,
Hac sint clara licet sydera nocte, regis.

Index huius operis.

In hac p. 4. sunt 32. questiones, quarum prior est de sacramentis in communi.

Questio prima.

Vtrum sacramentum sit in genere signi.
Vtrum sacramentum sit nomen latinum.
Vtrum sacramentum aequioccè dicatur de suis significatis.
Vtrum sacramentum dicatur eo quod est signum rei sacræ, nepe gratia, vel eo quia causa gratia.

Vtrum sacramentum sit terminus.
Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.
Vtrum hæc diffinitio, Sacramentum est signum rei sacræ, conueniat omnibus sacramentis.
Vtrum sacramentum sit signum tantum vnius rei.

Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis.
Vtrum requirantur determinatae res ad sacramenta.
Vtrum fuerint determinatae res in le. no. ad aliqua sacramenta.

Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.
Vtrum requiratur determinata verba in sacramentis.
Vtrum in omnibus sacramentis requirantur vera determinata.

Vtrū si varia formæ alicuius sacramenti sit talis, ut aliqui audientes intelligent sensum veræ formæ, & alij non, sit sacramentum.
Vtrum liceat aliquid addere verbis in quibus consistit forma sacramentorum.

Questio secunda.

Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.
Vtrum, etiam ante peccatum, fuerint homini necessaria sacramenta.
Vtrum in statu Adami fuerint sacramenta.
Vtrum post peccatum, ante Christum debuerint esse sacramenta.
Vtrum statim post peccatum, ante Christum Servatorem, debuerint esse sacramenta.
Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.

Questio tertia.

Vtrum sacramenta sint causa gratia, & quomodo sint causa gratia.
Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam communiter dictam.
Vtrum si quis post confirmationem peccet mortaliter, restituatur ei gratia confirmationis.
Vtrum sacramenta no. l. contineant gratiam.
Vtrum in sacramentis sit aliqua virtus gratia causativa.
Vtrum sacramenta no. l. habeant virtutem ex passione Christi.
Vtrum sacramenta vet. l. gratiam causarent.

Questio quarta.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.
Vtrum sit ponendus character.
Vtrum character sit spiritualis potestas.
Vtrum character sit in aliquo prædicamento.
Vtrum character sit in aliqua specie qualitatis.
Vtrum diachonus & subdiaconus habeant aliquid ex officio.
Vtrum character sacramentalis sit character Christi.
Vtrum character sit in potentissima anima sicut in subiecto.
Vtrum character insit anima in debiliter.
Vtrum per omnia sacramenta no. l. imprimatur character.

Questio quinta.

Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.
Vtrum ex deuotione ministri, vel ex orationibus que dicuntur in sacramentorum collatione, detur maior gratia recipienti sacramentum.
Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuinæ.
Vtrum sacramenta vet. leg. & leg. no. fuerint à Deo.
Vtrum omnia sacramenta Ecclesiæ sint immidiate instituta à Deo.
Vtrum Christus secundum quod homo habuit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum.

Vtrum Christus potestatem suam quam habuit in sacramentis, potuerit ministris comunicare.
Vtrum per malos ministros sacramenta possint conferri.
Vtrum mali ministrantes sacramenta, peccent.
Vtrū malis ministris liceat conferre sacramenta.
Vtrum tangens Eucharistiam in mortali, peccet mortaliter.
Vtrum contrahentes matrimonium in, peccato mortaliter, peccent mortaliter.
Vtrum qui putat se esse sine peccato, & verè est in mor-

INDEX.

in mortali, peccet mortaliter administrans sacramentum.
Vtrum prædicare in Ecclesia in mortali, sit mortaliter.
Vtrum diachonus & subdiachonus ministrantes sua officia in mortali, peccent mortaliter.
Vtrum recipiens sacramentum ab existente in peccato mortali, peccet mortaliter.
Vtrum liceat inducere ad dandum sacramentum ministrum existentem in mortali.
Vtrum Angeli possint sacramenta ministrare.
Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.
Vtrū fides ministri sit de necessitate sacramenti.
Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

Questio sexta.

Vtrum debeant esse 7. sacramenta Ecclesiæ.
Vtrum conuenienter ordinentur à Doctoribus.
Vtrum sacramentum Eucharistiae sit potissimum inter sacramenta.
Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.
Vtrum ad salutem obtainendam requiratur formale votum baptisimi.

Questio septima.

Vtrum baptisimus sit ipsa ablution.
Vtrum baptisimus fuerit institutus post passionem Christi.
Vtrum aqua sit propria materia baptisimi.
Vtrum ad baptisimum requiratur aqua simplex.
Vtrum forma baptismi sit conueniens.
Vtrū sit baptisimus in nomine genitoris, geniti, & spiritus.
Vtrum in nomine Christi possit dari baptisimus.
Vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptisimi.
Vtrū tria immersio sit de necessitate baptisimi.
Vtrum si minister, apponendo formam, mittat puerum in puteum, sit baptizatus.
Vtrum materia & forma baptismi debeant esse simul.
Vtrum baptisimus possit iterari.
Vtrum ritus quo vtitur Ecclesia in baptizando, sit conueniens.
Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.
Vtrum baptisimus sanguinis sit potissimum inter alia baptismata.

Questio octava.

Vtrū ad officium diachoni pertineat baptizare.
Vtrum baptizare pertineat ad officium presbiterorum.

Vtrum laicus possit baptizare.
Vtrum foemina possit baptizare.
Vtrum non baptizatus possit baptizare.
Vtrum plures possint simul unum baptizare.
Vtrum in baptismo requiratur aliquis qui leuat baptizatum.
Vtrum ille qui aliquem baptizatum leuat, teneatur ad eius instructionem.

Questio nona.

Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.
Vtrum sine baptismo aliquis possit salvare.
Vtrum baptisimus sit diffendus.
Vtrum peccatores sint baptizandi.
Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.
Vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri.
Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio ad baptismum.
Vtrum fides requiratur ad baptismum ex parte baptizati.
Vtrum pueri sint baptizandi.
Vtrum filii infidelium sint baptizandi in iuitis parentibus.
Vtrum pueri possint baptizari in vteris maternis.
Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.

Questio decima.

Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.
Vtrum per baptismum liberetur homo ab omnibus peccatis.
Vtrum per baptismum debeant auferri penaltates presentis vite.
Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & virtutes.
Vtrum conuenienter attribuantur baptismi quidam actus virtutina.
Vtrum pueri in baptismio consequantur gratiam & virtutes.
Vtrum effectus baptisimi sit apertio ianuæ regni coelorum.
Vtrū baptislaus habuerit in omnibus aequalis effectum.
Vtrum fictio impedit effectum baptisimi.
Vtrum recedente fictione baptislaus consequatur suum effectum.

Questio undecima.

Vtrum circuncisio fuerit preparatoria & figura baptisimi.
Vtrum

I N D E X.

Vtrum circuncisio fuerit conuenienter instituta.
Vtrum ritus circuncisionis fuerit conueniens.
Vtrum circuncisio conferret gratiam iustificantem.

Quæstio duodecima.

Vtrum cathecismus debeat præcedere baptismū.
Vtrum exorcismus debeat præcedere baptismū.
Vtrum ea quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.
Vtrum cathetizare sit officium sacerdotis.

Quæstio tercia decima.

Vtrum confirmatio sit sacramentum.
Vtrum christina sit conueniens materia huius sacramenti.
Vtrum de necessitate huius sacramenti sit, quod christina sit prius per episcopum consecratum.
Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis, &c.
Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

Vtrum character confirmationis presupponat characterem baptismalem.
Vtrum per sacramentum confirmationis conferratur gratia gratum faciens.
Vtrum hoc sacramentū sit omnibus exhibendū.
Vtrum hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte.
Vtrum ille qui cōfirmatur, debeat ab alio teneri.
Vtrum solus episcopus hoc sacramentum cōferre posse.
Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

Quæstio quarta decima.

Vtrum Eucharistia sit sacramentum.
Vtrum hoc sacramentum sit vnum, vel plura.
Vtrum Eucharistia sit de necessitate salutis.
Vtrum copuenienter hoc sacramētum pluribus nominibus nominetur.
Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.
Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

Quæstio quinta decima.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinū.
Vtrum requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti.
Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triceus.
Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azimo.
Vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.

Vtrum aqua sit vino permiscenda.
Vtrum permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.
Vtrum aqua debeat apponi in magna quātate.

Quæstio sexta decima.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.
Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.
Vtrum substantia panis & vini anhilentur post consecrationem huius sacramenti.
Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.
Vtrum in hoc sacramento maneant accidentia panis & vini.
Vtrum facta consecratione, remaneant in hoc sacramento forma substantialis panis.
Vtrum conuersio fiat in instanti.
Vtrum hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.

Quæstio decima septima.

Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.
Vtrum totus Christus contineatur sub utraque specie huius sacramenti.
Vtrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis, vel vini.
Vtrum tota quantitas dimessiu corporis Christi sit in hoc sacramento.
Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento.
Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.
Vtrum corpus Christi, prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo.
Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro, vel puer, sit ibi verè corpus Christi.

Quæstio decima octava.

Vtrum accidētia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.
Vtrum species quæ remanent in hoc sacramento, possint immutare aliquid extrinsecum.
Vtrum species sacramentales possint corrumpi.
Vtrum ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari.
Vtrum species sacramentales possint nutritre.
Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.
Vtrum aliquis liquor possit vino consecrato permisceri.

Quæstio decima nona.

Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, &c, Hic est calix sanguinis mei.
Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meum.
Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini, Hic est calix sanguinis mei.

Verbum

I N D E X.

Vtrum prædictis verbis formarū in sit aliqua vis creata effectiva consecrationis.
Vtrum prædictæ loquitiones sint veræ.
Vtrum forma consecrationis panis consequatur sicut effectum antequam perficiatur forma consecrationis.

Quæstio vigesima.

Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia.
Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriae.
Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.
Vtrum per hoc sacramentum remittantur peccata venialia.
Vtrum per hoc sacramentum tota poena peccati remittatur.
Vtrum hoc sacramentum prosit alijs quam sumentibus.
Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.

Quæstio vigesima prima.

Vtrum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.
Vtrum solius hominis sit, hoc sacramentum manducari sacramentaliter.
Vtrum solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.
Vtrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, peccet.
Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorum.
Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.
Vtrum nocturna pollutio aliquæ impedit à sumptione huius sacramenti.
Vtrum cibus, vel potus presumptus impedit sumptionem huius sacramenti.
Vtrum non habentes usum rationis debeant suscipere hoc sacramentum.
Vtrum licet quotidie hoc sacramētū suscipere.
Vtrum licet omnino à communione cessare.
Vtrum licet sumere corpus Christi sine sanguine.

Quæstio vigesima secunda.

Vtrum Christus sumperit suum corpus & sanguinem.
Vtrum Christus dederit Iude corpus suum.
Vtrum Christus sumperit, & discipulis dederit corpus suum impassibile.
Vtrum si hoc sacramentum tēpore mortis Christi fuisset seruatum, vel consecratum, ibi moreretur.

Quæstio vigesima tercia.

Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.
Vtrum plures sacerdotes possint vnam & eandem hostiam consecrare.
Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.
Vtrum sacerdos consecrās teneatur sumere hoc sacramentum.
Vtrum malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit.
Vtrum Missa mali sacerdotis minus valeat, quam Missa boni.
Vtrum heretici, schismati, & excommunicati possint consecrare.
Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum confidere.
Vtrum licet ab excommunicatis vel hereticis, seu peccatoribus communionem accipere.
Vtrum licet sacerdoti omnino à consecratione Eucharistiae abstinere.

Quæstio vigesima quarta.

Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.
Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.
Vtrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacrī.
Vtrum conuenienter ordinentur ea quæ circa hoc sacramentum dicuntur.
Vtrum ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.
Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta Ecclesia obseruando.

Quæstio vigesima quinta.

Vtrum poenitentia sit sacramentum.
Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.
Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.
Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.
Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.
Vtrum poenitentia sit secunda tabula post naufragium.
Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.
Vtrum poenitentia debeat durare usque ad finem vite.
Vtrum poenitentia possit esse continua.
Vtrum sacramentum poenitentiae debeat iterari.

INDEX.

Quæstio vigesima sexta.

Vtrum poenitentia sit virtus.
Vtrum poenitentia sit specialis virtus.
Vtrum virtus poenitentiae sit species iustitiae.
Vtrum voluntas sit proprium subiectum poenitentiae.
Vtrum principium poenitentiae sit ex timore.
Vtrum poenitentia sit prima virtutum.

Quæstio vigesima septima.

Vtrum per poenitentiam peccata remoueantur.
Vtrum sine poenitentia peccata remitti possint.
Vtrum possit per poenitentiam unum peccatum sine alio remitti.
Vtrum remissa culpa per poenitentiam, remaneat reatus poenae.
Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquæ peccati.
Vtrum remissio culpæ sit effectus poenitentiae.

Quæstio vigesima octava.

Vtrum peccatum veniale possit remitti sine poenitentia.
Vtrum ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratia infusio.
Vtrum peccata venalia remittantur per aspergitionem aquæ benedictæ, & cætera huiusmodi.
Vtrum possit remitti peccatum veniale sine mortali.

Quæstio vigesima nona.

Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.
Vtrum peccata dimissa redeant per ingratitudinem quæ specialiter est secundum odium fraternalum, apostasiæ à fide, contemptum confessionis, & dolorem de poenitentia habita.

Quæstio trigesima.

Vtrum per poenitentiam virtutes restituantur.
Vtrum post poenitentiam resurgat homo in aquila virtute.
Vtrum per poenitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem.
Vtrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari.
Vtrum opera mortificata per peccatum, per poenitentiam reuulsant.
Vtrum per poenitentiam subsequentem etiam opera mortua vivificantur.

Quæstio trigesima prima.


Vtrum poenitentiae debeat partes assignari.
Vtrum conuenienter assignentur partes poenitentiae, contritio, confessio, & satisfactio.
Vtrum predicta tria sint partes integrales poenitentiae.
Vtrum conuenienter dividatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentiam mortalium, & poenitentiam venialium.

Quæstio trigesima secunda.

Vtrum contritio conuenienter diffiniatur.
Vtrum contritio sit actus virtutis.
Vtrum attritio possit fieri contritio.

Finis.

Prologus authoris.



Um iam tertio. S. Tho. super materiam quarti lib. magistris sententiæ enarrare: exoratus à discipulis: rogatus ab amicis: iussus à superioribus: cōtribuentibus nonnullis dominis meis pingues elemosynas pro excusione expensis, ut ea quæ longis lucubrationibus dictaveram tamen ex doctrina. S. Thome accepere, claro tamen facili stilo prælo mandarem, tandem in lucem emittere, ut etiam veritas eiusdem S. Tho. doctrina altius et pressius apiretur: ut ad innumera dubia in particulari responderet ad quæ alij doctores vel non respondent vel confuse satis. Quia ppter acquireui poscetibus, sperans me maximu[m] emolumen tum allaturum omnibus studiosis, literis insudatis. Quia ubi fuerint cōtrouersiae inter doctores citatis hinc inde omnibus facile inuenies, qui hanc et qui aliam probent sententiam, tandem discussum dubium cōclusi onibus et dictis nonnullis: allatis scripturis, sacris concilijs patrum: et sanctis, si quæ horum circum materiam subiectam reperiatur, facile erit videre quid verius, vel salte quid probabilius ut rei probabit euētus. Sic nepe procedam. Ponam literam sancti Thome fideliter et textu corriptorem: ita quod à quæstione sexagesima tertia partis. S. Tho. quæ hic erit prima ubi incipit tractatus de sacramentis qua tractauit magister sententiæ in quarto statim à principio: manebit litera. S. Tho. qua habetur in ipsa tertia parte usque ad quæstionem. 90. inclusiue. Deinde ponam textum. S. Tho. qui habetur in additionibus ad ipsam tertiam partem: citas semper locum in quarto scripto sancti Thom. unde predictus textus desumptus est. Postea secundo colligamus paucis conclusionibus sententias magistri illius distinctionis cuius materiam examinabimus. Tertio super sanct. Tho. et propositio

nes magistri mouebimus dubia non inutilia quidem, sed ad salutem humanam necessaria vel saltem digna que sciatur. Quibus omnibus erit codex perfectus et absolutus: ita ut quidquid circa materiam predictam velis: discessum et probatum iuxta doctrinam. S. Tho. inuenies: ut doctrina sit securior, et parvula bore vel respodere vel falsas sententias reprobare et expugnare valebis. Nempe si eris deditissimus vir Caietanus interpretatus fuerit sanctu[m] Thom. in multis multa de reliquis et in omnibus in felicitate confuso et parvus utili stilo precessit.

Prolog. S. Tho.

 Ost considerationem eorum quæ pertinent ad mysteria verbi incarnati: considerandum est de ecclesiis sacramentis quæ ab ipsis verbis incarnato efficacia habent. Et prima consideratio erit de sacramentis in cœmuni. Secunda de unoquoque sacramentorum in especiali. Circa primum quinq[ue] considerandas sunt. Primo quid sit sacramentum. Secundo de necessitate sacramentorum. Tertio de effectibus sacramentorum. Quarto de causa eorum. Quinto de numero.

CIRCA PRIMUM queruntur octo. Primo utrum sacramentum sit in genere signi. Secundo, utrum omnis signum rei sacra sit sacramentum. Tertio utrum sacramentum sit signum unius rei tantum vel plurium. Quarto, utrum sacramentum sit signum quod est res sensibilis.

QUINTO, utrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis. Sexto, utrum ad sacramenta requiratur significatio quæ est per verba. Septimo utrum requirantur determinata verba. Octavo utrum illis verbis possit aliquid addi, aut subtrahi.

Articul. primus,

Vtrum sacramentum sit in genere signi.

AD primum sic proceditur. Videatur quod sacramentum non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici a sacrando: sicut medicamentum a medicando. Sed hoc magis videtur pertinere ad rationem causae quam ad rationem signi. Ergo sacramentum magis est in genere causae quam in genere signi.

PRAETER E.A. Sacramentum videtur occultum aliquid significare. secundū illud Thomae. 12. sacramentum regis abscondere bonū est, et ad Eph. 3. Quae sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo. Sed illud quod est absconditū videtur esse contra rationem signi. Nā signū est quod praeter speciem quam ingerit sensibus facit aliquid aliud in cognitionem venire: ut patet per Augusti. 12. 2. de doctrina christiana. Ergo videtur: quod sacramentum non sit in genere signi.

PRAETER E.A. Iuramentum quandoq; sacramentū nominatur. Dicitur enim in decreto. 22. causa. quæ. s. parvuli qui sine aetate rationabili sunt, non cogantur iurare. Et qui semel periuratus fuerit: neq; testis su post hoc nec ad sacramentam. 1. ad iuramentum accedit. Sed iuramentum non pertinet ad rationem signi. Ergo videtur quod sacramentum non sit in genere signi.

S E D cōtra est quod August. dicit in. 10. de ci. dei. Sacrificium. visibile inuisibilis sacrificij sacramentum. 1. sacramum signum est.

R E S P O N D E O dicēdū quod oīa quæ habent ordinē ad unū aliquid licet diuersi mode, ab illo de nominari possunt: sicut à sanitate quæ est in animali denominatur sanū non solū animal quod est sanitatis subiectū: sed dicitur medicina sana in quantum est sanitatis effectua. Dicta vero in quantum est conservativa eiusdē. et urina in quantum est significativa ipsius. Sic igitur sacramētū

pōt aliquid dici: vel quia in se habet aliquā sanctitatē occultā (et) secundū hoc sacramētū idē ē qd sacramētū vel quia habet alii quē ordinē ad hāc sanctitatē: vel causa & vel signi vel secundū quācūq; alia habitudinē. Specia liter aut nū loquimur de sacramētis secundū quod important habitudinem signi. Et secundū hoc sacramētum ponitur in genere signi. AD Primū ergo dicēdū: qd quia medicina se habet ut causa effectua sanitatis inde est: quod omnia de nominata a medicina dicuntur per ordinem ad unū primū agens. et propter hoc medicamentum importat causalitatem quādā. Sed sanctitas à qua denominatur sacramētū nō significatur per modū causae efficientis: sed magis per modū causae formae lis vel finalis. Et ideo non oportet quod sacramētum absconditi à seculis in deo. Sed illud quod est absconditū videtur esse contra rationem signi. Nā signū est quod praeter speciem quam ingerit sensibus facit aliquid aliud in cognitionem venire: ut patet per Augusti. 12. 2. de doctrina christiana. Ergo videtur: quod sacramentum non sit in genere signi.

PRAETER E.A. Iuramentum quandoq; sacramētū nominatur. Dicitur autem nō solum dei secretum, sed etiam regis esse sacramētū: quia secundum antiquos sanctos vel sacra sancta dicebantur quacunque violaris non licebat: sicut etiam muri ciuitatis et personae in dignitatibus constitutae. Et ideo illa secreta siue diuinis siue humana quoniam licet violari quibuslibet publicando dicuntur sacra vel sacramenta.

A D T E R T I U M dicēdū, qd etiā iuramentū habet quādam habitudinem ad res sacras: in quantū. s. est quādā contestatio facta per aliquid sacramētū. Et secundū hoc dicitur iuramentum esse sacramētum non eadē ratione qua nūc loquimur de sacramētis: non tamen equivoce sumpto nomine sacramēti: sed Analogice. s. secundū diuersam habitudinem ad aliquid unum quod est res sacra.

C I R C A hūc articulū primū est prius notā dum quod materiam quā tractat. S. Thomae in tota hac. q. his octo articul. siue quæstiunculis contenta: libauit Magister sententiarum in prima dist. quarti lib. suarum sententiarum. In qua d. m. gister subpauis acceptat & probat omnes. S. quæstiones quas. S. thom. Scribit in his. 8. articulis. Itaque in conclusionibus sancti Thomae non di-

fert. Magister adiuvio Thom. sed cum ipso est. ET in primo cap. huius prime dist. Magister ponit aliquot definitiones sacramēti in vniuersū quas collegit ex sanctis, & tandem: tāquam clariorēm acceptat hanc: quam etiā hic acceptauit. S. Thomae. alij relictis. Deinde. 2. ponit in eodē. 1. cap. differentiā inter sacramēta veteris & sacramēta nouae legis: nempe quod illa solū significabant quia imposuit illa Deus in seruitutem, non iniustificationem, & ut figura futuri essent, volens sibi ipsi potius offerri ea quam idolis. Hac autem & significant & quā sanctitatē significant efficiunt: quod fusius postea suo loco aperiemus. IN. 1. cap. prædictæ. d. Magister ponit cōclusionē quod tripli de causa sacramēta instituta sunt: propter humiliationem. s. eruditionem, & exercitationem.

In reliqua parte huius prime distin. Magister agit de circūcūlione de qua ista sumus tractatur. Secundo quoniā nūm prodest ad intelligendū, & memoria retinendum ea emnia, qua in processu longo & magna aguntur disputationes qualis erit ista super totam materiam. Quarti sententia rū: quæ non solū utilis, sed necessaria est & ad intelligentiam sacrā scripturam, & ad salutē humanam consequendam scire in ea, que in toto opere tractantur, finemq; tractatus & dependētiām quam habet ab aliquibus alijs materijs, si depēde re contingat. Dicemus principio quid. S. Thomae tractare intēdit: & quid doctores omnes in quarto sententiarum, cui opus hoc respondet.

Secundo dicam quomodo se haber tractatus hic ad alios libros in quibus res theologica agitur tā secundū ordinem Magistri sententiarum, quam secundū ordinem quem. S. Thomae in sua summa seruat.

Q VANTVM ad primū dico quod doctor in has. 4. parte ab ista quæst. 1. usque ad finem intendebat tractare de sacramētis. De resurrectione. De gloria. De statu beatorum & de statu & conditione misera & infelici damnatorum, de quibus præcisè agit. Magister sententiarum in quarto & cum eo omnes expositores. Prætutus tñmorte non egit, nisi de horū aliquibus paucis usque ad quæst. 11. Et diuiditur in. 8. partes. Primo de sacramētis in communī deinde in. 7. alias partes, vbi agitur de septē alijs sacramēti.

Q VANTVM ad secundū. s. fine & depētiā ab alijs, dico quod cum hic tractatus sit theologicus (agimus enim partē theologiæ cuius finis est agere de Deo, secundū quod per ipsum reducimur in ultimam nostram perfectionem & felicitatem) sancti. Thomae. theologiam in sua summa ita dispositi: ut in prima parte à principio usque ad. 4. 4. quæstionē egit de deo secundū se quod fecit Magister in primo sententiarū.

I A q. autem. 4. 4. primæ par. usque ad finem egit doctor de Deo, ut creator. & efficaces principiū創aturarum est, & de creaturis secundū quod à Deo

tanquā à causa actiua processerū: quod agit Magister sententiarum in. 1. lib. suarū sententiarum. In. 3. autem parte a principio usque ad quæst. hāc 60. & in tota. 2. Sec. agit. S. Thomae de Deo, secundū quod redemptor est, & de donis & virtutibus quas redēptor dat rationalib; creaturis, Quod & Magister in. 3. suarū sententiarum.

AB ista autem. q. usque ad finē totius theologici tractatus, agit. S. Thomae de deo, secundū quod per ipsum reducimur in beatitudinē: vel de effetti bus & institutionis ab ipso deo per quæ felicitatem consequimur. Vnde pater, quid intendat docto, vel quid tractet cum alijs in hoc opere, & quis finis theologi, quia est scire aliquid de Deo: & quomodo hic tractatus ab alijs dependeat. Sic enim & sacra scriptura peedit. Primo nāq; creationem mundi describit, qui propter hominem factus est. Secundo commemorat qualiter homo factus est: & in via iustitiae & disciplina dispositus. Tertio qualiter homo lapsus est. Quartu quemadmodū est reparatus: quod spectat ad hunc tractatum.

S E C V N D O, dividitur hic tractatus sicut quartus sententiarum, in tres partes. In prima agitur de sacramētis in communī. In secunda de eisdem in particulari. In tertia de resurrectione, gloria & de misero & infelici statu damorum.

T E R T I O dubitatur, an sacramētū sit nominatum latīnum, sumptum in hac significatiōne, in qua eo vtuntur theologi ut expōnemus. Secundo dicam quod non, quia nec inuenitur in scriptura in illa significatiōne nec apud latīnos. Ergo videtur quod theologi singant, & per consecutionem quod bene reprehenduntur à latīnis, tanquam Barbari, vnde. S. Thomae. etiam Barbarus est, qui eo vtitur.

AD hoc dico quod hoc nōmē sacramētū sumptū in illa significatiōne satis est latīnū quia cōetiā in hac significatiōne in qua vtuntur scholastici, vtūtū viri in lingua latīna peritissimi, ut Tertullianus in lib. peculiari de sacramētis, Laetantius lib. diuinarum institutionum. Augusti. Hiero. Ambrosius. Hugo de sancto Victore in multis tractatibus suorum operum non igitur. S. Thomae. Barbariæ accusari potest: eo quod hoc vtatur nomine.

S E C V N D A propositio est Apud Ethnichos Philosoph. & latīnos non inuenitur hoc nōmē sacramētū in hac significatiōne, in qua eo vtuntur. Theologi. s. pro signo sanctificante, vel ut dicit sancti. Thomas pro signo significante formalem sanctitatem, sive illam causet, sive non. Hāc nanque est formalis significatiōne huius nōminis sacramētū. Probarur, quia tunc non erant instituta à Deo ista signa significantia sanctitatem, nec illa cognoscabant illi latini infideles, ergo non poterant hoc vtī nomine.

diuīsio to
tius ope-
ris.

Dubit. 1.
An sacra
mentum.
Sit nōmē
latinum.

TER TIA propositio est. Hoc nomen sacramentum apud antiquos latinos significabat ius iurandum: & haec est, & fuit, sua prima significatio. Et probatur quod haec fuerit prima illius significatio. Quia tunc non poterat significare ista signa: cum nec essent nec cognoscerentur ab ipsis ergo prius significauit ius iurandum, quā signa ista, quod auctem significauerit iuramentum patet: apud salustium, in de clamatione. Porro latronis in lucium sergium Catelinam: ubi sic haberetur. Nec contentos fuisse consanguineos Catelinæ, superstitione cruenti sacramenti idest falsa opinione, qua volebant seruare sacramentum, vel iuramentum quod fecerant in fideliter patriæ, contra iustitiam & bonos mores: quod sic seruari non debet.

P R A E T E R E A in eadē significacione accipitur. 2. quest. s. capit. parvuli, ubi tex. sic habet. Parvulus qui semel periratus fuerit nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum accedat.

S I C etiam accipitur. 2. q. 5. capit. sacramentum: ubi tex. sic habet. Sacramentum hactenus, à summis sacerdotibus, vel reliquis exigi: nisi pro recta fide minime cognouimus. Idem cap. Nos primo & cap. nos secundo ibidem.

Qu VAR TA propositio est, quod sacramētū est apud latinos significat sacramentum misterium, siue sacramentum arcānum.

Probatur, prius quia propterea sacramētum significat iuramentum, quia iuramentum fit, tacto aut invocato aliquo sacro ergo etiam significat tale misterium siue arcānum sacram.

S E C V N D O probatur Thobia. 12. sacramētum Regis abscondere bonum est. Vbi sacramentum Regis idest secretum regis sacram quoddam est.

E T I A M: Paulus ad Ephes. 3. quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sculis in Deo, ergo & sic interpres exponent.

V N D E: sacramentum misterium, vel arcānum aliquid dicitur quasi sit scelus tale detegere vel violare.

E T sic etiam sacramentum in hac significacione qua accipimus nunc significat sacramentum signum idest quod violare nefas est.

Quod auctem sacramētum significat sacramentum misterium vel arcānum, patet per illud Danielis. 2. ubi dicitur. Dixit Rex Nabuchodonosor Danieli. Vere Deus vester Deus deorum est, & dominus regum revelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Et ibidem, plures capit sacramentum in hac significacione. Vnde haec vox sacramentum tres habet significaciones. Significat enim ius iurandum, & sacramētū vel arcānum, & significat signum sanctitatis formalis & occulte: quia non quod cuncte sacramenta, dicitur sacramentum: sed tantum illud quod habet occultam significacionem. Con-

stat igitur hoc nomen sacramentum etiam pro signo rei sacræ (ut theologi dicunt) visitatissimum esse, & meritò apud sanctos, qui satis pollut in lingua latīna.

Q VAR TO queritur, an sacramētū equivoce dicatur de illis significatis. Desacromisterio vel arcano, & de iure iurādo, & signo sanctitatis sanctificante animā, non mundante corpus, sicut signa veteris legis. Ad hoc Respōdet sanct. Thom. hic ad tertium, quod nō nisi, analōge propter conuenientiam repartam inter illa significata quia semper illa significat, in quantum in se aliquod sacramētū continent, quia ius iurandum fit tacto vel invocato sacro, & per ipsum quis ad sacramētū aliquod dedicatur. Etiam iuramentum sacramētū dicitur quia non licet illud violare & omne tale vocatur sacramētū vel sanctum. Idem dico de sacro misterio & de signo rei sacræ. &c.

V N D E famosius & principalius significatum huius nominis sacramentum est, res formaliter in se habens sanctitatem. Sed alijs omittis significacionibus nunc accipimus sacramentum in. id est pro signo sanctificante, & significante sanctitatem tam, quam ipsius causat signum, & de tali agentis in toto opere.

HIS prælibatis querit sanct. Thom. an sacramentum sit in genere signi. dicit quod ita vide literam doctoris.

A D V E R T E N D U M: hic primo quod sanct. Thom. inquirit genus sacramenti: quia st̄t̄m in articulo. 2. sequente, tractat de quiditate & finitione sacramenti, & cum finitiones dent, per genus & diffinitionē diffiniti: merito quærit an sacramentum sit in genere signi, vel an sit substantia, vel accidentis. Et si aliquid horum sit, an res, vel signum rei, accipiendo signum ut distinguitur contra res, quæ non sunt imposita ad significandum alias res à se, vnde Arist. optime disposuit prædicamenta: ut facile inueniamus rerū genera.

A D: hoc ait quidā ut Petrus bruxelēsis in prædicamentis. q. 1. articulo. 5. ad secundum quod sacramentum est in genere relationis, saltem pro formalis.

P R O B A T, quia est signum ergo dicit respectū ad signatum.

S E D: hoc non est verum: quia relatio quam dicit sacramentum, est relatio rationis, quæ nō ponitur in prædicamento reali, antecedens patet, quia significare spectat ad rationem vel dicitur in ordine ad eam.

S E C V N D O probatur idem quia sacramētū non sicut impositum ad significandum relationē (& si eam dicat aliquo modo ut patet) ergo non ponitur in ad aliquid. Patet cōsequētia quia sciētia effet in ad aliquid, cum dicat relationem ad scibile.

Propterea alij dicunt quod sacramentum non

dubiuſ ſe-
cundum.

quartum
dubium.

dubiuſ ter-
tium.

ponitur in aliquo prædicamento Aristotelis: sed est unum aliud prædicamentum, quod vocatur prædicamentum signi, in quo ponunt sacramentum. Et hoc videtur melius quia (ut probati) signum dicit relationem rationis: ideo non ponitur in prædicamento reali. Et hoc prædicamentum signi, ponit Petrus niger Clipeus thomistārum, sed debilis.

S E D siue sit tale prædicamentum, siue non: ego dico cum sanct. Thom. quod sacramentum est in genere signi. Probatur testimonio August. 10. de ciui. dei cap. 5. Sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum. i. sacramētū signum est.

P R A T E R E, apostolus ad Eph. 5. dicit. Sacramentum hoc magnut̄ est, loquens de matrimonio: & aiebat esse magnum sacramentum ratione significacionis, ergo sacramētū est signum. Quod autem Paulus vocet matrimonium, magnum sacramentum, constat: quia non poterat intelligere ratione perfectionis, cum alia sacramenta sint perfectiora:

Dicebat igitur, matrimonium magnum sacramentum: quia expressius significatur coniunctio Christi, cum sponsa ecclesia, per coniunctionem viri cum uxore, quam per alia sacramenta.

Q VIN TO queritur, an sacramentum dicatur sacramentum, eo quod est signum rei sacræ. si gratia: an quia causa gratiae? Nam (ut dixit doctor in articulo) omnia quæ habent ordinem ad unum: possunt ab eo denominari, eo modo quo habent ordinem. Sed sacramentum, habet ordinem cause ad sanctitatem ergo potest dici sacramentum, quia causat sanctitatem, siue gratiam.

A D H O C, Respondet sanct. Thom. in. 4. d. 1. q. 1. art. 1. quod sacramentum, dicitur sicut medicamentum, id est sicut medicamentum dicitur, quia est causa sanitatis: ita sacramentum, quia est causa sanctitatis & gratiae.

Sed hic ad primum argumentum, & in articulo: reuocat illam sententiam, & dicit, quod potius dicitur sacramentum, quia est signum sanctitatis gratiae, licet etiam sit causa gratiae.

Probatur, quia notius est quod sacramentum sit signum, quam quod sit causa gratiae. Ideo tanquam à notiori, omnes recipiunt, quod sacramentum sit signum.

Secundo probatur ex usu doctorum: qui utuntur sacramento pro signo.

Et ita Dionisius vocat sacramenta simbola idest signa: ergo verum genus sacramenti est signum.

S E D C O N T R A, si sacramentum est signum ergo significat. Sed consequens est falsum, quia nec propriæ, nec impropriæ: nec naturaliter, nec ad placitum.

A D H O C dico, quod significat ad placitum dei & propriæ sicut statua, vel imago: quia Christus imposuit ex suo bene placito.

S E D C O N T R A, significat ad placitum dei

ergo naturaliter propriæ, quia conceptus significat ex impositione diuina, & ideo naturaliter propriæ.

A D H O C nego consequentiam. Et dico quod non est simile de conceptu: quia intelligo de impositione superueniente naturæ rei. Et sic impunitur sacramentum, impositione super veniente naturæ rei. s. aquæ, chrismati, vel pani: conceptus autem non, sed ex natura rei habet significare, nec potest esse quin significet.

S E X T O queritur, an sacramentum sit terminus? Et si sic, an sit complexus vel incomplexus, vel an sit oratio?

Dico, quod non est terminus consuetus, nec oratio. Et nota, quod aliter significat terminus: & aliter sacramentum, quia terminus immediate, & sacramentum mediate id est mediâte aliqua naturali operatione materia sacramenti: sicut baptisim⁹ significat per hoc, quod aqua (materia eius) lauit. Et eucharistia, p. hoc quod panis (eius materia) nutrit: & per hoc quod sumitur, habet conuerti in substantiam aliti.

Sicut etiam agnus paschalis in veteri lege, immediate significabat mortem propriam: & mediate Christum occidendum pro multis.

Et sic, quando Christus in sufflavit & dixit, accipite spiritum sanctum. Ioan. 20. illa insufflatio, non immediate significabat dationem spiritus sancti: ergo relinquitur, quod sacramentum proprie significet: non tamen immediate sicut iste, terminus homo, & alij huiusmodi.

V L T I M O notandum, quod sacramētū ponitur in genere signi: ita quod ista prædicatio est essentialis, sacramētū est signum, sicut ista, venus picta est signum, vel ista imago regis est signum. Et si dicas ergo sacramentum non significat ad placitum: nego consequentiam. Sicut de ratione huius vocis homo, non est quod significet, & ideo haec prædicatio nō est essentialis, haec vox homo est signum: sed est de ratione illius vocis, quod significet secundum quod est terminus. Vnde haec est essentialis prædicatio. Hic terminus homo est signum, vel terminus. Et propterea, quia sacramentum est in genere signi: haec prædicatio sacramentum est signum est essentialis. Et ideo sanct. Thom. quæsiuit an sacramentum est in genere signi.

Articul. secūdus

Vtrum omnne signum rei sacræ sit sacramentum.

Quintū
dubium.

AD SECUNDUM, sic pro ceditur. Videtur quod non omne signum rei sacra sit sacramē tum. Omnes enim creaturæ sensibiles, sunt signa rerum sacrarum secundum illud Romanorū. i. inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Neq; tamē oes res sensibiles possunt dici sacramenta. Nō ergo omne signum rei sacra est sacramentū. **PRAETEREA.** Omnia quæ in veteri lege fiebant, Christum figurabant qui est sanctus sanctorum: secundum illud. i. ad Corint. 10. omnia in figura contingebant illis, & ad Colo. 2. quæ sunt umbra futurorū, corpus autem Christi. Nec tamen omnia gesta patrum veteris testamenti, vel etiam omnes ceremonie legis sunt sacramenta: sed quædam specialiter, sicut in secunda parte habendum est. Ergo videtur, quod non omne signum rei sacra sit sacramentum.

PRAETEREA etiā in novo testamēto, multa geruntur in signū alicuius rei sacrae: quæ tamen nō dicuntur sacramēta, sicut aperio aqua benedicta, consecratio altaris &c. similia. Nō ergo oē signū rei sacra est sacramētū.

SED CONTRA EST, quod diffi-

citio conuertitur cum diffinito. Sed quidam diffiniunt sacramētū, per hoc quod est sacramēti signum: & hoc etiam videtur ex au-

thoritate Augustini supra inducta. Ergo videtur quod ē signum rei sacra sit sacramētū.

RESPONDEO dicendum, quod signa proprie dantur hominibus, quorum est, per nota ad ignota peruenire. Et ideo pro-

prie dicitur sacramentum, quod est signum alicuius rei sacrae, ad homines pertinentis: ut s. proprie dicatur sacramētū (secundū quod nunc de sacramentis loquimur) quod est signum rei sacrae, in quantum est sanctificans homines.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod creaturæ sensibiles significant aliquid sacramētū, sapientiam & bonitatem diuinam, in quantum sunt in seipsis sacra: non au-

tem, in quantum per ea sanctificamur. Et ideo non possunt dici sacramenta, secundum quod nunc loquimur de sacramentis.

AD SECUNDUM dicendū, quod quemadmodum ad veteris testamentum pertinentia, significabat sanctitatem Christi, secundū quod in se sanctus est. Quædam vero significabant sanctitatem eius in quantum per eanos sancti- ficamur: sicut immolatio agni paschalis, significabat immolationem Christi, qua sanctificatus sumus. Et talia dicuntur proprie veteris legis sacramenta.

AD TERTIUM dicendū, quod res de nominatur a fine & complemento: dispositio autem non est finis, sed perfectio. Et ideo quæ significant dispositionem ad sanctitatem, nō dicuntur sacramenta (de quibus procedit obie ctio) sed solū mea, quæ significat perfectionē sanctitatis humanae.

CIRCA hunc articulum secundum, dubitatur, an omne signum rei sacra sit sacramētū: id est, an definitio sacramēti (quæ est, s. signū rei sacrae) sit bona. Dicit doctor, quod est bona definitio, & declarat dicens: quod omne signum rei sacrae pertinentis ad homines id est, quæ actualiter sanctificat homines. Ut sic est sacramētū: vel ut est signū rei sacramentis aut sanctificantis. Probatur conclusio auctoritate omnium doctorum, & ecclesie: quæ illam recipit.

SED contra, sacramētū non est diffinibile: ergo illa diffinitio non est sacramēti, & per consequens nec bona, respectu sacramenti. Autec dicitur probatur quia non est vnum.

AD hoc scotus in. 4. d. 1. quæst. 2. & Richar. ibidem quæst. 2. & maior. quæst. 1. d. 1. dicunt, quod nō potest definiri quiditative. Sed est diffinibile per accidens: eo modo quo habet unitatem ex rebus & verbis. Ego autem dico ad hoc aliquibus propositionibus.

PRIMA propositio est. Illud quod potest concipi, vel intelligi, potest diffiniri, patet, potest explicari per aliqua orationē brevē. Ergo aliquo modo potest describi, vel definiri. Et sic chimera definitur SECUNDĀ propositio. Nō spectat ad Theologū tractare: an sacramētū habeat propriā definitiōnem, an nō. Sed ad Theologum pertinet tractare de sacramento siue propriæ siue improprie definitiōnatur. Et supponit quod est sacramentum. Sicut ad Theologū spectat tractare de Deo: esto Deus non sit definibilis.

TERTIA propositio est. Ad hoc quod aliquid sit definibile: satis est quod sit quid limitatum, id est ha-

primum
dubium.

beat esse limitatum, & significetur per vnum formalem conceptum.

QUARTA propositio est. Ad hoc quod aliquid sit propriæ diffinibile, satis est, quod dicat vna formam: de cuius ratione nō sicut multa. Vnde quia sacramentum est huiusmodi (quia solum dicit quod sit signum rei sacrae siue constet ex multis siue non) ideo est propriæ diffinibile, sicut domus calceus, & vestis. Secus de aceruo de cuius ratione sunt plura.

QUINTA propositio. Ad hoc quod aliquid sit propriæ diffinibile: satis est quod sit vnum, in aliquo genere vnius, vel unitatis, licet ad talem unitatem de sua ratione requirantur multa. Vnde aliquid est vnum simplex: vt angelus. Et aliud cōpositū existentibus, existentibus in potentia, vt entia naturalia. Et aliud est vnum compositum existentibus existentibus in actu, vt domus, calceus vestis, & sacramētū. Et sic sacramētū propriæ diffinibile est, vt binarius & ternarius. Sed contra Aristoteles primo Topicorum cap. 4. & 7. Metaphysicæ cap. 3. dicit, quod diffinibile debet esse verum, & vnum per se, sed sacramētū non est huiusmodi, ergo non est diffinibile. Ad hoc dico, quod illud per se habet latitudinem & sacramentum est vnum per se ut dixi in quarta & quinta propositionibus.

Præterea hæc diffinitio, sacramētū est signum rei sacrae, est August. in. 10. lib. de ciui. dei cap. 55.

SECONDO dubitatur, an hæc definitio conueniat. Soibus sacramentis, tā veteris legis quā nouæ. Dico quod ita quia oīa talia sunt signa rei sacrae. **SECONDO** contra hanc diffinitionem (qua dicimus sacramentum esse signum rei sacrae) argumentatur major in. 4. d. 1. q. 1. Et prius hoc modo. Coniugium in statu innocentia erat signū rei sacrae (coniunctionis, s. inter Christum & ecclesiā, ut tradit apostolus ad Eph. 5.) & non erat sacramentum: quia sacramentum (ut nunc de sacramento loquimur) est medicina contra mōrbos spirituāles. Sed tunc nō erat mōrbus neq; medicina: ergo. Secundo, sacrificium Abel fuit signum rei sacrae, s. sacrificij quod Christus obtulit in ara crucis, & nos offerimus in altari, ut tradit August. 10. de ciuitate dei cap. 20. & tamen non plus fuit sacramentum quam oblatio Cain.

Tertio, serpens æneus à Moïse in deserto suspenitus, & manna eodem loco iudeis exhibitu, signa fuerunt rerum sacrarum, ut Iohannes euangelista docet cap. 3. & 6. & non fuerūt sacramēta, ergo. Quarto, agnus Paschalis, ut Paulus dicit. 1. ad Corint. 5. rei sacra signum erat. Sed non magis fuit sacramentum, quam alia figura: quæ in veteri lege præcesserunt.

Quinto, hæc verba Christi luce. 7. Remittitur tibi peccata tua, non fuerunt sacramentum, & tamen fuerunt signū rei sacrae. s. remissionis peccatorum quam etiē effecere.

Sexto illa verba. Ego te baptizo, sunt sacramenta si-

gnū. s. ablutionis spiritualis interioris, cuius etiam sunt causa, sed non sunt sacramētū, quia sunt forma tantum sacramenti.

Septimo, aqua lustralis est signum rei sacrae, & signum sanctificationis: sed non est sacramētū quia essent plura sacramenta quam septem. Major probatur, de consecratione d. 3. cap. aquā, vbi sic habetur. Aquam sole conspersam & diuinis precibus consecratam populum sanctificare, inquinatos mundare insidias diaboli auertere, sanitatem corporis & animæ præstare.

OCTAVO corpus Christi in Eucharistia contentū, nō est signum (cum non significet aliud) & tamē est sacramētū. Ergo illa finitio nō est bona. **HIS** argumentis moti aliqui iuniores, rei ciunt hanc sacramēti finitionem, quā probat. S. Tho. & magister sententiarum.

SEDI nos dicimus cū. S. Tho. & magistro, quod illa est bona diffinitio sacramenti. Et facile respondebimus ad illa argumenta, suppositis prius tribus fundamentis.

PRIMUM est sacramēta sunt quedam sacrae ceremonia: quæ ad dei cultū pertinent. Hoc probatur, quia (ut diximus in præcedenti articulo) sacramētū, idem est quod à sacro derūtum. At sacramentum administratio, ad religionem qua deū colimus pertinet. Ergo sacramentum opus religionis est.

Secundo. In sacramētis profitemur nos salutem à deo salvatore querere. Sed hoc ad pietatē quæ deo cultum exhibemus spectat. Ergo.

Tertio, peccata quæ in sacramentorum administratione, vel suscepione fiunt: virtuti religiosi aduersantur, quia vel sunt superstitiones vel sacrilegia. Ergo recta sacramentorum, vel suscep- tio, vel administratio, est actus religionis.

SECUNDUM fundamentum est. Non quodcunque sacramētū est sacramentum: sed illud quod habet occultam significacionem. Et hoc probatur testimonio dñi Gregorij, quod habetur. 1. quæst. 1. cap. multi. Vbi aut sacramenta dici, quia sub tegumento corporalium rerum: diuina virtus secretius operatur salutem. Vnde à sacris secretis sacramenta afferit appellari.

TERTIVM fundamentum est. Sacraenta sunt signa practica sanctificationis: quæ ipso su adhibentur, ad sanctificandum.

Vnde duplex est signum sanctitatis. Alterū spectaculatu, ut hoc nomē sacramētū, vel sanctificās. Alterum practicum, quod non solum significat sanctitatem, vel sanctificationem, sed etiā exspectat, ut baptismus exterior. Sacramentum igitur est signum sanctitatis practicum, & non spectaculatu. Hoc probatur ex illo cap. Multi. 1. quæst. 1. vbi Gregorius ait, sacramenta dici: quod sub tegumento corporalium rerum, diuina virtus secretius operatur salutem. Ergo sunt signa practica. Secundo, quia alias plura essent in ecclesia sacramenta quā septem, quia plura sunt signa spe-

culativa sacrarum rerum.

EX quibus omnibus simul colligitur quod sacra mentum, est sacram & occultum signum. i. ocul tam rem significans: ad sanctificandum institutum. In quo sensu illa diffinitio est optima, sacramentum est sacram rei signum. i. ad sacramentum requiruntur tres conditiones. Prima quod ocul tam dicat sanctitatem. Secunda, quod illam praeceps efficiat, aut ibi fieri significet. Tertia quod significet illam sanctitatem, secundum quod formaliter, vel finaliter sanctificat: non autem secundum quod effectivè sanctificat.

TVNC ad primum argumentum dicitur, quod matrimonium, nec in statu innocentiae, nec in statu alio ante euangelium fuit signum sanctificationis. Et per consequens nec sacramentum. Et sic dicit concilium florentinum: quod sacramenta nouæ legis efficiunt quod significant.

SECUNDO dico, conformius ad id quod diximus in praecedente articulo, quod magis dicitur sacramentum quia significat sanctitatem: quam quia facit. Matrimonium autem ante Christi adventum non erat sacramentum: quia non significabat sanctam illam coniunctionem Christi ad ecclesiam, ut erat forma formaliter sanctificata, quod ad sacramentum requiritur.

TERTIO dico, quod coniugium nec instatu innocentiae, nec in statu naturæ, nec in statu legis scriptæ, fuit signum sacram & religiosum: quia non erat opus diuini cultus, sed magis civilis & humanus contractus, solum in naturæ remediu, vel propagationem institutus. At in lege gratiæ, est sanctificatum signum & sacram: ut cetera religionis Christianæ sacramenta.

AD SECUNDVM dico, quod duplex fuit sacrificium in lege naturæ, & scriptæ. Alterum ad protestandum, deum esse rerum crearem accidit: & huiusmodi non erat sacramentum, esto esset signum illius sacrificij quo religio Christiana deum colit.

Alterum sacrificium fuit, ut Deus mortaliū culpis infensus placaretur: & hoc erat sacramentum. Tunc dico quod sacrificium Abel prioris generis fuit: quia solum erat quoddam mutus, ob creatonem & accepta beneficia, sicut oblatio Cain. Quia propter non fuere sacramenta.

AD TERTIVM dico, quod nec manna nec serpens fuerunt signa sacra. Tu quia nec erectio serpentis, nec vsus mannae, fuerunt ut deo religiosus cultus exhiberetur, tum quia erat in effectu aliquem corporalem, & non ad sanctificandum animum, quod ad sacramentum requirebatur. Sed ad sanandum corpus erectus fuit serpens: & ad id satiandum datum fuit manna.

SECUNDO dico, quod non fuerunt signa imposita ad significandum sanctitatem formaliter, id est in genere causæ formalis sanctificantem, quod ad sacramentum requiritur: esto significant aliquas res sanctas quarum fide homines

sancificantur. Ut erectus ille serpens significabat Christum erigendum in cruce cuius fide omnes salvi facti sunt.

AD QUINTVM dico, quod aliqui doctores dicunt, quod agnus Paschalis non erat sacramentum veteris legis.

EO quia illius esu nullus apparebat usus sanctificationis. Sed sanct. Thom. infra in hac prima quartæ quæst. 14. articul. 6. & primæ ad Corinth. 5. lect. 2. & hic ad secundum dicit, quod erat agnus Paschalis sacramentum veteris legis.

EO quod significabat immolationem Christi secundum quod per illam immolationem homines sanctificantur, id est propter illam immolationem datur hominibus gratia qua formaliter sanctificantur.

SED est notandum, quod sicut in lege noua, aliqua sunt sacramenta directe instituta ad mundandum specialiter: & sanctificandum homines, ut baptismus & poenitentia.

ET alia quæ supponunt homines esse iam mundos, & dantur usum sanctificatorum: sic in veteri lege agnus Paschalis erat sacramentum mundorum: quia non licebat edere agnum Paschale nisi sanctis & mundis.

ET ideo non fuit opus ut immundos sanctificaret. Sed sat fuit adhiberi ad consumationem legalis sanctitatis quam nullus habebat nisi agnus Paschalis ederetur. Vnde agnus Paschalis non immolabatur solum in memoriam ægyptiacæ redemptionis sed etiam pro peccatis populi Israelitici. Sicut Eucharistia sacramentum est signum commemorativum præterita redemptiōnis, & passionis Christi. & etiam pro peccatis fidelium immolatur.

ALIA erant in veteri, le sacramenta ad sanctificandum immediate instituta: ut sacrificium proculpis oblatum. Vnde ad argumentum concedo quod agnus Paschalis erat sacramentum & signum rei sacrae, ut dictum est potiusquam aliæ figuræ quæ præcesserunt in veteri lege.

AD QUINTVM, concedo quod illa verba Christi non erant signum rei sacrae nec sacramentum, quia nec pertinebant, neque fuerunt instituta ad aliquem ritum religionis, nec ad sanctificandum neque ad significandum sanctitatem formaliter sanctificantem, quæ requiruntur ad hoc quod aliquid sit sacramentum, ut saepe dicitum est.

SED solum explicebant diuinam potestatem: sicut cum dicebat Surge, & ambula, fides tua te salvum fecit, & similia. Neque significabatur ibi alii quid occultum, quod ad sacramentum etiam requiritur.

AD SIXTVM dico, quod constat ex dictis quod illa verba. Ego te baptizo. &c. non sunt sacramentum: sed solum pars sacramenti quia sola illa sine materia non sanctificant, ne significant sanctitatem formaliter sanctificantem:

nec sola illa sine rebus materialibus haberent occultam significationem, sed totum integrum signum ex rebus & verbis habet illa significatione. **A**D SEPTIMVM dico cū. S. Thom. in hac prima. 4. quæst. 6. articul. 5. ad. 6. & hic ad. 3. quod aqua lustralis non est sacramentum nec signum rei sacramentum veteris legis.

SED quemadmodum illæ ceremoniæ sacrae que præparant ad baptismi sanctificationem, & non sanctificant suscipientem (ut exorcismus) sacramenta non sunt: sed sunt quedam sacramentalia: quasi sacramentorum præparationes sanctificantium: sic aqua lustralis & huiusmodi cætera que peccata venialia solum delent: quia sanctitatem perfectam præstat nequeunt sacramentalia sunt, non autem sacramenta.

SECUNDO, dico quod aqua lustralis non est sacramentum quia non significat sanctitatem secundum quod formaliter sanctificat.

Quia ut dictum est non dat gratiam quod requiritur ad sanctificandum sicut sacramenta omnia dant: nec illam formaliter sanctitatem significat: sed venialium peccatorum remissionem confert sine gratiæ infusione.

Sed quid ad Alexandrum qui dicit aquam consecratam populuti sanctificare, purgare, sanare? Dico prius quod intelligebat non de aqua ista, quæ vulgariter vocatur benedicta, qua in remissione venialium homines asperguntur sed de aqua ad baptismum consecrata quæ prius etiam sale convergitur, & diuinis precibus consecratur.

Confert enim summus pontifex elementa quæ Christiana religio in suum usum vendicat, cum eis quorum fuit olim usus in veteri testamento, docetque maiorem nostris inesse vim sanctificandi, purgandi, sanandi, quam veteribus.

SECUNDO dico quod loquitur etiam de aqua benedicta quia communiter vuntur Christiani: sed dicitur illa sanctificare, & purgare, secundum quid, eo quod peccatorum poenas solvit, & culpas veniales: sed nunquam simpliciter & absolute sanctificat, quod ratio sacramenti requirit: aut quod significat sanctitatem formaliter & practice sanctificantem.

SED contra ergo sacramenta veteris legis non erant sacramenta: quia neminem sanctificabat. Nego consequentiam: quia & si non sanctificant dando gratiæ, sanctificant legaliter dando sanctitatem legalem, & tollendo irregularitates legis, dando habilitatem ad spiritualia.

SECUNDO dico quod significabant sanctitatem saltem legalem quæ legaliter, formaliter, sanctificant.

AD OCTAVVM, concedo quod corpus Christi in Eucharistia, est sacramentum: & nego quod non sit signum rei sacrae, quia per accidentia etiam significat rem sacram formaliter


sacramentum, & illam causat occulte?

SECUNDO dico, quod aliud est sacramentum tantum, & aliud sacramentum & res sacramenti simul, ut dicit Innocentius, 3. capit. Cum Marte. extra. de celebratione missarum. Et hic definimus sacramentum tantum quod operet esse sensibile signum, & ad illud quod simul est res, & sacramentum satis est quod sit signum intelligibile, ut charater signum est spirituale quo sumus interius consignati. Et ita corpus Christi in Eucharistia, signum est intellecuale corporis mystici: hoc est ecclesiasticae unitatis. Et signum est etiam intellecuale gratiæ cum ad ipsam dandam ponatur ibi corpus Christi verum sub illis speciebus panis: ut manducetur, quia manducanti promissa est gratia Iohannis sexto. Qui manducat (inquit Christus) meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Sed melius videtur dicere cum sancto Thoma, quod est signum sensibile quia sentitur per accidentia panis & vini.

Articulus tertius

An sacramentum sit tantum: signum unius rei.

DETERMINVM, Sic proceditur. Videtur quod sacramentum, non sit signum nisi unius rei. Id enim quo multa significantur est signum ambientium, & per consequens fallendi occasio: sicut patet de nominibus aquinocis, sed omnino fallacia debet remoueri à Christiana religione: secundum illud ad Col. 2. Vide te ne quis vos seducat per philosophiam, tamen inanem fallaciam. Ergo videtur quod sacramentum non sit signum plurium rerum. **P**RÆTEREA, (sicut dictum est) sacramentum significat rem sacram, in quantum est humanae sanctificationis causa: sed una sola causa est humanae sanctificationis s. sanguis Christi, secundum illud Hebre. vlti. Iesus ut sanctificaret populum per suum sanguinem extra portam passus est. Ergo videtur, quod sacramentum non significet plura. **P**RÆTEREA. Dictum est, quod sacramentum propriè significat ipsum finem sanctificationis, sed finis sanctificationis est vi-



ta eterna secundū illud Rom. 6. habetis frumentum vestrum in sanctificatione: finē vero virtū eternā. Ergo videtur quod sacramētū non significet nisi unam rem sive virtū eternā. SED CONTRA EST quod in sacramēto altaris est duplex res significata sive corpus Christi verū & mysticū. ut Aug. dicit in lib. sententiarū prosperi.

RESPONDEO dicendū quod (sicut dictū est) sacramētū prie dicitur quod ordinatur ad significādā nostrā sanctificationē. In qua tria possunt considerari: videlicet ipsa causa sive etificationis nostra quae est passio Christi: & forma nostrā & sanctificationis: que consistit in gratia & virtutibus: & ultimus finis sanctificationis nostra qui est vita eterna. Et hæc oīa p sacramēta significatur. Unde sacramētū est signū memoratiū eius quod præcessit sive passionis Christi: & demonstratiū eius quod in nobis efficitur per Christi passionē sive gratia & pronosticum id est prænuntiū futuræ gloriae.

AD PRIMVM ergo dicendū quod tū est signū ambiguū præbēs occasiōne fallēdi quādo significat multa: quorū, vñū non ordinatur ad aliud. Sed quando significat multa secundū quod ex eis quodam ordine efficitur vñū, tunc nō est signū ambiguū: sed certū: sicut hoc nō homo significat animā & corpus, prout ex eis constituitur humana natura. Et hoc modo sacramētū significat tria prædicta, secundū quodam ordine sunt vñū.

AD SECUNDUM dicendum quod sacramētū in hoc quod significat rem sanctificātem oportet quod significet effectū: qui intelligitur in ipsa causa sanctificante, prout est sanctificans.

AD TERTIUM dicendū quod sufficit ad rationē sacramēti quod significet perfectionem quae est forma: nec oportet quod solū significet perfectionem quae est finis.

CIRCA hūc art. dubitatur. An sacramētū sit signū rei tātū, & est dicere quod intelligitur p illā particulā rei sacrae, an solū gratia, an corpus Christi, vel qd? Vnde hic art. est ad exponendā

finitionē illā sacramēti datā in art. præcedenti. RESPONDEO quod sacramētū significat tria sive passionem Christi, gratiam, & gloriam: vide ibi: PRIMO quāritur quomodo hoc probetur, vel unde habetur quod sacramēta significet illa tria? Ad hoc dico, prius quod. S. Tho. nō probauit aliter nisi consensu omniū, quia sic omnes recipiūt, ideo reliquit tranquā communiter receptum.

SECUNDŌ dico quod probatur ex sacra scriptura: & ex ritu, & visu ecclesiæ. Et prius pbo quod sacramētū Eucharistia, illa tria significet: Nam quod significet passionem Christi patet in canone missæ: hæc quotiescūque feceritis in mei memoriam facietis: ergo sacramētū Eucharistia est signū memoratiū passionis.

PRAETEREA Primæ ad Cor. ii. Quotiescūq; manūcabitis panē hūc, & calicē bibeatis morte dñi annunciatibis donec veniat: ergo.

PRAETEREA Patet hoc per illud quod cātæ ecclesia in festo corporis Christi. O sacrū conuiuū in quo Christus sumitur: & recolitur memoria passionis eius.

SECUNDŌ quod omnia sacramēta significant gratiam patet, quia ad hoc sunt instituta: ut fideles cognoscerēt in quo sanctificantur: & in quo consequuntur gratiam. Et quod Eucharistia significet gloriam, patet per illā orationē. O sacrū conuiuū in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur.

PRAETEREA patet per illud Pauli iam citatum: mortem domini annunciatibis donec veniat. Constat ergo de Eucharistia quod significat illa tria.

DE baptismo probatur quod significet Christi passionem, per illud ad Ro. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus Cōsepulti enim sumus per baptismū in mortē, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ergo omnia sacramēta illa tria significant, quia omnia sunt signa sanctitatis prouenientis hominibus à passione Christi.

SECO dicendum illa tria æqualiter, & æque immedie significentur per illa sacramēta: Dico quod nō: sed immedie significatur gratia. Probatur quia sunt signa ad illud instituta, & sunt signa nostra, id est ad significandum formā quae datur nobis:

SED an hæc tria significabantur per sacramēta veteris legis? Dico quod ita. Licet nō æque perfecte: quia est differentia inter sacramēta veteris & nouae, quod sacramēta veteris legis solum erant signa pronostica: & non demonstrativa, vel memoratiua: sicut sacramēta nouae legis que sunt demonstrativa gratia: & memoratiua passionis: & pro nostica gloria futura. Vnde nota quod sacramēta ve. le. sunt proprie sacramēta: quia sunt signa sanctitatis, saltem legalis mūditiæ: sed nō sicut sacramēta nouae legis

Præterea alia definitio est. Sacramētū est inuisibilis gratiæ visibile signum, vel visibilis forma ut imaginem gerat, & causa existat.

Quæritur, quid intelligitur per illam particulā gratiæ: Dicit Scotus: quod intelligitur gratia gratiæ facies & virtutes, quæ quidē sanctificant nos, & in hoc conuenit cum. S. Thom.

Sed Ochā dicit qd nō: quia eucharistia est signū Christi contenti ibi. Et hoc laudat Petrus de alio in. 4. quæst. i. art. 3. & Guillerius rubeus. quæst. i. art. 1. dicit quod intelligitur gratia inhæres, & gratia increata. Et ista diffinitio non conuenit omnibus sacramētis, quia licet verū sit de Eucharistia illud quod illi dicit, nō tñ de omnibus. Præterea illa distinctio de gratia creata, & increata, incepit heri, quia sancti nūs quā vñi sunt tali distinctio, ideo nō est ponēda: quia in deo nō est propriæ gratia cū nihil sit datū in deo: quia gratia est quid datū ut patet per Apost. ad Rom. 3. ex operibus legis nō iustificatur omnis caro.

Articul. quartus

An sacramētū sit semper aliqua res sensibilis.

AD QVARTUM sic proceditur. Videtur quod sacramētū non semper sit aliqua res sensibilis.

Quia secundum philosophū in lib. priorum omnis effectus, sive causæ signū est. Sed sicut sunt quidam effectus sensibiles, ita etiam sunt quidam effectus intelligibiles: sicut sciētia est effectus demonstrationis. Ergo non omnis signum est sensibile. Sufficit autem ad rationē sacramēti quod sit signum alicuius rei sacrae, in quantum per eā homo sanctificatur ut dictum est. Non ergo requiritur ad sacramētū quod sit aliqua res sensibilis.

PRÄTEREA, Sacramēta p̄tinēt ad cultū, vel regnum dei. Sed res sensibiles non videntur p̄tinere ad cultū dei dicitur enī. Ioā. 4. Spūs est Deus, & eos qui adorāt eum, in spū & veritate oportet adorare. Et Ro. 14. non est regnum dei, esca & potus. Ergo res sensibiles nō habent rationē signi nisi secundū qd sunt manifestati p aliquā signa. Et per hunc modū, quedā quæ non sunt sensibilia, dicūtur quodammodo sacramēta in quātū signata sunt p aliquā sensibilia: de quibus iſra agetur.

sunt de necessitate salutis humanae (ut in frapa tebit) & ita sine eis hō recte viuerē nō pōt. Nō ergo res sensibiles requiriūtur ad sacramēta.

SECO contra est, quod Aug. dicit super Ioa. Accedit verbū ad elemētū & fit sacramētū.

Et loquitur ibi de elemēto sensibili, qd est aqua, ergo res sensibiles requiriūtur ad sacramēta.

RESPONDEO dicendū: quod sapientia diuina unicuique p̄uidet secundū suū modū: & propter hoc dicitur Sap. 8. quod suauiter disponit oīa. Unde Matth. 25. dicitur quod dedit unicuiq; secundū propriā virtutē.

Est aut̄ homini cō naturale, ut per sensibilia p̄ueniat in cognitionē intelligibiliū, signū aut̄ est p qd aliquis deuenit in cognitionē alterius. Unde cū res sacrae quæ p̄ sacramēta signātur sint quādā spūalia & intelligibiliū bona: quibus hō sanctificatur. cōsequēst̄ ut p aliquas res sensibiles signatio sacramēti impleatur: si cut et per similitudinem sensibiliū rerū in diuina scripturāres spūales nobis describūtur. Et inde est qd ad sacramēta requiriūtur res sensibiles: ut etiā Dion. p̄ bat. in. 1. cap. eccl. hierar.

AD PRIMVM ergo dicendū: quod vñū quodā p̄ acīpue denominatur & definitur secundū id quod conuenit ei primo & per se, non autem secundū id quod conuenit ei per aliud.

Effectus autem sensibilis per se habet quod ducat in cognitionē alterius quasi primo & per se homini innotescens: quia omnis nostra cognitionis ā sensu oritur, effectus autem intelligibiles non habent quod possintducere in cognitionē alterius: nisi in quātū sunt per aliud manifestati, i. per aliquā sensibilia. Et id est qd primo & principaliter dicūtur signa quæ sensibilibus offeruntur: sicut Aug. dicit in. 2. de doctrina Christi. ubi dicit quod signū est quod p̄æter speciē quā igerit sensibilibus facit aliquid aliud in cognitionē venire. Effectus aut̄ intelligibiles nō habent rationē signi nisi secundū qd sunt manifestati p aliquā signa. Et per hunc

modū, quedā quæ non sunt sensibilia, dicūtur quodammodo sacramēta in quātū signata sunt p aliquā sensibilia: de quibus iſra agetur.

AD SECUNDUM, dicendum quod res sensibiles, ut in sua natura considerantur, non pertinet ad cultum vel ad regnum dei. Sed solum secundum quod sunt signa spiritualia in quibus regnum dei consistit.

AD TERTIUM, dicendum: quod Aug. ibi loquitur de rebus sensibilibus secundum quod sunt in sua natura, non autem secundum quod assumuntur, ad signandum spiritualia quae sunt maximabona.

Primum
dubium.

CIRCA hunc quartum articulū dubitatur. An sacramētū sit res, vel signū sensibile dicit quod ita vide ibi. Hoc Aug. Homilia. 80. super Ioan. & habetur. i. q. 1. cap. de trahē. Sed contra, dicit Ochā, quia Deus potest instituere alia sacramēta quae sint signa spiritualia, sicut instituit hęc insignis sensibilibus: ergo signum in illa finitione sacramenti non est tantum sensibile. Ad hoc negotio consequentiam: & ad hoc quod sit bona definitio theologica satis est quod conueniat omnibus sacramentis institutis, & de lege non potest alijs conuenire quia non erant futura alia. Non requiritur quod conueniat omnibus possibilibus idest quae possunt institui.

SECUNDUM arguitur sic. Corpus, & sanguis Christi sunt sacramētū, & non sunt signū sensibile, ergo non requiritur ad sacramētū in statutum quod sit signum sensibile. Antecedens patet apud Magistrum et omnes in d. 8. 4.

AD hoc dico cum sanct. Thom. 4. d. 1. quæst. i. art. 1. quæst. tertia, ad tertium & d. 8. q. 1. art. 1. quæst. i. ad. 3. quod corpus Christi est sensibile per species panis, & sanguis per species vini, & charater baptismatis est sensibilis per aquam & voces quibus baptismus conficitur. Vnde corpus Christi verum est sacramētū, & signum sensibile, & sentitur etiam (vt quidam dicunt) per notitiam quae prius erat panis: quia representabat hoc album.

SED melius videtur dicendum: quod sentitur per notitiam huius albi: demonstrando contentum sub illis speciebus, quia notitia panis non potest representare aliam rem. Vnde licet corpus Christi verū nō sit immediate sensibile, absolute est sensibile p species panis sicut Petrus p sua accidētia. **SECUNDUM** dico: quod illa definitio quam probamus cum sanct. Thom. datur de sacramētis tantum. At corpus Christi est sacramētū & res simul sacramenti ad quod sufficit quod sit signum: esto sit spirituale signum. Tamē propter illa argumenta Ocham ponit aliam definitiōnem quae est talis. Sacramētū est signum significans efficaciter effectum Dei gratuitum: & intelligit per effectum corpus Christi, vel gratiam. **SED** contra: si deus instituerit aliud sacramē-

tum vbi concurrat natura angelica esset sacramētū tamen non significaret corpus Christi. Ergo male definit Ochā.

PRAETER EA: si institueretur signum ad hoc quod daretur gratia prophetarum non esset sacramētū, & tamen significaret effectum gratiū ergo male dicit Ochā. Etsi dicat quod intelligit effectum vel gratiam gratum facientem: etiā nostra diffinitio est bona, quia dicimus quod sacramētū est signum rei sacræ sanctificantis.

PRAETEREA, maior sic definit sacramētū est signum sensibile ad cuius acceptiōnem dispositio virtute operis operatiōnē deo confertur gratia nisi ponatur, obex peccati mortalis.

SED omnibus his omissis dico quod signū spirituale non est sacramētū, quia nō est signū proprius hominibus sicut sensibile.

TER TIA, definitio Magistri, s. sacramētū est inuisibilis gratiæ visibilis forma vt imaginē gerat & causa existat: solum conuenit sacramētis nouz legis. Sed præter has ponit. S. Thom. in. 4. duas alias: & Alexan. de Ales. 4. parte. q. 8: quarum altera est August. altera Hugonis in lib. de sacramentis. 4. parte art. 1. & ex omnibus illis definitionibus Scotus in. 4. d. 1. q. 2. componit vñā aliam. s. sacramētū est signum sensibile gratiam dei, vel effectum gratuitum ex institutione diuina, efficaciter significans ordinatum ad sanctitatem hominis viatoris. Sed omnia ista sufficienter explicātur per illam breuem nostram finitionē. Ideo ista relinquendā sunt.

HABES, igitur quod sacramētū est signū sensibile, & nullo modo insensibile, & rei sacræ idest gratiæ, passionis, & gloriæ, sed principaliiter gratiæ quia ad illam significandā fuit institutum principaliter, & addādam gratiam ordinata fuit passio Christi.

Articul. quintus.

Vtrum requirantur determinatae res ad sacramenta.

D Q **UINTUM**: si proceditur, videtur quod non requirantur determinatae res ad sacramenta. Res enim sensibles assumuntur in sacramentis ad significandum: ut dictum est. Sed nihil prohibet diversis rebus sensibilibus idem significari, sicut in sacra scriptura Deus aliquando Metaphorice significatur per lapidem, quandoque per Leonem, quandoque per solem, aut aliquid

aliud huiusmodi, ergo videtur quod diversa res possint congruere eidē sacramento. Nō ergo determinatares in sacramentis requiruntur.

PRAETEREA: magis est neceſſaria ſalutis anima, quam ſalus corporis. Sed in me dicinis corporalibus quae ad corporis ſalutem ordinantur, potest una res pro alia ponit in eius effectu: ergo multo magis in sacramentis, quae sunt medicinae spirituales ad ſalutem anima ordinatae, poterit una res assumiri pro alia quando illa defuerit.

PRAETEREA: non est conueniens ut hominis ſalus arctetur per legem diuinam precipue per legem Christi, qui venit omnes ſalutare: sed in statu legis natura & non requirebatur in sacramentis aliqua res determinata: sed ex voto assumebantur, ut patet Genes. 28. ubi Iacob, vovit se deo decimas, & hostias pacificas oblaturum: ergo videtur quod non debuerit arctari homo, & praecipue in noua lege ad alium rei determinatae vñsum in sacramentis.

SED CONTRA: est: quod dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spū sancto, nō potest introire in regnum dei.

R E S P O N D E O dicendum, quod in vñſu sacramentorum duo possunt confiderari, scilicet cultus diuinus, & sanctificatio hominis.

Quorum primum pertinet ad hominem per comparationem ad Deum, secundum autem & conuerso pertinet ad deum per comparationem ad hominem. Non pertinet autem ad aliquem determinare quod est in potestate alterius: sed solum id quod est in sua potestate. Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate dei sanctificatus, nō pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificatur. Sed hoc dabit esse ex diuina institutione determinatum. Et ideo in sacramentis non. le. quibus homines sanctificantur (secundū illud prima ad Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis) oportet ut rebus ex diuina institutione determinatis.

AD primum ergo dicendum, quod si idem

poteſt per diuersa signa significari, determinare tamen quo signo sit vñſum ad significandum: pertinet ad sanctificantē. Deus autem est qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramentis, & per verba similitudinaria, in scripturis. Et ideo sicut iudicio Spiritus sancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significantur, ita etiam debet esse dividua institutione determinatum, que res significandum assumuntur, in hoc, vel in illo sacramento.

AD secundum dicendum quod res sensibiles habent naturaliter sibi inditas virtutes conferentes ad corporalem ſalutem: & ideo non refert, si duæ earum eadē virtutem habent, qua quis utatur. Sed ad sanctificationē non ordinantur ex aliqua virtute sibi naturaliter in dita, sed solum ex institutione diuina, & ideo opportuit diuinus determinari, quibus rebus sensibilibus sit in sacramentis vñſum.

AD tertium dicendum, quod sicut Aug. dicit. 19. contra Faustum, diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt: sicut etiam diuersis verbis significantur diuersa tempora. s. præſens, præteritum, & futurū. Et ideo sicut in statu legis natura homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu movebantur ad Deum colendum, ita etiam exteriori instinctu determinabatur eis, quibus rebus sensibilibus ad deum cultū vñterentur. Post modū vero necesse fuit etiam exteriori legi dari: tum propter obscurationē legis naturae ex peccatis hominum: tū etiā ad expressio re significatiōnē gratiæ Christi: per quā humānū genus sanctificatur. Et ideo et necesse fuit res determinari, quibus homines vñteretur in sacramentis. Nec propter hoc arctatur via ſalutis: quia res quā ūſus est necessarius in sacramentis, vel communiter habentur, vel paruo studio adhibito haberī possunt.

CIRCA hunc quintum art. postquam diximus in alio articulo quod sacramentum est

signū sensibile. Queritur hic, an sint certa sensibilia determinata ad sacramēta, vel an poterūt hōies vti rebus sensibilibus, quibus voluerint in sacramētis. Dicit. S. Tho. quod à Deo sunt res determinatae, quibus vntendū est in sacramētis ita ex necessitate: quod si quis alia re vteatur, præter illā quam Deus determinauit, non faciet sacramētum. Ponit exemplum in baptismo, qui si non fuit aqua vera nō erit baptismus: vide i. doctore.

S E D contra istam determinationē arg. sic. Ecclesia addidit multa sensibilia sacramētis, vt oleum in sacramento ordinis, & in baptismo: ergo non sunt à Deo determinatae huiusmodi res. **A D** hoc dico: quod ea quae ecclesia addidit, non sunt de essentia sacramētorum: sed ad solenitatem tantum, & ceremoniam ipsorum, & ad maiorem deuotionem.

S E D an ita fuere res determinatae in lege natūrae ad aliq sacramēta? Ad hoc respōdet. S. Th. ad tertium ex Aug. 19. cōtra Faustū. 19. quod non: quia ex Christi oīnia deduxit ad p̄fēctū, ideo illi in illa lege non habebant sacramēta perfecta. Sed dicit. S. Thom. quod dominus dixi gebat eos ad res, quibus debebant vti.

S E D an habebant aliqua sacramēta, vel solum ex eo, quod protelabantur fidem liberabāntur à peccatis?

A D hoc dico prius, quod nihil habemus certū, quia nihil est de hoc scriptum in sacra scriptura nec in aliqua alia authētica.

Secundo dico: quod valde probabile est, quod habebant sacramēta: patet quia habebat sacerdotes vt Melchisedech.

Tertio dico: quod vere simile est, quod ipsi inter se conueniebant, & instituebant aliqua signa, quibus vrebāt̄ loco sacramētorum. Licet non erant signa illa sacramēta, de iure diuino. i. ad quae sub diuino p̄cepto tenerentur: & per quae ex diuina institutione sanctificarentur.

S E D contra: quia dicit. S. Tho. quod Deus m̄uebat ad hoc quod vterentur illis sacramētis: ergo erant de iure diuino.

N E G O consequentiam: quia ecclesia mouetur ab spiritu sancto, & tamen ea, quae ecclesia ordīnat nondicūtur de iure diuino.

P R A E T E R E A vtedicit. Magister sententiarum sacramēta sunt instituta propter humilationem exercitationem, & eruditionem: & tunc ad huc vigebat ratio, & ideo non indigebat eruditione alicuius, per signa sensibilia exteriora.

S E D contra, in matrimonio nō requiruntur res nec in poenitentia. Ergo non requiruntur res in omnibus sacramētis. Antecedens patet: quia illa duo sacramēta a verbis tantum conficiuntur. **A D** hoc Durandus. d. i. 4. q. 3. concedit totum, & bene dicit, capiendo res, vt distinguuntur cōtra voces. Sed. S. Tho. art. 6. ad. 2. dicit quod sub rebus comprehenduntur ipsi actus sensibiles, vt lotio in baptismo: & actus cōjugū in matrimonio,

Articulus sextus.

An in significacione sacramētorum requirantur verba.

A **D S E X T U M :** sic procedit. Videlur quod in significacione sacramētorum non requirantur verba. Dicit enim Aug. contra Faustū. Quid sunt aliud quae corporalia sacramēta, nisi quasi quædā verba visibilia? Et sic videlur quod addere verbarebus sensibilibus in sacramētis, sit addere verba verbis. Sed hoc est superflū: ergo non requiruntur verba cum rebus sensibilibus in sacramētis.

P R A E T E R E A : sacramētum est aliquid unum. Ex his autem quae sunt diversorum generum, nō videlur posse aliquid unius fieri. Cum igitur res sensibiles, & verba sine diversorum generū (quia res sensibiles sunt à natura, verba autem à ratione) videlur quod in sacramētis non requirantur verba cum rebus sensibilibus.

P R A E T . Sacramēta nouæ le. successerunt sacramēta ve. le. quia illæ ablatis ista sunt instituta, vt Aug. dicit. 19. contra Faustum: Sed in sacramētis ve. le. non requireruntur aliqua forma verborum. Ergo nec in sacramētis no. le.

S E D cōtra est qđ apost. dicit ad Ephe. s. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit se metipsum pro ea, ut illam sanctificaret, uacuo aqua in verbo vita. Et Aug. dicit su per Ioan. Accedit verbum ad elemētum, & fit sacramētum.

R E S P O N D E O dicēdū: quod sacramēta (sic edicēdū est) adhibētur ad hominū sanctificationē, sicut quædā signa. Tripliciter ergo cōsiderari possunt, & quolibet modo congruitis quod verba rebus sensibilibus adiungantur. Primo enim possunt considerari ex parte cause sanctificatis, quae est verbum incarnationis, cui sacramētum quodammodo cōforma

tur, in hoc quod rei sensibili verbū adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est verbum dei unitum.

S E C U N D U M possum cōsiderari: sacramēta ex parte hominis qui sanctificatur: qui cōponitur ex aia & corpore, cui pportionatur sacramentalis medicina, quæ per rem visibilem corporis tangit, & per verbū ab anima creditur. Unde Aug. dicit super illud Ioan. 15. I am the vine, you are the branches. Propter sermonem. &c. Unde est ista tanta virtus aquæ ut corpus tangat, & cor abluit, nisi faciēt verbo, nō quia dicitur sed quia creditur?

T E R T I O possunt considerari ex parte ipsi in significacionis sacramentalis. Dicit autem Aug. in. 2. de doctrina christiana, quod verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia verba diuersi mode formari possunt ad significandos diuersos conceptus metis: & propter hoc per verba, magis distincte possumus exprimere quod mente concipi mus. Et ideo ad perfectionem significacionis sacramentalis, necesse fuit ut significatio rerum sensibilium per aliqua verba determina retur. Aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem: & refregerium propter suam frigiditatem. Sed cū dicitur. Egote baptizo manifestatur quod aqua vtimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod res visibiles sacramētorū dicūtur verba per quandam similitudinem: in quantum. s. participant quandam vim significandi, quæ principaliter est in ipsis verbis: ut dictum est. Et ideo non est superflua ingeminatio verborū, cum in sacramētis rebus visibilibus verba adduntur: quia unum eorum determinatur per aliud: ut dictum est.

A D S E C U N D U M dicēdū, quod quā uis verba, & aliæ res sensibiles sint in diuerso genere: quantum pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione significandi, quæ perfectius est in verbis quā in alijs rebus. Et

ideo ex rebus, & verbis fūt quodammodo unū in sacramētis, sicut ex formata materia: in quantum. s. per verba perficitur significatio rerum, vt dictum est. Sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles: puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi & in rebus.

A D T E R T I U M dicendum, quod (sicut Aug. dicit contra Faustum) alia debet esse sacramēta rei presentis, & alia rei futuræ. Sacramēta autem ve. le. prænūcia erat Christi venturi, & ideo non ita expresse significabat Christum, sicut sacramēta no. le. quæ ab ipso Christo efflunt, & quandam similitudinem ipsius in se habent: ut dictum est. Ut ebantur tam in veteri lege aliquibus verbis, in hisque ad cultum dei pertinent, tam sacerdotes qui erant sacramētorum illorum ministri, secundum illud numeri. 6. sic benedicitis filiis Israel: & dicetis eis: benedic tibi dominus. &c.) Quamctiā illi qui illis sacramētis vtebantur: secundum illud deute. 26. profiteor coram domino de tuo. &c.)

C I R C A hūc. s. art. dubitatur. An requirātur verba ad sacramēta. Dico qđ ita: & in corpore art. dātur rationes conuenientes quare à Christo instituta sint sacramēta in rebus & verbis. Sed probatio legitima est sumenda à sacra scriptura, & ab ecclesia.

Ideo prius probatur ex ritu ecclesiæ, quia ecclesia nunquam administravit sacramēta nisi cū verbis, ergo verba requiruntur.

Secundo probatur. Paulus ad Ephe. s. dicit quod Christus dilexit ecclesiæ & c. Mundans eam lauacro aqua & in verbo vita.

Sed de hoc latius in particulari de forma cuiuscunque sacramēti disseremus.

Sed contra. Nō requirebantur verba ad omnia sacramēta ve. le. nisi ad sacramētum zelo tipiæ numeri. s. ergo nec ad omnia sacramēta nouæ legis. Nego consequentiam quia illa erant imperfēcta hæc autem perfecta sunt.

Præterea arguitur sic. In matrimonio non requiruntur verba quia mutus potest cōtrahere & per scripturam, extra de sponsalibus cap. cū apud: & cap. tua. Ergo non requirūrur verba in omnibus sacramētis no. le. Ad hoc duran. 4. d. i. quæst. 3. concedit consequens propter argumentum: & dicit quod quādo magister sententiarū dicit quod ad sacramēta requirūrur verba, intelligit de vero sacramēto no. le. id est quod nō fuit ve. le. Et quia

matrimonium fuit etiam veteris legis, ideo ad illud non requiruntur verba. Et cum durā. videatur tenere Adrianus in.4. quæst.2. ad.5.

SE D ego dico, cum. S. Tho. in.4.d. 27. quæst.1. art.2. quæst.2. ad.2. quod per verba nō intelliguntur solum voces. Sed etiam alia signa quibus explicantur consensus, accipiuntur loco vocis.

Præterea dico, quod disputatio hæc inter Durā. & Adrianum ex una parte & S. Thom. & magistrum ex alia, est de nomine: quia omnes concedunt, quod matrimonium etiam in quātū est sacramentum potest contrahi sine verbis accipiendo per verba tantū voces. Nec. S. Tho. hoc negat. Et hoc est peculiare in illo sacramento, si quis aut tentaret confidere aliud sacramentum sine vocibus nihil faceret.

SED contra. Si sponsalibus de futuro superueniat copula carnalis fit matrimonium sine signis, extra de sponsalibus cap. veniēs ad nos. Ergo nō requiruntur verba, neque signa, & sic falsum est quod. S. Thom. dicit.

AD hoc dico. Prius quod videbimus in materia matrimonij.

Secundo dico, quod illud est matrimonium ex præsumptione iuris: & nō ex natura rei. Sed præsumit ius quod talis aliquo motu, vel signo explicuit quod accedebat ad illam tanquā ad suam. Tertio dico, quod si talis accedit animo non accipiendi illam in vxorem, non est verum matrimonium, quia nou est nec fuit consensus qui est de essentia matrimonij.

Quarto dico, quod si vterq; accedit cum animo nubēdi post sponsalia, est matrimonij: quia per illam copulam est. non sit aliud signū: sufficiens explicatur consensus ratione sponsalium precedentium &c.

Quinto dico, quod etiam si post sponsalia defutro sponsus perat copulā (licet non conueniant si tamen consentiant inter se spōsi) probabile est quod est matrimonium: quia sic sufficienter explicatur consensus.

SED contra questionē qua dicitur quod requiruntur res & verba. Arguitur sic. In matrimonio & in poenitentia non requiruntur res. Ergo conclusio falsa. Paret antecedens quia vocibus tantum conficiuntur illa sacramenta.

AD hoc dicit durandus. 4.d.1. quæst. 3. quod verum est totum quod probat argumētum. Capitulo in.4.d.1. &.d.26. dicit quod in matrimonio res sunt actus complacentiae & quod in poenitentia res sunt confessio.

EGO autem dico cū sanct. Tho. 4.d.26. quæst. 2. art.1. a d.2. &.d.14. quæst.1. art.1. quæstiuncula.1. ad primū, quod materia matrimonij sunt actus coniugum, id est actus illius coniugis qui incipit. Et materia poenitentiae est actus ipsius poenitentis, id est confessio ipsius. Et si materia ergo res. Quia materia sacramenti est res in sacramento: vt patet de aqua in baptismo. Nam materia in sacra-

mentis non est sicut in naturalibus: sed sicut in artificialibus. Ita quod res sive actus imperfectus in sacramento dicitur materia sacramenti, & actus qui perficit vocatur forma. Et sanct. Tho. dicit hic ad.2. quod sub rebus cadunt actus sensibiles: vt lotio in baptismo, Paludanus autem in loco citato. f.4.d.1. quæst.4. dicit quod materia in matrimonio sunt contrahentes. Tamen hoc est contra. S. Thom. Et secundo, illi non sunt partes sacramenti. Ergo non sunt materia nec res sacramenti.

Articul. septimus

Vtrū requirantur determinata verba in sacramentis.

D SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod non requirantur determinata verba in sacramentis. Ut enim philosophus dicit, voces non sunt eadem apud omnes. Sed salus quæ persacramenta queritur, est eadē apud omnes. Ergo non requiruntur aliqua determinata verba in sacramentis.

P R A E T E R . E A. Verbæ requiruntur in sacramentis in quantum sunt principiæ liter significatiæ, sicut dictum est. Sed contingit per diuersa verba idem significari. Ergo non requiruntur determinata verba in sacramentis.

P R A E T E R . E A. Corruptio cuiuslibet varietatis eius speciem. Sed quidam corrupte verba proferunt, nequam propter hoc creditur sacramentorum effectus impediri. Alioquin illiterati, & balbi, qui ista sacramenta conferunt, frequenter defectum in sacramentis inducerent. Ergo videtur quod non requiratur in sacramentis determinata verba.

S E D C O N T R A E S T : quod dominus determinata verba protulit in consecratione sacramenti eucharistie dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum. Similiter etiam mādauit discipulis, ut sub determinata forma verborum baptizarent, dicens Matth. ultimo. Euntes docete omnes gentes baptizare eos in nomine patris, & filii, & spū sancti.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sic ut dictum est) in sacramentis verba habeant per modum forme. res autem sensibiles per modum materie in omnibus aut compositis ex materia & forma, principium determinationis est ex parte forme, que est quodammodo finis, & terminus materiae. Et ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quā determinata materia: materia. n. determinata requiritur. ut sit proportionata determinatae forme. Cū igitur in sacramentis requiratur determinatae res sensibiles, quæ habent in sacramentis sicut materiam multo magis requiritur ēis determinata forma verborū.

A D primū Ergo dicendum: qd sicut Aug. dicit sup Ioa. verbū operatur in sacramentis, nō quia dicitur. i. nō secundū exteriōrē sonū vocis sed quia creditur i. secundū sensu verborū, qui fide tenetur. hic quidē sensus est idē apud omnes, licet ī oneadē voces sint quātū ad sonū. Et ideo cuius cūque lingue verbis perferatur talis sensus, perficitur sacramentū.

A D secundū dicendum: qd licet in qualibet lingua contingat diversis vocibus idē significari semper tamen aliqua illarū vocū est, quæ principalius, & communius hōies illius lingue utitur ad hoc significandū. Talis vox assumi debet, significatio sacramenti. Sicut ē iter res sensibiles illa assumuntur ad significacionē sacramenti cuius usus est communior ad actū, per quē sacramenti effectus significatur. sicut aqua communius utuntur hōies ad ablutionē corporalem, per quā spūialis ablutionē significatur, & ideo aqua assumitur ut materia in baptismo.

A D tertium dicendum: qd ille qui corrupte p̄fet verba sacramentalia, si hoc ex industria facit, nō videtur itēdere facere qd facit ecclesia. Ita nō videtur p̄fici sacramentū.

Si aut̄ hoc faciat ex errore, vel lapsu lingue, sisit tanta corruptio, que omnī auferat sensu locutionis, nō videtur perfici sacramentū. Et hoc præcipue contingit quādō fit corruptio ex parte principij dictionis: putat si loco eius qd est ī nomine patris: dicat ī nomine matris si vero non totaliter auferatur sensus locutionis p̄ huius

modi corruptellā, nihilominus p̄ficitur sacra mētū & hoc præcipue contingit quādō fit corruptio ex parte finis: putat si aliquis dicat ī nomine patris, & filias. Quāvis n. huiusmodi verba corrupte plāta, nihil significat ex virtute positionis: accipiūtur tamē ut significatio ex accommodatiōe usus. Et ideo licet mutetur sonus sensibilis, remanet tamen idē sensus. Quādō autē dictū est de differētia corruptionis circa principiū, vel finē dictiōis, rationē habet quia apud nos variatio dictionis ex parte principiū, mutat significacionem: variatio autē ex parte finis dictionis, ut plurimū mutat significacionē: quā tamen apud gr̄eos variatur etiam secundum principium dictionis in declinationibus verborum. Magis tamen videtur attendenda quantitas corruptionis quia ex utraque parte potest esse tā parua quod non auferit sensum verborū, & tam magna quod auferit. Sed unum horum facilius accidit ex parte principiū, & aliud ex parte finis.

CIRCA hūc articul., dubicatorian in oībus sacramentis requiratur verba determinata. Res pōder doctor affirmavit. Vide literā. Hic prius queritur, an intelligatur cōclusio qd de iure diui no, requirātur in sacramentis determinata verba. Nā licet ī aliis sacramentis notū sit, determinata verba regri de iure diuino, nō tñ in oībus. AD hoc dico, prius qd certū & manifestū est, formas aliquorū sacramentorū de iure diuino pater Matth. vltimo baptizātes eos ī nomine patris et filij & spū sc̄ti: Et de eucharistia, Matt. 26. hoc est euī corpus meū. Sc̄do, dico quo nō requirūtur determinata verba ad sacramenta de iure diuino, in isto sensu, qd sint certa verba, ī certa lingua: ita qd nō liceat mutare linguā, aut ī eadē lingua, nō liceat ut vti ī equi valētibus verbis. Patet p̄positio, qd ī quacūq; lingua, & ī eadē lingua, ī quacūq; verbis significetur illa sentētia cōmuniter apud oēs, ego te baptizo ī nomine patris & filij. &c. tenet fāctū, Tertio dico, qd. Ad oīa sacramēta, requirūtur determinata verba ad istū sensū, qd ex cōmuni ī positione patris, aut lingue, exprimāt illa verba sensū sacramenti, ad cuius cōfessionē applicātur. Ethocē tēdēdo verba ad signa ēt, explicātia illū sensum sacramenti. Ita probatur consensu omnī dōctorum: probabitur etiā in particulari, in materia cuius cūq; ī sacramenti.

Secūdō p̄cipialiter, vide argumēta doctoris. Et in solutiōe ad.2. nota qd b̄dicit caeterans, verba illa. S. Th. (s. verba illa sī imēda sūt ī sacramēta, qbus p̄cipialiter, hōies illius lingui videntur

ad illum actum significandum) intelligenda esse. quantum ad debitum usum sacramenti; non tamen quod necessario requirantur ad hoc quod teneat factum, quia etiam in alijs equivalentibus tenebit factum. Et probat quia informa baptismi dicimus. Ego te baptizo in nomine patris. &c. Et tamen baptizo est verbum grecum, & apud Graecos non significat lauare sed tingere. & ex accommodatione usus, in lingua latina significat lauare. Ergo non requiritur ad faciendum sacramentum, quod verba formae sint illa quibus homines principaliter videntur ad illum actum significandum: sed intelligentur quod ab debito usum sacramenti, id est ad hoc quod debito modo admittetur sacramentum.

S E C V N D O, non licet ut alijs verbis, quia est praeceptum ecclesiae consuetudine declaratum quod non mutetur ritus ecclesiae plibito a quoque. **T E R T I O**, si ex ignorantia, vel negligentia contingat, quod aliquis, utatur alijs verbis aequivalentibus verbis formae scias quod factum tenet. Sed qui fecit peccauit: quia non seruauit ritu ecclesiae. **Q U A R T O**, non solum tenet factum, quando minister sacramenti videntur verbis, ex impositione significantibus sensum sacramenti; sed etiam quando videntur verbis, ex accommodatione usus significantibus praedictum sensum, ut si quis dicat, ego absoluo vos, vel praestantiam vestram quia nobilis est, & videtur ei ista urbanitas debita, aut si Episcopus dicat nos baptizamuste. Eo quod sic soleant Episcopi loqui. Attamen anemone debet fieri: sed seruandus est ritus ecclesiae.

Q U I N T O, sacramentum conficitur, esto mutetur informa significatio alicuius verbi per se sumpti, si tamen prout est in contextu corrupta formae, non mutatur: ut patet de consecratione. **d. 4. cap. retulerunt**, de illo qui sub hac forma baptizavit. Ego te baptizo in nomine patria. &c. ubi patria absolute sumptum aliud significat quam pater, sed in illa forma, idem quod pater.

I N Argumento tertio, petit. **S. Thom.** an liceat mutare, interrumpere, minuere, aut addere verba in sacramentis. Ad quod respondeatur aliquibus propositionibus.

P R I M A propositione est. Non licet mutare, nec addere, nec interrumpere, nec minuere, aut addere verba in sacramentis. Ad quod respondeatur aliquibus propositionibus.

P R I M A propositione est. Non licet mutare, nec addere, nec interrumpere, nec minuere, aut addere verba in sacramentis, sed seruandus est in omnibus ecclesiae ritus: & oppositum faciens peccat. Et si notabiliter mutat ecclesiae suae ritum: peccat mortaliter. Dico suae ecclesiae, quia latinus tenetur seruare ritum ecclesiae latine: grecus autem in aliis lictis ritum ecclesiae grecorum, ut inferius quod est. **i. 5. art. 4.** docet sanct. **S. Thom.** quod sacerdos grecus debet confidere Eucharistiam in fermentato, ut conformetur ecclesiae sua, & latinus in azimo ut latine ecclesiae conformetur. Itaque seruatis essentialibus alicuius sacramenti si sunt aliqua ceremonia facientes ad solemnitatem sacramenti in una ecclesia, quae non sunt

alia: sacerdos illius ecclesiae tenet illas seruare. **S E C V N D A** propositione (qua est expressa in litera ad. 3.) est. Si ex industria quis corrumperat verba, etiam si maneat sensus sacramenti, videtur quod non perficit sacramentum. Ratio est, quia videtur quod non intendat facere, quod ecclesia facit, quod requiritur ad perfectionem sacramenti: vel ad hoc quod sit sacramentum.

T E R T I A propositione. Quomodounque corruptantur verba, ita quod non maneat sensus: non est sacramentum, esto fiat ignorantia invincibili. Ex diuina enim institutione oportet ut maneat semper sensus: quod latius probabitur in materia cuiuscunque sacramenti. Hanc propositionem omnes nullo excepto recipiunt.

Q U A R T O propositione. Si corruptantur verba: ita tamen ut maneat sensus (nisi ex malitia intentio facere aliud quam facit ecclesia) est sacramentum. Ista probatur de consecratione. **d. 4. cap. retulerunt**, ubi determinatur quod baptizatis sub hac forma, ego te baptizo in nomine patris & spiritus sancti: tenet factum. Et sic est de aliis.

Hac propositione addit sanct. **S. Thom.** vnum quod est notandum, quando si variatur verbum in principio, & quando in fine. Nam facilius corruptitur sensus, quando mutantur vel quoquomodo variantur verba in principio distinctionis: quam dum mutantur in fine.

Q U I N T A propositione. Si fiat tanta interrupcio, ut non maneat sensus: non est sacramentum. Probatur hanc sicut tercia, ex sententia omnium.

S E X T A propositione. Si interrupcio est tam parva, quod maneat sensus: est sacramentum. Hec etiam est communis animi conceptio in hac materia.

S E P T I M A propositione. Idem dicendum est de transpositione. Si maneat sensus erit sacramentum. Si autem non maneat sensus, nec erit sacramentum.

O C V A V A propositione. Si addatur verba formae vel tollantur ab ea ita ut maneat sensus est sacramentum: alias non.

I N T E R has propositiones, sola secunda est dubia. Et Petrus Paludanus in. 4. d. 3. quest. 1. art. 3. dicit: quod licet quis de industria mutet, vel interrumpat formam: si maneat sensus, est sacramentum. Probat, quia apponit veram formam licet corruptam.

Secundo quia greci corrupti ex industria & tamen faciunt sacramentum.

Ideo dico, quod propositione. **S. Thom.** hoc modo intelligenda est. Si quis intendat corrumpere formam (manente tamen sensu) & intendit facere quod facit ecclesia, id est, intendit administrare sacramentum ecclesiae, tenet factum, & est sacramentum. Si autem ita intendit corrumpere formam, ut non intendat facere quod facit ecclesia, quantumcumque maneat sensus, non conficitur sacramentum. Probatur ut probat Paludanus: quia est vera forma licet corrupta. Et quod ista sit intentio. **S. Thom.** patet, quia

dicit, videtur quod non intendit facere, quod facit ecclesia, sed introducere errorem. Ex hoc bene sequitur quod si maneat sensus, & non intendit introducere errorem: tenet sacramentum.

S E D quomodo cognoscetur, si talis intendebat facere quod facit ecclesia, aut non? An tale sacramentum reiterandum sit? Nam si non intendebat facere, quod facit ecclesia, non est sacramentum, & sic est iterandum.

A D hoc dico cum sanct. **S. Thom.** in. 4. d. 3. quest. 2. quod cognoscetur ex circumstantiis. Si talis sciens ebat formam ecclesiae, & nihilominus corrupit coniendum est, quod nolebat facere quod facit ecclesia: ideo res est dubia, quam obrem reiterandum est sacramentum: ut determinatur de sacramento baptismi, extra de baptismino & eius effectu cap. de quibus dubium est.

Q U A R T O propositione. **V A E R I T V R**, si variatio formae sit talis, ut aliqui audientes intelligent sensum verae formae, & alii non an sit sacramentum. Ut si dicatur hoc est nanque corpus meum. Et si militer: an sufficeret imponere verba nunc) sicut si minister imponat sibi ipsi, vel inter paucos adhuc quod sit sacramentum.

A D hoc, dico quod non: Sed oportet ut verba quibus videntur est in administratione sacramentorum, significant sensum sacramenti apud communiteatem. Probatur. Prius quia debent esse signa. Illa autem sic imposita, vel quae apud paucos significant: non sunt vera signa authenticata. Ergo Secundo, quia sacramenta sunt instituta propter bonum commune: ideo verba in sacramentis debent esse communia, & significare communiter omnibus. **R V R S V S**, quantum ad interruptionem dico (sicut de similitate formae & materiae) quod requiritur ut sit sacramentum similitas moralis, & illa sufficit, licet non sit in instanti eodem: Ita ut parva interrupcio, quae moraliter loquendo non tollit quin syllabae dicantur esse simul: non tollit sacramentum: magna autem tollit.

Rursus, pro his omnibus notandum est, quod dividimus ex illo cap. de quibus dubium est, quod quotiescumque fuerit apparenz dubium ob aliquam verborum corruptionem: reiterandum est sacramentum sub conditione.

A T. Si varietur forma aliquo praedictorum modorum, ita ut non maneat sensus, quale peccatum est? **D I C O** quod erit sacrilegium mortale. Si autem varietur forma ita ut maneat sensus sacramenti, distinguendum est. Nam aliqua forma est in ecclesia, qua non est determinata quantum ad verba id est quibus verbis sic exprimenda: & variare talem bonam fidem sine malo fine, nullum est peccatum sicut in matrimonio.

Sed alijs sunt formae, quae aliquo modo sunt determinatae: & aliquo modo non videntur determinatae, ut in sacramento penitentiae. Ego absoluo te, greci dicunt absoluunt seruus Christi Itaque sunt determinatae quantum ad sensum de

necessitate sacramenti: & quantum ad voces de bene esse secundum ritum illius ecclesiae. Et tunc dico, quod variare huiusmodi formas quantum ad voces notabiliter, quantumcumque maneat sensus est mortale: quia notabiliter agit contra determinationem & ordinacionem ecclesiae, in re graui. Et quia exponit se periculo non facienda sacramentum: quod est sacrilegium.

Si autem varietur forma notabiliter, erit venia. Pater, quia quod parum est pro nihilo reputatur.

Articul. octauus.

Vtrum liceat aliquid addere verbis in quibus consistit forma sacramentorum.

D O C T A V M V sic proceditur. **V**idetur quod nihil liceat addere verbis in quibus consistit forma sacramentorum. Non enim sunt minoris necessitatibus, huiusmodi verba sacramentalia, quam verbas scripturae. Sed verbus scripturae per nihil licet addere, vel minuere. dicitur enim Deutero. 4. non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et **A pocali** si. **C**lement. **C**onfessor omni audiente verba prophetarum libri huius: si quis apposuerit ad hanc, apponet super eum Deus plagas scriptas in libro isto: **t** si quis dimisuerit, auferet Deus partem eius de libro vita. Ergo videtur quod nec in formis sacramentorum liceat aliquid addere vel minuere.

P R A E T E R E A. Verba habent in sacramentis, per modum formae: ut dictum est. Sed in formis qualibet additio, vel subtractio variat, speciem, sicut **t** in numeris: ut dicitur octavo Metaphysicae. Ergo videtur quod si aliquid addatur vel subtractatur a formis sacramenti non erit idem sacramentum.

P R A E T E R E A. Sicut ad formam sacramenti, requiritur determinatus numerus dictiorum, ita ut requiratur determinatus ordo verborum, **t** etiam orationis continuitas. Si Ergo additio vel subtractio non auferat sacramenti veritatem: videtur quod parvissima nec transpositio verborum, ait etiam interpolation pronunciationis.

S E D C O N T R A E S T. Quod in formis sacramentorum quedam apponuntur à quibusdam, quae ab alijs non apponuntur. Sicut latini baptizant sub hac forma, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti; græci autem sub ista, baptizetur servus Christi. N. in nomine patris. Et tamen utriusque verum conferunt sacramentum. Ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere: vel minuere.

R E S P O N D E O dicendum, quod circa omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum contingere, duo certare esse consideranda. Unum quidem ex parte eius qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum. Ut infra dicitur. Et ideo si intendat per huiusmodi additionem vel diminutionem alium ritum introducere, quin non sit ab ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum: quia non videatur quod intendat facere id quod facit ecclesia.

A L I V D autem est considerandum ex parte significationis verborum. Cum enim verba operentur in sacramentis, quantum ad sensum quem faciunt (ut supra dicitur). Et. m. est oportet considerare, utrum pertalem mutationem tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est quod tollitur veritas sacramenti. Manifestum est autem, quod si diminuatur aliquid eorum que sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum. Unde didimus dicit in libro de Spiritu sancto. Si quis ita baptizare conetur, ut unum de predictis nominibus prætermittat (s. patris & filij, & spiritus sancti) sine perfectione baptizabit.

S I autem subtrahatur aliquid quod non sit de substantia formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum: & per consequens nec sacramenti perfectionem. Sicut in forma Eucharistia, quæ est, hoc est enim corpus meum, si enim sublatum, non tollit.

debitum sensum verborum, & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quanvis posse contingere, quod ille qui prætermittit pccaret ex negligencia vel contemptu.

C I R C A additionem etiam contingit aliquid apponi quod est corruptuum debitum sensus: putá si aliquis dicat. Ego te baptizo in nomine patris maioris, & filij minoris, sicut Arrianij baptizabant, & ideo talis additionis tollit veritatem sacramenti. Si vero sit talis additio, quæ non auferat debitum sensum, non tollitur sacramenti veritas: Nec refert utrum talis additio fiat, in principio, medio, vel in fine: ut si aliquis dicat. Ego te baptizo, in nomine dei patris omnipotens, & filij eius unigeniti, & spiritus sancti paracleti, erit verum baptismus. Et similiter, si quis dicat. Ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beata virgo te adiuuet, erit verum baptismus.

F O R T E A V T E M si diceret, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beata virginis Marie, non esset baptismus: quia dicitur prima ad Corinthi, primo. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizatus estis?

Sed hoc verum est si sic intelligatur in nomine beatae virginis baptizari: sicut in nomine trinitatis, quo baptismus consecratur. Talis enim sensus est contraire vera fidei, & per consequens tollere veritatem sacramenti. Si vero sic intelligatur quod additur, & in nomine beatae virginis: non quasi nomen beatae virginis aliquid operetur in baptismo sed ut eius intercessio proficit baptizato ad seruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ad verba sacrae scripturae, non licet aliquid apponere quantum ad sensum: sed quantum ad expositionem sacrae scripturae multa eis verba a doctoribus apponuntur.

Non tamen licet etiam verba sacrae scripturae apponere, ita quod dicantur esse de integritate scripturae: quia hoc efficit vi- cium falsitatis. Et similiter, si quis diceret aliquid esse de necessitate formæ quod non est.

A D S E C U N D U M dicendum, quod verba pertinent ad formam sacramenti ratione sensus significati. Et ideo quodcumque fiat additio vel subtractione verborum, quæ non addat aliquid aut subtrahat debito sensu: non tollitur species sacramenti.

A D T E R T I U M dicendum, quod sisit tanta interruptio verborum, quod intercipiatur intentio pronunciantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius. Non autem tollitur quando est parua interruptio que intentionem profertenis & intellectum verborum non auferit. Et idem est etiam dicendum de transpositione verborum: quia si tollit sensum locutionis, non perficitur sacramentum, sicut patet de negatione præposita vel post positæ signo. Si autem sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non variet, non tollitur veritas sacramenti: quia secundum quod philosophus dicit, nomina & verba transposita idem significant.

C I R C A hunc octauum articulum nota propositiones. S. Thom. quia iam materiam hanc in articulo præcedente resolutumus. Primi igitur propositio. S. Thom. est. Si quis per additionem vel diminutionem ad formam alicuius sacramenti, intendat alium ritum ab ecclesia non receptum induceren: non videtur facere sacramentum. Probatur quia non videtur quod intendat facere id quod facit ecclesia.

Secunda propositio. Si per talam additionem vel subtractionem ad formam, tollatur sensus veræ formæ: non conficitur sacramentum.

Tertia propositio. Si subtrahatur aliquid quod non sit de substantia formæ: talis diminutio non tollit debitum sensum verborum: & sic nec sacramenti perfectionem.

Quarta propositio doctoris sancti est. Si quis apponat aliquid ad formam sacramenti quod mutet sensum formæ, non conficitur sacramentum.

Si aliter non mutet, conficitur sacramentum. Ex hac quarta propositione, duo infert. S. Thom. Primum est. Si quis in forma baptismi dicat, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beata virgo te adiuuet, vere baptizatis quia seruatur sensus verus formæ sacramenti. Sed ad huc est distinctendum. Nam si ille qui in forma baptismi apponit additamentum illud, & beata virgo te adiuuet, apponit tanquam quod sit de formâ sacramenti, ita quod hac tota copulativa, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beata virgo te adiuuet, utatur per formam, intendens per totam illam orationem baptizare non conficit sacramentum, quia mutatur sensus formæ, sicut si dixisset. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & Petrus currit, utens tota oratione pro forma. Si vero apponat & beata virgo te adiuuet tanquam orationem, ita quod intendat per primam orationis partem. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, baptizare apponit tamen aliam partem (i.e. beata virgo te adiuuet) tanquam orationem, & nou tanquam formam: est verum sacramentum.

S E C U N D O, inferebat sanctus doctor ex praedi-
cti quarta propositione, quod si quis dicat. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & beata virginis Marie, forte non est sacramentum. Vbi videatur quod relinquat sub du-
bio. Sed dicendum est, quod tunc non est sacramentum: quia mutatur sensus formæ. Probatur,
quia idem est dicere in nomine patris, &c. Id est in virtute, vel in invocatione patris, &c. Cum autem apponit in nomine virginis Marie: est sensus, in virtute, vel in invocatione virginis Marie, qui sensus falsus est: quia baptismus solum consumetur in virtute & in invocatione trinitatis.
Circa solutionem ad tertium nota, quod si verba formæ alicuius sacramenti interrupte profertur: ita quod iam mutetur intentio proferen-
tis, vel sensus non est sacramentum. Ut si adeo mo-
role quis dixisset, ego te baptizo, &c. Quod iam quando dicit filij non habet intentionem quam habebat quando dixit patris: non facit sacramen-
tum. Vel moraliter loquendo iam ab audiencie
bus non perciperetur ille verus sensus formæ: non
conficeretur sacramentum.

D e necessitate sa-
cramentorum.

Quæstio secunda.

DEINDE considerandum est de necessitate sacramentorum. Et circa hoc queruntur quatuor.

Primo. Utrum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.

Secundo. Vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.

Tertio. Vtrum fuerint necessaria in statu post peccatum, ante Christum.

Quarto. Vtrum fuerint necessaria post Christi adventum.

Articul. primus.

Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

DPRIMVM sic proceditur. Videtur quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apostolus 1.ad Timoth. 4.corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Sed usus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem eo quod sacramenta perficiuntur in significacione sensibili rerum & verborum, ut dictum est. Ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

PRATERE A. 2.ad Corinth. 12. Apostolo dicitur, sufficit tibi gratia mea. Non autem sufficeret si sacramenta essent necessaria ad salutem. Non sunt ergo sacramenta saluti humanae necessaria.

PRATERE A. Posita causa sufficienti, nihil aliud videatur esse necessarium ad effectum. Sed passio christi est sufficiens causa nostra salutis. Dicit enim Apostolus ad Roma. s. si cum inimici eissemus reconciliari sumus deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non Ergo requiriuntur sacramenta ad

salutem humanam.

SECUNDUM CONTRAEST. quod Augustinus dicit. 19.contra Faustum. In nullum nomen religionis, seu verum, seu falsum coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculum seu sacramentorum visibilium consortio colligentur.

SED necessarium est ad humanam salutem homines adunari in unum verum religionis nomen. Ergo sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

RESPONDEO dicendum, quod sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione. Quarum prima sumenda est ex conditione humanae naturae: cuius proprium est, ut per corporalia & sensibilia, inspiritalia & intelligibilia educatur. Pertinet autem ad diuinam prouidentiam, ut unicuique rei prouideat secundum modum sua conditionis. Et ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus & sensibilibus signis quae sacramenta dicuntur.

SECUNDA ratio sumenda est ex status hominis: qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus. Ibi autem debet medicinale remedium homini adhiberi: ubi patitur morbum. Et ideo conueniens fuit ut Deus per quedam corporalia signa, homini spirituale medicinum adhiberet. Nam si spiritualia uades proponerentur: eius amplus applicari non posset corporalibus debitis.

TERTIA AVTEM ratio sumenda est, ex studio actionis humanae: que praecipue circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum, si totaliter a corporalibus actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, qui bus salubriter exerceantur, ad evitanda superstitiones exercitia, quae consistunt in cultu demonum: vel qualiter cunque noxia quae consistunt in actibus peccatorum.

SIC Igitur per sacramentorum institutionem, homo conuenienter sue naturae eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectu cognoscens, dum sibi per corporalia subuenitur: preservatur etiam a noxiis actionibus per salubria exercitia sacramentorum.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod corporalis exercitatio in quantu est corporalis, non multum utilis est. Sed exercitatio per usum sacramentorum, non est pure corporalis: sed quodammodo est spiritualis, s. per significacionem & causalitatem.

AD SECUNDUM dicendum, quod gratia dei est sufficiens causa humanae salutis: sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis conuenientem, & ideo necessaria sunt hominibus sacramenta ad gratiam consequendam.

ADTERTIVM dicendum, quod passio Christi est sufficiens causa humanae salutis. Nec propter hoc sequitur, quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operatur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud Roma. 6. quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus.

CIRCA hunc articulum dubitatur, an sacramenta sint necessaria ad humanam salutem. Ad quod respondent communiter omnes scholastici cum magistro in d.i.duabus propositionibus.


PRIMA est. Sacramenta non fuerunt simpliciter necessaria: ita quod homines non posseut salutem sine sacramentis: quia poterat deus dare gratiam, charitatem, & gloriam, sine quoque signo sensibili si ei placeret.

SECUNDA propositione est. Sacramenta fuerunt necessaria ad salutem humanam, necessitate congruentiae idest. Ad hoc quod modo humano & servata humana conditione homines consequerentur salutem, ut per signa sensibilia homines cognoscerent & appeterent suam salutem. Hinc probat sanctus Thomus tribus rationibus, ut habes in textu. Scotus autem in 4.d.i.quest.3. addit alia bona rationem, quae est. Oportet ut homo quaerat salutem suam, & nullus quererit illud de quo multum dubitat an consequatur. Si autem non esset sacramenta, homines valde dubitarent de sua sa-

lute: & non moverentur ad eam inquirendam consequens ergo est (vt haec congruentia seruaretur) quod sacramenta instituerentur, ut homines cognoscerent & desiderarent salutem. Hanc rationem etiam tangit magister sententiarum in prima distinctione quarti: vbi dicit, sacramenta sunt instituta propter eruditionem, exercitationem & humiliationem.

Articul. secundus.

Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.



DSECUNDUM sic proceditur. Videatur quod etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta. Quia (sicut dictum est) sacramenta sunt necessaria homini ad gratiam consequendam.

ADTERTIVM dicendum, quod passio Christi est sufficiens causa humanae salutis. Nec propter hoc sequitur, quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operatur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud Roma. 6. quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus.

PRATERE A. Sacramenta sunt necessaria homini secundum conditionem humanam naturae: sicut dictum est. Sed eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum. Ergo videtur quod etiam ante peccatum homo indigerit sacramentis.

PRATERE A. Matrimonium est quoddam sacramentum, secundum illud Ephes. s. sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Sed matrimonium institutum fuit ante peccatum & dicitur Gene. 2. Ergo sacramenta erant necessaria homini ante peccatum.

SED CONTRAEST. Quod medicina non est necessaria nisi agroto: secundum illud Matth. 9. non est opus sanis medicus. Sed sacramenta sunt quedam spirituales medicinae, que adhibetur contra vulnera peccati. Ergo non fuerunt necessaria ante peccatum.

RESPONDEO dicendum, quod in statu innocentia ante peccatum, sacramenta nec-

saria non fuerint. Cuius ratio accipi potest, ex rectitudine status illius: in quo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis. Sicut enim mens suberat deo, ita menti suberant inferiores anime vires, & ipsi animae corpus. Contra hunc autem ordinem esset, si anima perficeretur vel quantum ad scientiam, vel quantum ad gratiam, per aliquid corporale: quod fit in sacramentis. Et ideo in statu innocentiae homo sacramentis non indigebat: non solum in quantum sacramenta ordinatur ad remedium peccati, sed etiam in quantum ipsa ordinantur ad animae perfectionem.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod homo in statu innocentiae gratia indigebat: non tamen ut eam consequeretur per aliquas sensibilia signa, sed spiritualiter & invisibiliter.

AD SECUNDVM dicendum, quod eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum: non tamen est idem natura status. Nam post peccatum anima etiam quantum ad superiorem partem: indigit accipere aliquid a corporalibus rebus ad sui perfectionem, quod in illo statu homini necesse non erat.

AD TERTIVM dicendum, quod matrimonium fuit institutum in statu innocentiae, non secundum quod est sacramentum, sed secundum quod est in officium naturae. Ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum ecclesiam: sicut & omnia alia in figura Christi praeserunt.

CIRCA hunc articulum secundum dubitatur an instatii Adami fuerunt sacramenta.

AD HOC. Duratus in. 4. d. 1. quæst. 2. dicit quod sacramentum capitur dupliciter. Vno modo pro si gno isto quo nos vtimur ad sanctificandum. Et sic in statu innocentiae non fuerunt sacramenta. Alio modo capitur sacramentum pro quoque signo protestatio fidei. Et sic fuerunt sacramenta in statu Adami. Itaque secundum Durandum non fuerunt sacramenta proprie vsque ad Abramum: sed improprie.

Ricardus. d. 1. quæst. 2. art. 1. & 2. dicit quod in primo statu hominis non fuerunt sacramenta: sed fuerunt in statu legis naturae. Quia credendum est quod deus instituit sacramenta, per hoc quod inspiravit tunc hominibus ut vterentur aliqui-

bus sacramentis sic institutis: licet hoc non legatur expresse in sacra scriptura. At quia hoc videatur contra. S. Thom. dico. Prius quod in sequenti articulo videbimus: an sacramenta fuerint, in lege naturæ.

Sed pro materia huius articuli, dico cum sancto Thom. & omnibus in. 4. d. 1. quod in statu innocentiae non fuerunt sacramenta: nec essent si ille status perseveraret, ob rationem. S. Thom. quia non essent infirmi, ideo nec medicinae.

Præterea, quia non perficebantur tunc homines à rebus inferioribus: ideo non indigebant signis quibus erudirentur.

SE D contra istam conclusionem arguitur sic. Supposita opinione, tenentium quod in statu innocentiae poterat esse peccatum veniale sine mortali, ponenda sunt sacramenta. Sed illud est probabile. Ergo dicendum est, quod fuerunt sacramenta.

A D H O C dico, primo quod non admitto illa opinionem cum sit contra. S. Thom. & falsa.

Secundo, esto esset vera, adhuc non est opus ponere illic sacramenta: quia gratia cum bonis actibus sufficiebant ad expiandum illa venialia.

SECUNDO, arguitur sic ex Palud. 4. d. 1. quæst. 3. Deus creauit, ab initio ignem inferni, & coelum empireum, ante peccatum, & est prior ad misericordem quam ad puniendum. Ergo cum fecerit statim ignem inferni ad puniendum, fecit etiam sacramenta in remedium.

A D H O C dicit Paludanus quod non est simile: quia ignis inferni non poterat creari postea sine magna mutatione terræ, quantum ad partes principales.

Secundo dico quod ignis inferni etiam creatus fuit propter angelos malos quod non est de sacramentis. Tertio dico quod non est opus medicamento illi qui non timet ægrotare. Et quia homines in statu innocentiae erant prædicti donis: quibus perseverantibus non ægrotarent peccando, ideo non erat opus sacramentis.

R V R S V S arguitur contra doctoris rationes quod si aliquid probent, solum sit de Adamo & Eua. Nam posteri fuissent ignorantes. Ergo indigebant sacramentis, & perfici per sensibilia.

A D H O C prius responderet. Scotus in. 4. d. 1. quæst. 3. quod non essent sacramenta in statu innocentiae: quia tunc non erant peccata (quaे sunt impedimenta salutis) ad quæ remouenda, maxime sacramenta instituta sunt. Et licet spiritualia cognoscerent illic homines per temporalia & sensibilia: non tamen per sensibile quod remoueret impedimentum peccati. Ideo illic nec fuerunt nec fuissent sacramenta. Hæc Scotus.

Caietanus autem hic dicit duo. Primum, quod. S. Thom. solum loquitur de Adamo & Eua.

Secundum, (& credo melius) quod loquitur de omnibus. Nam cum secundum. S. Thom. prima par. quæst. 10. articulo. 1.) omnes nasceretur in gratia, & cum gratia daretur donum scientiae quo illu-

minaretur, non docerentur per sensibilia quantum ad gratiam, & quantum ad gratiam spem etabant, sed altiori illo modo.

Articulus tertius

Vtrum post peccatum, ante Christum sacramenta debuerint esse.

D T E R T I V M. Sic proceditur. Videtur quod post peccatum ante Christum sacramenta debuerint esse. Dictum est enim, quod per sacramenta passio Christi hominibus applicatur: & sic passio Christi comparatur ad sacramenta sicut causa ad effectum. Sed effectus non præcedit causam. Ergo sacramenta non debuerunt esse ante Christi aduentum.

P R A E T E R E A. Sacra menta debent esse conuenientia statui humani generis: ut patet per Augustinum. 19. contra Faustum. Sed status humani generis non fuit mutatus post peccatum, usque ad reparationem factam per Christum. Ergo neq; sacramenta debuerunt immutari: ut præter sacramenta legis naturæ, alia statuerentur in lege Moysi.

P R A E T E R E A. Quanto aliquid est magis propinquum perfecto, tanto magis debet ei assimilari. Sed perfectio salutis humana per Christum facta est, cui propinquiora fuerunt sacramenta veteris legis: quaæ ea que fuerunt ante legem. Ergo debuerunt esse similiora sacramentis Christi. Cuius status contrarium appareat, ex eo quod sacerdotium Christi prædicatur esse futurum secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron: ut habetur Hebrei. 7. Non ergo conuenienter fuerunt disposita ante Christum sacramenta.

S E D C O N T R A E S T. quod Augustinus dicit. 19. contra Faustum, quod prima sacramenta quæ celebrabantur & obser-

vabantur ex lege, prænūcia erant Christi vēturi. Sed neceſſarium erat ad humanam salutem: ut aduentus Christi prænuntiaretur. Ergo neceſſarium erat ante Christum sacramenta quædam disponi.

R E S P O N D E O dicendum, quod sacramenta necessaria sunt ad humanam salutem: in quantum sunt quædam sensibilia signa inuisibilium rerum quibus homo sanctificatur. Nullus autem sanctificari potest, post peccatum nisi per Christum: quem proposuit deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius. ad offensionem iustitiae suæ, ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Et ideo oportebat ante Christi aduentum esse quædam signa visibilia: quibus homo fidem suam protestaretur de futuro salvatoris aduentu. Et huiusmodi signa dicuntur sacramenta. Et sic patet, quod ante Christi aduentum neceſſe fuit quædam sacramenta institui.

A D P R I M U M. Ergo dicendum, quod passio Christi est causa finalis veterum sacramentorum: quæ s. ad ipsam significanda sunt instituta. Causa autem finalis non præcedit tempore: sed solum in intentione agentis. Et ideo non est in conueniens aliqua sacramenta ante Christi passionem fuisse.

A D S E C U N D U M dicendum, quod status humani generis post peccatum & ante Christum dupliciter potest considerari. Uno modo secundum fidei rationem: & sic semper unus & idem permanit, quia si iustificabantur homines, per fidem futuri Christi aduentus. Alio modo potest considerari secundum intentionem & remissionem peccati, & expressæ cognitionis de Christo. Nam per incrementa temporum & peccatum cœpit in homine magis dominari: in tantum quod ratio hominis per peccatum obtenebrata, non sufficeret homini ad recte videndum præcepta legis naturæ. Sed neceſſe fuit determinari præcepta in lege scripta, & cum his quædam fidei sacramenta.

O P O R T E B A T et, quod p. incrementa tēporum, magis explicaretur cognitio fidei:

quia (ut Gregorius dicit) per incrementa tē porum, cœrunt diuinæ cognitionis augmentū. Et ideo etiam necesse fuit, quod in veteri lege quædam sacramenta fidei, quam habebat de Christo vēturo, determinarentur. Quæ quidem comparantur ad sacramēta quæ fuerunt ante legem, sicut determinatum ad inde terminatum: quia s. ante legem non fuit determinata prefixum homini, quibus sacramēta quæ essent signa sensibilia: ut sunt in lege euangelica: & facile inuenitur nūc aqua, & datur maior gratia quam tuac. Ideo quātum ad primum sensum questionis est communior sententia theologorum: quod in lege naturæ non fuerunt sacramenta à deo sub certis rebus & verbis in particulari instituta: quam sententiam nos postea probabimus. Vnde durandus in. 4. d. 1. q. 2. dicit quod in lege naturæ fuerunt sacramenta impropte dicta. 1. signa protestantia fidem: non autem sacramenta proprie dicta sicut nunc in lege gratiæ. Diuus autem Thomas hic, & vbi de hoc loquitur videtur varius circa hoc. An in statu naturæ essent vera sacramenta: quia quod fuissent fidei protestationes certū est: vt docet sanct. Thom. in. 4. d. 1. q. 1. art. 2. q. 3. vbi dicit: quod in lege naturæ fuerunt aliqua sacramenta. Ratio est, quia in lege naturæ post peccatum semper fuit necessaria fides reparatoris. Ergo requirebantur aliqua opera exteriora: ad protestādū illā fidē. Sed quæ erāt illa sacramēta? Dicit. S. Tho. in loco citato ad Secundū quod erant sacramenta necessitatis: vt sacramētum fidei: & poenitentiæ & matrimonij. Sed oblationes & sacrificia erāt voluntatis: & necessitatis in cōmuni: vt. l. aliquid facerent in protestationem fidei suæ, qua deo per latræ religionem subiecti erant: sed in speciali erant voluntatis. Et in hac prima. 4. q. 1. art. 5. ad. 3. & in hac. 2. q. art. 3. ad. 2. illud etiam concedit: quod. s. in lege naturæ nō fuerunt determinata sacramenta quibus homines vtererentur sicut in lege scripta. Sed idem Thomas in. 4. d. 3. q. 1. art. 2. quæstioncula. 1. dicit quod ex sacramentis nouæ legis: aliqua fuerunt in veteri legē: sed non vt sunt sacramenta, sed vt erāt in officium: sicut poenitentia vt est virtus: & matrimonium vt erat in officium, quæ sacramenta dicebantur esse in officium: vel in actum virtutis. Ergo ita est etiam dicendum, quod non erāt sacramenta in lege naturæ: sed erāt signa aliqua in officium vel in actum virtutis.

Dubium
primū.

CIRCA hunc tertium articulum dubitatur. An statim post peccatum ante Christū salvatorem debuerunt esse sacramēta: vel an in rei veritate fuerint sacramenta statim post Adami peccatum: & in toto tempore legis naturæ ante Abramum. Hæc quæstio habet duplēm sensum. Vnus est an in statu naturæ fuere sacramēta sub diffinitis rebus: verbisque præscriptis: à deo istituta. Alius sensus est. An esto quod à deo benedicto non essent in statu naturæ sub definitis rebus & præscriptis verbis sacramenta insti tuta sicut fuere in lege scripta & in lege gratiæ. An fuerint tamē in cōmuni & in vniuersum instituta sacramēta in lege naturæ à deo: ita quod ex præcepto dei tenerentur homines illius ætatis ad aliqua signa (indifferenter adhuc vel ad illud) verbis vel facto explicanda: quanvis non tenerentur ad certum vel certa signa vt nunc tenētur Christiani.

A D hoc responderet Richardus: in. 4. d. 1. art. 1. q. 1. & Scotus in. 4. d. 1. q. 3. art. 3. & maior in. 4. d. 1. q. 4. in fine vbi ponit vtramque opinionem: & ali qui alij pauci: quod in lege naturæ fuerunt sacramenta proprie dicta ex dei institutione. Probat

quia erat iam morbus. Ergo deberet esse medicina. Secundo quia deberent homines erudiri & doceri spiritualia: quod non fieret ad minus conuenienter nisi per signa sensibilia. Ergo fuere sacramēta in lege naturæ. Tertio quia si sola fides sufficiebat ad saluādos pueros: essent in statu se curiori quā nūc. Cum nūc requiratur aqua. Sed hæ rationes non probant: quia tuic ad huc vigebat ratio: & homines interius illuminabantur & non per signa exteriora: & tūc cum esset morbus erat medicina. s. fides: non autem sacramēta quæ essent signa sensibilia: vt sunt in lege euangelica: & facile inuenitur nūc aqua, & datur maior gratia quam tuac. Ideo quātum ad primum sensum questionis est communior sententia theologorum: quod in lege naturæ non fuerunt sacramenta à deo sub certis rebus & verbis in particulari instituta: quam sententiam nos postea probabimus. Vnde durandus in. 4. d. 1. q. 2. dicit quod in lege naturæ fuerunt sacramenta impropte dicta. 1. signa protestantia fidem: non autem sacramenta proprie dicta sicut nunc in lege gratiæ. Diuus autem Thomas hic, & vbi de hoc loquitur videtur varius circa hoc. An in statu naturæ essent vera sacramenta: quia quod fuissent fidei protestationes certū est: vt docet sanct. Thom. in. 4. d. 1. q. 1. art. 2. q. 3. vbi dicit: quod in lege naturæ fuerunt aliqua sacramenta. Ratio est, quia in lege naturæ post peccatum semper fuit necessaria fides reparatoris. Ergo requirebantur aliqua opera exteriora: ad protestādū illā fidē. Sed quæ erāt illa sacramēta? Dicit. S. Tho. in loco citato ad Secundū quod erant sacramenta necessitatis: vt sacramētum fidei: & poenitentiæ & matrimonij. Sed oblationes & sacrificia erāt voluntatis: & necessitatis in cōmuni: vt. l. aliquid facerent in protestationem fidei suæ, qua deo per latræ religionem subiecti erant: sed in speciali erant voluntatis. Et in hac prima. 4. q. 1. art. 5. ad. 3. & in hac. 2. q. art. 3. ad. 2. illud etiam concedit: quod. s. in lege naturæ nō fuerunt determinata sacramenta quibus homines vtererentur sicut in lege scripta. Sed idem Thomas in. 4. d. 3. q. 1. art. 2. quæstioncula. 1. dicit quod ex sacramentis nouæ legis: aliqua fuerunt in veteri legē: sed non vt sunt sacramenta, sed vt erāt in officium: sicut poenitentia vt est virtus: & matrimonium vt erat in officium, quæ sacramenta dicebantur esse in officium: vel in actum virtutis. Ergo ita est etiam dicendum, quod non erāt sacramenta in lege naturæ: sed erāt signa aliqua in officium vel in actum virtutis.

PRAETEREA. Idem. S. Tho. in. 4. d. 1. q. 2. art. vltimo quæstioncula. 3. dicit quod illa sacramēta legis naturæ: non erant ex præcepto obligāta, sed ex voto, vel. præposito: vñusq; protestabatur fidem suam signis quibus volebat: vel signis quæ communicas instituebat ad fidem protestandam. Ergo secundum Thom. non erant ibi

sacramenta instituta à deo nec in cōmuni nec in particulari: sed sufficiebat fides etiā adultis. Vnde absolute sequitur: quod secundū. S. Tho. non erant sacramenta in lege naturæ. Ad hanc autē quæstionem ego respondeo aliquibus propositionibus. Prima est. Illa opinio. Scotti. Richardi & Maioris i locis quæ supra citauimus est probabilis. s. quod in lege naturæ fuerunt propriæ sacramenta sub definitis rebus & verbis sicut atq; in lege gratiæ. Hæ probatur ratio aib; quæ illi doctores adducunt. Et confirmatur: quia nō potest impugnari quin apparenter respondeatur ad argumenta.

Secundū propositione. Probabilior est oīi committit opinio: quæ dicit quod præcepto diuinū homines in lege naturæ tenebantur ad aliquæ signa in cōmuni. s. ad hoc vel ad illud: non autem in particulari ad certa signa vt nūc. Hic probant rationes quæ probat primam propositionem. Eccl. confirmatur: quia nō est vero simile, quod Deus institueret certa signa vt nūc in lege gratiæ: & quod non scriberentur in sacra scriptura.

Tertia conclusio est: A tempore Adami vñque ad tempus Abraham: nullum erat signum exteriorum sub definitis rebus vel præscriptis verbis determinatum: quod ex noua dei institutione ordinaretur adhuc quod esset signū rei sacrae. Hinc probabo simul cum quarta sequenti: & quod simplicitas est vera & quod est sententia sanct. Thom.

Quarta conclusio est. Nō solū nō erāt signa instituta in particulari vt dixi, in tercia præcedet propositione, sed nec in cōmuni erāt signa exteriora ad significandam rem sacramētū à deo instituta. Hæc propositione est contra Polidorū in. 4. d. 1. q. 3. conclusio. Hæc &. 3. sunt sancti. Thom. in multis locis. Prior hic ad. 2. vbi sic dicit: ante legē non fuit determinate præfixū homini quibus sacramentis vtereretur sicut fuit per legē quod erat necessarium: & propter obtinebratio nem legis naturalis: & vt esset determinatior fidei significatio. Secundo dicit hoc luculentius sanct. Thom. in. 4. d. 1. quæst. vltimi art. vltimi quæstioncula. 1. & expressius quæstioncula. 1. vbi cum quereret an sufficeret sola fides: sine signo exteriori ad salutem humanam ante circuncisionem, sic responderet. Ad questionem (inquit) dicendum quod circa hoc est duplex opinio: quidā enim dicunt quod non sufficiebat fides: sine prætestatione fidei facta per aliquæ exterioris signū: & erat differentia inter parvulos & adulitos quantum ad hoc tantum: quod parvulus sufficiebat fidē aliena, cum exteriori signo ab alijs facto. Sed adulitis fides propria cum signo ab eis facto. Sed quia hoc non videtur consonare cum verbis Gregorij in litera magistri sententiarum postis: ideo alij probabilitus dicunt quod parvulus sufficiebat sola fides sine omni exteriori signo, nō autem habitus fidei solum: sed motus eius relatis ad salutem pueri: ut in cōfusione professiois interioris

fi lei quicunque esset ille quā quāmodo: præfessionem fidei suæ ad p̄ierum suum referret: m̄gis tamē pertinebat hoc ad parentes: qui pueri caram habere debebant: & per quos originalē cōtraxerat. Hæc. S. Thom. Et ibidem ad primitū sic air. Ad primum ergo dicendum: secundū hoc quod illud per quod homines tempore legis naturæ: in veram religionem contingebantur: nō habebat virtutem nisi ex fide: & ideo non erat nec esset sc̄ificatus: sed pro voto celebrabatur: vt unus alijs utrūsc̄eret. Hæc rursus Thom. Et ibidem ad tertium questionis: quod illi sacramēta legis naturæ erāt ex præcepto diuinū obligāta: sed ex voto celebraabantur: secundū quod vñcūque dictabat sicut in: vt fidem suam alijs exteriori signo proficeretur ad honorem dei: secundū quod habitus charitatis inclitat ad exteriorēs actus. Et sic dicimus de charitate quod sufficit motus interior: quando autem tempus habet operandi regimur: etiam exteriorēs actus: ita etiam quātū ad adulitos in lege naturæ sufficiebat sola fides: des: cum etiam modo sufficiat ei qui non ex tempore sacramēta dimittit. Sed ipsa fides quāndū tempus habebat in tempore: vt se aliquibus signis exteriorib; demonstraret. Qui modo autē illi signa adhibebantur: non erant efficacia temeris: culpe: ex illis exteriorib;: sed ex interiori fidei: & sic intelligenda sunt verba Gregorij, hæc rursus Thom. vbi vides, quām distincte & differte probat nostras tertias & quartas p̄positiones. P̄terea ad. 2. ut sanctus infra. quā. in hac prima. 4. art. 4. ad. 2. sic sit. Ad. 2. dicendum: quod sicut ante institutionem circuncisionis sola fides Christi futuri instituit: tam pueros quā adulitos ita etiā & circuncisione data: sed ante non requirebatur: alij ad signum protestationis huius m̄di: quia mundū homines fideles seorsum ab infidelibus cooperante adūni ad cultū vniū deis: probabiliter est quod parvites fideles p̄ particulis m̄ris: & maxime in pericilio existēbant: alij quod prædicti: vel aliquam benedictionem eis adhiberent: quā d̄ erat significatum quoddam fidei: sic adatē pro seip̄is preces & sacrificia offerebāt. Hæc. S. Thom. Vade in hoc Polidorū reliquit sanct. Thom. sicut & canis in tercia parte sue prius celestionis. Qui ambo dicunt cōtra Diuini Thomi, quod in cōmuni fuerunt aliqua sacramēta in lege naturæ: ad quā nomines tenebitur dñi præcepto vt sancti facerentur: ita quod sola fides in exteriori non sufficiebat. Ego autē apud nos valeret aquib; p̄cipissimi, hoc est apud vñcūm p̄tūlūm vi cuiusdam profissiois interioris

bis virtus sacrificij; vel pro his qui de Abraham stirpe prodierunt misterium circuncisionis. Vbi Gregorius totam fidem in lege naturae dicit fides fuisse ad salutem puerorum. At sola fides non est sacramentum cum non sit sensibile signum. Non ergo fuerunt omni tempore necessaria sacramenta. Secundo communis sententia Theologorum est quod durante lege naturae parvuli salvabantur in fide parentum; sed fidem parentum non erat sacramentum; ergo non erant tunc sacramenta. Tertio de sacramentis nihil ratione naturali statuerunt vel diffinire valeamus sed solum divina revelatione. At ante Abrahamum: an aliquo visibili sacramento iusti vel eorum infantes salvi reniunt scriptura non dicit. Ergo sacramenta tunc temporis non fuerunt. Et confirmatur quia cum in sacris literis referantur multa alia iustitia illius etatis: non est verissimile quod saltem semel non diceretur aliquid de sacramentis. Quae erant necessaria ad salutem si tunc essent: sicut in lege scripta & euangelica dicitur, vbi sacramenta fuerunt.

PRAETEREA p. hoc facit quod nec sunt dicunt fuisse sacramenta in lege naturae: ergo signum est quod non fuerunt. Præterea. Non potest esse sacramentum nisi a deo sit institutum: at Deus non instituit sacramentum aliquod in lege naturae. Ergo non fuit illuc aliqd sacramentum. Sed contra hanc nostram sententiam arguitur hoc modo. P. i. s. hoc videtur contra Diuum Augustinum. 19. contra Faustum cap. ii. vbi sic ait. In nullum notum religionis seu verum, siue falsum coadunari homines possunt nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum visibilium consortio colligantur. Secundo. Corde creditur ad justiciam ore autem confessio sit ad salutem: & omnis qui invocauerit nomen domini saluus erit Iocelis. 2. vbi sub oris professione quæcumque professio etiam operis intelligitur. Cum non ore solum in vocem dominum salvatorem verum etiam opere. Ergo quemadmodum oportet credere Deum iustificare: atque ab eo iustitiam salvarem interius querere ita exterius hanc fidem profiteri quod sit per sacramenta: quæ sunt quædam sacræ ceremoniae quibus deo nos exteriorius subiungimus: ut in nobis salutem interius operetur.

Tertio cum homines constent animo & corpore, non sat est deum interiori fide colere, nisi corporeo etiam cuius interiore protestemur. Debet enim humana natura utrumque tributum deo pendere: unde utramque partem suæ constitutio misceatur: & cum ambarum partium spiritus scilicet & carnis peccatum commune sit debet quoque remedium esse communem: totusque homo interius & exteriorius sese subiungere salvatori.

Quarto pro hoc est Dianus Chrysostomus in homilia 83. in Mch. & Dionysius. i. cap. de ecclesiastica Hierarchia: vbi dicunt eam esse hominis conditio-

tionem atque naturam. ut ad spiritualia capescendia non nisi corporeis rebus possit aptari. Salutem igitur quam Deus in humano spiritu secreto operatur fuisse fuit rerum sensibilium una in omnibus degnari. Quo beneficium curationis ad suum modum homo non solum perciperet: verum etiam intelligeret gratiam debitam suo benefactori relaturus.

Quinto dicunt qui oppositam sententiam affirmant: omnium gentium consensu firmatum esse non aliter quam oblatis deo sacrificijs diuinam iram mitigari, & etiam barbari, non secus facta expiari arbitratur, sed sacrificium in id patratum ut Deus placaretur vere erat sacramentum ergo tempore fuisse. sacramenta necessaria apud eos. Sexto. Nulla lex & religio est sine munere sacerdotij atque, functione nepe hac trax ita sunt & tunc sepe coniuncta, ut nequeant a se aliquomodo separari: cum ablato uno reliqua simul auferre nonesse sit ut Apostolus ad Hebr. 7. scribit. At sacerdos sine sacramentis que administret esse nullus modo potest: omnis enim (inquit) pontifex pro hominibus constitutus in his que sunt ad deum ut sacrificia offerat pro peccatis: quæadmodum ad eosdem Hebr. 5. idem. Apostolus ait: Ergo sicut lex, religio, sacerdotium, fuerunt omni tempore necessaria, ita quæque sacramenta.

AD hæc argumenta facilis negotio respondemus. Ad primum ex Diuino Augustino concedo totum quod dicit Augustinus, sed nego quod requiratur quod illa signa sint a deo instituta: ut est quod ipsi homines illa instituant quibus deo colantur.

AD secundum nego quod in omni statu requiriatur quod conscientia aut protestetur fides signis a deo institutis. Sed si est quod protestetur signis ab hominibus in ventis quando opus est ad gloriam vel dei honorem.

AD tertium etiam dico quod probat argumentum quod homines debent se etiam signo exteriori subiungere deo, sed non requiritur quod illud sit ex diuina institutione: nec quod sit necessarium ad consequendam veniam peccatorum. Sed quod opus est in dei cultum.

AD quartum dico quod illud Christum. & Dionisius intelligitur: quando ratio & lex naturalis iam adeo deficiebant & obscurerant & confusæ erat quod non conuenienter interius docerentur homines spiritualia siue signo exteriori. At in lege naturæ dicit Thos. adhuc vigebat ratio & lex naturalis: ita quod homines conuenienter docebantur spiritualia interius.

AD quintum nego antecedens: quod omnes s. gentes affirmant esse necessarium signum exteriorius ad salutem humanam: quia fideles qui erant in lege naturæ non affirmabat illud ut dicit Gregorius & Thomas.

AD sextum, concedo quod in emulo lege fuit sacerdotium: sed nego quod in omni lege fuerunt

sacramenta a deo instituta sed sicut sacerdotium erat imperfectum: ita sacramenta erant imperfecta. sed ab ipsis sacerdotibus invenienta & instituta licet forte ea instituebant ex instituti Spus sancti. Quinta propositione est. In lege naturæ non obligabantur homines ad aliqua signa exteriora magis quam nos nunc obligantur ad aliqua signa demptis sacramentis. Probatur, quia licet in lege naturæ obligarentur ad aliquam fidei protestationem putata ad genu flexionem vel huiusmodi: etiam illo modo nunc tenemur, tamen illud non vocatur sacramentum.

Sexta propositione est. Oblationes & sacrificia, & decimæ & alia signa exteriora: non erant in lege naturæ sacramenta magis quam nunc. Probatur quia non erant illa signa instituta nisi ad finem ad quem nunc sunt & fiunt. sed recognoscendum deum superiorem & dominum, & creatore omniū. Sed contra, quia etiam a S. Thom. aliquando contantur sacramenta. Dico quod propter ea dicuntur sacramenta: quia tunc non erat alia sacramenta propria dicta, & nunc sunt: id est dicitur quod tunc erant sacramenta & nunc non. Secundo dico & melius: quod tunc erant sacramenta quia offerebantur pro peccatis licet non essent necessaria ad expiandum peccata diuino precepto: cum non essent alia sacramenta sanctificativa nisi illa. Nunc autem sunt vera sacramenta sanctificatoria ideo illa non sunt quia non offerunt promotali, & tunc ita.

Sed contra. In lege naturæ non erat fides. Ergo nec protestationes eius. Præterea, per legem naturalem saluabantur: ut ait Paulus ad Rom. primo quia cum cognovissent. &c.

Ad hoc dico cum. S. Thom. i. sec. q. 2. quod in lege naturæ erat fides. Ad secundum dico quod Paulus vult dicere: quod si perseverasset in bonitate turaliter cognito Deus illuminaret eos: sed semper saluabantur per fidem Christi mediatoris explicita vel implicita.

Secundo arguitur sic contra illud quod dicitur: quod in lege naturæ non fuerunt sacramenta ex diuina institutione. Ait enim Gregorius. & habetur de consecratione. d. 4. cap. quod apud nos ut dictum est: quod apud nos valeat aquæ baptismus: hoc egit apud veteres vel proprius sacerdos: pro maioribus virtus sacrificij: vel pro his qui ex Abraham stirpe erant misterium circuncisionis. Ergo pro maioribus sacramenta erant in lege naturæ.

Ad hoc dico cum. S. Thos. in hac prima. 4. q. 11. a. 4. ad. 2. quod a deo non erant signa instituta ut sacramenta sed verissimile est quod ipsi aliqui signa habebant quæ operabantur illud quod nunc sacramenta. Sed non ex necessitate aliqui nec de se sed ratione fidei.

TERTIO arguitur sic ad idem. Matrimonium fuit in lege naturæ & est sacramentum. Ergo aliud quod sacramentum fuit in lege naturæ.

Ad hoc dico: quod tunc non erat sacramentum sed officium naturæ. Sed contra. Quia erat verum signum rei factæ dicente Paulo ad Ephe. 5. sacramentum hoc magnum est. &c. Tunc sic, matrimonium a principio significavit coniunctionem Christi & ecclesie: & si dicas quod non conferat gratiam sicut nunc hoc solum probat quod non erat sacramentum sicut nunc est cum hoc maneat quod fuit sacramentum.

Ad hoc primum dico, quod si argumentum aliquid probat, etiam probaret quod fuit sacramentum in statu innocentia. Secundo dico si illa significatio sufficit ad sacramentum: concedendum est quod fuit sacramentum: tamen illud non sufficeret hunc ad sacramentum: & in hoc conuictus Scotus.

Tertio dico ad intentionem. S. Thom. in. 4. d. 1. q. 1. art. 2. quæst. i. n. 2. ad. 3. & in alijs locis: quod matrimonium in statu innocentia non fuit sacramentum quia non significabat illis pro illo statu: quia illi tunc cognoscabant coniunctionem Christi ad ecclesiam per scientiam quam habebant & non per illud signum. Sed ex eo quod cognoscabant coniunctionem Christi ad ecclesiam cognoscabant coniunctionem matrimonii & sanctitatem. Et in lege naturæ erat sacramentum quia significabat illis illam coniunctionem Christi ad ecclesiam: cum non haberent scientiam diuinorum sicut in statu innocentia.

Sed melius videtur quod non erat sacramentum quia non significabat illam coniunctionem Christi cum ecclesia & sanctificantem seu sacramentum practice. Sed potius speculatiue.

Ex his omnibus habemus quo tempore incepit sacramenta: quia tempore Abraham in lege Veteri: & a Christo in lege gratiae.

Articul. quartus.

Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.

DQ. VARTVM sic proceditur. Videtur quod post Christum non debuerint esse aliqua sacramenta. Veniente enim veritate debet cessare figura. Sed gratia & veritas per Iesum Christum facta est: ut dicitur. Ioan. primo. Cum igitur sacramenta sint veritatis signa siue figura, videtur quod post Christi passionem sacramenta esse non debuerint.

PRAETERERA. Sacramenta in quibusdam elementis consistunt: ut ex supra di-

Eis patet sed Apostolus dicit ad Galath.4. quod cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus seruientes: nunc autem temporis plenitudine veniente iam non sumus parvuli:

Ergo videtur quod non debeamus deo serui res elementis huius mundi: corporalibus sacramentis vendo.

PR AET E R E A , apud deum non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio: ut dicitur Iacob.1. Sed hoc videtur ad quandam mutationem diuine voluntatis pertinere: quod alia sacramenta nunc hominibus exhibeat ad sanctificationem tempore gratiae & alia ante christum. Ergo videtur quod post Christum non debuerint alia sacramenta instituti.

SED CONTRA EST. quod Augustinus dicit contra Faustum. 19. quod sacramenta veteris legis sunt tabulae quia incomplete: & alia sunt iustitia: virtute maiora: utilitate: meliora: act. faciliora numero pauciora.

RESPONDEO dicendum, quod sicut antiqui patres saluati sunt per fidem Christi vestiti: ita & nos saluamur per fidem Christi iuncti & passi. Sunt autem sacramenta, quædam signa protestantia fidem: quia homo iustificatur. Oportet autem alijs signis significari futura: præterita seu praesentia. Venerum Augustinus dicit. 19. contra Faustum, eadem res alter annunciatur facienda alter facta: sicut ipsa verba passus & passus non similiter sonant. Et ideo oportet quædam alia sacramenta esse in noua legi: quibus significentur ea quæ præcepserunt in Christo, præter sacramenta veteris lege. quibus prænunciabantur futura.

AD PRIMVM Ergo dicendum, quod sicut Dionisi dicit in s. cap. celest. Hierarchatus nouæ leg. medium est inter statum veteris leg. cuius figura implentur ex novo lege: & inter statum gloriae in qua omnis nudus & perfecte manifestabitur veritas. Et ideo tunc nulla erunt sacramenta. Nunc autem quandoque perspec-

tum in enigmate cognoscimus (ut dicitur 1. Corint. 1.3.) oportet nos per aliqua serfibia signa inspiritalia deuenire. quod pertinet ad rationem sacramentorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod sacramenta veteris le. Apostolus vocat agena & infirma elementa: quia gratiam nec continebant nec causabat. Et ideo videntes illis sacramentis dicit Apostolus sub clementis mundi deo seruisse: quia si nihil aliud erant quam eleminta huius mundi. Nostra autem sacramenta gratiam continet & causant. & ideo non est de eis similis ratio.


AD TERTIVM dicendum: quod sicut pater familiæ non ex hoc habere mestram mutabilem voluntatem: quod diuersa præcepta familiæ proponit pro temporum varietate: non eadem præcipiens hieme & aestate: ita non ostenditur aliqua mutatio circa deum esse ex hoc quod alias sacramenta instituit post Christi adventum & alia tempore legis: quia illæ fuerunt congrua gratiae præfiguræ: hec autem sunt congrua gratiae præsentialiter demonstrandæ.

SUPER articulum hunc quod irtum: non sunt dubia quæ possint notari: quia nec articulus motus est propter difficultatem: sed ut detur ratio: vel rationes lignent propter quas conueniens fuit quod post aduentum Christi redemptoris sacramenta instituerentur. Ideo illud verbum debet quando. S. Thom. dicit an post Christum debent esse sacramenta caput dupliciter sive necessarium. Vno modo ut dicat debitum iustitiae vel necessitatè aliquam simpliciter. Alimodo ut dicat debitum congruentie conditioni humanae. Et dicit S. Thom. & omnes quod fuit debitum congruentie: quia congruum & conueniens erat humanae conditioni quod Christus post suum aduentum institueret sacramenta. Probat doctor quia conueniens erat quod representaretur hominibus aliquibus signis sensibilibus: quod Christus per quem saluamur iam venit sicut conueniens fuit: quod iudeis representaretur idem Christus futurus.

Secundo confirmatur hoc: quia congruum est omnibus viatoribus qui sunt unius sectæ: quod coincident aliquibus signis exterioribus & conuenient in eisde per quæ signa ab alijs alterius sectæ distinguantur. Nam talibus signis cognoscit homo qui sunt suælectæ, & qui alterius. & huiusmo-

di iuvant se mutuo ad obseruantiam illius sectæ & evitant alios alterius sectæ tanquam aduersarios & impedientes alios alterius sectæ.

De effectu principali sacramentorum qui est gratia.



EINDE considerandum est, de effectu sacramentorum. Et primo de effectu eorum principali: qui est gratia. Secundo de effectu secundario qui est character.

CIRCA primum queruntur sex primo. Utrum sacramentano. le. sint causa gratiae.

Secundo. Utrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum. Tertio. Utrum sacramenta continant gratiam. Quarto. Utrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.

Quinto. Utrum talis virtus in sacramentis deriuatur à passione Christi.

Sexto. Utrum sacramenta veteris legis gratiam causarent.

Articul. primus.

Vtrum sacramenta sint causa gratiae.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod sacramenta non sint causa gratiae. Non enim idem videtur esse signum & causa: eo quod ratio signi videtur magis effectui competere. Sed sacramentum est signum gratiae. Non igitur est causa eius.

PR AET E R E A . Nullum corporale agere potest rem in spiritualem: eo quod agens honorabilius est patiente ut Augusti dicit. 12. super Genesim ad literam. Sed subiectum gratiae est mens hominis quæ est res spiritualis. Non Ergo sacramenta possunt gra-

tiam causare.

PR AET E R E A . Illud quod est proprium dei: non debet alicui creature attribui. Sed causare gratiam & proprium dei secundum illud. Psal. gloriam & gloriam debet dominus. Cum ergo sacramenta consistant in quibusdam verbis rebus creatis: non videtur quod possint gratiam causare.

SED CONTRA EST. quod Aug. dicit super Ioan. quod aqua baptismalis: corporis tangit & cor abluit. Sed cor non abluit nisi per gratiam. Ergo causat gratiam: & parvirore alia sacramenta ecclesie.

R E SPONDEO dicendum, quod necesse est dicere sacramentano. leg. per aliquem modum gratiam causare. Manifestum est enim: quod per sacramentano. le. homo Christo in corporatur: sicut de baptismo dicit apostolus ad Galath. 3. quotquot in Christo baptizati estis. Christum induistis. Non autem efficitur homo membrum Christi nisi per gratiam.

QVIDAM tamen dicunt quod non sunt causa gratiae aliquid operando: sed quia Deus sacramentis adhibitis: in anima gratiam operatur. Et ponunt exemplum de illo qui afferens denarium plumbeum: accipit centum libras ex regis ordinatione: non quod denarius ille aliquid operetur ad habendum prædictum pecuniam quantitatem sed hoc operatur sola voluntas regis. Vnde & Bernar. dicit in quodam sermone de cena domini. Sicut institutus canonicus per librum. Abbas per Baculum: episcopus per anulum: sic divisiones gratiarum diuersæ sunt tradita sacramentis.

SED si quis recte consideret: iste modus non transcendent rationem signi. Nam denarius plus non est nisi quoddam signum regiae ordinatio de hoc quod pecunia recipiatur ab isto: similiter liber est quoddam signum: quo de signatur traditio canonicatus, secundum hoc igitur sacramentano. legis nihil plus est quam signa gratiae. Cum tamē ex multis sanctorum authoritatibus habeatur quod sacra

mentano. le. nō solum significant sed causant gratiam.

ET ideo aliter dicendum. quod duplex est causa agens: principalis: & instrumentalis. Principalis quidem operatur per virtutem sua formae: cui assimilatur effectus: sicut ignis suo calore calor facit. Et hoc modo non potest causare gratiam nisi Deus: quia gratia nihil aliud est quam quedam participata similitudo divinae naturae: secundum illud. 2. petri. i. magna nobis & preiosa promissa donauit: ut diuinissimus cōsortes naturae. Causa vero instrumentalis non agit per virtutem sua formae: sed solum per motum quo mouetur à principali agente: unde effectus nō assimilatur instrumento: sed principali agenti: si cū lectus non assimilatur securis sed arti que est in mente artificis. Et hoc modo sacramenta no. le. gratiam causant: adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus: ad gratiam in eius causandam. Vnde Augusti. dicit. 19. cōtra Faustum. Hec omnia. si sacramenta fiant & transiunt: virtus tamē. si dei que per ista operatur: iugiter manet. Hoc autem proprio dicitur instrumentum: per quod aliquis operatur. Vnde & tit. 3. dicitur: saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

AD PRIMVM. Ergo dicendum: quod causa principalis non proprio potest dici signum effectus: si cū occulti etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta. Sed causa instrumentalis si sit manifesta potest dici signum effectus oculi: eo quod non solum est causa: sed etiam effectus quodāmodo: in quantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc sacramenta no. le. simul sunt causa & signa: & inde est quod sicut communiter dicitur: efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet: quod habent perfectiorationem sacramenti, in quantum eriduntur ad aliqui sacramē: non solum per modū signi: sed etiam per modum cause.

AD SECUNDUM dicendum: quod instrumen-
tū habet duas actiones. Unam instrumen-
talē: secundum quam operatur non in vir-

tute propria: sed in virtute principalis agentis. Aliam autem habet actionem propriam quae competit sibi secundū propriam formā sic securi cōpetit scindereratione sua acuitatis: facere autē lectum: inquantū est instrumentum artis. Non autem perficit instrumentalem actionem nisi excercendo actionem propriā: scindēdo enim facit lectum. Et similiter sacramenta corporalia per propriā operationē quam excercet circa corpus quod tangunt: efficiunt operationem instrumentalem ex virtute diuina circa animam. Sicut aqua baptismi abluit corpus secundum propriam virtutem: abluit animam inquantū est instrumentum virtutis diuina: nam ex anima & corpore unum fit: Et hoc est quod aug. dicit: quod corpus tangit & cor abluit.

AD TERTIUM dicendum: quod ratio illa p̄cedit de eo quod est causa gratiae primum

Primus
dubium.

instrumentalis agentis hoc enim est proprium dei, ut dictum est.

Circa istum Articulum est notandum: quod p̄cepsit quam egimus de sacramentorū quiditate, & de materia ex qua componitur vnu quodque sacramētū in cōmuni: quia ex rebus: & de eorū necessitate & tempore in quo in cōperunt: Agendum restat etiam in cōmuni de effectu ipsorum: Et quia sacramenta plures efficiunt effectus: incipiendo est à primo & principali qui est gratia. Quæritur ideo: an sacramenta sint causa gratiae: Respondebat doctor affirmative: Et probat quia per sacramenta incorporatur homines Christo: ut p̄ et de baptismō, quod non potest fieri sine gratia ergo. &c. Deinde explicat modū: quo sacramenta gratiam conferunt & littera est clara: Hinc questionem trahit. S. Thom. in. 4. d. i. q. 1. ar. 4. vide ibi. &c.

PRIMO queritur: Cum doctor dicit: quod necesse est dicere: sacramenta no. le. per aliquem modum conferre gratiam: de qua necessitate loquitur: An sit de fide: Dico quod ita: Et sic intelligit. S. Tho. Et probatur ibi, primo testimonio Pauli ad galath. 3. quotquot baptizati estis Christum induistis: quem nullus induit nisi per gratiam regis baptisimus est causa gratiae,

SED de modo: quo sacramenta dant gratiam sunt opiones & sunt tres. Prima est Ico. d. i. 4. q. 4. qui dicit: quod sacramentum non attingit nec ad gratiam: nec ad characterē effectum. Idem dicit durand. d. i. 4. q. 4. Idem Grabriel. in. 4. d. i. q. 1. & nōnulli alii tenent Cum istis

SBCVNDA opinio: est omniū thomistarū: vt tradit capreolus: & Paludanus. 4. d. i. q. 1. quae dicit: quod sacramenta non producunt gratiam: sed aliam dispositionem vt charakterem vel ornatū. Idem dicit Thomas de argentina in. 4. d. i. q. 1. & clarus in. 2. d. 19. q. 1. ar. 3. & dicit quod illa opinio Petri de aliaco & Gabrielis: quod Deus adpræsentia rei causat effectus suū quorundam sarracenorum, & iudeorū erroris. Rabi moysis: & Auicebrom in lib. fontis vite.

PROBANT isti hanc opinionem. Quia forma non introducitur in subiectū sine dispositiōnibus. Cum vero gratia sit forma requirit dispositiōnes. Et si dicatur ergo non sunt causa gratiae proprie, negat: quia causa dispositiua proprie est causa. Et hæc fuit opinio. S. Thom. in. 4. d. i. & in de verit. q. 27. ar. 4. ad. 3. Et hæc fuit opinio Alexandri de alex. 4. p. quæstione. 8.

TERTIA Opinio est. S. Thom. hic & Caius. quae dicit sacramenta esse causam gratiae immediate attingendo gratiam: tanquam causa instrumentales. Quā sententiam esse de mente. S. Th. probat Caius. hic. Prius ex titulo ar. 1. quia nō quærit. S. Thom. an sacramenta dicantur causa gratiae: sed an sint causa gratiae. Ergo intēdit quod attingant gratiam. Et confirmat hoc: quia non satis fit questioni: vocando causam id quod non est vera causa.

SECUNDUM probat hoc: quia in principio huius questionis: dicit. S. Thomas quod prius quam de alijs effectibus sacramentorū agatur: agendum est de effectu eorum principali qui est gratia. Secundo de effectu secundario qui est character. Ergo hoc in lege sub nomine gratiae: non comprehenditur character: cum gratia distinguatur contra characterē: sed cōmuniter sumitur gratia prout à sanctis dicitur: quod sacramēta cōferunt gratiam. PRIMA opinio probatur his rationibus. Prima est: Augusti. sup illud Ioan. 14. qui crediderrit in me: opera quae ego facio & ipse faciet: & maiora horū faciet: dicit Augustinus quod plus est iustificare impium: quam creare cœlū & terrā. Sed secundum. S. Thom. pp. q. 45. ar. 5. deus non potest communicare potentiam creandi. Ergo nec dandi gratiam. Et hoc argumentum est. S. Tho. de verit. q. 27. ar. 3. argumentū nonum.

SECUNDUM Arguitur ex Augustino. lib. 83. questionū questionē. 33. Vbi dicit quod quædam sunt quae deus facit per se ipsum: quae illo solo digna sunt: Sicut illuminare animas. Ergo. &c.

TERTIUS quia non est ponenda pluralitas sine necessitate: sed solus deus sufficit ad prodūcendum gratiam. Ergo sacramēta non attingunt gratiam.

SED CONTRA istam opinionē, & pro opinione. S. Thom. Sunt dicta sanctorum: vt citat magister. d. i. quarti. cap. 2. Et ita ipse tenet quod sacramēta faciunt quod significant. Et hoc dicit Augusti. de baptismo parvorum episto-

la. 23. ad Bonifaciū thom. 2. Præterea: Quia vt dicit Caius. Si sacramenta non causant gratiam. Erone Christus secundū quod homo causaret gratiam: quod non videtur concedendum: quia cum Christus sit caput ecclesie influit vitam spiritualem alijs membris per gratiam. Patet sequela: quia eadem est ratio.

Tertio probatur. Quia in concilio florentino sic dicitur. Septem sunt sacramēta ecclesie: quae differunt à sacramentis vel. le. quia hæc dant gratiam & faciunt quod significant: & illa non. Ergo Aliqua efficientia est tribuenda sacramentis no. le. proprie.

Quarto Quia signatio non esset qualitas: sacramēta essent causa eius. Ergo & nunc quāvis sit qualitas. Nec valet dicere: quod si non esset qualitas nō haberet causam: quia relationes & motus esto non distinguantur a fundamentis: habent proprie causam.

Quinto Deus potest facere quod sacramēta sine causa gratiae ergo fecit: quia si fecisset: non fecisset alio modo nisi: sicut nunc fecit. Ideo hæc opinio est probabilior.

Confirmatur exemplo in humanis. Nā sicut cōsanguinitas est causa quod petrus sit charus militi: ita baptismus est causa quod petrus sit deogratius. Ergo sacramēta vere sunt causa gratiae.

Præterea. Sicut causa finalis est vera causa: quāvis nō attingat producens aliquid in effectū ita sacramēta Ergo.

Præterea. Peccata sunt vere causa quod peccator dānetur: & non solum causa sine qua nō: & bona opera sunt causa gratiae: ita & sacramēta. Ergo. &c. Sed ista cōclusio quod sacramēta vere sint causa gratiae potest intelligi tripliciter. Vno modo sic quod sūt causa gratiae: id est causa quod homines sint grati, quāvis non attingant ipsam gratiam attingunt tamen coniunctionem gratiae cū subiecto: sive gratia distingatur sive non. Et credo quod hic erat sensus intentus a sanctis.

Sed quia communiter in scholis tenetur: quod gratia est qualitas: potest esse secundus sensus: quā sacramēta ita sunt causa gratiae: quod attingunt ipsam gratiam quae producitur in anima. Et hæc est mens caius. hic & dicit quod est mēs. S. Tho. Sed cōtra. Quia creatura non potest creare secundū. S. Tho. prima parte ques. 4. 5. art. 5. Ergo. &c.

Ad hoc responderet. S. Tho. de verit. q. 27. art. 3. ad. 9. quod gratia concreatur & nō creatur. Et ad concreandum potest creatura concurrere: quia iam supponitur subiectum in quo producitur ille quod cōcreatur. Ideo creatura potest applicari ad cōcreādum. Secus est de his quae per se subsunt.

Sed esto sic possimus respondere: dico quod probabilior est primus sensus. Et probatur quia sacramēta sunt instituta ad nostram salutem. Et ad hoc & ad dignitatem sacramētorū sufficit: quod primo modo sint causa gratiae: nec vnu sequitur

ad alterum ut probatum est.

Et cōfirmo hoc sic. Quia homogenētū hominē: proprie & effectiū introducit animam rationālē in subiectū: & tamen non creat illam. Et artifex facit parietē album: & tamen nec facit albedinem nec parietem. Ita sacramēta faciūt hominem gratum: & tamen non faciunt gratiā, nec hominem. Et ideo probabilior est iste Sēnsus quam aliud secundus. Et tenendo hoc: facilis me solvuntur omnia argūta.

Opinio thomistarū dicentium quod sacramēta causant ornatū vel charāctērem: & non attingunt gratiā. non est probabilis: quia etiam talis qualitas est spiritualis: & est per creationē: & sicut lotio exterior non attingit gratiā ita nec alias qualitates.

Præterea. Quia nihil operatur vbi nō est: nisi forte esset Deus. Sed sacramēta non sunt in anima ergo nihil ibi producunt. &c.

Tertius sensus questionis potest esse: quod sacramēta sunt causa gratiā: ita quod nec attingunt proprie gratiā nec gratum: sed proprie sunt causa gratiā. Quia sacramēta sunt causa quod Deus dēgratiā: sicut servitus est causa quod Herus dē velētem. Nā deus dat alicui gratiā quia baptizatus est.

Altius tamen & pressius volo hoc tractare: etsi communiter theologi scholastici: aliquo prædictō modorum soleant respondere.

DUBIUM PRIMUM. An sacramēta sint causa gratiā? Videtur qd nō: Prius quia res corporeā non possūt efficere rem spiritualem. At sacramēta sunt res corporeā, et gratia & charitas sunt res spirituales adeo creatā ergo. &c.

Secundo. Nullum corpus potest agere in animam hominis: nisi prius agat in illius corpus: sed non oportet quod sacramētū quicquam agat in humanū corpus: vt patet de absolucione sacramentali furdo collata: aut audiēt sed protunc non audit illam: quia non est necessarium ad sacramētū quod poenitens audiat absolutionem.

Tertio. Si sacramēta sunt causa gratiā. Ergo etiā ministri eorum erunt causa gratiā: & vere peccata remittēt. Sed ministri sacramētorū nō sunt causa gratiā: nec remittēt peccata. Ergo nec sacramēta Probatur minor ex hiero: super quartū cap. Esaiae: vbi adducens illud Math.3. Ego baptizo vos aqua dicit. Ex quo discimus: quod homo tantū aquam tribuat: Deus autē spiritū sanctū quo & fōrdes abluuntur: & sanguinis peccata purgantur.

Et idem Hiero. super Math. cap. 16. comparās sacerdotes no. le. sacerdotibus veteris legis dicit. Quomodo ibi leprosum sacerdos mundum vel innūdum facit: sic & hic alligat vel soluit episcopus aut presbiter. At sacerdos vetus non erat cauſa mundans leprosum efficienter: ergo nec sacerdos no. le. vere peccata remittit.

Quarto. Diuus August. 15. detrini. cap. 26. dicit.

Nullus discipulorum Christi dat Spiritum sanctum: orabant quippe ut venire in eos quibusdam imponebant.

Et Rursus idem August. lib. 8. quæstionum questione. 5. assert: quædam Deū facere per se ipsū sine media causa: ut illuminare animas. Sed simili nistri esent causa gratiæ per eos dominus illuminaret animas.

Quinto. Diuus Ambros. in lib. epistolarum: epistola. 84. ad demetriadem inquit. Aliud est quod inuisibiliter agitur: & aliud quod visibiliter celebratur: nec idem est in sacramento forma quod virtus. Nā forma cum humanū ministerij ad habetur obsequio: virtus autē per diuini operis præstatutum effectum: ad cuius virtutē potentiam referendum est: quod dū homo exterior abluitur mutatur interior.

Sexto. Eandem sententiā dicit Ciprianus in sermone de baptismō Christi: & de manifestatione trinitatis.

Quod autem sacramēta omnia tam nouæ quam antiquæ legis sint causa gratiæ, probatur. Prius quia omnia sacramēta sunt signa sanctificationis prædicticas: & effectivas sicut iam supra constituimus.

Secundo. Ioh. 1. sanctificabat Ioh filios suos offerentes holocausta per singulos.

Tertio. Ieui. 16. dicitur: sacerdos aspersione sanguinis: expiare præuaricationes & peccata filiorum Israel.

Quarto Augusti. super psalmum. 77. adducens expiō ad chorū. 10. sed non in pluribus eorū beneplacitum est deo sic ait. Et cum essent cōmūnia omnia sacramēta: non communis erat omnibus gratia: quæ sacramētorū virtus est. Sic & nunc: omnibus baptizatis cōmune lauacrum regenerationis: sed ipsa gratia non communis est omnibus.

Præterea. Glosa ordi: in illud eiusdem cap. 10. omnes in Moise baptizati sunt in nube & in mari. Per visa illa signa purgati: signum baptismi accerunt: quod credentibus idem valuit, in nube baptizati sunt: quia per eam per mundati ab ignorantia dei & preparati ad accipiendam legem.

Præterea. Gregorius. 4. li. moral. cap. 2. referturq; de consecratione. d. 4. cap. quod apud nos: ait. Quod apud nos valet aqua baptismi: hoc apud veteres pro paruulis fides: pro maioribus virtus sacrificij. Ergo sacramēta sunt causa gratiæ.

Tūc arguo hoc modo. Paruulis sine merito cuiuscumque operantis conferabatur gratia sacramētū suscepto. Ergo sacramētū erat causa gratiæ.

Consequentia est nota: quoniam id vocamus causam qua applicata sequitur effectus. Sed puer circuncisitus aut suscipiens sacramētū etiam in se naturā eo ipso à peccatis iustificaretur. Ergo illa sacramēta erant causa gratiæ & iustificationis.

Præterea. Quod circuncisio ad minus esset causa

gratiæ aperte dicit beda super lucam: cap. 2. sub

bis verbis. Idem salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege: contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelat & gratiæ tempore confuevit.

Præterea. Idem videtur dicere diuus Augustinus lib. 2. denuptijs & concupiscentia cap. 11. & habetur de cōsecratione. d. 4. cap. ex quo instituta est circuncisio in populo dei: ad purgationem valebat magnis & paruulis: originalis veterisq; peccati: sicut baptismus ex illo valere coepit ad invocationem hominis: ex quo institutus est.

Præterea. Idem diuus Augustinus. 4. lib. contra donatistis. cap. 24. ait. Cur Abraham præceptū est: ut omniē deinceps infantem masculū ostenduo die circuncideret: qui nondum poterat corde credere: vt ei deputaretur ad iustitiam: nisi quia et ipsum per se ipsum sacramētū multū valebat?

Præterea. Extra de baptismō & eius effectu: cap. maiores, distinguit innocentius tertius baptismum a circuncisione: dicens quod baptismus aperit iannuam regni celorum: & circuncisio nō. Addit quod sicut per baptismum ita per circuncisionem originale peccatum remittebatur. Sed illa præpositio per causam significat, qua mediāte res efficitur: ut illis saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ad titum.:

Ex supra dictis videatur quod sacramēta veteris legis dabant gratiam & salutem.

SED contra est diuus Augustinus super psal. tractatu. 73. vbi ait sacramēta nouæ legis dare salutem: veteris autem promittere saluatorem. Et addit. Sed & Samaritanus noster oleo vinoque ac duobus denarijs superadditis sanauit vulneratum, quem nec sacerdos Aaron nec leuita moises, siue per sacramēta siue per legem sanare potuerunt.

P R O decisione huius questionis quæ difficilis est ponam aliquas propositiones.

P RIMA propositio est. Sacramēta no. le. sunt causa gratiæ: & vere salutem animæ conferunt. Et hæc est. S. Thom. hic & magistri senten. in. 4. distinct. i.

S E C U N D O. Hanc habent Ciprianus in sermone de baptismō Christi & manifestatione trinitatis, vbi ait. Veniebat Christus ad baptismū non egens lauacro in quo peccatum nō erat: sed vt sacramēta per emmis daretur authoritas. &c. & subdit. Quomodo remissio peccatorum: siue per baptismum siue per alia sacramēta donetur propriæ spicibus sancti est. Et ipsi soli huius efficientiæ privilegium manet. Ergo

T E R T I O DECIMO. Idem Ciprianus in sermone deuotione chrismati ait. Hodie in ecclesia ad populum acquisitionis sanctificandum sacramētū chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum: regiæ & sacerdotali gloriæ exprimit uitatem: Et multa alia dicit ibidem ad hoc propositum.

Q VARTO DECIMO. Pro hoc est Gregorius nazianzenus oratione tertia in sanctum lauacrum vbi

ait. Generatio ex baptismate passionum est soluū: omnes fōrdes abscondens: atque ad supernā vitam perducens. Et multa alia ibi dicit in hanc sententiam.

Q VINTO. Diuus Chrisost. home. 25. in Iohā. ait. Ex quo Iordanis alueum ingressus est Christus: non amplius reptilia animalium viventium: sed animas rationales & spirituales aqua producit. Ergo. &c. & multa alia ibidem dicit hanc sententiam.

S E X T O. Pro hoc est cirillus lib. 2. in Iohā. cap. 42. vbi dicit Spiritū qui ex deo procedit per baptismum acquirimus: quo in pristinam pulchritudinem reformati: & ad nouam vitam renati a deo in filios adoptamur.

S E P T I M O. Pro hoc est Ambro. lib. 1. de sacramētis cap. 5. & habetur de consecratione. d. 4. cap. per aquam dicit. Nō aqua omnis sanat: sed aqua sanat quæ habet gratias Christi. Ergo. Et idem dicit ipse Ambrosius. lib. 4. cap. 4. loquens de sacramēto eucharistie.

O C T A V O. Augusti lib. 19. cōtra Faustum cap. 16. dicit: loquens de administratione sacramētarum. Hęc omnia fiunt & transiūt: sanant & trāscunt: virtus tantum que per ita operatur iugiter manet.

N O N O. Hoc idem dicit August. home. 80. super Iohā. & habetur. i. quæst. i. cap. retrahit: quæ tāta vis aquæ quæ corpus tangat & cor abluit. DECIMO. Beda. Chrisost. & August. sermone primo de Epiphaniā dicit. Dominus tactu suæ mundissimæ carnis vim regenerationis contulit aqua: quod habetur de cōsacracione. d. 4. cap. non quā.

V N D E C I M O. Cōclusio nostra est ī cōcilio florētino sub euzebio. 4. sub his verbis. Nouæ legis septem sunt sacramēta: quæ & continent gratiā: & eam dignè suscipientibus conferunt.

D V O DECIMO. Hanc eandē sententiā probavit concilium tridentinum sētione . 7. de sacramētis ī communi canone . 6. cuius verba sunt. Si quis dixerit sacramēta nouæ legis nō continent gratiam quam significant: aut gratiam ipsam non potentibus obicem non conferre: quasi signa tantum externa sunt accepta per fidem gratiæ vel iustitiae. Anathema sit.

T E R T I O DECIMO. Ex sacris literis adducitur ad hoc ab August. Epistola. 23. ad Bonifa. illud Ioh. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c. Nō ait ex parentum fide aut offerentium vel ministrantium sed ex aqua & spiritu sancto. Ergo aqua regenerat hominem in Christo: ex uno adam generatum: hæc Augustinus.

Q VARTO DECIMO. Secundū testimoniu citat idē August. Epistola. 10. ad Bonifacium ex §. cap. ad Ephes. Christus dilexit ecclesiam: & se ipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret munidans eam lauacro aquæ in verbo vite. Vnde interficit Augustinus: quidquid ab hominibus: quarū

cunque culparum contrahitur: propter ipsum la uacrum dimititur.

QVNTO DECIMO. Tertiu testimoniu re ferte idem August. super Ioha. tract. 80. ex prima petri cap. 3. Saluos vs fecit baptisma no carnis depositio sordium sed conscientia bona interro gatio in deum.

SEXTO DECIMO. Quartu testimoniu citat Ambro. lib. 6. de sacramentis cap. 2. ex Ioh. 6. Caro mea vere est cibus. & sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem & babit meum sanguinem in me manet & ego in illo. Sicut mi sit me viuens pater & ego viuo propter patrem, & qui manducat me & ipse viuit propter me. Et ex his verbis concilium ephelinum collegit, quod in sacramento accipimus non comunem car nem: sed vere viuificatricem: qua & sanctifica mur: participes sancti corporis & preciosi sanguinis effecti.

DECIMO SEPTIMO. Quintu testimoniu est de poenitentia Ioha. 20. Accipite Sp̄u sanctū. &c. Ergo sacerdotes possunt per sacramēta peccata remittere, quod non fit sine gratia. Ergo gratiam in sacramentis conferunt.

PRAETEREA Pro hoc est Martinus quitus in cōcilio constantie sessione. 45. vbi dicit quā sacerdos vere absolvit. Ergo ministri sacrametorum nouē legis: vere conferunt gratiam: sine qua nullus peccator potest esse absolutus.

PRAETEREA. Si sacerdos aut minister i bap tismo no absolveret baptizatū a peccato. Ergo fal sa esset illa forma. Ego te baptizo. i. te lauo. Vbi si guificatur qđ fiat ablutio spiritualis. Ergo minister abluit spiritualiter quod non est sine gratia. Ideo manet nostra cōclusio adeo probata qđ hæ reticum esset illam negare. Et propter hæ testi monia dixit sanct. Thom. quod erat necessariū dicere: quod sacramēta nouē legis sunt causa gratiae. Vnde propter argumenta scholastici au thores eandem probant cōclusionem.

Sed, quomodo sit causa gratiae: dissentient fere omnes.

Quidam nanque asserunt sacramēta causare gratiam: eo quod disponunt solum ad gratiam producendo characterem aut ornatum, videlicet qualitates spirituales interius disponentes ad gratiam. Et iudicant impossibile quod sacramēta efficiant ipsam gratiam.

ALII dicūt: sacramēta causare gratiam: solum per hoc quod extrinsecus disponunt ad gratiam ut sigillū regis: quo ostēo nobis pr̄statur: quod ex regis beneficio querimus.

Alij autem dicunt: quod sacramēta solum sunt cause per accidens gratiae: & non per se: sine quibus effectus non sequitur: quæ tamen nihil vere agunt. Et hæc est communior opinio istorum recentiorum scholasticorum.

ALII dicūt: quod sacramēta no. legis propriæ sunt causa gratiae: quia instrumentaliter ipsam

efficiendo attingunt virtute supernaturali ins trumentali. Et hæc vt supra diximus videtur esse opini. S. Thom. hic. Est etiam opinio caie. hic in suis commentarijs.

ALII dicūt: quod sacramēta sunt causa gratiae hoc modo quia sunt cause motiū diuinæ voluntatis: quia sunt ratio propter quam deus gratiam confert: vt quia puer baptizatus est deus illum saluat. Ideo pro resolutione materia.

SIT secundacōclusio. Sacramēta nouē legis non est causa sine qua non per accidens gratiae: probatur primo quia gratia sepe producitur sine sacramento per contritionem. Ergo.

Secundo. Quia tunc aqua non lauaret maculas

animæ: sicut nec Albedo infrigidat cum vix in

frigidat: eo quod album illius effectus est causa per accidens.

Tertio. Nō dixissent concilia sacramēta abso

lute esse causas gratiae: si solum sunt cause per ac

cidens: quia hoc est pr̄ter artem & pr̄ter dif

initionem.

Quarto. Si sacramēta solum sunt causa gratiae

per accidens & sine quibus non. Ergo solum sunt

signa gratiae. Probatur consequētia: quia omnia

signa certa alicuius effectus sunt causa sine qui

bis non sequitur effectus, vt de signo regis dictū

est. Ergo.

Quinto. Sequeretur ex illa opinione: quod sacra

mentum circuncisionis etiam fuisset causa gra

tiae eodem modo sicut sacramēta no. legis quia

etiam erat signum certum gratiae & causa sine qua non.

SEXTO. Si sacramēta no. le. solum sunt causa

per accidens & sine qua nō, nō possunt testimonia

qua adduximus in prima conclusione sane in

terpretari. Et ideo etiā hic modus est improbabilis.

Quinta conclusio. Et si probabile sit quod sacra

menta eo sunt causa gratiae quia eam attin

gunt effectus virtute supernaturali instrumen

tali: probabilius est: quod non ideo sacramēta

dicitur causa gratiae quod virtute sua instrumen

tali & supernaturali attinguat qualitatem illam

qua est gratia. Probatur prius secunda pars cōclu

sionis: quia rediculum est concilium velle diffini

re: vel sanctos velle asserere id. s. quod sacramēta

attingant sua actione illam qualitatem.

Probatur. Quia sacramēta sunt instituta ad no

stram sanctificationem ad quā nō spectat: quod

sacramēta contactū reali suā virtutis qualita

tem supernaturalem efficiant: quia sine tali vir

tute & contactū possunt nos sanctificare.

Et confirmatur: quia non est certum in ecclesia

quod gratia est realis qualitas. Ergo non erat in

tentio concilij nec sanctorum definire quod sa

cramenta illo modo gratia attingat aut causent.

Secundo. Quia eodem modo creatura posset

concurrere ad productionem animæ rationa

lis. s. agendo propria actione in corpus: & vi su

pernaturali in animam: quod tamen non conce

ditur ab illis qui illam opinionem defendunt.

Tertio. Vel producitur noua qualitas in sacra

mento ad attingendum hunc effectum, vel non

Primū videtur ridiculum: quia adhuc est crea

tra. Secundum est absurdum: dicere quod sine no

ua virtute addita sacramēta efficiant quod aā

non poterant.

Quarto. Argumenta qua fecimus in principio dubitationis ad probandum quod sacramēta non dent gratiam probant veritatem huius conclusionis.

SEXTA conclusio. Sacramēta no. le. non solum sunt causa: vel ratio motu salutis & gratiae: quo pacto dici mus matrem diligere filium quia genuit eum. vel quis alteri benefacere quia studiosus & pulcher est: quemadmodum etiam causalis illa vera est. Quia vidiisti me. Thoma. credidisti Ioh. 20. & illa rorsus. Quia fecisti hanc rem faciat crescere. Gene. 22.

Probatur. Primo quia pati ratione concedetur hominem esse causam animæ rationalis. Nā hæc materia est animata anima rationali quia habebat tales dispositiones ab homine generante productas.

Secundo. Fides in lege veteri erat in hunc modum causa iustificationis: quia Abraham creditit deo deputatum est ei ad iustitiam. Et quia ex fide parentum parvulus offerebat deo: iustificabatur: quia iustus ex fide viuit etiam nunc. Et tamen fides non est causa gratiae: & sacramēta no. le. definiuntur esse causa gratiae.

Tertio. Causa motu non est instrumentum quo mediante effectus producitur: baptismus autem est instrumentum quo deus lauat animam ad Ephesi. 5.

Et confirmatur, quia aqua lauans corpus: non est causa motu: sed vere efficiens instrumentalis & aqua baptismi cor abluit.

Quarto. Sacramēta Eucharistia cibus est anime. Ergo non solum est causa motu. Est et ridiculum si diffiniremus cibum corporalem esse causam augmenti: eo quod hæc causalis vera est ego augeor quia comedи. Sed potius cū partcula causalis importet causam: inquirendum est cuius generis sit illa causa: an finalis efficiens formalis vel materialis.

Et constat: quod sacramēta non sunt causa finalis gratiae: nec materialis: nec formalis: relinquuntur quod sunt causa efficiens ipsius gratiae.

Quomodo autem efficiant gratiam ex tota nostra disputatione: videtur quod nō explicatur ille sex modis dictis: nec aliquo illorum. Et cū sit de fide quod sacramēta sint causa gratiae & salutis animæ: oportet assignare aliquem sanum sensum & modum quo cause sint: dignum diffinire concilij & autoritate sanctorum. & dignum fide nostra.

Ideo. Est unus alius modus: quo sacramēta vere & proprie posse dicuntur causa gratiae. Pro cuius explicatione est notandum: causas esse in duplici differentia. Alteras naturales: alteras morales. Morales autem appello causas liberas: que libere mouent: vt qui consulit: qui imperat: eius rei causa est, quæ per eius aut imperiū aut consilium efficitur.

PRIMA.4.QUAEST.3.ART.1.

SECUNDUM. Est notandum: quod inter has causas discriminem est. Nam cause naturales suos effectus attingunt: per formam & vim a natura inditam: ut ignis calefacit per calorem. Morales vero non attingunt actione phisica effectus suos nec influunt aut producunt qualitates aliquas: Non enim oportet ut qui consulit homicidium actione aliqua phisica & naturali quicquam efficiat: quemadmodum natura efficere consuevit. Et qui imperat non attingit actione phisica illum cui imperat.

TERTIO. Est notandum: quod virtus motiva est duplex. Altera est qua mouens moraliter mouet. Altera qua naturale agens mouet naturaliter. Virtus motiva moralis est authoritas consilientis vel ratio qua persuadet vel praeceptum quo imperat. Virtus naturalis est ipsae vires corporales vel forma qua agens agit, ut calor in igne.

HOC modo dicendum est de gratia & charitate: & de alijs effectibus super naturalibus: qui à duplici causa proficiuntur. Vel ab ea quae habet innotescendum agendi similem naturali influendo, & attingendo vi & efficacia actione potentiae effectus eiusmodi: Quo sensu sine controversonia deus est causa virtutum infusarum. Vel proficuntur a causa moralis: qualis fuit oratio & meritum Christi: cum oravit pro petro ne deficeret fides eius, & quod pater conseruaret quos sibi tradiderat.

QUARTO. Est notandum: quod sicut causa naturalis dividitur in principalem & instrumentalem: ita etiam moralis. Ut qui daret pecuniam per redimendis captiuos: esset causa principalis redemptionis: moralis tamen Pecunia vero vel minister destinatus ad redendum sunt cause redemptionis instrumentales: sed morales. Et manus dicuntur moraliter continere redemptionem eo quod continet pecuniam qua fiet redemptio captiuarum. Et ita dicatur de multis alijs.

QUINTO. Est notandum: quod ea quae dicuntur de sacramentis nouae legis: eadem affirmanter in sacris literis de sanguine Christi: ut primus Iohannes primo. Sanguis Iesu Christi remittat nos a peccato. Et Apocalyp. i. lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Tertio Apocalyp. 12. vicerunt eum propter sanguinem agni. Quarto ad Romanos, quem proposuit deus propitiator in sanguine suo. Eodem sensu sacramenta dicuntur lauare mundare, & causa esse nostrae salutis & remissionis peccatorum: quo sanguis Christi lauat mundat, peccataque remittit. At sanguis Christi non est causa nostrae salutis attingendo gratiam actione naturali. Ergo nec sacramenta.

SEXTO. Notandum: quod Christus sua merita & iustitiam contulit hominibus. Nam factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio,

ut Apostolus prior ad Corinthi. cap. i. docuit. Sed iustitiam suam & sanguinis precium: potissimum nobis communicat per sacramenta. Virtus enim & valor sanguinis Christi: sacramentis suscep-tis applicatur: quae si Christus voluisse sine medio aliquo sacramento applicare posset: sed voluit facere cum sacramento quia sic expedi-ebat.

HIS DOCUMENTIS ACCEPTIS (quae negare nisi impudentissimus posset) secundum fidem duo sunt dicenda. Alterum est, quod deus per Christi humanitatem redemit genus humanum, remisit peccata: & contulit gratiam & gloriam. Vnde humanitas Christi fuit instrumentum, quo deus operatus est mirabilia haec ut dicitur Iohannes primo, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et vidimus eum plenum gratiae & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accipimus. Et rursus ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.

ALTERVM. Est: quod sacramenta nouae legis sunt instrumenta Christi ad hanc redemptionem, gloriamque complendam. Vnde sicut si quis esset captivus apud sarracenos: ille qui daret pecunias, & premium redemptionis: est causa redemptionis illius: & non solum ille: sed etiam pecuniae ipsae, & manus qua pecuniam portigeret sunt cause instrumentales illius redemptionis, non naturales sed morales. Et haec videatur sanctus Thomas dicere in 3. parte quest. 48. art. 6. & quest. 9. art. 2. & 56. art. 2. & hic. quest. 3. art. 5.

EX. quibus omnibus dico, quod sacramenta nouae legis sunt causa moralis gratiae, & non naturales & sic intelligitur a concilio florentino, & tridentino quod continent gratiam, & eam digne suscipientibus conferunt. Continere dicuntur sacramenta gratiam: non ut causa naturalis continet suum effectum: sed ut causa moralis, ut crumenta dicuntur continere captiuos redemptionem: quia continet pecuniam. Et ita sacramenta quae continent sanguinem Christi dicuntur continere gratiam & remissionem peccatorum.

ET sicut crumenta administrans pecuniam redemptionem confert. Ita sacramentum confert gratiam premium sanguinis applicans. Et haec est illa sacramentorum virtus. Nam virtus redemptionis captiuos in marsupio est: in quo premium redemptionis seruatur. Et virtus sacramentorum sanguis Christi est, qui in sacramentis adhibetur & per sacramenta re vel votos suscepta hominibus applicatur.

HIC. modus & ille quo diximus sacramenta sanctificare hominem: licet non attingerent gratiam: sunt tamen causa quod gratia ponatur in homine, sunt probabiliores, & potius conuenienter cum dictis sanctorum.

VLTIMA. Conclusio est. Sacramenta vetera non fuerunt causa gratiae & salutis. Hec probatur ex

illo concilio florentino. Nouae legis septem sunt sacramenta: quae multum differunt a sacramentis antiquae legis, illa enim non causabant gratiam sed illam solum per passionem Christi dandam esse figurabant: haec autem gratiam quam significant: & continent & efficiunt.

SECUNDUM. Apostolus ad Galatas 4. sacramenta veteris legis infirma vocat & egena elemen-ta. Si autem continerent premium sanguinis Christi gratiamque praestarent hominibus: non efficiunt egena & infirma. Ergo. &c. Nec ab hoc testimonio excipitur circuncisio quidquid nonnulli dicant, sine exceptione enim, veteris legis sacramenta vocat egena.

TERTIO. Apostolus in epistola ad Romanos docet circuncisionem acceptam in signum iustitiae & non in causam eiusdem iustitiae & gratiae. Ait enim ad Romanos 4. Acceptit Abraham signaculum circuncisionis signum iustitiae fidei. Vides Apostolum dicentem signaculum iustitiae fidei, id est signaculum illius iustitiae quae est fidei vel a fide & non ac circumcisione.

QUARTO. Conclusionem nostram probat diuis Ambrosius in Epistola 77. ad constantium ex eodem loco pauli. Et id est Ambrosius dicit ibi quod propter hoc dicitur genesis 17. circuncidetur in vobis omne masculinum: ut sit signum foederis inter me & vos. In signum ait, non in causam. Ergo circuncisio secundum Ambrosium gratiam non conferebat.

QUINTO. Sacerdotes vel non fuerunt causa remissionis peccatorum: ut Apostolus probat ad Hebreos 9. Et ad eos spectabat ministrare illa sacramenta etiam circuncisionem. Ergo nec sacramenta dabant gratiam.

SEXTO. Probatur nostra conclusio ab Augustino epistola 19. ad Hieronim. vbi ait. Si lex non iustificabat quanto magis illa quae significatio gratiae precepta sunt, circuncisio & cetera quae revelatione gratiae latius innotescuntur esse necessariae fuerat aboliri iustificare neminem poterant. Ergo si teste Augustino circuncisio non iustificabat non erat causa gratiae.

SEPTIMO. Pro hoc est diuis Hieronimus: in commentariis super epistolam ad Galatas: in illud cap. 5. nec circuncisio aliquid valebat nec preputium: sed fides. Circuncisio (inquit) idcirco utilis fuit his qui in lege vixerunt: non quia circuncisi erant: sed quia credita sunt illis eloquia dei: quae in opera vertentes: a salute extranei non fuerunt. Circuncisio vero tunc ut cetera quoque legis voluit: quando & benedictiones carnales legem seruantebus spondebantur & non spirituales benedictiones tunc dabatur, sicut nunc per sacramenta nouae legis.

OCTAVO. Ut sanctus Thomas hic art. 6. & prima secunda quest. 10. art. 2. argumentatur. Si sacramenta veteris legis erant causa gratiae

aut ratione sui secluso merito Christi: & hoc non: quia tunc Christus gratis mortuus est, quod collegit Apostolus ad Galatas 2. Vel erant cause gratiae virtute passionis Christi futurae, quod non potest affirmari: quia causa efficiens siue instrumentalis: siue principalis: semper praecedit effectum. Quare humanitas Christi eius que sanguis: priusquam in rerum natura essent cause finales esse poterant: non autem efficientes. Ergo sacramenta veteris legis salutem & gratiam in virtute passionis Christi efficerent non valebat. Valent tamen sacramenta nouae legis postquam iam est passio & sanguis Christi in esse.

SVENT. Igitur tres modi probabiles. Primus quod attingunt sacramenta hominem gratum licet non gratiam. Secundus attingunt gratiam instrumentaliter. Tertius quod sunt cause morales instrumentales: & non sicut naturaliter agentes. Nec valet si dicas contra secundum modum quod si sacramenta attingunt gratiam sequeretur quod creatura crearet: quia non sequitur quod creatura proprie crearet, sed quod instrumentaliter concrearet quod sanctus Thomas concedit: quia gratia est accidentis & non proprie creatur cum non sit subsistens, cuius est proprius creari.

Articul. secundus,

Vtrum gratia sacramentalis: ali-quid addat: super gratiam virtutum & donorum.

D SECUNDUM. Sic proceditur. Videtur quod gratia sacramentalis: non addat aliquid super gratiam virtutum & donorum. Per gratiam enim virtutum & donorum: perficitur anima sufficienter: & quantum ad essentiam animae & quantum ad potentias eius: ut patet ex his quae in secunda parte dicta sunt. Sed gratia ordinatur ad animam perfectionem. Ergo gratia sacramentalis non potest aliquid addere super gratiam virtutum & donorum.

PRAETERE. Defectus ani-mi iiii

mæ ex peccatis causantur. Sed omnia peccata sufficienter excluduntur per gratiam virtutum & donorum: quia nullum est peccatum quod non contrarietur alicui virtuti. Gratia ergo sacramentalis cum ordinetur ad defectus animæ tollendos: non potest aliquid addere, super gratiam virtutum & donorum.

P R A E T E R E A. Omnis additio vel subtractio in formis variat speciem: ut dicitur. 8. Metaphi. Si ergo gratia sacramentalis addat aliquid super gratiam virtutum & donorum: sequitur quod aequiuoce dicatur gratia. Et sic nihil certum nobis ostenditur: ex hoc quod sacramentum cunctum gratiam causare.

S E D C O N T R A E S T. Quod si gratia sacramentalis. non addit aliquid super gratiam donorum & virtutum, frustra sacramenta habentibus & dona & virtutes conferrentur. In operibus autem dei nihil est frustra. Ergo videtur quod gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod (sicut in secunda parte dictum est) gratia secundum se considerata perficit essentiam anime: in quantum participat quoddam similitudinem diuini esse. Et sicut ab essentia anime fluunt eius potentiae ita a gratia fluunt quedam perfectiones ad potentias anime: quæ dicuntur virtutes & dona: quibus potentiae perficiuntur in ordine ad suos actus. Ordinantur autem sacramenta ad quoddam effectus necessarios in vita Christiana: sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, qua homo moritur vitijs & fit membrum Christi: qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum anime. Et eadem ratio est in alijs sacramentis. Sicut igitur virtutes & dona, addunt super gratiam communiter dictam: quan-

dam perfectionem determinate ordinatas ad proprios actus potentiarum. Ita gratia sacramentalis, addit super gratiam communiter dictam, & super virtutes & dona quoddam diuinum auxilium: ad consequendum sacramenti finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum & donorum.

A D P R I M V M. Ergo dicendum quod gratia virtutum & donorum: sufficienter perficit essentiam & potentias anime quantum ad generalem ordinationem actuum anime. Sed quantum ad quoddam effectus speciales qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

A D S E C V N D V M. Dicendum: quod per virtutes & dona excluduntur sufficienter virtus & peccata quantum ad praesens & futurum: in quantum scilicet impeditur homo per virtutes & dona a peccando. Sed quantum ad præterita peccata quæ transiunt actu, & permanent reatu: adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

A D T E R T I V M. Dicendum quod ratio sacramentalis gratiae, se habet ad gratiam communiter dictam: sicut ratio speciei ad genus. Vnde sicut non aequiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum: ita non aequiuoce dicitur gratia communiter sumpta: & gratia sacramentalis.

P R I V S. Circa hunc articulum secundum est aduertendum: quid intelligat sanctus Thomas per gratiam virtutum & donorum, & quid per gratiam simpliciter dictam, & postea videbimus: quid intelligit per gratiam sacramentalem. Gratia simpliciter dicta: est gratia gratum faciens. Et per gratiam virtutum & donorum, potest intelligi ipsa gratia gratum faciens. Quæ vocatur gratia virtutum & donorum: propterea quod eam semper consequuntur & comitantur virtutes, & morales, & theologicae & dona spiritus sancti. Vel per gratiam virtutum, & donorum intelliguntur

ipsæmet virtutes & dona, idest habitus ipsi virtutum & donorum. Qui etiam gratis a domino deo cum ipsa gratia gratum faciente infunduntur. His visis respondet sanctus Thomas ad dubium articuli: quod gratia sacramentalis addit super gratiam simpliciter dictam & super gratiam virtutum & donorum, quod dam diuinum auxilium. Probat hoc modo. Gratia absolute perficit essentiam anime in qua subiectatur. Et sicut ab essentia anime fluunt potentiae ita a gratia fluunt perfectiones potentiarum. s. dona Spiritus sancti & virtutes: quæ consequuntur ipsam gratiam. At sacramenta ordinantur ad quoddam species effectus necessarios in vita Christiana præter actus potentiarum anime. Ergo sicut virtutes & dona, addunt super gratiam communiter dictam, quandam perfectionem ordinatam ad actus potentiarum: ita gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam: & super virtutes & dona. quoddam diuinum auxilium ad consequendum finem. Ergo gratia sacramentalis addit supra gratiam donorum & virtutum, idest supra ipsa dona & virtutes.

P R O. Horum intellectu est aduertendum: quod gratia gratum faciens, non est ad agendum immediate & directe: sed ad redendum hominem gratum & acceptum ad vitam æternam, virtutes vero & dona sunt immediate ad agendum. Ideo gratia virtutum & donorum accepta secundo modo. s. pro habitibus ipsis virtutum & donorum, addit super gratia communiter dictam ipsos habitus, quia virtutes & dona sunt ad agendum: vt fides ad credendum & charitas ad diligendum. &c.

S E D. Circa conclusionem quæ dicitur, quod gratia sacramentalis est addens aliquid. s. quod dam diuinum auxilium supra gratiam simpliciter dictam, & supra gratiam virtutum & donorum.

D V B I T A T V R. Quid est ista gratia sacramentalis: & quid addit super alias gratias. Et de hoc sunt tres opiniones. Prima est. Quod gratia sacramentalis nihil aliud est: quam gratia gratum faciens. Probatur. Quia non est ponenda pluraritas sine necessitate. Ergo gratia sacramentalis est ipsa gratia gratum faciens.

ALIA. Est opinio thomistarum (excepto uno Cajeta, hic in commentariis his) quæ opinio habet, quod gratia sacramentalis est habitus distinctus a gratia communiter dicta. Hoc capitulo. 4. d. 1. ques. 1. Hoc Paludanus 10. 4. d. 2 ques. 3. Probabili cōclusionē suā sic. Quia sacramentū ultra hoc quod confert gratia: facit aliud, quia confirmat hominem contra hostes fidei. Et sicut dicas. Cum in omni sacramento conferatur gratia, quid est illa confirmatio in sacramen-

to confirmationis. s. potiusquæ in alijs sacramentis: dicunt quod est quidam habitus distinctus ab habitu qui datur in alio sacramento & ab habitu vel qualitate quæ est gratia gratum faciens.

T E R T I A. Opinio est Cajeta. hic quæ habet quod gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam non habitum vel qualitatem aliquam, quia in re idem sunt: sed ad dit solum quoddam diuinum auxilium. Ita quod eadem entitas est gratia sacramentalis & gratia communiter dicta, sed inquantum est sacramentalis (idest data in sacramento) addit quoddam diuinum auxilium, idest diuinum concursum in bonum. Ita quod fortius, & melius concurrit Deus in bonum cum baptizato & confirmato, quam cum baptizato tantum. Et hæc est vera opinio, quæ Cajeta affimat esse de mente sancti Thomæ. Et probatur prius: quod hæc est opinio sancti Thomæ. Quia in prima secundæ diuus Thomas diuindendo gratiam: distinxit contra Habituale donum gratiæ, gratuum diuinum auxilium, ac per hoc sub genere gratiæ communiter dictæ, locauit duo genera vel species gratiarum s. gratiam Habitualis doni: & gratiam diuini auxilij. Et propterea cum hoc in loco expresse dicat gratiam sacramentalem addere diuinum auxilium, non est aliud genus gratiæ e regione positum. s. donum habituale diverendum. Sed planum literæ sensum scitando, sciendum est quod gratia sacramentalis distinguatur specie agitata virtutum & donorum. Non sicut habitus ab habitu, sed sicut gratuum diuinum auxilium, a gratuito habituali dono. & per hoc esse speciem gratiæ communiter dictæ vt in solutione ad tertium dicitur & diuidi in plures species iuxta specificam pluralitatem effectuum: vt inferius questione 13. artic. 7. ad tertium dicitur. Vbi litera sic habet. Gratia sacramentalis addit super gratiam gratum facientem communiter sumptam aliquid effectuum spiritualis effectus ad quod ordinatur sacramentum. Si ergo consideretur gratia in hoc sacramento collacta quantum ad id quod est commune sic per hoc sacramentum non confertur aliqua alia gratia quam per baptismum sed quæ prius inheret augetur. Si autem consideretur quantum ad illud spirituale quod super additur sic non est eiusdem speciei cum ipso. Vides igitur quomodo ex mente sancti Thomæ gratia sacramentalis non distinguitur a gratia communiter dicta sicut habitus ab habitu: sed solum si cut gratuum diuinum auxilium a gratuito habituali dono. Et dicuntur gratiæ sacramentales differe specie, non secundum habitus: sed secundū

distinctas rationes agendi, vel concursus dei: quia aliter adiuvat & concurrit cum confirmato quam cum baptizato & non confirmato.

SECUNDUM. Confirmatur hoc ex loco statim citato. Vbi author gratiam in sacramento confirmationis collatam, ad dicta hic se referens: non dicit diuersam esse gratiam gratum facientem, & sacramentalem baptismi & confirmationis. Sed dicit gratiam utробique collatam, habere aliquid commune & aliquid proprium, & quo ad communem quod est gratia gratum faciens esse unius speciei. Si vero consideretur quo ad propria superaddita, sic diuersarum sunt rationum gratia collata in baptismate & collata in confirmatione. Ex hoc enim quod ad diuersum modum considerant gratiam se resoluti, inserviat non esse ibi diuersos habitus, sed (ut diximus) esse unum habitum relatum seu extensem ex novo diuino auxilio per sacramentum exhibito ad diuersos secundum speciem effectus.

TERTIO. Confirmatur hic sensus quia hoc sufficit ad saluandum & dignitatem sacramentorum in causando, & gratias sacramentales, & effectus earum.

QUARTO. Probatur haec nostra sententia simpliciter. Quia frusta multiplicatur tot habitus in anima cum ipsa gratia, tum faciens sufficiat cum virtutibus & deinceps, & cum isto peculiari concursu diuino quem ponimus. Et alia sententia non probat quod dicit: nempe quod illa gratia sacramentalis sit habitus distinctus a gratia communiter dicta. Et ideo merito est rei scienda.


Dubium secundum.

DUBITATVR. Siquis pesset post confirmationem, & postea poeniteat, an restituatur ei illa gratia sacramentalis quae data fuerat ei in confirmatione. Et videtur quod non. Quia gratia quae datur per poenitentiam, est alterius rationis a gratia quae datur in sacramento confirmationis & in alijs sacramentis.

ADHOC. Dico: quod postquam ille poenitens est amicus dei: dat deus illi gratiam quam antea dedit in sacramento confirmationis. Et illæ gratiae ut diximus solum sunt distinctæ quantum ad rationes particulares, id est distinctos concursus dei: quia aliter concurrit in bonum cum baptizato eo quia baptizatus est: & aliter quia confirmatus est. Et hoc est quod in quaestione illa, iij. artic. 7. ad tertium dicebat sanct. Thomas quod gratia sacramentalis addit quoddam effectuum supra gratiam communiter dicam, id est addit distinctum concursum, & modum iuuandi illos qui accedunt ad sacramenta quae sunt quedam spirituales medicinae ad hoc instituta.

Articul. tertius,

Vtrum sacramenta nouæ legis continent gratiam.



D T E R T I V M. Sic proceditur. Videtur quod sacramenta nouæ legis non continent gratiam. Contentum enim utriusque in continete. Sed

gratia non est in sacramento neque sicut in subiecto (quia subiectum gratiae non est corpus sed spiritus) neque sicut in vase: quia vas est corpus mobile ut dicitur in. 4. Phisicoru. Esse autem in loco non conuenit accidenti. Ergo videtur quod sacramenta nouæ legis: non continent gratiam.

P R A E T E R E A. Sacramenta ordinantur ad hoc: quod homines per ea gratiam consequantur. Sed gratia cum sit accidentis non potest transire de subiecto in subiectum. Ergo pro nihilo esset gratia in sacramentis.

P R A E T E R E A. Spirituale non continetur a corporali etiam si in eo sit: non enim anima continetur a corpore sed potius continet corpus. Ergo videtur quod gratia cum sit quoddam spirituale non continetur in sacramento corporali.

S E D C O N T R A E S T. Quod Hugo de sancto Victore dicit: quod sacramentum ex sanctificatione invisibilem gratiam continet.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod multipliciter aliquid dicitur esse in alio: inter quos dupli modo gratia est in sacramentis. Uno modo sicut in signo. Nam sacramentum est signum gratiae. Alio modo sicut in causa. Nam sicut dictum est: sacramentum nouæ legis est instrumentalis gratiae causa.

Vnde gratia est in sacramento nouæ legis non quidem secundum similitudinem speciei: sicut effectus est in causa uniuoca: neque etiam secundum aliquam formam propriam ita permanentem proportionatam ad talis effectum: sicut sunt effectus in causis non uniuocis: puta res generate in sole, sed secundum quandam instrumentalem virtutem quae est fluens ita incompleta in essence, ut infra dicetur.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod gratia non dicitur esse in sacramento sicut in subiecto: neque sicut in vase prout vas est locus quidam. Sed prout vas dicitur instrumentum aliquates operis facientis: secundum quod dicitur in Ezech. 9. unus quisque vas interfectionis habet in manu sua.

A D S E C U N D U M. Dicendum quod quanvis accidens non trahit se de subiecto in subiectum: transit tamen ex causa, per instrumentum aliquatenus in subiectum non ut eodem modo sit in eis: sed in uno quoque secundum propriam rationem.

A D T E R T I U M. Dicendum: quod spirituale existens perfecte in aliquo, continet ipsum, ita non contineatur ab eo. Sed gratia est in sacramento secundum esse factus & incompletum. Et ideo non in convenienter sacramentum dicitur continere gratiam.


A R T I C U L U S. Iste nullam habet penitus difficultatem. Solum enim ista quaestio mouetur: ad intelligendum doctores antiquos: qui habent istum modum loquendi maximus hugo de sancto Victore lib. de eruditione theologica primo, parte 9. cap. 2. Et secundo mouetur ad soluendam tacitam objectionem: quia nihil producit aliquid quod non habet in se. Ergo cum dicimus sacramenta causare gratiam oportet quod habeant in se gratiam: sicut dicimus quod sol producit lumen quia illud in se haberet.

I D E O. Dicitur ad quaestione quod sacramenta nouæ legis continent in se gratiam. Probat doctor ut patet in litera Quia sacramentum

est signum gratiae & est causa gratiae ut supradictum est. Ergo continet gratiam tanquam in signo & tanquam in causa quia ut diximus habet virtutem ad dādam gratiam. Ergo continet illam in viitate.

Articul. quartus.

Vtrum in sacramentis sit aliqua virtus gratiae causativa.



D Q U A R T U M. Sic proceditur. Videtur quod in sacramentis non sit aliqua virtus gratiae causativa. Virtus enim gratiae causativa est virtus spiritualis. Sed in corpore non est virtus spiritualis: neque ita quod sit propria ei (quia virtus fuit ab essentia rei ita non potest eam transcendere) neque ita quod recipiat eam ab alio: quia quod recipitur ab alio, est in eo per modum recipientis. Ergo in sacramentis non potest esse aliqua virtus gratiae causativa.

P R A E T E R E A. Omne quod est reducitur ad aliquod genus entis: ita ad aliquem gradum boni. Sed non est dare, in quo genere entis sit talis virius (ut patet discurrens per singula) nec etiam potest reduci ad aliquem gradum bonorum: neque enim est inter minima bona, quia sacramenta sunt de necessitate salutis: neque etiam inter media bona, cum modis ut potentiae anime, quae sunt quedam potentiae naturales: neque etiam inter maxima bona, quia nec est gratia nec virtus mentis. Ergo videtur quod in sacramentis nulla sit virtus gratiae causativa.

P R A E T E R E A. Si talis virtus est in sacramentis, non causatur in eis, nisi

per creationem a deo. Sed in conuenienter vide tur, quod tam nobilis creatura statim esse de finit sacramento perfecto. Ergo videtur quod nulla virtus sit in sacramentis ad causandam gratiam.

P R A E T E R E A. Idem non potest esse in diuersis. Sed ad sacramenta concurrunt diuersa sive verba et res. Vnius autem sacramentis non potest esse nisi virtus una. Ergo videtur quod in sacramentis nulla sit virtus.

S E D C O N T R A E S T. Quod Augustinus dicit super Iohann. Unde tanta vis aquae, ut corpus tangat et cor abluit? Et beda dicit: quod dominus tactu sua mun disim carnis: vim regenerativam contulit aquis.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod illi qui ponunt quod sacramenta non causant gratiam nisi per quandam concomitantiam, ponunt quod in sacramento non sit aliqua virtus quae operetur ad sacramenti effectum: est tamen virtus diuina sacramento assistens quae sacramentalem effectum operatur. Sed ponendo quod sacramentum est instrumentalis causa gratiae esse est simul ponere: quod in sacramento sit quedam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. Et hoc quidem virtus proportionatur instrumento. Unde comparatur ad virtutem absolutam et perfectam alicuius rei: sicut comparatur instrumentum ad agens principale. Instrumentum enim (ut dictum est) non operatur, nisi in quantum est motum a principali agente, quod per se operatur. Et ideo virtus principalis agentis habet permanens et completum esse in natura: virtus autem instrumentalis habet esse transiens ex uno in aliud. et incompletum. Sicut et motus est actus imperfectus ab agente in patiens.

A D P R I M U M. Ergo dicendum, quod virtus spiritualis, non potest esse in re corporal re per modum virtutis permanentis

et complete: sicut ratio probat. Nihil tamen prohibet: in corpore esse virtutem spirituale instrumenta litera, in quantum sive corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spirituale inducendum. Sicut et in ipsa voce sensibili est quedam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis in quantum procedit a conceptione mentis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis: in quantum ordinantur a deo ad effectum spirituale.

A D S E C U N D U M. Dicendum, quod sicut motus eo quod est actus imperfectus, non proprius est in aliquo genere, sed reducitur ad genus actus perfecti (sicut alteratio ad qualitatem) ita virtus instrumentalis non est propriamente in aliquo genere: sed reducitur ad genus et speciem virtutis perfecte.

A D T E R T I U M. Dicendum, quod sicut virtus instrumentalis acquiritur instrumento, ex hoc ipso quod moueretur a gente principali: ita et sacramentum consequitur spirituale virtutem ex benedictione Christi et applicatione ministri ad usum sacramenti. Unde Augustinus dicit in quodam sermone de Epiphania. Nec mirum quod aqua, hoc est substantiam corporalem ad purificandam animam dicimus peruenire: peruenit plane et penetrat conscientia universaliter. Quia enim ipsa sit subtilis et tenuis: benedictione tamen Christi facta subtilior occultans vitae causas: ad secretamentis subtiliore pertransit.

A D Q U A R T U M. Dicendum: quod sicut eadem vis principalis agentis, instrumentaliter inuenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectum, prout sunt quodam ordine unum: ita etiam eadem vis sacramentalis inuenitur in verbis et rebus, prout ex verbis et rebus perficitur unum sacramentum.

I N H O C. Articulo est aduentendum: quod de hoc dubio (an in sacramentis sit aliqua vir-

tus causativa gratiae) sunt tres opiniones. Prima est. quam citat, & reprehendit sanctus Thomas in litera, que dicit quod in sacramentis nulla est virtus ad dandam gratiam. Sed est virtus diuina sacramento assistens: quae dat gratiam.

S E D. Hec opinio dicit quod sacramenta solum sunt causa sine qua non: quod refutauimus in primo articulo huius questionis. Quia si dei assistentia facit omnia, ergo sacramentum non facit. Quod ut supra ostendimus falsum est & sanctorum dictis dissonum.

S E C U N D A. Opinio est omnium thomistarum: excepto Cajetani in suis commentariis. Quae opinio dicit: quod in sacramentis est quedam virtus, distincta a sacramentis. Quae virtus est qualitas quedam super addita motui divino quo concurret cum sacramento ad dandum gratiam. Dicit etiam haec opinio, quod haec qualitas est in rebus & verbis sacramentorum.

S E D. Contra hanc opinionem: arguo hoc modo. Prius illa qualitas est spiritualis. Ergo non potest esse subiectum in corpore. Sacramentum autem est corpus. Ergo non est ibi subiectum. Nam non apparet quomodo notitia angelorum possit esse subiectum in ligno vel lapide.

S E C U N D O. Sequeretur quod illa virtus esset in rebus & in verbis sacramentalibus & in ministris (quia non est maior ratio quod sit in uno quam in alio) quod si concedas: sequitur quod sunt multae huiusmodi virtutes: & qualiter illarum est imperfecta. Ergo non sunt ponenda quia nihil valent.

T E R T I O. Arguitur. Illa virtus quam hic ponunt, non habet ex natura sua producere gratiam. Ergo non facit plus ad gratiam, quam aqua, vel alia quaecunque creatura. Ergo in casu omnino ponitur. Nam esto dicas quod est spiritualis: non ideo sequitur, quod attingat gratiam.

I D E O. Est tertia opinio Cajetani hic: quae est vera, & cui libenter subscribo, quae dicit: quod virtus est in sacramentis ad dandum gratiam. Sed illa virtus non est distincta realiter a sacramento & a motu divino quo mouet sacramentum ad dandum gratiam. Sed solum sicut motus distinguitur ab instrumento moto ab a gente principali. Non sicut res a re sed sicut motus a mobili, id est sicut modus realis a re ipsa ut scilicet a sedente.

H A N C. Opinionem puto esse de mente sancti Thomae, & veram. Et quod sit de mente sancti Thomae probatur. Prius quia doctor sanctus procedens hic: ex his quae communiter conueniunt omni causa instrumentaliter, dicit haec verba formaliter. Sed ponendo quod sacramentum sit instrumentalis causa gratiae: ne

esse est simul ponere quod in sacramento sit quedam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. Vnde patet quod secundum sanctum Thomam simile est iudicium de sacramento, & de alijs causis instrumentalibus, quantum ad virtutem instrumentalis per modum transeuntis. &c. Sed de causa instrumentalis expressit doctor in primo articulo huius questionis: quod causa instrumentalis non agit per virtutem suam formam: sed solum per motum quo mouetur a principali agente. Ergo per illam dicti excludit author omnem agendi rationem super additam motui quo mouetur a principali agente.

S E C U N D O. Hoc ipsum dicit doctor hic ad primum. Hoc modo (ait) vis spiritualis est in sacramentis: in quantum ordinantur a deo ad effectum spirituale. Vbi vis spiritualis consistit in hoc quod sacramenta ordinantur a deo ad effectum spirituale.


T E R T I O. Probatur hoc idem: quia secundum authorem sacramentum baptismi virtutem hanc inchoatiue accepit in sui institutione. quando Christus est baptizatus. Tunc enim aqua sanctificata est: accipiendo in cohatiue vim regenerativam. Sed aqua tunc nihil accepit nisi habilitatem, ut sit materia baptismi. Factum est enim tunc: ut non oleum, non vinum sed aqua idonea esset ad regenerandum.

Q VAR TO. Doctor dicit in solutione ad prius quod in ipsa voce sensibili est quedam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit a conceptione mentis. At nihil est in voce sensibili in quantum procedit a mente praeter significacionem: nisi visus quo meatur illa significativa voce ad excitandum metum auditoris. Et hoc modo (ait doctor) virtus spiritualis est in sacramentis. Ergo non intelligit quod illa virtus sit res vel qualitas distincta a motu quo deus mouet sacramentum ad dandum gratiam. Igitur haec est sententia S. Tho. Et quod simpliciter sit vera probatur argumentis quae confirmamus contra secundam opinionem. Quia vel illa qualitas est spiritualis vel corporalis. Si corporalis. Ergo non habet maiorem virtutem, ad producendum gratiam quam aqua. Si autem est spiritualis non videtur quomodo subiectatur in corpore.

P R A E T E R E A. Esset illa virtus etiam in sacerdote & manisset semper illa qualitas in eo quia non apparet quare corrumperetur postquam semel ponitur in eo.

Articul. quintus.

Vtrum sacramenta nouæ legis ha-
beant virtutem ex passione christi.



D Q V I N T U M. Sic proceditur. Videtur qd sacramenta nouæ legis, non habeat virtutem ex passione Christi. Virtus enim sacramentorum est ad gratiam causandam in anima, per quā spiritualiter vivit. Sed sicut Augustinus dicit super Iohann. verbum prout erat in principio apud deum, vivificat animas: secundum autem quod est caro factum, vivificat corpora. Cum igitur passio Christi pertineat ad verbum secundum quod est caro factum: videtur quod non possit causare virtutem sacramentorum.

P R A E T E R E A. Virtus sacramentorum videtur ex fide dependere: quia sicut dicit Augustinus super Iohann. verbum dei perficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur. Sed fides nostra non solum respicit passionem Christi, sed etiam aliam misericordiam humanitatis ipsius, & principalius etiam diuinitatem eius. Ergo videtur quod sacramenta non habeant specialiter virtutem a passione Christi.

P R A E T E R E A. Sacramenta ordinantur ad hominum iustificationem, secundum illud. 1. ad Corin. 6. abluti estis & iustificati estis. Sed iustificatio attribuitur resurrectioni secundum illud Roma. 4. resurrexit propter iustificationem nostram. Ergo videtur quod sacramenta magis habeant virtutem a resurrectione Christi: quā ab eius passione.

S E D C O N T R A E S T. Quod super illud Roma. 5. in similitudinem prævaricationis adæ. & c. dicit glos. Ex latere Christi dormientis in cruce: fluxerunt sacramenta per quæ saluata est ecclesia. Sicer ergo sacramenta videntur habere virtutem

ex passione Christi.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod (sicut dictum est) sacramentum operatur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumentum: unum quidem separatum ut baculus: aliud autem coniunctum ut manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum: sicut baculus per manum. Principalis autem causa efficiens gratiae, est ipse deus ad quem comparatur humanitas Christi sicut instrumentum coniunctum: sacramentum autem sicut instrumentum separatum. Et ideo oportet quod virtus salutifera, a divinitate Christi per eius humanitatem, in ipsa sacramenta deriuatur. Gratia autem sacramentalis ad duo precipua ordinari videtur: videlicet ad tollendos defectus præteriorum peccatorum: in quantum transiunt acti & remanent reatu: & iterum ad perficiendam animam in his que pertinent ad cultum dei: secundum religionem vite christiane. Manifestum est autem ex his quæ supradicta sunt quod Christus liberavit nos a peccatis nostris, precipue per suam passionem non solum efficienter & meritorie: sed etiam satisfactorie. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis offerens seipsum oblationem & hostiam deo ut dicitur Ephes. 5. Unde manifestum est, quod sacramenta ecclesia, specialiter habent virtutem ex passione Christi: cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem sacramentorum. In cuius signum de latere Christi pendentes in cruce fluxerunt aqua & sanguis: quorum unum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam: que sunt potissima sacramenta.

A D P R I M U M. Ergo dicendum quod, verbum prout erat in principio apud deum

vivificat animas sicut agens principale: caro tamen eius, & mysteria in ea per petrata: operantur instrumentaliter ad anima-vitam. Ad vitam autem corporis non solum instrumentaliter: sed etiam per quandam exemplaritatem: ut supra dictum est.

A D S E C U N D U M. Dicendum, quod per fidem Christus habitat in nobis (ut dicitur Ephes. 3.) & ideo virtus Christi copulatur nobis per fidem. Virtus autem remissiva peccatorum: specialiter quodammodo pertinet ad passionem ipsius Christi: & ideo per fidem passionis eius, specialiter homines liberantur a peccatis, secundum illud Roman. 3. quem proposuit deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius. Et ideo virtus sacramentorum quae ordinatur ad tollenda peccata, precipue est ex fide passionis Christi.

A D T E R T I U M. Dicendum: quod iustificatio attribuitur resurrectioni: ratione termini ad quem, qui est nouitas vita per gratiam. Attribuitur tamen passioni ratione termini aquo. s. quantum ad dimissionem culpe.

AN sacramenta habeant virtutem producendi gratiam a passione Christi dicit quod sic vide lib. &c.

SED cōtra ante passionem Christi fuerunt aliqua sacramenta ut baptismus. Et habebant virtutem hanc ad dandam gratiam. Ergo non habent illam a passione Christi.

AD hoc dico quod passio erat iam in fieri: quia non accipitur solum pro morte actuali: sed etiā pro laboribus quos pertulit. Ideo satis est quod iam erat humanitas Christi tendens ad passionem ad hoc quod sacramenta habeant virtutem a passione Christi: quia iam erat illa passio in fieri.

SED dubitatur quare dicuntur sacramenta habere virtutem conferendi gratiam a passione Christi: postquam etiam habent illam ab alijs laboribus.

DICO quod propter hoc quia omnia alia ordinabantur ad passionem: quia in passione consummata fuit redemptio generis humani. Verum est tamen quod baptismus ante passionem non habebat tantam virtutem, sicut nunc: quia tunc baptizatus non iret in coelum quousque Christus pareretur.

SECVNDO. Dico quod totum quod habebat

habebat virtute passionis Christi. Et hæc conclusio probatur ex August. in. 15. de ciuitate dei cap. 26. vt dicit Richar. in. 4. d. 2. in propria questione de hoc art. 5. quest. 3. & verum est. Vbi Augustinus sic ait. Et quod ostium accepit in latere arca Noe: profecto illud est vulnus: quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hac quippe ad illū venientes ingrediuntur: quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiantur.

PRAETEREA. Dubitatur, quomodo Christi dubium. secundū. passione non solum meritorie & satisfactorie sed etiā efficienter est genus humanū liberatū. Hoc dubium tractant scholastici doctores in. 3. sententiarum d. 19. Et recentiores theologi non inueniunt alium modum quo Christus liberauerit nos nisi meritorie. Et ita dicit marsilius in. 3. q. 12. art. 2. Sed diuinus Thomas dicit quod non solum passio Christi, fuit causa per modum meriti nostræ redēptionis: sed per modum efficientis. Quod ego probo sicut probauit in. 3. parte san. Et Thom. quest. 4.9. art. 1.

PRIVS. Christus instituit sacramēta quæ efficiunt gratiam: & Christus per suam passionē meruit illam gratiam quæ datur in sacramentis. Et ideo passio Christi fuit causa gratiæ per modū efficiēntis vel efficientiæ.

SECVNDO. Quod sacramēta & contritio cōferant gratiam, prouenit ex iure diuino positivo & non est de iure naturali, vt notum est. Et tunc conficio sic argumentum. Deus in quantum homo & non solum in quantum deus, fecit illā legē s. qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: Sed legis lator est causa efficiēs legis. Ergo Christus in quantum homo est causa efficiens nostræ salutis.

Articul. Sextus.

Vtrum sacramēta veteris legis gratiam causarent.

D S E X T U M. Sic proceditur. Videtur quod etiam sacramenta Veteris legis: gratiam causarent. Quia (sicut dictum est) sacramenta nouæ legis habent efficaciam: ex fide passionis Christi. Sed fides passionis Christi fuit in ve. le. Sicut & in noua, habemus enim eundem spūm fidis: ut habetur. 2. Corin. 4. Sicut ergo sacramenta nouæ legis conferunt gratiam: ita etiā

sacraenta ve. le. gratiam conferabant.

P R A E T E R E A. Sanctificatio non fit nisi per gratiam. Sed per sacramenta veteris legis, homines sanctificabantur: dicitur enim Leu. 8. cuncte sacerdotiis etificasset Moses. Aaron et filii eius in vestitu suo. Et c. Ergo videtur quod sacramenta ve. le. gratiam conferabant.

P R A E T E R E A. Sicut beda dicit in homelia circumcisionis. Idem salutiferae curationis auxilium, circumcisione in lege contra originalis peccati vulnerum agebat, quod baptizatus agere reuelata tempore gratiae consueuit. Sed baptismus nunc confert gratiam. Ergo circumcisione gratiam conferbat. Et par iratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum no. legis ita et circumcisione erat ianua sacramentorum ve. leg. propter quod et apostolus dicit ad Galat. 5. Testificor omni homini circumcisione: quoniam debitor est universa legis facie.

S E D C O N T R A est. Quod Gal. 4. dicitur conuertimini iterum ad infirmam legem elementa. Glosa. 1. ad legem, quae dicitur infirma: quia perfecte non iustificat. Sed gratia perfecte iustificat. Ergo sacramenta ve. le. gratiam non conferabant.

R E S P O N D E O dicendum. Quod non potest dici, quod sacramenta veteris legis conferrent gratiam iustificationem per seipsa id est propria virtute: quia sic non fuisse necessaria passio Christi. secundum illud galat. 2. si ex lege est iustitia Christus gratis mortuus est. Sed nec potest dici, quod ex passione Christi virtutem haberent, conferendi gratiam iustificandi. Sicut enim exprimitur patet: virtus passio Christi copulatur nobis per fidem et sacramenta differenter tamen. Nam continuatio quae est per fidem fit per actu animae. Continuatio autem quae est per sacramenta: fit per ipsum exteriorum rerum. nihil autem prohibet id quod est posterius tempore, antequam sit mouere secundum quod pra-

cedit in actu anime: sicut finis qui est posterius tempore mouet agentem: secundum quod est apprehensus et desideratus ab ipso. Sed illud quod nondum est in rerum natura: non mouet secundum ipsum exteriorum rerum. Unde causa efficiens non potest esse posterior in esse, ordine durationis sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est quod a passione Christi quae est causa humanae iustificationis: convenienter diriuatur virtus iustificativa ad sacramenta nouae legis: non autem ad sacramenta ve. le. et tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres sicut et nos. Sacramenta autem ve. le. erant quedam illius fidei protestationes: in quantum significabat passionem Christi, et effectus eius. Sic ergo patet: quod sacramenta ve. le. non habebant in se aliquam virtutem qua opera rentur ad conferendam gratiam iustificationem: sed solum significabant fidem per quam iustificabantur.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod antiqui patres habebant fidem de passione Christi futura: quae secundum quod erat in apprehensione anime, poterat iustificare. Sed nos habemus fidem de passione Christi praedicti: quae potest iustificare etiam secundum realem ipsum sacramentalium rerum, ut dictum est.

A D secundum dicendum: quod illa sanctificatio erat figuralis. Per hoc enim sanctificari dicebantur, quod applicabatur cultui diuinis secundum ritum ve. le. qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

A D tertium dicendum: quod de circumcisione multiplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt quod per circumcisionem non conferebatur gratia, sed solum auferbatur peccatum. Sed hoc non potest esse quia bono iustificatur a peccato nisi per gratiam secundum illud Roma. 3. iustificati gratia per gratiam ipsius.

E T. Ideo alij dixerunt quod per circumcisionem non conferebatur gratia quantum ad effectus remotiosculi: sed non quantum ad effectus positivos gratiae.

Sed hoc etiam videtur esse falsum: quia per circumcisionem dabatur pueris facultas perveniendi ad gloriam: quae est ultimus effectus positivus gratiae. Et præterea: secundum ordinem cause formalis: priores sunt natura littera effectus positivus quam priuatu*i*, licet secundum ordinem cause materialis sit conuersus: forma enim non excludit priuationem nisi informando subiectum.

ET ideo alij dicunt, quod circumcisione rebat gratiam: etiam quantum ad aliquem effectum positivum qui est facere dignum vita eterna: non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum. Quod et aliquid mihi visum est: sed diligenter consideranti appareret, hoc etiam non esse verum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentie, et mereri vitam eternam.

ET ideo melius dicendum videtur: quod circumcisione sicut et alia sacramenta veteris legis: erant solum signum fidei iustificantis. Unde apostolus dicit Roma. 4. quod Abraham accepit signum circumcisionis signaculum iustitiae fidei. Et ideo in circumcisione conferebatur gratia: in quantum erat signum passionis Christi futurae: ut infra patet.

AN sacramenta veteris legis gratiam causarete dicit doctor quod non. Et probabis conclusionem facile ex paulo in multis locis ad Roma: & ad Hebreos. & ex dictis sanctorum quae omnia ego adduxi in primo articulo huius questio*i* ideo non adduco nunc vide ibi Oppositam opinionem habuit. S. Thom. in. 4. d. 1. quæst. 2. art. 4. quæstioncula. 3. Sed expresse eam revocat hic ad tertium. Sunt igitur duas opiniones de hoc. Quidam dicunt quod sacramenta veteris legis conferebant gratiam. Sanctus Thomas & antiqui quod non. & haec est vera sententia quia est conformior scriptura & dictis sanctorum: & hanc habet magister sententiarum in. 4. d. quarti.

Quod haec sit conformior scriptura probatur. Primo ad Hebreos. 10. impossibile enim est sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Secundo. Ad galat. 4. conuertimini ad egena elementa & infirma glosa. Ad legem quae perfecte non iustificabat: sed si daret gratiam perfecte iustificaret.

Tertio. Ad gala. 2. si ex lege est iustitia Christus gratis mortuus est. Ergo sacramenta veteris legis non iustificabant.

Quarto. Ad Roma. 4. & signum accepit Abraham circumcisionis signaculum iustitiae fidei quae est in praepilio. Ergo solum erat signum ipsa circumcisione.

Quinto. In concilio florentino hoc diffinitur. &c. Sed contra. Quia pueri in veteri lege saluabantur: quia erant circumcisus.

Nego: sed quia in signo circumcisionis protestata est fides propria.

Quæstio quarta.

De effectu sacramentorum qui est character.

E I N D E considerandum est: de alio effectu sacramentorum, qui est character. Et circa hoc quaruntur sex.

Primo: utrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

Secundo: quid sit ille character.

Tertio: cuius sit character.

Quarto: in quo sit sicut in subiecto.

Quinto: utrum insit indelebiliter.

Sexto: utrum omnia sacramenta imprimant characterem.

Articul. primus.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem charactarem in anima.

D P R I M U M sic proceditur. Videtur quod sacramentum: non imprimat aliquem characterem in anima. Character enim significare videtur: quoddam signum distinctum. Sed distinctio membrorum Christi ab alijs: sit per eternam prædestinacionem quae non ponit aliquid in prædestinato sed solum in deo prædestinante: ut in prima parte habitum est, dicitur enim. 2. timo. 2. firmitatem fundamētu dei stat: habes signaculum hoc

Nouit dominus quis sunt eius Ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.
P R A E T E R E A. Character signum est distinctiu[m]. Signum autem (ut Augustinus dicit in. 2. de doctri. christiana) est quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Nihil autem est in anima: quod aliquam speciem sensibus ingerat. Ergo videtur quod in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

P R A E T E R E A. Sicut per sacramentum le. distinguuntur fidelis ab in fidei: ita etiam per sacramenta veteris legis. Sed sacramenta veteris legis non imprimebant aliquem characterem in anima: unde tamen dicuntur iustitiae carnis secundum apostolum ad Hebre. 9. Ergo videtur quod neque sacramenta novae legis.

S E D C O N T R A E S T , quod apostolus dicit. 2. ad Corint. 1. Qui unxit nos deus est: et qui signauit nos, et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Sed nihil aliud importat character: quam quandam signationem. Ergo videtur quod deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

R E S P O N D E O dicendum: quod sicut ex predictis patet. Sacramenta no. le. ad duo ordinantur: videlicet ad remedium contra peccata, et ad perficiendum animam in his quæ pertinent ad cultum dei, secundum ritum christiana vita. Quicunque autem ad certum aliquid deputatur consuevit ad illud consignari. Sicut milites qui ascribantur ad militiam antiquitus: solebant quibusdam characteribus corporalibus insigniri, eo quod deputabantur ad aliquid corporale. Et ideo cum homines per sacramenta deputentur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum dei: consequens est quod per ea fideles aliquos spirituali charactere insigniantur. Vnde Augustinus dicit in. 2. contra parmenianum si militie characterem in corpore suo non militans pauidus exhoruerit (et) ad

clementiam imperatoris configerit, ac prece fusa (et) venia impetrata militare iam cœperit, nunquid homine liberato atque correto, character ille repetitur: ac non potius agnitus approbatur? An forte minus hærent sacramenta christiana, quā corporalis hæc nota? A D P R I M V M ergo dicendum: quod fideles Christi ad primum quidem futurae glorie, deputantur signaculo prædestinationis diuine. Sed ad actus conuenientes praesenti ecclesiæ deputantur quodam spirituali signaculo eis insignito: qui character nuncupatur.

A D S E C V N D U M dicendum, quod character anima impressus habet rationem signi. In quantum per sensibile sacramentum imprimitur. Per hoc enim scitur aliquis esse baptismali charactere insignitus quod est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character vel signaculum dici potest per quædam similitudinem omne quod configurat alicui vel distinguat ab alio, etiam si non sit sensibile: sicut Christus dicitur figura vel character paterna substantiae secundum apostolum Heb. 1.

A D T E R T I V M dicendum, quod (sicut supra dictum est) sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virutatem, ad aliquem spiritualem effectum operantem. Et ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circuncisio: quam apostolus signaculum nominat. R o m a. 4.

C I R C A istum articulūm nota quod hæc quæstio tractatur à magistro sententiariū & doctoribus in. 4. d. 4. vt Paludanus & durandus. Et d. 6. vt Scotus & Gabri. Et alij. d. 5. vt Richardus. art. 2. q. 1.

Circa hoc prius queritur An sit ponendus character? Pro cuius decisione: nota prius quod duplex est character. Vnomodo accipitur pro omnī signo vel figura: & ita omnes literæ dicuntur characteres. Sed nunc non loquimur tam late de charactere. Secundo modo accipitur pro signo reali animæ impresso: diuina potentia & institutione. Et ita loquimur hic de charactere

Quis supposito. Respondeat Scotus in. 4. d. 6. quæst. 9. Aliquibus propositionibus: & aliqualij sequuntur Scotum.

P R I M A propositio est. Non est de fide ponere characterem eo modo quo doctores ponunt s. quod sit qualitas distincta ab alijs: qua iste signatur miles Christi.

P R O B A T quia non habetur ex sacra scriptura. Et licet Apocalip. 19. & ad Hebre. 1. habeatur de charactere bestia: non ad sensum theologorum.

SECVNDA propositio eius est. Quod non habetur & ex autoritate alicuius sancti: quem non licet negare, quod talis character ponatur. Probat quia Dionisius & Damascenus esto agant specialiter de sacramentis: non ponunt characterem in isto sensu. Nec Augustinus qui fecit librum de baptismō parvulorum, & epistolam. 23. etiam de baptismō contra donatistas, & de vno baptismo.

S E C V N D O probat. Quia August. dicit quod qui fide (fictione opposita effectui sacramenti: & non fictione opposita sacramento) recipit baptismum: non recipit rem sacramenti. Et si poneat characterem non diceret illud: quia character est res sacramenti quam etiam fictus fictio recipit.

T E R T I O . Magister sententiariū non ponit sic characterem ad sensum istorum doctorum. Ergo nos singimus istum characterem.

Q U A R T O . De consecratione. d. 4. vbi agitur de baptismō: nihil dicitur de charactere. Ergo non est ponendus character. Et addit quod licet dicatur quod hærelici baptizaverant characterem Christi. Ibi character accipitur pro ritu Christi non autem ad mentem istorum doctorum.

T E R T I A propositio scoti est. Quod ponendus est character ad sensum Theologorum. Probat quia videtur: quod ecclesia determinavit extra de baptismō & eius effectu capit. maiores causas. Vbi dicitur: quod fide (fictione opposita sacramento) accedens ad baptismum: non recipit characterem & qui vere accedit recipit. E G O dico, quod ponendus est character ad sensum dictum tanquam certum. Probo prius auctoritate omniū theologorum. Quia temerarium est, quod contra omnes doctores opponetur.

S E C V N D A propositio est. Character non solum est ponendus propter illam determinationem ecclesiæ quam dicit Scotus quia ecclesia non videtur illud determinasse in illo cap. maiores, tanquam de fide ad istum sensum doctorum: quia papa in illo cap. determinabat an amantes manente amentia possent baptizari, & an inuitus baptizatus esset, rebaptizandus. Sed de charactere loquutus est secundum opinionē ponentium characterem. Et ideo ante Scotum non erat determinata quæstio hæc. Ideo non est

ponendus character solum propter illam determinationem illius cap. maiores ut ait Scotus.

S E D postea in concilio florentino: videtur quæstio ista determinata; vbi sic dicitur. Tria sacramenta imprimunt characterem. s. baptismus, confirmationis, & ordo.

S E D adhuc non videtur: quod concilium intendebat illud determinare tanquam de fide. Sed videtur intentio cōcilij hæc. Quod si erat ponendus character, erat ponendus in illis tribus sacramentis. Propterea dixi: quod non est ponendus character solum propter determinationem ecclesiæ habitam in illo cap. maiores & in concilio Florentino.

E T ad illud quod Scotus dicebat: quod nullus pater antiquus dicit quod est ponendus character qui non posset negari: ego nego. Quia Dionisius. 2. cap. ecclesiast. Hierarch. dicit: quod accedit ad episcopum ad recipiendum baptismum recipit signum, quod idem est quod character græce.

A D hoc tamen dicit Scotus quod in illo loco loquens Dionisius de Cathecumino: qui accedit ad episcopum ut doceatur fidem: & non de accedente, ad recipiendum baptismum aut confirmationem. Ideo videtur dubium quid Dionisius sensit.

Præterea. Damascenus dicit lib. 4. cap. 2. quod in baptismō datur nobis sigillum. Per quod sigillum non potest intelligi nisi character: quia id est sigillum & character.

A D hoc dicit Scotus: quod inepte adducitur ille locus. Quia Damascenus solum intēdebat dicere quod baptismus est sigillum.

S E D cōtra Scotum est. Quia si baptismus est si gillum. Ergo signat: Ergo imprimit signum.

Præterea. Dicit Hiero. in lib. de triplici interpretatione, quod character est ferrum coloratum, quo signatur pecudes: quod latine dicitur forma. Licet aliqui dicant quod in aliquibus codicibus Hiero. habetur character, & quod ita debet esse: non est verum, sed est error literæ. Ergo secundum Hiero. character est signaculum.

Præterea. Vualdensis de sacramentis cap. 109. miratur Scotum concludentem quod nescit probare characterem esse ponendum tanquam formam distinctam ad sensum dictum: nisi quia ecclesia sic determinauit de nouo. Quia si August. sic probasset aliquid contra hæreticos: nihil conclusisset & facile disputasset, quia facile dixisset ecclesia sic dicit.

Ideo Thomas Vualdensis probat: & adducit tria testimonia contra Scotum ex sanctis. Primum est Augustini & habetur. 23. quæst. 4. cap. displex. Verba sunt. Vos ous Christi estis: characterem dominicum portatis, in sacramento quod accepistis.

Præterea. Idem August. in sermone. 117. dicit. Pascere ous meas: dominicum characterem habētes

Tertio. Idem August. hornelia. 4. super primam canoniam Ioan. dicit. Characterem quidem impositum habet sed desertor est.

Aliud testimonium est Hieronimi super illud ad Ephe. 4. nolite contristari spiritum dei. &c. sed hoc iam supra citauimus.

Præterea. Ad Eph. 4. super illud nolite contristari spiritum sanctum dei in quo estis signati in die resurrectionis: dicit Hieroni. Simbolum accepistis in die baptismi. Idem dicit haimus ibidem. Ergo. &c.

Præterea. Super illud verbū. 2. corin. i. qui vnxit nos deus, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. &c. dicit haimus quod sacerdotes per impositionē manus vngunt & signant confirmatos. Præterea August. in epistola ad bonifaciū (quæ est. 23. in ordine) dicit: quod cōsacratio baptismi reum facit hæreticum extra dominum gregem, dominicum habentem characterem.

Præterea August. lib. 2. contra Pitilianū responsione. 45. idem dicit.

Præterea Hiero. super Ezechi. 9. super illum locū transi per medium ciuitatis in medio Hierusalem: & signa. thau. super frontes virorum gemētium & dolentium super cūctas abominationes quæ sunt in medio eius dicit: quod sicut tū erat signaculum corporale: nunc per sacramēta signatur Christiani.

Præterea. Diuus Anselmus sup illud ad Eph. 4. Iā citatū dicit ad christianos. Diuisi estis per signum sacramentorum a seruis diaboli.

Præterea Ciprianus cōtra demetrianū dicit: qđ in baptismo recipitur signaculum quoddam. Ergo loquendo cum istis sanctis doctoribus ponens est character signum reale distinctum. Et quæstio non est noua sed antiqua.

Vnde in baptismo imprimitur character: qui est signum quo Christiani distinguntur ab infidelibus. Et in confirmationis sacramento imprimitur character: qui est signum: quo milites distinguuntur a non militibus. Et in sacramento ordinis imprimitur character: qui est signum quo aliqui signantur ad certa opera.

Et licet magister sententiarum, non fuerit locutus de charactere ad istum sensum: fuerunt alij proximi ad illum vt Alexander de alex. & Bona ventura.

Ideo propter citata testimonia sanctorum: ponens est character ad sensum dictum.

Secundo ponendus est character ad sensum dictum ne conueniamus cum hæreticis qui negat characterem contra ecclesiæ consuetudinem.

Præterea iam determinatū est hoc in cōcilio tridentino sesione. 7. art. 9. & iam est de fide. Cuius verba sunt. Si quis dixerit in tribus sacramentis baptismi. f. & confirmatione & ordine: non imprimi characterem in anima, hoc est signum quod spirituale indeleibile: vnde ea iterari nō possunt: mathema sit. Vides concilium dicere quod

imprimitur character. At nihil imprimitur nisi sit res realis. Ergo character est res realis. Ergo est ponendus ad prædictum sensum.

Articul. secūdus.

Vtrum character sit spiritualis potestas.



D S E C V N D U M sic proceditur. Videtur quod character non sit spiritualis potestas. Charakter enim idem videtur esse quod figura: unde Hebre. 1. ubi dicitur figura substantiae eius: in græco habetur loco figuræ character. Sed figura est in quarta specie qualitatis: ita differt a potestate quæ est in secunda specie qualitatis. Character ergo non est spiritualis potestas.

P R A E T E R E A. Dionisius dicit in 2. cap. eccles. Hierar. quod diuina beatitudo accendentem ad beatitudinem in sui participationem recipit: proprio suo lumine quasi quodam signo, ipsi traditum participationē. Et sic videtur quod character sit quodam lumen. Sed lumen ad tertiam speciem qualitatis videtur pertinere. Non ergo character est potestas: quæ videtur ad secundā speciem qualitatis pertinere.

P R A E T E R E A. Aquibusdā character sic diffinitur. Character est signū sanctæ communionis fidei & sanctæ ordinacionis: datum a Hierarcha. Signum autem est in genere relationis non autem in genere potestatis. Non ergo character est spiritualis potestas.

P R A E T E R E A. Potestas habet rationem causæ & principij: vt patet in. 5. Metha. Sed signum quod ponitur in definitione characteris: magis pertinet ad rationem effectus. Character ergo non est spiritualis potestas.

SE D C O N T R A. Est, quod philosophus dicit in. 2. ethi. Trias sunt in anima. Potestia,

potestus, & passio. Sed character non est passio: quia passio cito transit, character autem indelebilis est: vt infra dicetur. Similiter etiam non est habitus: quia nullus habitus est qui se posset ad bene & male habere: character autem ad utrumque se habet, utitur enim eo quidam bene, alijs vero male. Quod in habitibus non contingit: nam habitu virtutis nullus male utitur: & habitu malicie nullus bene. Ergo relinquitur quod character sit potentia.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod sicut dictum est, sacramentorum legis characterem imprimunt: in quantum per ea depositantur homines ad cultum dei, secundum ritum christiane religionis. Unde Dionisius in. 2. capit. eccles. Hierarch. cum dixisset quod deus in quodam signo tradit sui participationem accedenti ad baptismum, subiungit: perficiens eum diuinum, & communicatorem diuinorum. Diuinus autem cultus consistit vel in recipiendo aliqua diuina: vel in tradendo alijs. Ad utrumque autem horum requiritur quædam potentia: nam ad tradendum aliquid alijs requiritur potentia activa: ad recipiendum autem requiritur potentia passiva. Et ideo character importat quandam potentiam spiritualem: ordinatam ad ea quæ sunt diuini cultus.

S C I E N D U M. Tamen quod hec spiritualis potestia est instrumentalis: sicut et supra dictum est de virtute quæ est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem competit ministris dei minister autem habet se per modum instrumenti: vt Philosophus dicit in primo politice. Et ideo sicut virtus quæ est in sacra mentis non est in genere per se: sed per reductionem, eo quod est quiddam fluens & incompletum. Ita etiam character non propriè est in genere vel in specie: sed reducitur ad secundam speciem qualitatis.

A D P R I M V M . E R G O . Di-

cendum: quod figura est quædam terminatio quantitatis: unde proprie loquendo non est nisi in rebus corporeis: in spiritualibus autem dicitur Metaphorice. Non autem ponitur aliquid in genere vel in specie: nisi per id quod de eo proprie prædicatur. Et ideo character non potest esse, in quarta specie qualitatis: licet hoc quidam posuerint.

A D S E C V N D V M . Dicendum: quod in tertia specie qualitatis non sunt nisi sensibiles passiones: vel sensibiles qualitates. Character autem non est lumen sensibile: & ideo non est in tertia specie qualitatis: ut quidam dixerunt.

A D T E R T I V M . Dicendum: quod relatio que importatur in nomine signi oportet quod super aliquid fundetur. Relatio autem huius signi quod est character: non potest fundari immediate super essentiam animæ: quia sic conueniret omni anima naturaliter. Et ideo oportet aliquid ponи in anima, super quod fundetur talis relatio: & hoc est essentia characteris. Vnde non oportebit quod sit in genere relationis: sicut quidam posuerunt.

A D Q V A R T V M . Dicendum: quod character habet rationem signi: per copiarationem ad sacramentum sensibile à quo imprimitur: sed secundum se consideratus, habet rationem principij: per modum iam dictum.

P E N E S. Hunc articulū. Dubitatur quid est character idest in quo prædicamento ponitur. Ad hoc dicunt aliqui vt Richar. in. 4. d. 5. art. 2. quæst. i. quod character non est in aliquo genere. Ratio est, quia character est quædam participatio diuina. Et sicut deus non ponitur in genere: ita nectalis participatio.

S E D C O N T R A . Hoc argumentatur Scotus in. 4. d. 5. quæstione ultima.

P R I V S quia habitus & virtutes infusæ ponuntur in aliquo genere. Ergo character etiam: quia etiam sunt quædam diuinæ participationes.

S E C V N D O . Naturale & supernaturale dicitur respectu agentis. Ergo non impeditur propterea quod character sit à causa super na-

turali quin ponatur in praedicamento. Nec valet si dicas quod sunt. Thomas dicit quod non ponitur proprius in praedicamento sed reductivus: quia vult dicere quod non ponitur proprius in aliquo genere assignato ab Aristotele. sed bene fatur sicut. Thom. quod character ponitur in genere.

SED. In quo genere ponitur character? Sunt de hoc duas opiniones. Una est durandi in. 4.d.4. quae prima quod non ponitur in praedicamento realis sed in quodam praedicamento signi. Quod est dicere: quod character est: solum respectus rationis. Et probat. Quia illud quod habet esse per solam voluntatem: solum habet esse rationis, sicut esse monachum: sed deus ex beneplacito suo vult quod baptizati aet ordinatis habeant talen potestatem. Ergo.

SECVND O. Probat a simili: quia sicut de narius plumbus post prescriptionem signilli nihil habet reale quod ante non haberet ita baptizati aet confirmati.

TERTIO. Dicit, quod haec est sententia Dionisii quando loquitur de charactere.

QVARTO. Dicit, quod hic modus est convenientior theologiis quia est clarior: & theologi debent clare loqui.

SED CONTRA. Hanc opinionem arguit Marsilius in. 4. quest. 4. Quia si haec opinio esset vera, non haberet character magis esse quam chimera: quia utrumque est relatio rationis.

Quod si concedas, videtur esse contra illam determinationem ecclesiae: quod in baptismate imprimitur character, ut dicitur extra de baptismate & eius effectu, & in concilio florentino dicitur, tria sacramenta impriment characterem, id est signum quoddam a ceteris distinctum in anima indeleibile: & idem in concilio tridentino: quia relatio rationis non imprimitur.

SECVND O. Quia alias non distinguuntur sacerdos a non sacerdote nec christianus a non christiano realiter: sed solum per actum rationis.

TERTIO. Relatio rationis non potest esse terminus actionis realis: sicut est character, quia character est id quod virtus divina producit in anima sicut accendentis ad baptismum id est, quia vult baptizari: sed non vult relinquere concubinam. Intali non producit virtus divina gratiam: sed solum characterem. Ergo character non est talis relatio.

QVARTO. Arguitur sic. Ratione relationis non potest quis in aliquem effectum, in quem antea non poterat, quod tamen facit sacerdos per ordinem susceptum. Nec sufficit dicere quod deus facit totum: quia tunc falsum esset dicere quod sacerdos consecrat.

QVINTO. Esto illud daremus ad huc est in conueniens: quod per relationes maxime rationis, quis faciat aliquid reale.

SEXTO. Relatio rationis nihil aliud est, quia quod baptizatus est. Et ita esset negare characterem loqui de charactere eo modo quo loquitur durandus. Quia nullus potest negare: quod baptizatus differat a non baptizato per relationem rationis id est, quia est baptizatus & aliis non.

AD ARGUMENTA durandi dico: quod ex amicicia dei ponitur aliquid in anima, non autem ex nostra. Et haec est differentia inter amiciciam humanam & diuinam: quia diuina potest dare aliquid reale ipsi anima, & non humana, & ita ordinatis deus dat characterem.

SECVND O. Dico: quod eodemmodo probatur quod non essent ponendae virtutes infuse. Ideo ponendus est character realis res.

PRAETEREA. Scotus in. 4.d.6. quest. 10. dicit quod character potest dici quod est relatio rationis & realis: vel res absoluta. Sed ipse potius declinat in hanc sententiam quod est respectus quidam.

ET probat: quia in diffinitione characteris ponitur signum, quod pertinet ad ens rationis. Et character sic diffinitur. Character est signum sanctum: communionis fidei & sacrae ordinatio datum a hierarcha: quae diffinitione sumitur ex Dionisio. &c. Secundo sancti. Thomas in. 4. d. 4. quest. 1. describit sic. Character est signum communionis partis diuinorum: & sacrae ordinatio fidelium datum a diuina beatitudine. Et alij alio modo diffiniunt: sed omnes ponunt signum in ipsa diffinitione.

SECVND O. Quia non sunt multiplicanda entitates sine necessitate.

TERTIO. Quia una relatio potest fundari in alia: sicut pater est similis alteri. Ergo non est opus ponere aliquid absolutum, in quo fundetur illa relatio.

ET. Confirmatur: quia relatio agentis ad passum non fundatur in absoluto: sed in ordine agentis ad passum, cum absoluta essent ante illam relationem. Haec Sotus.

SED CONTRA. Scotum argo hoc modo. Quia nulla relatio terminat actionem aliquam. Sed quando quis ordinatur deus realiter operatur. Ergo illa actio debet terminari ad aliquid reale.

PRAETEREA. Omnis relatio debet fundari in aliquo absoluto, quia alias esset processus in infinitum.

PRAETEREA. Non potest produci aliqua relatio rationis, nisi præsupposito aliquo reali fundamento. Et propter hoc Scotus querit fundamentum illius relationis, quam dicit esse characterem, & dicit quod fundatur in essentia animæ.

SED. Contra. Posito fundamento & termino semper se quitur relatio. Ergo si sit anima & deus semper erit character, quod est falsum. Vn-

de non est intelligibile quod ponatur fundamen tum & terminus: quia ponatur aliqua variatio circa eos.

PRAETEREA. Dicit Marsilius quod omnes Christiani sunt similes per characterem. Ergo non est relatio rationis nec realis ut dicit Scotus.

ET licet istæ rationes non omnino conuic tant: tamen probant magis esse rationabile dicere quod character sit res absoluta: quam oppositum.

PRAETEREA. Dicere quod character est relatio rationis est negare characterem ut diximus contra durandum.

ET ad argumenta Scoti. Ad primum nego consequiam: quod propterea quod ponatur signum in diffinitione characteris sequatur quod sit relatio.

AD SECVNDVM Dico: quod si character negatur non poterit probari quod sit ponendus nisi testimonij sanctorum, & ecclesie. Tamen admissum quod character sit probatur rationibus quod non sit relatio.

SECVND O Dico, quod non potest conuenienter saluari: quod character sit relatio ut probatum est. Propterea dico cum sancti. Thomas. hic: & in 4.d.4. & cum omni sententia theologorum, exceptis Scoto & Durando: quod character est qualitas, quia non est substantia. Quia per hoc quod quis baptizatur non producitur substantia. Et ita probatur quod non est quantitas. Ergo est qualitas: quia est principium operationum.

Dubium PRAETEREA. Dubitatur in qua specie secundum. qualitatis ponitur character. Sunt de hoc opiniones, inter illos qui dicunt characterem esse qualitatem.

PRIIMA. Est Richardi: in. 4. d. 5. arti. 2. quest. i. ad ultimum. Qui dicit quod ponitur in omnibus speciebus qualitatis, quia est dispositio. &c.

SEDCONTRA. Hoc esset confundere quiditates rerum, maxime cum species qualitatis non se habeant sicut superius & inferius.

PRAETEREA. Omnis qualitas esset ita in omnibus speciebus qualitatis.

SECVND O. Opinio est Marsilius in. 4. quest. 4. qui dicit quod ponitur in. 4. specie qualitatis quia est figura.

SED CONTRA. Quia res non ponuntur in genere, vel in specie, per illud quod conuenit sibi Metaphorice (quia alias deus ponetur in genere bruti, cum deus dicatur leo) sed character Metaphorice dicitur figura. Ergo non ponitur in quarta specie qualitatis.

PRAETEREA. Esto quis signaretur minio vel rubro, non propterea poneretur rubedo in qua specie qualitatis.

TERTIA. Opinio est Scoti: qui dicit, quod potestponi in prima vel in secunda specie qualitatis.

SED CONTRA. quia si poneretur in prima specie, esset habitus vel dispositio, & cum sit bonus habitus vel bona dispositio inclinabit ad bene-operandum.

AD HOC. Negat Scotus & dicit, quod non omnis habitus bonus inclinat ad bonum, immo dicit quod datur habitus indifferens.

SED hoc est falsum, quia omnis actus in particulari vel est bonus, vel malus, quia vel cum debitiss circumstantijs vel sine illis. Si primum est bonus, si secundum est malus: & sic habitus ex illis genitus.

SECVND O. Arguitur: quia si character esset habitus facili operari, quod non facit character ut constat.

ALIA. Opinio est Thomæ de Argentina, qui dicit, quod cum sint tres characteres ponuntur in diversis speciebus. Sed contra hanc opinionem posset argui sicut contra Scotum.

IDE. Est alia opinio sancti. Thomæ tenet, quod character est in secunda specie qualitatis, quia character est potentia quadam ad aliquos actus, ad quos nullus purus homo poterat sine tali potentia. Et haec potentia est in vita spirituali sicut potentia ridendi in vita corporali.

ET. Probatur à simili: quia sicut ad videndum ponitur potentia realis in homine: ita ad consecrandum (cum sacerdos effectu concurrat) oportet ponere aliquam potentiam spiritualem. Et licet character sit signum tamen hoc non est principale eius, sed quod sit qualitas.

ET quod sit potentia probatur: quia illo positivo recipiens ipsum potest aliquid: quod sine illo non poterat.

SEDCONTRA. (Dicit Marsilius) quia prima species & secunda in hoc solum differunt quia qualitates primæ speciei sunt acquisitæ: secundæ autem sunt naturales. Ergo. &c.

DI CO. Quod est falsum, quia qualitates primæ speciei, sunt dispositiones subiecti, hoc est disponunt subiectum ad melius & promptius faciendum, quod subiectum poterat face resed non æque prompte & facile. Secundæ autem speciei qualitates inclinant & disponunt id est sunt virtutes ad hoc, quod subiectum possit facere quod sine illis nullo modo fecisset, nec posset facere: ut patet de potentia visiva, & similibus sine quibus subiectum non produceret actus & operationes, quas illis mediatis pducit.

SECVND O. Arguit quia signum potestatis non est potestas, sicut virga prætoris non est potestas prætoris: sed character est signum potestatis. Ergo non est potestas.

AD HOC. Nego antecedens quia aliquod signum potestatis est potestas: ut patet de illo qui habet signum ad exercendam iustitiam ut crucem constat enim tale signum, signum esse simul & potestatem & non solum signum.

SECVNDO. Et melius, dico quod character solum est signum.

PRAETEREA. Arguit Scotus, baptizatus nihil potest quod non possit non baptizatus. Ergo character baptismalis solum est signum.

AD HOC NEGO ANTECEDENS: quia baptizatus potest recipere alia sacramenta & non baptizatus non.

PRAETEREA. Arguitur ad idem: quia saltem character confirmationis, solum est signum. Nam nihil potest confirmatus: quod non possit non confirmatus. Quia non confirmatus: potest pugnare sicut confirmatus.

AD HOC CONCEDO QUOD non confirmatus potest pugnare: non tamen competit ei ex officio sicut confirmato: nec tam fortiter pugnabit ceteris paribus sicut confirmatus.

TER TIO. Arguitur. Potestas iurisdictionis non est aliqua qualitas realis quia clero simpliciter hoc quod sit parochus non datur ab episcopo aliqua realis qualitas. Dico quod veram est de novo: sed fundatur in charactere potestas ab solvendi.

SED CONTRA illa qualitas quae dicitur character, non habet ex natura sua trans substaniare pane in corpus Christi.

DICO. Quod habet ex divina institutione: sicut habet gratia quod faciat deo gratum.

PRAETEREA. Arguit aureo in verbis consecrationis ponitur aliqua virtus: quae transactis verbis non manet. Ita character cum detur ad consecrandum non debet manere in sacerdote: aut virtus verborum debet manere.

AD HOC DICO quod non est simile. Quia virtus verborum solum est ad presentem consecrationem: character vero ad praeteritas & futuras consecrations: qui oportet quod sacerdos semper habeat illam potestatem. Nec character & virtus verborum sunt virtutes eiusdem rationis.

PRAETEREA. Arguit. Potentia passiva potius est impotentia quam potestas: sed character baptismalis est huiusmodi. Ergo non est potestas.

AD HOC DICO: quod antecedens est verum de potentia passiva imperfecta: non autem de potentia spirituali & perfecta qualis est character. Et ad illud quod dicebat durandus: quod oportet ut theologi clare loquantur: dico quod aliud est clare loqui, aliud false loqui: quia qui diceret quod in celo sunt octo planetæ clare loqueretur, sed false: ideo non est loquendum tam clare quod dicitur falsum.

DUBIUM tertium. **PRAETEREA.** Dubitatur quid habet diaconus ex officio & subdiaconus.

DICO. Quod diaconus habet administrare materiam ad eucaristiam: & subdiaconus forte non habet speciale officium: quia forte non habet characterem. De quo infra dicemus de sacramento ordinis.

Vnde: nota quod character habet sex effectus:

.s. signare, configurare, seu assimilare, distinguere, disponere, rememorari, obligare, significare. s. gratiam ex divina institutione: quae esset si non ponatur obex. Configurare quia per characterem homo assimilatur Christo, & alijs puris hominibus habentibus characterem. Et characterem scribitur homo familiae Christi.

TER TIO. Characterem quilibet distinguitur ab alio non habente characterem: ut fidelis à iudeo.


QUARTO. Characterem disponit ad gratiam sacramentorum ex divina institutione.

QUINTO. Est signum rememoratum sacramenti percepti.

SEXTO. Est signum obligans nos ad observationem diuinæ legis: quia recipiens sacramentum, plus obligatur ceteris paribus, quæ non recipies;

Articul. tertius.

Vtrum character sacramentalis sit character Christi.



DECRETIVM. Sic proceditur, videatur quod character sacramentalis: non sit character Christi. Dicitur enim Ephes. 4. Nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signatis estis. Sed consignatio importatur in ratione characteris. Ergo character sacramentalis magis debet attribui Spiritui sancto: quam Christo.

PRAETEREA. Character habet rationem signi. Est autem signum gratiae quæ per sacramentum confertur. Gratia autem infunditur animæ: à tota trinitate. Unde dicitur in psal. gratiam et gloriam datum dominus. Ergo videtur quod character sacramentalis, non debet specialiter attribui Christo.

PRAETEREA. Ad hoc aliquis characterem accipit: ut eo à ceteris distinguitur. Sed distinctio factorum ab alijs, fit per charitatem, quæ sola distinguit inter filios regnum et filios pditionis: ut Aug. dicit. 15. de trini. unde nota quod character habet sex effectus:

de et ipsi perditionis filij characterem bestie habere dicuntur: ut patet Apoca. 13. Charitas autem non attribuitur Christo: sed magis Spiritui sancto secundum illud Roma. 5. charitas dei diffusa est in cordibus nostris: per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vel et patri secundum illud. 2. ad Corin. ultimo. gratia domini nostri Iesu Christi: et charitas dei. Ergo videtur quod character sacramentalis non sit attribuendus Christo.

SED CONTRA. Quidquid dicendum est, dicendum sic diffiniunt characterem. Character est distinctio à charactere aeterno: impressa à ratione secundum imaginem consignata trinitatem creatam trinitati creanti et recreanti: et distinguens à non configuratis secundum statum fidei. Sed character aeternus est ipse Christus: secundum illud Hebre. primo quicum sit splendor gloria et figura vel character substantia eius. Ergo videtur quod character sit proprius attribuendus Christo.

RESPONDEO. Dicendum: quod (sicut ex supra dictis patet) character proprius est signaculum quoddam: quo aliquid insignitur, ut ordinatum in aliquem finem: sicut charactere insignitur denarius, ad usum commutationum. et milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati.

HOMO. Autem fidelis ad duo deputatur. Primo quidem et principaliter ad fruitionem gloriae. Et ad hoc: insignitur signaculo gratiae secundum illud Ezech. 9. signa. Thau. super frontes virorum gementium et dolentium: et Apoca. 7. nolite nocere terra et mari, neque arboribus: quo adusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum.

SECUNDUM. Autem deputatur quisque fidelis ad recipiendum vel tradendum alijs ea quæ pertinent ad cultum dei: et ad hoc proprie deputatur character sacramentalis. Totus autem ritus Christianæ religionis, derivatur à sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est quod character sacramentalis, specialiter est character Christi: cuius sacerdo-

tio figurantur fideles, secundum sacramentos characteres. Qui nihil aliud sunt, quam quedam participationes sacerdotij Christi ab ipso Christo derivatae.

AD PRIMVM. Ergo dicendum quod Apostolus ibi loquitur de consignatione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam: que fit per gratiam. Quia Spiritui sancto attribuitur in quantum ex amore procedit, quod deus nobis aliquid gratias largiatur: quod ad rationem gratiae pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: unde prima ad Corint. 12. dicitur, divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.

AD SECUNDVM. Dicendum: quod character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris: et est sacramentum respectu ultimi effectus. Et ideo duplicitate potest aliquid characteri attribui. Vno modo secundum rationem sacramenti: et hoc modo est signum inuisibilis gratiae, que in sacramento confertur. Alio modo, secundum propriam rationem characteris: et hoc modo est signum configuratum alicui principali apud quem residet auctoritas eius, ad quod aliquis deputatur: sicut milites qui deputantur ad pensionem, insigniuntur signo ducis: quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi qui deputantur ad cultum Christianum, cuius auctor est Christus: characterem accipiunt: quo Christo configurantur. Unde proprius est character Christi.

AD TERTIVM. Dicendum: quod character distinguitur aliquis ab alio: per comparisonem ad aliquem finem, in quem ordinatur qui characterem accipit: sicut dictum est de charactere militari: quo in ordine ad pugnam distinguitur miles regis à milite hosti. Et similiter character fidelium est, quo distinguuntur fideles Christi à seruis diaboli: vel in ordine ad vitam eternam vel in ordine ad cultum presentis ecclesie. Quorum primum sit per charitatem et gratiam ut obiectio procedit: secundum autem

fit per characterem sacramentalem. Unde character bestie intelligi potest per opus suum, vel obstantia malitia, qua aliqui deputantur ad paenam eternam, vel professio illiciti cultus.

CIHC. Huc articulus tertius est notandum: quod hoc quod dicitur. An character sit character Christi, est dicere, an per hunc characterem configurantur homines Christo. Et causa huius quae stionis est: quia in distinctione characteris dicitur quod designat trinitatem creatam, trinitati in creatu.

R E S P O N D E T. Doctor quod est character Christi: quia character est signum quo Christiani deputantur ad aliquem finem. Nam ad duos. Ad gloriam per gratiam & ad cultum dei: ad quod oportet quod Christiani habeant potestatem dandi & recipiendi sacramenta.

ET est notandum: quod sicut in humana potestate est unus princeps, a quo deriuatur omnis alia potestas humana: ita & in divino cultu est unus sumus sacerdos (nomen Christus) a quo deriuatur omnis potestas colendi deum per sacramenta.

S E D. An Christus habuit characterem? Dicitur quod non. Quia habebat potestatem de se, & non receptam ab alio.

Articul, quartus.

Vtrum character sit in potentia animae sicut in subiecto.

D Q V A R T V M. Sic proceditur. Videtur quod character non sit in potentia animae sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam. Sed gratia est in essentia animae sicut in subiecto: ut in secunda parte dictum est. Ergo videtur quod character sit in essentia animae, non autem in potentia.

P R A E T E R E A. Potentia animae non videtur esse subiectum alicuius, nisi habitat vel dispositionis. Sed character (ut dictum est) non est habitus vel dispositio, sed magis potentia, cuius subiectum non est nisi

essentia animae. Ergo videtur quod character non sit sicut in subiecto in potentia animae, sed magis in essentia ipsius.

P R A E T E R E A. Potentia animae rationalis, distinguuntur per cognitivas & appetitivas. Sed non potest dici: quod character sit tantum in potentia cognitiva nec etiam tantum in potentia appetitiva (quia non ordinatur nec ad cognoscendum tantum nec ad appetendum) similiter etiam non potest dici quod sit in utraque quia idem accidens non potest esse in diversis subiectis. Ergo videtur quod character non sit in potentia animae sicut in subiecto, sed magis in essentia.

S E D C O N T R A E S T. Quod (sicut in prima definitione characteris continetur) character imprimitur animae rationali secundum imaginem. Sed imago trinitatis in anima, attenditur secundum potentias. Ergo character in potentia animae existit.

R E S P O N D E O D I C E N D V M Quod (sicut dictum est) character est quodam signaculum: quo anima insinuitur ad suscipiendum vel alijs tradendum, ea que sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus: in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem proprios ordinantur potentiae animae: sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subiecto in essentia animae sed in eius potentia.

A D P R I M V M. Ergo dicendum quod subiectum alicui accidenti attribuitur secundum rationem eius ad quod propinquus disponit: non autem secundum rationem eius ad quod disponit remote vel indirecte. Character autem directe quidem (ut) propinquus, disponit animam: ad ea que sunt diuini cultus exequenda: (ut) quia haec idonee non sunt sive auxilio gratiae (quia ut dicitur. Ioan. 4. eos qui adorant deum in spiritu & veritate adorare oportet) ex consequenti diuina largitas recipientibus characterem largitur gratia, per quam digne implant, ad quam deputatur.

Et ideo characteris est attribuendum subiectum, secundum rationem actuum ad diuum cultum pertinentium: quam secundum rationem gratiae.

A D S E C V N D V M. Dicendum quod essentia animae, est subiectum potentiae naturalis, quae ex principio essentiae procedit. Talis autem potentia non est character: sed est quoddam spiritualis potentia, ab extrinseco adueniens. Unde sicut essentia animae, per quam est naturalis vita hominis, perficitur per gratiam, qua anima spiritualiter vivit: ita potentia naturalis animae perficitur per spiritualem potentiam: quae est character. Habitus enim (ut) dispositio pertinet ad potentiam animae: eo quod ordinantur ad actus, quorum potentiae sunt principia. Et eadem ratione omnem quod ad actum ordinatur, est potentiae triuendum.

A D T E R T I V M. Dicendum: quod (sicut dictum est) character ordinatur ad ea que sunt diuini cultus. Qui quidem, est quodam fidei protestatio per exteriora signa. Et ideo oportet quod character sit in cognitiva potentia animae: in qua est fides.

I N H O C. articulo nota quod colligitur materia huius questionis aliquibus propositionibus. Quarum prima est.

C H A R A C T E R. Non est in essentia animae: sive potentiae distinguuntur ab anima sive non. Probatur quia character est principium operandi: & principia operandi non ponuntur in essentia animae sed in potentia. Gratia autem quia non est principium operandi, est in essentia animae.

S E D. Contra: quia intellectus est principium operandi & ponitur in essentia animae & idem de voluntate. Dico quod intelligitur de principio adveniente ab extra: quod non provenit ex principio naturae.

S E D. Contra: quia gratia est ad operandum, ut dicitur in concilio milvianiano.

Dico quod non immediate: sed per virtutes.

S E D. Arguit Scotus in. 4. d. 5. questi. ultima quia character est dispositio ad gratiam. Ergo est in eodem subiecto quo est gratia.

A D H O C. Distinguo antecedens. Si enim intelligatur, quod character principaliter & propinquus (ut hic dicit sanct. Tho. ad primum) sit dispositio ad gratiam, nego. Si vero intelligitur, quod sit

dispositio ad gratiam ex consequenti, concedo: Quia character principaliter est potestas ad certos effectus: & ex consequenti disponit ad gratiam. SECUNDUM. Nego consequentiam: quia contraria est in voluntate licet sit dispositio ad gratiam: & gratia est immediate in ipsa essentia animae.

P R A E T E R E A. Si illa potestas quae est character esset naturalis esset immediate in essentia animae. Ergo esto sit super naturalis debet esse in essentia animae.

A D H O C. Dicit sanct. Thom. hic ad secundum quod forma naturalis (ut anima rationalis) est vita vel dat vitam naturalem: & ideo gratia quae immediate perficit ipsam vitam naturalem debet esse immediate in ipsa anima: quia gratia est vita spiritualis. Character vero cum immediate perficiat potentias animae, ibi debet esse. Et ad formam argumenti negatur consequentia. Ratio est: quia si esset potentia naturalis non poterat esse nisi intellectus vel voluntas: & sic non esset operis ponere aliam potentiam. Et si poneretur alia potentia naturalis fluenter a principiis naturae quae non haberet character.

P R A E T E R E A. Dicit Marsilius quod character signat ipsam animam. Ergo est in ipsa.

A D H O C. Negatur consequentia. Quia character habet esse quod sit potestas: & non quod sit signum vel signet, sed ex consequenti.

P R A E T E R E A. Arguit durandus in. 4. d. 4. q. i. Character potius est ponendus in aliquo membro exteriori puta in lingua. Et probat, quia potestas artificis est in membris corporis. Ad hoc nego antecedens. quia membra exteriora non egent potestate aliqua spirituali: quia lingua ad loquendum non indiget tali potentia.

IDEO dico cum S. Tho. quod character est ponendus in potentia: & ista est secunda propositio.

S E D. in qua potentia? Dicit S. Tho. ad tertium quod in intellectu. Probatur quia fides est in intellectu: & character datur ad actus fidei; nempe ad defendendam ipsam fidem.

S E C U N D U M. Probatur: quia iam probatum est quod non est in essentia animae: & in voluntate non potest esse: quia cum objectu voluntatis sit bonum, nihil est in voluntate nisi illud quod habet rationem boni, quod formaliter non habet character.

P R A E T E R E A. Character est signum seu imago quae principaliter attribuitur potentiae cognitiva.

Ergo est in intellectu.

S E D contra dicit durandus. Non est principium intelligendi, nec volendi. Ergo nec est in intellectu nec in voluntate.

A D H O C. dicit Petrus Paludanus quod satis est quod pertineat ad fidem quae est intellectu. Et licet hoc sit dubium: tamen postquam diximus quod non est immediate in anima, dicendum est quod est in intellectu quia non potest esse in voluntate, ut probatum est: quia objectu voluntatis est bonum.

S E D. Contra (arguit Caieta) quia si character

ponitur in subiecto, eo quia est potestas ad protestandam fidem. Ergo debet poni in voluntate vbi ponitur religio, quae est etiam potestas & principium proximum ad protestandam fidem: & fides est principium remotum & commune. Res pondere quod magis conuenit character cum fide quam cum religione, quia tam fides quam character sunt communia principia protestationum fidei: & sunt ad illas protestationes secundum se non sub ratione boni sicut religio. Ideo potius conuenit character cum fide quam cum religione: ob idque potius est in subiecto fidei quam religionis.

Articul. quintus.

An character insit animae indelebiliter.

D Q VINTVM. Sic pro ceditur. Videtur quod character non insit animae indelebiliter. Quanto enim aliquod accidens est perfectius tanto firmius in habet. Sed gratia est perfectior quam character: quia character ordinatur ad gratiam sicut ad ultiorem finem. Gratia autem amittitur per peccatum. Ergo multo magis character.

P R A E T E R E A. Per characterem aliquis deputatur diuino cultui sicut dictum est. Sed aliqui a diuino cultu transiunt ad contra rium cultum per apostasiam a fide. Ergo videtur quod tales amittant characterem sacramentalem.

P R A E T E R E A. Cessante fine, cessare debet id quod est ad finem: alioquin frustra remaneret, sicut post resurrectionem non erit matrimonium: quia cessabit generatio ad quam ordinatur matrimonium. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur: non remanebit in patria in qua nihil age tur in figura. Sed totum in nuda veritate. Ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in anima: sed ita non insit indelebiliter.

S E D C O N T R A E S T. Quod

Augustinus dicit in 2. contra Parmenianum. Non minus hanc sacramenta Christiana: quam corporalis nota militiae. Sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo qui veniam meretur ab imperatore post culpam. Ergo nec character sacramenta talis deleripotest.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod (sicut dictum est) character sacramentalis est quaedam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius: ut s. Sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotij potestate, ita fideles eius ei configurantur in hoc quod participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacerdotiorum eorum que pertinent ad cultum diuinum. Et propter hoc etiam Christo non competit habere characterem: sed potest as sacerdotije eius, comparatur ad characterem sicut id quod est plenum & perfectum ad aliquid sive participationem. Sacerdotium autem Christi est eternum, secundum illud psal. tuus sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Et inde est quod omnis sanctificatio que fit per sacerdotium eius: est perpetua, re consecrata manente. Quod patet etiam in rebus in animatis: nam ecclesia vel altaris manet consecratio semper nisi destruatur. Cum igitur anima sit subiectum characteris, secundum intellectuam partem, in qua est fides (ut dictum est) manifestum est quod sicut intellectus perpetuus est & in corruptibiliis, ita character indelebiliter manet in anima.

A D P R I M V M. Ergo dicendum: quod aliter est in anima gratia aliter character. Nam gratia est in anima sicut quedam forma, habens esse completum in ea: character autem est in anima sicut quedam virtus instrumentalis, ut supra dictum est. Forma autem completa est in subiecto, secundum conditionem subiecti: sed quia anima est mutabilis secundum liberum arbitrium, quandoque in statu viae, consequens est quod gratia insit anima mutabiliter. Sed virtus instrumentalis magis attenditur secundum conditionem

principalis agentis. Et ideo character in de lebiliter in est anima: non propter sui perfectio nem, sed propter perfectionem sacerdotij Christi a quo derivatur character, sicut quedam instrumentalis virtus.

A D S E C U N D V M. Dicendum: quod sicut Augustinus dicit ibidem: nec ipsos apostolatas videmus carere baptismate: quibus utique per penitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amittit non posse indicatur. Et huius ratio est: quia character est virtus instrumentalis, ut dictum est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc quod ab alio moueat: non autem in hoc quod ipsum se moueat, quod pertinet ad voluntatem. Et ideo quantumcumque voluntas moueat in contrarium character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

A D T E R T I U M. Dicendum: quod quanvis post hanc vitam non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus. Et ideo post hanc vitam remanet character & in bonis ad eorum gloriam: & in malis ad eorum ignominiam. Sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam vietoriam: & in his qui vicerunt ad gloriam: & in his qui sunt vici ad penam.

IN hoc articulo ponit. S. Tho. conclusio. Character inest animae indelebiliter. Probat prius quod est potestas alicuius perpetui sicut est Christus in quatuor sacerdos, secundum illud psal. tuus sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.

SECVNDO. Probatur ex parte subiecti: quia anima vel intellectus in quo immediate subiectatur, est in corruptibiliis, nec habet contrarium corruptiens characterem.

P R A E T E R EA. Probatur a posteriori: quia nullus baptizatur bis, nec confirmatur, nec ordinatur sicut plures accipit alia sacramenta. Ergo signum est, quod aliquid imprimunt sacramenta haec: quod alia non imprimunt. Et non nisi characterem. Ergo.

SED. An character maneat in patria? Dico quod ita. Sed contra. Character sacerdotij datur ad consecrandum: At in patria non fit consecratio. Ergo non manet ibi.

Dico quod manet in patria, ad hoc quod notentur illi qui hic habuerunt tale officium: sicut mi

lites post bellum manent signati.

D E I N D E. Dico quod conclusio quo ad huc sensum (s. quod illa tria sacramenta quae imprimunt characterem non sint reiterabilia) est de fide. Quo ad alium autem sensum, s. quod character sit qualitas manens in anima sine fine: est certa testimoniis sanctorum quibus supra probauimus quod character est ponendus. Et iam hodie post concilium Tridentinum est fide quod character insit anima indelebiliter, in decreto de sacramentis in communis art. 9.

Articul. sextus.

Vtrum per omnia sacramenta nouae legis imprimatur character.

D S E X T V M. Sic proceditur. Videtur quod per omnia sacramenta nouae legis imprimatur character. Per omnia enim sacramenta nouae legis, fit aliquis particeps sacerdotij Christi. Sed character sacramentalis nihil aliud est, quam participatio sacerdotij Christi (ut dictum est). Ergo videtur quod per omnia sacramenta nouae legis imprimatur character.

P R A E T E R E A. Character se habet ad animam in qua est, sicut consecratio ad res consecratas. Sed per quodlibet sacramentum nomine hominem recipit gratiam sanctificantem (ut supra dictum est). Ergo videtur quod per quodlibet sacramentum nouae legis, imprimatur character.

P R A E T E R E A. Character est res & sacramentum, in quolibet autem sacramento nouae legis est aliquid: quod est restantum: & aliquid quod est sacramentum tantum: & aliquid quod est res & sacramentum. Ergo per quodlibet sacramentum nouae legis imprimatur character.

S E D C O N T R A E S T. Quod sacramenta in quibus imprimitur character non reiterantur eo quod character est indelebilis: ut dictum est. Quaedam autem sacramenta iterantur sicut patet de penitentia & matrimonio. Ergo non omnia sacramenta imprimunt characterem.

munt characterem.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod (si cut supra dictum est) sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur s. in remedium peccati, et ad cultum diuinum. Est autem omniis sacramentis commune: quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quod gratiam conferunt. Non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut patet de penitentia, per quam homo liberatur a peccato. Non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de novo pertinens ad diuinum cultum: sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad diuinum cultum tripliciter. Vno modo per modum ipsius actionis. Alio modo per modum agentis. Tertio modo per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum Eucharistia: in qua principaliter diuinus cultus consistit, in quantum est ecclesiae sacrificium. Et per hoc idem sacramentum, non imprimitur homini character: quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum vel recipiendum in sacramentis: cum potius sit finis consumatio omnium sacramentorum: ut Dionysius dicit. 4. cap. celest. Hierar. Cōtinet tamen in seipso Christū: in quo non erat character: sed tota sacerdotij plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputatur homines ad sacramenta alijs tradenda.

S E D ad recipientes pertinet sacramentum baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipendi alia ecclesiae sacramenta, unde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiam ordinatur confirmatio quodammodo: ut infra suo loco dicetur. Et ideo per hæc tria sacramenta character imprimitur s. per baptismum: confirmationem: et ordinem.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod per omnia sacramenta fit homo particeps sa-

cerdotij Christi: ut pote percipiens aliquem effectum eius. Non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid vel recipiendum: quod pertineat ad cultum sacerdotij Christi. Quod quidem exigitur: ad hoc quod sacramentum characterem imprimat.

A D S E C U N D U M. Dicendum: quod per omnia sacramenta sanctificatur homo: secundum quod sanctitas importat mundiciam a peccato, que fit per gratiam. Sed specie liter, per quædam sacramenta quæ characterem imprimunt: homo sanctificatur quadam consecratione, ut pote deputatus ad diuinum cultum: Sicut etiam res in animata sanctificari dicuntur: in quantum diuino cultui deputantur.

A D T E R T I U M. Dicendum: quod licet character sit res sacramentum: non tamē oportet ēne id quod est res sacramentum eis characterem. Quid autem sit res sacramentum in alijs sacramentis infra dicetur:

I N H O C. Articulo est notandum: quod conclusio sancti Thomæ est omnia fidelium. Omnes nanque dicunt, quod solum in tribus sacramentis s. baptismō, confirmatione, & ordine: imprimuntur character. Quia per hæc sacramenta deputatur homines peculiariter ad dei cultū: & non per alia. ET probatur à posteriori. Quia ista non iteratur alia autē iteratur. Et hoc est determinatū in concilio florentino, & in tridētino. Ita quid est de fide: SED an sacramenta veteris legis conferebant characterem? Dico quod non quia non ordinabātur ad aliquod spirituale, sed potius ad corporalia. Ideo non erat opus ut conferrent aliquam protestationem spiritualem.

Quæstio quinta.

De causa sacramentorum.

E I N D E. Considerandum est, de causa sacramentorum: siue per authoritatem, siue permissionem. Et circa hoc queruntur decem.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod per omnia sacramenta fit homo particeps sa-

S E C U N D O. Vtrum institutio sacramentorum sit solum à deo.

T E R T I O. De potestate quam Christus habuit in sacramentis.

Q U A R T O. Vtrum illam potestatem potuerit alijs communicare.

Q V I N T O. Vtrum potestas ministerij in sacramentis conueniat malis.

S E X T O. Vtrum mali peccant dispensando sacramenta.

S E P T I M O. Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.

O C T A V I O. Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

N O N O. Vtrum requiratur ibi recta fides ista: s. qd infidelis non possit tradere sacramenta.

D E C I M O. Vtrum requiratur ibi recta intentio.

Articul. primus,

Vtrum solus deus operetur interiorum ad effectum sacramenti.

A D P R I M U M. Sic procedit. Videtur: quod non solus deus, sed etiam minister: interior operetur ad effectum sacramenti. Interior enim sacramenti effectus est, ut homo purgetur a peccatis: et illuminetur per gratiam. Sed ministros ecclesiæ pertinet purgare, illuminare: et perficere: ut patet per dionisium in s. cap. celest. Hierar. Ergo videtur, quod non solus deus sed etiam ministri ecclesiæ: interior operentur ad sacramenti effectum.

P R A E T E R E A. In collatione sacramentorum: quædam orationis suffragia proponuntur. Sed orationes iustorum sunt magis apud deum exaudibiles quam quorum cuncte: secundum illud. Ioan. 9. si quis dei cultor est: et voluntatem eius facit hunc deus exaudit. Ergo videtur quod maiorem effectus sacramenti consequatur ille: qui recipit ipsum

à bono ministro. Sic ergo et minister aliquid operatur ad interiore effectum: et non solus deus.

P R A E T E R E A. Dignior est homo quam res in animata. Sed res in animata a

liquid operatur ad interiore effectum: nam aqua corpus tangit et cor abluit, ut dicit August. super Ioan. Ergo homo aliquid operatur ad interiore effectum sacramenti, et non solus deus.

S E D C O N T R A E S T. Quod dicatur Roma. 8. Deus est qui iustificat. Cum ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio: videtur quod solus deus opere tur interior effectum sacramenti.

R E S P O N D E O. Dicendum: quod operari aliquem effectum, contingit duplisper. Vno modo, per modum principalis agentis. Alio modo, per modum instrumenti. Primo igitur modo, solus deus operatur interior effectum sacramenti: tum quia solus deus illabitur anime in qua sacramenti effectus existit: non autem potest aliquid immediate operari ubi non est. Tum quia gratia quæ est interior sacramenti effectus: est à solo deo, ut in secunda parte dictum est. Character etiā qui est interior quorundam sacramentorum effectus: est virtus instrumentalis, quæ manat a principali agente quod est deus.

S E C U N D O. Autem modo, homo potest operari ad interiore effectum sacramenti: in quantum operatur per modum ministri, nam eadem ratio est ministri et instrumenti, utrusque enim actio exterius adhibetur. Sed sortitur effectum interiorum: ex virtute principalis agentis quod est deus.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod purgatio, secundum quod attribuitur ministeri ecclesiæ: non est a peccato. Sed dicuntur diaconi purgare, in quantum, vel immūdos ejiciunt a cœtu fidelium: vel eos sacris admonitionibus, disponunt ad sacramentorum receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicuntur sacram populum: non quidem

gratiam infundendo, sed sacramenta gratiae tradendo, ut patet per Dionisi. ibidem.

A D S E C V N D V M. Dicendum quod orationes: quae dicuntur in sacramentorum collatione, proponuntur deo non ex parte singularis personae: sed ex parte totius ecclesie. cuius preces sunt apud eum exaudibiles: secundum illud Matth. 18 si duo ex vobis consenserint super terram de omnibus quacunque petierint fiet illis a patre meo. Nihil tamen prohibetur: quin deuotio viri iusti ad hoc aliquid operetur. Illud tamen quod est sacramenti effectus, non impetratur oratione ecclesie vel ministri: sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis: ut dictum est. Unde effectus sacramenti non datur melior: per meliorem ministru. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum: per devotionem ministri. Nec tamen minister illud operatur: sed impetrat operandum a deo.

A D T E R T I V M. Dicendum quod res in anima et non operantur aliquid ad interiorum effectum, nisi instrumentaliter: ut dictum est. Et similiter homines: non operantur ad sacramentorum effectum: nisi per modum ministerij, ut dictum est.

Dubium
primum.

IN HOC articulo prius Dubitatur circa illud quod dicit doctor quod minister operatur instrumentaliter effectum interiore: an illud intelligatur de omni ministro sive sit ordinatus siue non: sive sit deputatus ad illud sive non. Et videtur quod intelligatur de omni, quia absolute loquitur. AD hunc dico, quod rationabilius est dicere quod non loquitur de omni, sed de ministro ordinato & deputato ad hoc: quia illi habet charaterem.

SECVNDO. Quia si non initiatus audiat peccata alicuius, non absolvit, & si tentet absoluere. Ergo nec baptizans dat gratiam (si non sit consecratus) sed sacramentum solum. Quia videatur, quod in fidelis baptizans non dat gratiam: sed solum sacramentum.

SECVNDO. Dico: quod potest intelligi de omni ministro, ministro, & quod in fidelis pro tunc baptizans habet virtutem dandi gratiam: licet postea non maneat in eo talis virtus.

Dubium
secundum.

CIRCA. Secundum argumentum dubitatur: an ex devotione ministri vel ex orationibus quae dicuntur in sacramentorum collatione datur ma-

ior gratia recipienti sacramentum. Vel an bonus minister det maiorem gratiam quam malus. **A D H O C.** Dicit Caie. in suis commentarijs super hunc articulum: quod ita. Et idem dicit Scot. in 4.d.4.q.7. Et probat. Caie. quia extra sacramentum, minister ex deuotione sua poterat impetrare gratiam alicuius. Petro: & per hoc quod Petrus recipit sacramentum, non est peioris conditionis nec ipse minister. Ergo etiam illud fiet in collatione sacramenti, ratione deuotionis vel alicuius adiuncti & non ratione sacramenti, quod dabatur recipienti maior gratia: quam daretur precise ratione sacramenti.

SECVNDO. Videtur quod sanct. Thom. idem dicit: quia dixit annexum aliquid impetrari potest recipienti sacramentum per deuotionem ministri. Illud tamen quod est sacramenti effectus non impetratur oratione ecclesie vel ministri: sed ex merito passionis Christi, cuius virtus in sacramentis operatur. Ergo illa opinio videtur de mente sanct. Thom. Et Caie. dicit, quod etiam recipienti sacramentum: datur maior gratia, ex deuotione vel oratione assistentium.

Et confirmat hoc Caie. quia maius quid est perseverare in gratia: quam intensio gratiae. Sed perseverantia potest impetrari ab alio. Ergo & intensio gratiae.

ET confirmatur: quia sic dicunt doctores ex Augustino: quod Stephanus impetravit primam gratiam Paulo.

I D E M. Dicit Scotus in 4.d.4.q.7. & dicit quod hoc potest contingere dupliciter. Vno modo ex mera liberalitate diuina. Quia sicut prædestinat istum ad maiorem gloriam ex sua liberalitate: ita ad gratiam. Et quod talis prædestinatus ad maiorem gloriam etiam a causa secunda propter precios ministri, & assistentiū, recipit maiorem gratiam quam alius. Et cum Christus cognovit prædestinationem omnium: potuit applicare passionem suam magis pro isto quam pro illo. Et ita in pueris.

ET alia causa. Potest quis recipere maiorem gratiam ex precibus assistentium dicit: quia passio Christi & alia causa meritorum, specialius offeruntur pro uno quam pro alio.

ET dicit quod effectus sacramenti equalis recipitur in omnibus: sed quod hic magis recipiat quam alius est ex dono dei.

E G O. Autem dico ad hoc: primo quod haec opinio non est demente sanct. Tho. Probatur. Quia hic ad secundum argumentum dicit ipse quod equalis est effectus sacramenti in omnibus: quia dicit quod non datur perfectior effectus unius quam alii. Sed si daretur maior gratia daretur perfectior. Ergo &c.

SECVNDO. Arguitur contra Scotum. Quia eodem modo pro quoque opere meritorio: datur prædestinato ad maiorem gloriam, maior gratia quam alii cum sit eadem ratio. Et Caie. vide-

tur hoc concedere. quia dicit: quod non est deterioris conditionis ille qui actualiter baptizatur, quam si non baptizaretur. Et sequella probatur: quia passio Christi magis applicatur illi quam alteri.

ET si concedat Scotus. Sicut debet concedere ex dictis suis. Contra. Ergo per virtutem ordo iustitiae distributiva: quae in sacris literis dicitur esse seruanda. s. quod nullus est habiturus gloriam nisi secundum opera sua propria: & non secundum opera alterius. Sed si esset vera quod dicit Caie. & Scotus non seruaretur haec proportio: sed quis pro minoribus & paucioribus operibus præmiaretur plusquam aliis pro maioriibus & pluribus.

QVOD autem illa proportio dicitur seruanda in scriptura, probatur. i. Corin. 3. vnuquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. **P R A E T E R E A.** Psal. 61. semel loquutus est deus duo haec audiui, quia potestas dei est, & tibi dñe misericordia: quia tu redi vnicuique iuxta opera tua. **P R A E T E R E A.** Ad galath. 6. Vnuquisque enim onus suum portabit. Et rursus ibide. Quae enim seminauerit homo haec & metet. Et in multis alijs locis hoc explicatur in sacra scriptura. Quod autem idem sit de alio opere meritorio ut inferebam: probatur: quia idem est dare elemosinam pro uno, & orare pro uno & non pro alio.

P R A E T E R E A. Si cum quis baptizatur possumus impetrare illi gratiam. Ergo etiam postquam baptizatus est. Et tamen omnes dicunt quod non possumus impetrare alicui augmentum gratiae. Et hoc dicit. S. Tho. infra. q.20. ar. 7. ad. 2. Ideo dico quod nullus potest impetrare alteri argumentum gratiae sine actu proprio illius. Et quando dicitur quod Stephanus impetravit Paulo primam gratiam: intelligentur, quod impetravit, ut deus moueret Paulum ad bonum opus, ut haberet gratiam. Et apparet in sua vocatione: quia cum dominus dixisset saule saule cur me persequeris: respondit ipse domine quid me vis facere: & tam pro illo bona causa data fuit gratia.

ET ad illud Scoti, impetramus alteri perseveratiā in gratia, concedo: quia illud solum est imprimatur quod ille maneat per maius tempus. Ergo etiam gratiam. Nego consequentiam: quia in hoc perueritur iustitia distributiva & non in alio.

Articul. secundus.

Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.

D S E C V N D V M. Sic proceditur. Videtur quod sacramenta non sint solum ex institutione diuina. Ea enim quae sunt diu-

nitus instituta traduntur nobis in sacra scriptura. Sed quaedam aguntur in sacramentis: de quibus nulla fit mentio in scriptura sacramenta de chrismate quo homines confirmantur & de oleo quo sacerdotes in unguntur: & de multis alijs tam verbis quam factis, quibus utimur in sacramentis. Non ergo sacramenta sunt solum ex institutione diuina.

P R A E T E R E A. Sacmenta sunt quedam signa. Res autem sensibiles naturaliter quaedam significant, nec potest dici quod deus quibusdam significationibus delectetur. & non alijs: quia ipse omnia quae fecit approbat. Hoc autem proprium videtur esse demonum: ut quibusdam signis ad aliquid alliciatur. Dicit enim August. 21. de ciui. dei. Illiciuntur demones per creaturas quas non ipsi sed deus condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis: non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis. Non ergo videtur quod sacramenta indeciant esse ex institutione diuina.

P R A E T E R E A. Apostoli vicem dei gerunt in terris: unde Apostolus dicit 2. ad Corint. 2. Nam & ego quod donauis si quid donauis propter vos in persona Christi. 1. ac si ipse Christus donasset. Sic ergo videtur quod Apostoli & eorum successores posse nova sacramenta instituere.

S E E C O N T R A E S T. Quod ille instituit aliquid, qui date ei robur & virtutem: sicut patet de institutoribus legum. Sed virtus sacramenti est a solo deo: ut patet expressum. Ergo solus deus potest instituere sacramentum.

R E S P O N D E O. Dicendum quod (sicut ex supra dictis patet) sacramenta instrumentaliter operantur: ad spirituale effectus. Instrumentum autem habet virtutem a principali agente. Agens autem respectu sacramenti est duplex. s. instituens sacramentum: & utens sacramento instituto, applicando s. ipsum ad induendum effectum. Virtus autem sacramenti non potest esse ab eo qui utitur sacramento: quia non operatur nisi per

modum ministerij. Vnde relinquitur quod virtus sacramenti sit ab eo qui instituit sacramentum. Cum igitur virtus sacramenti sit à solo deo: cōsequens est quod solus deus sit sacramentorum institutor.

A D P R I M V M . Ergo dicendum: quod illa quae aguntur in sacramentis, per homines instituta, non sunt de necessitate sacramenti: sed ad quādam solemnitatem quae adhibetur sacramentis, ad excitandam devotionem, & reuerentiam in his qui sacramenta suscipiunt. Ea vero quae sunt de necessitate sacramenti: ab ipso Christo instituta sunt, qui est deus & homo. Et licet non sint omnia tradita in scripturis habet tamen ea ecclesia ex familiari apostolorum traditione: sicut Apostolus dicit. i.ad Corint. ii.cetera cum vnero disponam.

A D S E C V N D V M . Dicendum: quod res sensibiles aptitudinem quandā habent ad significandum spirituales effectus ex sua natura: sed ista aptitudo determinatur ad spiritualem significationem ex institutione diuina. Et hoc est quod hugo de sancto Victore dicit, quod sacramentum ex institutione significat. Praelegit tamen deus quādam res alijs ad significationes sacramentales non quia ad eas contrahatur eius affectus: sed ut sit convenientior significatio.

A D T E R T I V M . Dicendum quod Apostoli & eorum successores sunt vicarij dei quantum ad regimen ecclesiae constitutae per fidem & fidei sacramenta. Vnde sicut non licet eis constitutere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere alia fidem nec instituere alia sacramenta. sed per sacramenta quae de latere Christi pendentes in cruce fluxerunt dicitur esse fabricata ecclesia Christi.

Non hoc articulo secundo nota, quod hæc quæstio an sacramenta fuerint à deo instituta. tractatur ab scholasticis in. 4. sententiarum distinctione. 2. Vbi magister in. 2. cap. præsupponit quod ita: sicut sanct. Thom. hic dicit, & est communis sententia theologorum.

Dubium primum. **PRAETEREA.** Dubitatur quare. S. Thom. nō

probavit hanc conclusionem testimonijs sacrae scripturæ.

DICO. Prius quia nūc tractat in cōmuni, tractatur postea in particulari. & ibi citabit scripturā. **SECVNDO.** Quia ipse respōdet ad primū, qđ non habetur in scriptura, ad minus de omnibus: sed tenet ecclesia ex traditione Apostolorum, quod omnia sacramenta sunt à deo instituta.

PRAETEREA. Dubitatur, an sacramenta ve- le. & legis naturæ fuerint à deo.

DICO quod sacramenta legis naturæ nō fuerūt à deo: vt supra diximus in. q.2. art. 3. Sed sacramenta veteris legis fuerunt à deo: vt constat.

SED an homines possent instituere sacramenta quae fuerūt in ve. le?

Dico quod ita. Illa tamen qua non habebant effectum spiritualem: vt videtur habuisse sacramentum zelotipie numeri. 5. Et excepta circuncisione: quia forte non licet hominibus propria autoritate circumcidere præputium. Et probabile est etiā oppositum: quia non erat magnum noncumētū nec periculū in abscitione præputij.

SED dubitatur Circum primum argumentum. S.

Thomæ an omnia sacramenta ecclesiæ, sicut instituta à deo immediate. Hunc questionem mouent doctores propter aliquos hæreticos, qui dicunt omnia sacramenta esse à deo illa. s. quæ vere sunt sacramenta ecclesiæ: sed negant quod omnia quæ ponit ecclesia sint vere sacramenta. Dicunt enim quod confirmatio & extrema vñctio non sunt sacramenta: quia non habetur locus in scriptura, vbi fuerint instituta a Christo. Et ita dicunt de poenitentia. Quidam autē hæretici moderni lutherani dicunt, quod solum baptismū, & Eucharistiam instituit Christus: alia autem omnia sunt inuenta ab ecclesia, quam vellent destruere si possent. Ratio horum tota est: quia non inueniatur in sacra scriptura vbi à Christo fuerit institutum aliquid sacramentum, præter baptismū & Eucharistiam. Inter fideles etiam fuerunt de hoc opiniones. Aliqui dixerunt, quod baptismū & Eucharistiam ordinem, & matrimonium instituit Christus: sed poenitentiam & confirmationem, & extream vñctione instituerunt Apostoli, vel ecclesia. Hoc dicit expressim glossa in cap. in poenitentia in decretis de poenitentijs, & remissi. distinctione. 5. Et idem dicit magister sententiarum in. 4. d. 23. cap. 2. de extremâ vñctione. Idem dicit hugo de sancto Victore. lib. 2. de sacramentis parte. 15. cap. 2. de eadem extrema vñctione. Et probant per illud. Iacobi. 5. infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini, & si in peccatis est dimittentur ei.

SED. His omnibus relictis, est nunc communis sententia theologorum hæc, quæm habet sanct. Thom (quæ & est tenenda) quod omnia sacramenta fuerunt immediate instituta a deo. Hoc durandus in. 4. d. 2. q. 1. Hoc Gabriel ibidem. quæst. i.

Dubium secundum.

instituta a deo. Hoc Durandus in. 4. d. 2. quæst. i. Hoc Gabriel ibidem. quæst. i. conclusione secunda Hoc Alexander deales. 4. parte membro. 3. art. 4. **SED** in quo gradu est tenenda hæc cōclusio? An sit de fide? Videtur qđ nō: quia vt citauit, magister sententiarum & hugo, qui sunt fideles tenent op possum. Et Richardus in. 4. d. 2. art. i. q. 3. ponit utramque opinionem: & relinquunt utramque probabilem. Et Durandus vbi supra nullam cōdem nat: immo dicit probabilius esse, quod omnia sunt à Christo instituta. Vnde cum dicat probabilius videtur sentire quod alia sit probabilis.

SED. Ego dico: quod prædicta conclusio est de fide. Quod videtur asserere sanct. Thom. hic ad primum, vbi sic ait. Ea vero quæ sunt de necessitate sacramenti, ab ipso Christo instituta sunt: quī est deus & homo. Et licet non sint omnia tradita in scripturis: habet tamen ea ecclesia ex familiari Apostolorum traditione, sicut Apostolus dicit prima ad Corinth. ii. cetera cum venero disponam.

ET probatur, quia in concilio florentino determinatur: quod omnia sacramenta nouæ legis dant gratiam. Sed hoc non posset esse nisi à deo essent instituta, quia nullus alius potest dare gratiam. Ergo.

PRAETEREA. De sacramento poenitentiae non potest dubitari quod sit a Christo: quia est determinatum à sexto. 4. in quadam extrauagante contra Petrum de hosina, quod est de iure diuino.

PRAETEREA. In concilio tridentino sessione. 5. art. 29. determinatur, quod confessio est de iure diuino & à Christo instituta: sub his verbis. Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per dei gratiam resurgere, aut posse quidem sed sola fide amissam iustitiam recuperare, sine sacramento poenitentiae, prout sancta romana & vniuersalis ecclesia, à Christo domino & eius apostolis edicta hucusque professa est, seruauit & docuit. Anathema sit.

PRAETEREA. Iam etiam determinatū est in eodem concilio sessione. 7. art. primo, quod omnia sacramenta sunt à deo instituta. Sed quia de hoc dicturi sumus plura in particulari, in materia cuiusque sacramenti: non probabo nunc amplius.

PRAETEREA. Licet ecclesia nō posset instituere sacramenta (vt infra latius dicemus) potest tamen instituere quedam sacramentalia: quæ habent spiritualem effectum, & remittunt peccata venialia, vt aquam lustralē, & exorcismos qui deffendunt pueros à demonibus. Et consecratio templi facit, vt facilius impetretur quod petitur in templo consecrato: quam in alio. Probatur, quia maiorem virtutem habet quam templū Salomonis. Sed illic ipetrauit Salomon vobis: qui maneat vobiscum in aeternum. Et de eodem dicitur ipse suggesteret vobis omnia: & docebit vos omnia.

TERTIA. Propositio est. Spiritus sanctus non semper docet ecclesiam reuelando: sed etiam per linguas sanctorum. Probatur. 2. Petri. i. Spū sancto inspirati locutis sunt sancti dei homines.

QUARTA. Propositio est. Quicunque nō re-

ecclesia virtutem expellēdi demones, ex illo Mac ci vltimo demonia ejcent. Sacramēta autem nō potest condere: quia dant primam gratiam, quā ecclesia non potest dare. Alia autem præsupponunt gratiam.

PRAETEREA. Dubitatur de causa fina Dubium li sacramentorum. An omnia sacramenta, conferant gratiam: & ad hoc sunt instituta. Videatur quod non: quia magister. in. 4. d. 2. cap. primo dicit, quod aliqua sacramenta remedium contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem conferunt ut baptismus. Alia autem in remedium tantum sunt ut coniugium. Ergo non omnia sacramenta, fuerunt instituta ad dannandam gratiam.

DICIO, Quod omnia sacramenta nouæ legis conferunt gratiam. Hoc sanct. Tho. in quæst. 4. præcedenti art. 6. Et ad hoc sunt instituta: quanvis sint etiam ad alios effectus. Probatur, quia in concilio florentino dicitur, quod in hoc differunt sacramenta nouæ legis à sacramentis veteris legis: quia nouæ legis sacramēta conferūt gratiam, & veteris non.

AD magistrum dico, quod intelligit, aliqua esse sacramenta: quæ principalius respiciunt alium effectum, quam gratiam, ut matrimonium. Vel non tenetur in hoc, sicut in aliquibus alijs: si aliud sentire volebat.

EST præterea: hic valde notandum, quod decem propositiones scribit rofensis in suo contra lutherū: ex quibus in hac materia sunt notādæ quatuor.

PRIMA. EST. Non semper quæstiones quæ oriuntur, spestantes ad sacram religionem Christianorum: sunt determinandæ, solis testimonijs sacrae scripturæ. Probatur, prius quia ipsi hæretici dicunt quod est purgatorium: & dicunt quod nō potest probari per sacram scripturam, licet mentionantur quia iā determinatū est in concilio florētino. Ergo aliqua sunt tenenda quæ non habētur in scriptura sacra.

SECUNDUM. Apostolus dicit, i. ad Corinth. ii. cetera cum venero disponam. Ergo aliqua dispossit quæ non scripsit.

TERTIO. Idem Apostolus. 2. ad thesa. 2. dicit tene & state in his quæ accepistis à me: siue per Epistolā, siue per traditionē. Ergo aliqua sunt in ecclesia per traditionem apostolorum.

SECVNDUM. Propositio est. Missus est Spiritus sanctus ecclesiæ, ut doceret eam: manens semper in ea. Probatur, nam Ioan. 14. dicit Christus, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis: qui maneat vobiscum in aeternum. Et de eodem dicitur ipse suggesteret vobis omnia: & docebit vos omnia.

cipit doctrinam sanctorum: cōtemnit Spiritum sanctum. Hac sequitur ex tertia: & intelligitur quando omnes sancti conueniunt, secus si inter illos sit controversia: vel contrarietas aliqua. Nā tunc sequendi sunt sancti qui probabiliorē sententiam habent: alij vero relinquendi.

Articul. tertius,

Vtrum Christus secundum quod homo, habuerit potestatem operandi interiorē effectū sacramentorum.

D T E R T I V M. Sic procedit. Videtur quod Christus secundum quod homo habuerit potestatē: operandi interiorē effectū sacramentorum. Dicit enim Ioānes baptista vt habetur Ioan. i. qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendenter tamen super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Sed baptizare in spiritu sancto, est interioris gratiā spiritus sancti conferre. Spiritus sanctus autem descendit super Christum in quantum homo tamen non in quantum deus: quia sic ipse dat spiritum sanctū. Ergo videtur quod Christus secundum quod homo habuerit potestatē interiorē effectū sacramentorum causandi.

P R A E T E R E A. Matth. 9. dominus dicit. Sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra, dimittendi peccata. Sed remissio peccatorū est interior effectus sacramenti. Ergo videtur quod Christus secundū quod homo: interiorē effectū sacramentorum operetur.

P R A E T E R E A. Institutio sacramentorum pertinet ad eum: qui tanquā principale agens operatur ad interiorē sacramēti effectū. Manifestum est autē quod Christus sacramenta instituit. Ergo ipse est qui interiorē operatur sacramentorum effectū.

P R A E T E R E A. Nullus potest effectū sacramenti sine sacramento conferre, nisi propria virtute sacramenti effectum operetur. Sed Christus sine sacramento contulit sacramentī effectū: vt patet in Magdalena, cui dixit dimittuntur tibi peccata. Ergo videtur, quod Christus secundum quod homo, operetur interiorē sacramenti effectū.

P R A E T E R E A. Illud in cuius virtute sacramentū operatur, est principale agēs ad interiorē effectū. Sed sacramenta habent virtutem ex passione Christi, tamen in invocatione nominis eius: secundum illud. ad Corinth. i. nūquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ergo Christus in quantum homo, operatur interiorē effectū sacramenti.

S E D C O N T R A E S T. Quod Augustinus dicit: quod in sacramentis diuina virtus secretius operatur salutem. Diuina autem virtus, est Christi secundum quod est deus, non autem secundum quod est homo. Ergo Christus non operatur interiorē sacramenti effectū, secundum quod est homo: sed secundum quod est deus.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod interiorē sacramentū effectū operatur Christus tamen secundum quod est deus, secundū quod est homo, aliter tamen tamen aliter. Nam secundum quod est deus, operatur in sacramentis per autoritatem: secundum autem quod est homo, operatur ad interiorē effectus sacramentorum, meritorie tamen efficiēter, sed instrumentaliter. Dicatum est enim, quod passio Christi qua competit ei secundum humanam naturam, causa est nostra iustificationis tamen meritorie effectū, non quidē per modū principalis agentis, sive per autoritatem: sed per modū instrumenti, in quantum humanitas est instrumentum diuinitatis eius: ut supra dictum est. Sed tamē, quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona, habet quandam principalitatem tamen causalitatem, respectu sacramentorum ex-

trinsecorum: qui sunt ministri ecclesie: ouē ex supradictis patet. Et ideo sicut Christos in quantum deus: habet potestatē auctoritatis in sacramentis: ita in quantum homo: habet potestatē misterij principalis: sive potestatē excellentiae. Quae quidem consistit in quatuor. Primo quidem in hoc: quod meritum tamen virtus passionis eius operatur in sacramentis: ut supra dictum est. Et quia virtus passionis copulatur nobis per fidem (secundum illud Roma. 3. quem proposuit deus propitiatorem per fidem: in sanguine ipsius) quam fidem per invocationem nominis Christi protestamur. Ideo secundo ad potestatē excellentiae quam Christus habet in sacramentis, pertinet quod in eius nomine, sacramenta sanctificantur. Et quia ex eius institutione sacramenta virtutem obtinent, inde est quod tertio ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quod ipse qui dedit virtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius econuerso, quarto ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quod ipse potuit effectum sacramentorum, sine exteriori sacramento conferre. Et per hoc patet responsio ad obiecta: utraque enim pars obiectorum, secundum aliquid vera est: ut dictum est.

In isto articulo tertio, nota dictū sanct. Thom. s. quod Christus effectiū dedit virtutem sacramentis ad tollenda peccata & dandam gratiam. Nam melius loquitur, quam Scotus in. 4. d. 2. quæst. 1. & Gabriel ibidem, & Durandus. d. 5. quæst. 3. & d. 2. quæst. 4. qui dicunt, quod solum meritorie fecit Christus, ut sacramenta causent suos effectus. Et probatur quod melius dicat. S. Thom. Sacerdos absoluit quia Christus instituit sacramenta, & dedit eis virtutem qua ipsa, & sacerdotes per ipsa, remittant peccata & dent gratiam, & non solum quia meruit. Ergo sicut generans mouet grauiā & leuiā effectū, quia dedit eis virtutem ut mouerentur; ita Christus agit effectum sacramenti, quia dedit sacramentis & ministris virtutem ut agerent interiorē effectū sacramenti, & quatenus homo.

Articul. quartus,

Vtrum Christus potestatē suam quam habuit in sacramentis potuerit ministris communicare.

D Q U A R T V M sic procedit. Videtur quod christus potestatē suam quam habuit in sacramentis: non potuerit ministris communicare. Ut enim argumentatur Augustinus contra Maximum, si potuerit non voluit inuidus fuit. Sed inuidia lōge fuit à christo: in quo fuit summa plenitudo charitatis. Ergo cum christus non comunicauerit suam potestatē ministris: videtur quod non potuerit communicare.

P R A E T E R E A. Super illud Ioan. 14. maiora horum faciet dicit Augustinus. Prorsus maius hoc esse dixerim (s. ut ex impiō iustus fiat) quam creare cælum tamen terram. Sed Christus non potuit communicare discipulis quod crearent cælum tamen terram: Ergo neque quod iustificarent impium. Cū igitur iustificatio impij, fiat per potestatē Christi, quam habet in sacramentis, videtur quod potestatē suā quam in sacramentis habuit, non potuerit ministris communicare.

P R A E T E R E A. Christo in quantum est caput ecclesie, competit ut ab ipso gratia deriuetur ad alios: secundum illud. I can. i. de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed hoc non fuit alijs communicabile: quia sic ecclesia esset monstruosa, multa capitahabens. Ergo videtur quod Christus potestatē suam non potuerit ministris communicare.

S E D C O N T R A E S T. est, quod super illud Ioan. i. ego nesciebam eum, dicit Augustinus: quod nō nouerat potestatē baptismi, ipsum dominum habiturum, tamen sibi retenturum: Hoc autem non ignorasset Ioannes, si talis potestas communicabilis non esset. Potuit ergo

Suā potestate Christus ministris cōmunicare.
R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut dictum est) *Christus in sacramentis habuit duplē potestatē. Vnam authoritatis quae competit ei secundum quod deus. Et talis potestas nulli creature potuit communicari. sicut nec diuina essentia. Aliam potestatē habuit excellentiæ: quæ competit ei secundum quod homo. Et talem potestatē potuit ministri cōmunicare: dando s. eis tantā gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ut ad invocationem nominum ipsorum, sanctificarentur sacramenta: et ut ipsi possent sacramenta instituere. Et sine ritu sacramentorum effectum sacramentorum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum communem quanto fuerit fortius: tanto magis virutem suam instrumento separato tribuere: sicut manus baculo.*

A D P R. I M V M Ergo dicendum: quod Christus non ex iniuria prætermisit, potestatē excellentiæ ecclesiæ ministris cōmunicare: sed propter fidelium utilitatem: ne in hominē spem ponerent: et ne essent diversa sacramenta. Ex quibus diuīsio in ecclesia oriretur: sicut apud illos qui dicebant: ego sum Pauli: ego autem apollo: ego vero cepi: ut dicitur. i. ad Corint. 1.

A D S E C V N D V M Dicendum: quod obiectio illa procedit de potestate authoritatis: quæ conuenit Christo secundum quod est deus. Licet (et) potestas excellentiæ possit authoritas nominari: per comparationem ad alios ministros. Unde super illud ad Corinth. i. diuīsus est Christus, dicit glosa: quod potuit eis dare authoritatem baptismi: quibus contulit ministerium.

A D T E R T I V M Dicendum: quod ad hoc inconveniens eritandum: ne s. multa capita in ecclesia essent: Christus noluit potestatē sue excellentiæ ministris cōmunicare. Si tamen cōmunicaret: ipse esset caput principaliter: alijs vero secundario...

*I*N HOC articulo dubitatur. An Christus potest Dubium testatem quam habuit in sacramentis, potuerit ministris cōmunicare. Respōdet doctor sc̄tus quod potestatē excellentiæ, ministris & pontificibus ecclesiæ cōmunicare potuit. Et de hac cōclusione de possibili, non est dubium: ob idque ab omnibus admittitur. Et clarior est quam probatio indegeat: vt constat intelligenti quid sit potestas excellentiæ. Sed an potuit cōmunicare totum quod habuit in quantum homo, alijs puris hominibus? AD HOC dicit Durandus in. 3. d. 5. quæst. 4. qd non: quia non potuit cōmunicare, ut ex merito eorum conferreretur proprie gratia de condigno. Et probat, quia sacramenta sunt causa sufficiētiſſimæ nostræ salutis: hoc tamen fuit ex merito Christi. At Christus non potuit cōmunicare meritum, id est facere quod alii haberent tantum meritum, quod propriæ (id est nulla acceptatione supposita) de condigno & de iustitia satisfacerent pro hominibus. Ergo. &c. Et bene videtur dicere Durandus in hoc: quia in. 3. parte sanct. Thom: quæst. 1. art. 2. in corpore, & ad. 2. diximus, quod nulla pura creatura de condigno potuit genus humānum redimere. Ergo non potuit ablatio merito Christi.

ET idem videtur dicere Scotus in. 3. d. i. quæst. 3. & Gabriel. d. i. quæst. 1. dicit enim, quod Christus non potuit dare potestatē quam habuit merito, & instituendi sacramenta. Potuit (inquit Durandus. d. 2. quæst. 1.) relinquere, quod per alias creaturas dimitterentur peccata: & relinquere voluntati petri electio illarum creaturarum, & quod Petrus eligeret ablutionem, per quam remitterentur peccata. Non tamen potuit absolve, ita quod quis institueret suo merito, & meritoria institutione sacramenta, proprie de condigno ut exposuimus: nulla dei acceptatione supposita.

EGO autem dico, quod aliud est de merito, aliud de iustificatione loqui. Nam non potuit Christus constituere, quod quis suo merito, de se, virtute propria, sine acceptatione diuina institueret sacramenta. Sed potuit dare, quod purus homo satisfaceret pro genere humano, non tamen quod mereretur ut ipse Christus merebatur. Quia ipse non poterat non acceptari de condigno in suo merito aut opere, & sine gratia gratum faciente quia sufficiebat gratia unionis, quod non esset in merito alterius cuiuscunq; quia non acceptaretur nisi ex dei gratia, & supposita diuina acceptatione, non de iustitia.

D E I V S T I F I C A T I O N E vero dico, non sicut Durandus & alijs: sed quod potuit Christus relinquere potestatē instituendi sacramenta sicut ipse instituit (ipso nihil determinante) per quæ homines iustificantur.

SED vnde habetur quod non reliquerit talem potestatē, cum ipse habuerit, & potuerit facere?

DICO primo, quod ex vsu ecclesiæ: quia ecclesia nunquam tentauit facere sacramenta, & pontifices dilatant quantum possunt potestatē suam. SECVNDŌ, dico cum sanct. Thom. quod non expediebat: quia præcipuum quod habemus in ecclesiæ, est fides & sacramenta, & nunquam est nisi una ecclesia. Si possent esse noua alia sacramenta, videretur esse noua ecclesia, aut essent diuīsiones in ecclesia. Et hoc videtur dicere apostolus. i. ad Corint. 4. Sic nos existimet homo: sicut ministros dei, & dispensatores ministeriorum eius.

Articul. quintus.

Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint.

 *D Q V I N T U M* sic proceditur. Videtur quod per malos ministros: sacramenta cōferri non possint. Sacramenta enim nouæ legis: ordinantur ad emūdationem culpe: et collationem gratiae. Sed mali cum sint immundi, non possunt alios à peccato mundare (secundum illud ecclesiastici. 34. ab immūdo quis mundabitur?) etiam cum gratiā non habeant: non videtur quod gratiam cōferre possint: quia nullus dat quod non habet. Non ergo videtur quod per malos sacramenta conferri possint.

P R A E T E R E A. Tota virtus sacramentorum derivatur à Christo: ut dictum est. Sed mali sunt præcisi a Christo: quia non habent charitatē per quam membra capiti uniuersit. Secundum illud. i. Ioan. 4. qui manet in charitate in deo manet, et deus in eo. Ergo videtur: quod per malos sacramenta conferri non possint.

P R A E T E R E A. Si desit aliquid horum quæ debitum est esse in sacramentis: non perficitur sacramentum: sicut si desit debita forma: vel debita materia. Sed debitus minister sacramenti est ille qui caret macula peccati: secundum illud leuitici. 21. homo de semine tuo per familias qui

habuerit maculam non offeret panes deo suo nec accedet administerium eius. Ergo videtur quod si minister sit malus, nihil efficiatur in sacramento.

SED contra est: quod Augustinus dicit super illud Ioan. i. super quem Videris spiritū. Et c. Quid non nouerat ioannes? Potestatē baptismi ipsum dominum habiturum: et si biretentur: sed ministerium plane transitus rum in bonos et malos. Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est dominus?

R E S P O N D E O dicendum: quod (sicut dictum est) ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis: eo quod quodammodo eadem ratio est ministri et instrumenti. Sicut autem supra dictum est: instrumentum non agit secundum propriam formam et virtutem: sed secundum virtutem eius a quo mouetur. Et ideo accedit instrumento in quantum instrumentum est: qualcumque formam vel virtutem habeat: præter id quod exigitur ad rationem instrumenti: sicut quod corpus medici (quod est instrumentum animæ habentis artem) sit sanum vel infirmum et sicut quod fistula per quam transit aqua sit argentea vel plumbea. Unde ministri ecclesiæ: possunt sacramenta conferre etiam si sint mali.

A D P R. I M V M Ergo dicendum: quod ministri ecclesiæ neque à peccatis mundant homines ad sacramenta accedentes, neque gratiam conferunt sua virtute: sed hoc facit Christus sua potestate per eos: sicut per quadam instrumenta. Et ideo effectus consequitur in suscipientibus sacramenta non secundum similitudinem ministrorum, sed secundum configurationem ad Christum.

A D S E C V N D V M Dicendum, quod per charitatem: membra Christi uniuersit. suo capiti, ut ab eo vitam recipient: quia ut dicitur prime Ioan. 3. qui non diligit, manet in morte. Potest autem aliquis operari per instrumentum carens vita. Et a se separatum, quantum ad corporis unionem

dum modo sit coniunctum per quandam motionem: aliter enim operatur artifex per manum, & aliter per securim. Sic igitur Christus operatur in sacramentis, & per bonos tanquam per membra viventia: & per malos tanquam per instrumenta carentia vita.

A D T E R . T I V M dicendum. Quod aliquid est debitum esse in sacramento dupl citer. Vno modo sicut existēt de necessitate sacramenti, quod quidem si desit, non perfici tur sacramentum: sicut si desit debita forma vel debita materia. Alio modo est aliquid debitum esse in sacramento secundum quan dam decentiam, & hoc modo debitum est, ut ministri sacramentorum sint boni.

IN HOC articulo est conclusio diui Tho mæ, quod mali ministri possunt confidere sacramenta. Quæ conclusio intelligitur, quod pos sunt, idest si tentent facere erunt vera sacramenta: non tamen quod possunt idest licite faciant. **P R O B A T**, quia minister est instrumentum dei. Et sicut artifex operatur aliquando per malum instrumentum: ita etiam deus per malum instrumentum. Et quidem catholici omnes semper conclusionem hanc concederunt: & hoc tractant scholastici communiter in. 4.d.5.

A L I Q. VI tamen hæretici eam negant. Dicunt enim, quod mali ministri esto tentent confidere aliquod sacramentum non conficiunt. **P R O Q.** V O tamen est notandum, quod mali ministri sunt duplices. Quidam sunt intra gremium ecclesiæ: ita quod licet sint in peccato mortali sunt fideles. Alij autem mali ministri sunt extra ecclesiæ: quia sunt hæretici, de quibus po stea tractabimus, quæst. 14.

IOANNES bus habuit istū errorem, (s. quod existētes in peccato mortali non conficiunt sacramenta) qui condemnatus fuit in concilio constantiensi cuius non meminit. S. Tho. quia suo tempore nondū exortus erat. Et licet donatistæ quidā hæretici qui fuerū tempore Augustini dicerent, quod existentes extra ecclesiæ, non conficiebant sacramenta: postea tamē, Ioannes hus, & vbileph. istū errorem extenderunt.

ET probat Ioannes hus, quia peccator priuatur gratia qd est maius. Ergo etiā priuatur illa potestate. Et confirmatur, quia illa potestas & character sūt dona dei. Ergo priuatur illis, sicut & gratia.

SED hic error iā est dānatus. Et probatur quod ministri peccatores possint confidere sacramenta, ita quod factū teneat. Quia hæretici & infideles

qui sunt extra ecclesiæ possunt confidere vera sa cramenta, vt definitum est in concilio constantiensi contra Ioannem vbileph, & Ioannem hus hæreticos. Insuper & multis sanctorum testimonij. idem probari posset.

ET arguitur contra hunc errorē. Sicut potestas ordinis, ita & iurisdictionis est à deo. Sed nō suspen ditur aliquis potestate iurisdictionis propter pec catum. Ergo nec ordinis. Probatur antecedēs pro minori. i. petri. 2. Serui subditū estote in omni timore domini: non tantū bonis, sed etiā discolis. Et dominus Matth. 23. sic ait. Super cathedrā mortis federū scribæ & pharisei: quæcumque dixerint vobis facite, ea autem quæ ipsi faciunt nolite facere. Vbi loquebatur de prælatis legis nouæ.

P R A E T E R A Augustinus de baptismo contra donatistas lib. 6. cap. 1. dicit, quod post cipri. num in quodā cōcilio generali fuit determinatū, quod hæretici vere baptizant, si vtantur forma ecclesiæ. Idem habetur. i. quæst. i. c. p. remissionem.

P R A E T E R A magister in. 4.d.5. & ibi omnes scholastici. Et Scotus iōdē sic probat, quod mali ministri conficiat sacramenta. Si sacramenta nō possunt conferri à malis ministris, nemo esset certus an receperisset sacramentum: & per consequens non bene religione christiane prouisum esset.

P R A E T E R A Sic est determinatū cap. ii inter de consecratione. d. 4. & est de sumptū ab Augustino contra crecentiū grāmaticū. Vide Vualdē sem de hoc libro de sacramentis cap. 3. & 4.

P R A E T E R A Sic determinatur de consecratio ne. d. 4. cap. romanus & est isidor. Et. i. quæst. i. cap. si fuerit. Et ita fideles nunquā de hoc dubita uerunt. s. quod mali ministri peccatores conf errant vera sacramenta.

Attamen aliquando in ecclesia dubitatum est: an hæretici conferrēt vera sacramenta. Et ciprianus habuit quod non, & aliqui cum illo in quodam cōcilio carthaginensi provinciali. Sed Augustinus epistola. 23. de baptismō parvularū, scriptū contra hoc: & dicit quod in diu cipriano purgatum fuit illud per mar. iūrum. Nūc autem esset hæreticum dicere, quod hæretici non confidere baptismū verum, aut alia sacramenta, excepta confessione ad quam requiritur iurisdictionis.

ET probatur. Qui aliter sentit de sacramentis quæ ecclesia romana, est hæreticus cap. ad abolend. im extra de hæreticis. Sed ecclesia iā determinauit, quod est validū sacramentū collatū ab hæretico, si seruet formam ecclesiæ: vt habetur extra de summa trinitate & fide catholica, & de consecra. d. 4. cap. romanus, & in multis alijs locis. Ergo. &c.

Si autem aliqua iura oppositum dicant, sicut. i. quæst. i. cap. si quis confugerit ad ecclesiæ de cathaphrigis & paulianistis, statutum est rebaptizari. &c. intelligitur, quando non fuit apposita forma ecclesiæ. Ex Vualdense vbi supra poteris accipere testimonia sanctorum quæ volueris cap. 4. de sacramentis;

A D A R G V M E N T V M. Autem hæreti corum, respondetur dupliciter. Primo, quod deus non priuat effectu sacramentorum in poenam: sed quia gratia & peccatum opponuntur. Nec de us posset facere, quod quis sit in peccato mortali, & in gratia: & si posset facere esset magnum miraculum, quia ex natura sua illa sunt contraria. Cum potestate autem ordinis vel iuris dictionis nulla est repugnantia peccati mortalis: sicut de quoque alio artifice.

S E C V N D O, dico quod potestas datur propter alios: & nō propter habentes: ideo deus dimittit illam in peccatore propter eos quibus sacramenta ministranda sunt.

Articul. sextus,

Vtrum mali ministarantes sacramenta peccant.

D S E X T V M. Sic procedit. Videtur quod mali ministrantes sacramenta non peccent. Sicut enim ministratur deo in sacramentis, ita & per opera charitatis: & dicitur hebreorum ultimo, beneficentie & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus. Sed mali non peccant si ministrant deo in operibus charitatis, immo hoc est eis consulendum, secundum illud Danielis quarto consilium meum tibi placent & peccata tua eleemosinis redime. Ergo videtur quod mali non peccent in sacramentis ministrando.

P R A E T E R E A A. Quicunque comunicat alicui in peccato, etiam ipse est reus peccati, secundum illud Roma. 1. digni sunt morte, nō solum qui peccata faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. Sed si mali ministri peccant sacramenta ministrando, illi qui ab eis sacramenta recipiunt: eis in peccato comunicant. Ergo etiam ipsi peccarent, quod videtur in conueniens.

P R A E T E R E A Nullus videtur esse perplexus: quia si homo cogeretur desperare quasi nō potens peccatum evadere. Sed si ma

li peccarent sacramenta tradendo, essent per plexi: quia etiam quandoque peccarent si sacramenta non tradiderent, puta cum eis sex officio incubuit necessitas (dicitur enim. i. Corint. 9. ve mihi si non euangeliz auero, necessitas enim mihi incumbit) quandoque etiā propter periculum: sicut si puer in periculo mortis existens, offeratur alicui peccatori baptizandus. Ergo videtur quod mali non peccent sacramenta ministrando.

S E D C O N T R A est. Quod Dionisius dicit primo capite ecclesiastice Hierarchie, quod malis non est fas nec tangere simbola. i. sacramentalia signa.

ET in epistola ad demophilum dicit. Talis si peccator audax, videtur, sacerdotibus manū apponens, & non temet neque vere cū datur, diuina præter dignitatē exequens, & deū putans ignorare, quod ipse in seipso cognovit. & decipere estimat falso noī patrem ab ipso appellatū & audet immūdas infamias (non dicam orationes) super diuina signa Christi formiter enunciare.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod aliquis in agendo peccat, ex hoc quod operatur non secundum quod oportet, ut patet per philosophum in lib. ethi. Dictum est autem conueniens esse, ut sacramentorum ministri sint iusti: quia ministri debent domino conformari, secundum illud leuitici. 19. sancti eritis quoniam ego sanctus sum, & ecclesiastici. 10. secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et ideo non est dubium quin mali exhibentes se ministros deit ecclesiæ indispensatione sacramentorum peccant. Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam dei, & contaminatorem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum se ipsa in contaminabilia sint) consequens est quod tale peccatum ex genere suo sit mortale.

A D P R I M V M. Ergo dicendū, quod opera charitatis non sunt aliqua consecratio ne sanctificata, nisi sicut quædā iustitia partes. Et ideo hō qui se exhibet deo ministrū in

operibus charitatis, si sit iustus amplius sancti
ficatur, si vero sit peccator, per hoc ad sancti
tatem disponitur. Sed sacramenta in se ip
sis sanctificationem quandam habent, per
mysticam consecrationem: ita ideo praex
igitur in ministro sanctitas iustitia, ut con
gruat suo ministerio. Et ideo in congrue agit
et peccat, si in peccato existet ad tale minister
rum accedit.

A D S E C V N D U M Dicendum.
Quod ille qui ad sacramentum accedit, sus
cipit sacramenta a ministro ecclesie, non in
quantum est talis persona, sed in quantum est
minister ecclesie. Et ideo quandiu ab ecclesia
toleratur in ministerio, ille qui ab eo suscipit
sacramentum, non communicat peccato eius:
sed communicat ecclesie, quae eum tanquam
ministrum exhibet. Si vero ab ecclesia non tol
eretur (putacum degradatur, vel excom
municatur, vel suspenditur) peccat qui ab eo
accipit sacramentum: quia communicat pec
cato ipsius.

A D T E R T I V M. Dicendum, quod
ille qui est in peccato mortali, non est per plexus
simpliciter, si ex officio ei incumbat sacra
menta dispensarc: quia potest penitente depec
cato, et licite ministrare. Non est autem inconveniens
quod sit perplexus supposito quod
dā s. quod velit remanere in peccato. In arti
culo tamen necessitatibus non peccaret baptizan
do, in casu in quo etiam posset laicus baptiza
re: sic enim patet quod non exhiberet se mini
strum ecclesie, sed subueniret necessitatempa
cienti. Secusest autem in alijs sacramentis, quae
non sunt tantæ necessitatibus sicut baptimus: ut
infraparebit.

TN HOC articulo granis est quæstionan. s. lice
at malis ministris conferre sacramenta. Ad
hoc sicut Tho. respōdet duabus propositionibus.
PRIMA est, quod peccant malis ministri confe
rentes aliquod sacramentum.
SECUNDA est, quod de se peccant mortaliter.
ET de prima conclusione dicit quod non est du
biū: quoniam in 4. d. 5. q. 2. art. 2. quæst. 4. dixi
rit, malos ministros administrantes sacramen
ta peccare, secundum probabile opinionem. Vbi

videtur quod non erat tam certum tunc. Nunc
autem absolute dicit quod peccant: & verum est.
ET probatur. Inferre sacramento minorem irre
uerentiam quam ministrare in peccato mortali,
est peccatum. Ergo etiam ministrare in mortali
Probatur antecedens. Siquis cooperito capite mi
nistraret Eucharistiam sine necessitate: vel vt can
que irreuerenter est peccatum. Ergo & mini
strare sacramentum in mortali est peccatum: quia
est irreuerentia.

ET confirmatur. Illud factum est peccatum, quod
est reprehensione dignum. Sed ministrare sacra
mentum in mortali, est reprehensibile. Ergo. &c.
Et in hoc omnes conuenient.

S E C U N D A conclusio habet maiorem diffi
cultatem. s. quod mali ministri peccant mortaliter
administrantes sacramenta. Et videtur quod
non sit vera.

P R I M O, quia mali ministri nulli nocent: quia
nihil tollunt de essentia sacramenti: quinimmo
malus minister confert ita bonum sacramentum
sicut & sanctus.

S E C U N D O. Illa quæ spectant ad decentiam
(velut discooperto capitis) si prætermittantur, no
est peccatum mortale, sicut neque irreuerentia om
nis: Ergo nec irreuerentia hæc (s. administrare in
mortali sacramentū) erit mortalium.

T E R T I O. Sequeretur quod minister ad dā
Eucharistiā teneretur, confiteri, sicut infirmis. Et
similiter qui puerum baptizare deberet.

Q V A R T O. Sequeretur quod sacerdos cele
brans in mortali, peccaret duplex peccatum (vnū
conficiendo. s. alterum sumendo) quod non vide
tur verum. Ergo confidere sacramentum in mor
tali non est peccatum mortale.

Q V I N T O. Sequeretur quod contrahentes
matrimonium in mortali, peccarent mortaliter.
Non vt recipienti (quia sic notum est quod peccat
mortaliter) sed vt ministri sacramenti: quia non
est illuc alius minister sacramenti illius nisi ipsi
coniuges.

S E X T O. Non debemus damnare aliquem de
mortali, nisi auctoritate scripturar: quia s. est con
tra charitatem dei aut proximi, vel quia est præ
ceptum. Sed ministrare sacramentum in peccato
mortali, non est contra præceptum, nec contra
charitatem. Ergo non est mortale.

H I S T A M E N. Non obstantibus, omnes di
cunt (in 4. d. 1. & Gabriel super canonem lectione
secundi) quod mali ministri peccant mortaliter
administrantes sacramenta in mortali.

P R O B A T U R, Major irreuerentia est tractare sa
cramenta nouæ legis cum peccato mortali quæ
tractare sacramenta veteris legis cum immundi
cia corporali. Sed hoc in veteri lege erat mortale.

Ergo illud in noua lege. Minor probatur leui. 22.
Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea
quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Isra
el domino in quo est immundicia: peribit coram

domino. Consequutio probatur: quia magis con
trariatur peccatum mortale irreuerentiae sacramen
torum, quam immundicia corporalis.

S E C U N D O. Vt ait Apostolus priore ad Corin
to. omnia in figura contingebant illis. Sed ibi pu
nientur poena capitum accedentes ad sacramen
ta cum immundicia corporis. Ergo significabat
poenam peccato mortali debitam, qua modo de
berent puniri pro tali irreuerentia. s. peccati mor
talis. Et hoc videtur significare illud de oza,
qui tetigit archam domini & mortuus est. 3. re
gum cap. 6.

T E R T I O. Dionysius dicit quod nefas est tan
gere simbola in mortali (vt hic citat sanct. Tho.
in argumento in contra). Ergo est mortale.

Q V A R T O. i. quæst. i. cap. remissionem, di
citur, Simoniaci sacramentumunctionis, sibi
quidem inutiliter, & perniciose habent: alijs vti
liter, & salubriter eandem unctionem admitti
strant. Quod non dicitur, nisi propter peccatum
mortale. Ergo est mortale.

Q V I N T O. De consecratione d. 4. cap. ba
ptismus dicitur, iustos oportet esse ones, per quos
baptizatur. Iustos oportet esse tanti iudicis minis
trios, si ministrare iuste voluerint. Et hoc est Au
gustini tractatu quinto super Ioannem.

S E X T O. Qui recipit sacramentum in mor
tali, peccat mortaliter peccatum sacrilegij. Ergo
& qui ministrat. Nam recipiens, non ob id tan
tum peccat, quia ponit obicem ne recipiat gratiam,
sed quia irreuerenter recipit. Ergo etiam mini
strans: quia maior debet esse irreuerentia mini
strantis, quam recipientis: cū ministrans sit agēs.

S E P T I M O. Si ministrans sacramentum

non peccat mortaliter. Ergo sacerdos celebrans

in mortali, non peccaret mortaliter, si non reci
piat sacramentum: quod non videtur verum.

O C T A V O. Non habemus ex sacra scriptu
ra, quod ordinatio sacerdotum conferat gratiam:
& nihilominus omnes tenet, quod est verum
sacramentum, & confert gratiam. Sed illa gratia
est disponsens, & faciens idoneum ministrum.
Si ergo sine gratia minister possit esse idoneus,
quid agit gratia? Super vacanea enim esset.

N O N O. Alia irreuerentia in administrati
one sacramentorum, est peccatum mortale (vt si
quis manibus obscenis, aut loco notabiliter im
mundo celebraret). Ergo etiam anima immuni
da quæ obscenior est. Sed latius de his in mate
ria Eucharistia.

A D A R G V M E N T A. Autem in contra
rium dico. Ad primum, quod quantum est
de se, nocet sacramento, cui facit iniuriam.

A D S E C U N D U M. Dico, quod verum
est, bonitatem ministri non esse de essentia sa
cramenti, requiritur tamen ad eius decentiam
& irreuerentiam: maxime secundum quod est actio
humana: est que circumstantia valde requisita,
Quæ quidem irreuerentia mortaliter est: quia ma

gnia: secus autem si parua esset.

A D T E R T I V M. Nego, quod ad dan
dum sacramentum, requiratur confessio: sed suf
ficit contritio, licet non ad recipiendum præci
pue Eucharistiam.

A D Q V A R T V M. Dico, quod potest
concedi illatum, sed satis explicatur in confes
sione, si dicatur acuso me quod celebraui in pecca
to mortali.

S E C U N D O. Nego assumptum: sed peccat
vnum peccatum eti magnum.

A D Q V I N T V M. Nego consequutio
nem, quia intelligitur de ministrantibus solen
niter, vt ministri ecclesiæ, vt expressim in corpo
re articuli dicit sanct. Thom. At coniuges non ce
lebrant matrimonium, vt ministri ecclesiæ.

A D S E X T V M. Dico, quod est contra pri
mum præceptum de calogi. i. vnum cole deum:
quia irreuerenter colit deum. Et contra illud leui
19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

D V B I T A T V R. Consequenter, an
tangens Eucharistiam in mortali, peccet
mortaliter.

Dubium
secundum;

A D H O C. Adrianus in 4. quæstione tertia, de
baptismo respondet quod sicut tangat vt
eleuet hostiam, quæ casu cecidit in lutu. Probat,
quia irreuerenter tangit. Sed hoc est durum.
Ideo sanct. Thom. in 4. d. 13. quæst. i. articul. 3.
ad 3. & in hac prima quartæ quæst. 23. articul. 3.
in corpore, dicit, quod si peccator tangat Eucha
ristiam ex necessitate, quia erat in luto, non pec
cat nec venialiter. Idem dicit Paludanus in 4. d.
5. quæst. 2. Et Gabriel super canonem lectione
secunda. Ratio est, quia sanct. Thom. & doctores
dicentes, quod peccat mortaliter minister, in
mortali ministrans sacramentum, intelligent
de ministro administrante cum solemnitate ec
clesie, non autem si solum tangat ad supplendam
aliquam necessitatem.

D V B I T A T V R. Rursus. An contra
henites in mortali peccant mortaliter. Et tertium.
Dubium

videtur quod sic, & quod bis peccant, quia mini
strant, & recipiunt.

A D H O C. Dico primo, quod peccant mot
aliter, quia recipiunt. Et hoc est certum, & ab
omnibus receptum.

S E C U N D O. Dico, quod in quantum sunt
ministri non peccant nec sacerdos assistens: quia
non est aliquis sanctificatus minister ad illud sa
cramentum. Et ideo coniuges non ministrant
matrimonium, vt ministri ad hoc consecrati ex
officio. Vnde sequitur, quod solum peccant mor
taliter illi, qui sunt consecrati ad administran
da sacramenta, & exhibent se tanquam mini
stres administrandum.

D V B I T A T V R. An qui purat se esse sine
peccato, & vere est in peccato, facit ramen a
liquam diligentiam vt exeat a peccato, non tam
sufficientem, peccet mortaliter administrans

E iiiij

sacramentum.

AD HOC dico primo, quod latius dicemus de hoc in materia Eucharistiae Secundo, dico quod talis non peccare. Itaque quicunque sine conscientia peccati mortalis accedit & ministrat non peccat. Vnde quando sanct. Thom. dicit, quod minister administrans sacramentum in peccato mortaliter peccat mortaliter: intelligitur si ministeret cum conscientia peccati mortalis.

DUBITAT VR Quinto, an praedicare in ecclesia in peccato mortali sic mortaliter. Videtur quod ita: quia est officium presbiteri. Sed peccat quis ministrando in mortali sacramenta: quia est sanctificatus ad illud officium. Ergo praedicando quia etiam est consecratus ad illud officium.

AD HOC. Caietanus hic concedit, quod qui ex officio praedicat in mortali peccat mortaliter. Probatur ratione facta.

SECUNDUM. quia facit iniuriam, cum praedicet non futendum & furetur.

TERTIO, probatur ex illo psalmi. 49. peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per eos tuum? Sed dominus Caietanus non est in hoc constans quia oppositum dixit in summa, in verbo prædicatorum peccata.

IDEO ego dico quod non peccat mortaliter: licet grauiter venialiter.

RATIEST, quia non probatur quod peccet mortaliter, peccator prædicans in mortali. Nam non est magna irreuerentia, sicut in sacramentis.

AD argumenta in oppositum facile est responde re. Ad primum dico, quod esto sit consecratus ad illud officium: est tamen quid leue, & non ita magnum & sanctum vt sacramenta.

AD SECUNDVM dico, quod est leuis irreuerentia.

AD TERTIVM, concedo quod est reprehensible: sed non mortaliter.

DUBITAT VR Sexto, An diachonus & subdiachonus ministrantes sua officia in mortali peccat mortaliter. Videtur quod sic: quia sunt ministri cooperatores ad ipsum sacramentum.

AD HOC dico, quod non peccant mortaliter: quia sanct. Thom. solum condemnat de mortali ministrans sacramentum in mortali. At diachonus non ministrat sacramentum: sed ordinatur ad seruendum sacerdoti ministranti.

SECUNDUM, Si diachoni peccarent mortaliter ministrantes suum officium. Ergo etiam cantantes missam in choro, & dicentes capitula, & patres spirituales in baptismo, & in confirmatione: quia etiam ministrant ibi in sacramento, quod tamen durum est. Constat enim nemine illos de mortali damare.

DUBITAT VR tamen. Si diachonus admini-

stret Eucharistiam in peccato mortali, an peccet mortaliter.

AD HOC dico, quod est dubium. Videtur quod ita: quia in absentia sacerdotis, diachonus potest administrare Eucharistiam.

SECUNDUM dico, quod inferius in materia de sacramento ordinis dicemus, an diachonus sit institutus, ad ministrandum Eucharistiam, vel non.

TERTIO dico pro nunc, quod non condemnarem de mortali diachonum sic ministrantem: quia non est minister ad ministrandum sacramentum, sed ad seruendum sacerdoti.

CIRCA Secundum argumentum doctoris dubitatur, an qui recipit sacramentum ab existente in peccato mortali, peccat mortaliter. Videtur quod ita: quia communicat peccato illius, quod est mortale.

HAEC quæstio tractatur a magistro sententiis & ab scholasticis in 4. d. 5. Et ibidem a sanct. Thom. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula. 4. Et hic ad secundum dicit: & omnes communiter in 4. & sit prima propositio. Si minister toleratur ab ecclesia: non peccat recipiens ab illo sacramentum. Ratio est: quia non recipit ab illo sacramentum in quantum est talis persona: sed in quantum est minister ecclesia. Vnde non communicat ille: sed potius ecclesia cuius est minister.

SECUNDUM propositio. Si minister non sit toleratus ab ecclesia, sed degradatus aut excommunicatus: peccat qui ab illo accipit sacramentum quia tunc communicat peccato illius.

DUBITAT VR Tamen an liceat indu Dubium cere ministrum existet in peccato mortali, ad ministrandum sacramentum. Nam si minister est communicans populum: posset quis accedere, & accipere sacramentum. Sed tota difficultas est, an possim rogare ministrum quem scio esse in mortali: vt audiat meam confessionem, & conferat mihi sacramentum.

AD HOC Caietanus respondet & in sententia ponit aliqua dicta.

PRIMVM dictum est. Licet petere sacramentum a malo ministro, in casu necessitatis.

SECUNDVM est. Licet petere sacramentum a malo ministro, quando est meus curatus vel prælatus. Et hæc duo dicit sanct. Thom. in 4. d. 5. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula. 4. Et ratio est: quia ille petens sacramentum vtitur iure suo: & petit vnum, quod minister potest licite conferre, si doleat de peccatis suis. Et ideo non communicat talis peccato illius.

Idem dicit Durand. 4. d. 5. quæst. 2. Et Adriatus in 4. quæst. 3. de baptismo. Et communiter alij. Et ponunt exemplum de petente ad usuram, qui est in necessitate non peccat (esto scilicet quod alius nobilitate sine peccato) petendo mutuum, & accipien docum usuram.

SED DVBIUM est, an extra illos casus, liceat petere, & mouere alium ministrum: vt det sacramentum.

AD HOC Adrianus ubi supra dicit, quod licet petere, & accipere a quocunque parato: & ponit exemplum de petente ad usuram etiam sine necessitate, sed cum utilitate, ab illo qui est paratus dare. Caietanus autem dicit, quod non licet recipere sacramenta a malo ministro: nisi in casu necessitatis. Et idem Paludanus in 4. d. 5. quæst. 2.

MICHI vero magis placet opinio Adriani: quod non peccat mortaliter, qui petet & accipit sacramentum a peccatore parato ad undum: secus autem si non esset paratus. Sicut si esset sacerdos in peccato mortali, & ideo non vult celebrare: esset peccatum mortale sollicitare illum, aut petere ab illo sacramentum, aut inducere ut celebret extra casum necessitatis. Nam in necessitate rogare ministrum, etiam non suum non est mortale si solum sit in mortali: secus esset de excommunicato aut degradato. Idem dicit Iohannes Echius lib. de iuramento, conclusione. 6. quod licitum est petere iuramentum ab eo, quem scis iuratum per falsum deum & peccatarum protuta utilitate, & non solum pro necessitate.

VBI notandum est, quod ante concilium constantinense non licet communicare cum aliquo excommunicato, nec ab illo recipere aliquod sacramentum, siue esset nominatim excommunicatus, siue non. In concilio autem constantiensi, & Basilensi determinatum fuit & ordinatum, propter timoratas conscientias, quod licet communicare (etiam in receptione sacramentorum) cum omnibus excommunicatis, excepto nominatim excommunicato, & illo qui percussit clericum, propter quod incidit in canonem, si quis suadet diabolo. Nam in his duobus casibus non licet recipere sacramentum a tali excommunicato. At esto minister sit haereticus, excommunicatus, si non sit nominatim excommunicatus: licet ab illo sumere sacramentum, quamvis sumens sciatis illum esse haereticum quantum erat communione excommunicationis.

CIRCA Tertium argumentum de illo quod dicit doctor, quod si minister administrat baptismum tempore necessitatis, esto sit in peccato non peccat mortaliter: quia non ad minister ut minister ecclesie, sed ut laicus qui cunque administraret. Dubitatur an hoc sit verum.

RESPONDENT Durandus ad hoc in 4. d. 5. quæst. 2. quod est opinio aliorum dicentium tamē ministrum tanquam excusari, quanta cumque sit necessitas. Et probant, quia cum omni necessitate semper est in manu sui poenitentie: & semper facit irreuerentiam. Et Durandus dimittit in determinatum.

PALUDANVS. Autem. d. 5. quæst. 2. pro-

bat illam opinionem (s. quod ille peccet) quia ad hoc manet minister: & ministrat tanquam minister illud sacramentum.

Necessitas non tollit, quoniam iste sit minister. Vnde de Paludanu dicit duo. Primum est, quod si recordatur in particulari tenetur conteri de peccato illo. Si autem in communi cogitat se peccatore: tenetur dolere in communi, & proponere quod emendabitur. Et si hoc non facit peccat mortaliter.

Idem dicit Adrianus in 4. quæst. 3. de baptismo. Capreolus in 4. d. 5. quæst. 2. recitat verba Paludani: & ea approbat.

EGO autem cum sanct. Thom. dico, quod non peccat: si minister in casu necessitatis. Et hoc dicit Caietanus hic. Et Silvester verbo baptismus 3. quæst. 4. Idem dicit sanct. Tho. in 4. d. 5. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula. 4.

Idem dicit Henricus de Ganda quodlibeto. 6. quæst. 4.

AD ARGUMENTA autem in contrarium. Ad illud quia adhuc manet minister, cōcedo. Sed non confert sacramentum tanquam minister: sed sicut secularis.

AD ALIVD, quia facit irreuerentia. Dico quod tunc est parua, irreuerentia quia solū ministrat si cut administraret secularis: qui non est ad illud cōsecratus. Et ratioquare peccant ministri est: quia non se exhibent idoneos ministerium, ad quod consecrati sunt, & quia abutuntur suis officijs.

POSVIMVS Secundam conclusionem contra Paludanum: quod non requiritur vt poeniteat de peccato, etiam si aduertat se esse in peccato non peccat in necessitate.

DUBITAT VR Tamen, an baptizans ex Dubium tra necessitatē sine solemnitate in mortali, peccat mortaliter. Et videtur quod ita: quia sanct. Thom. dicit quod non peccat irreuerentia quia solum communicat in necessitate. Et ideo excusat baptizantem, siue sit laicus siue sacerdos, propter necessitatem tantum, & non ex defectu solemnitatis.

SECUNDUM sanct. Tho. in 4. d. 5. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula. 4. dicit, quod baptizans in necessitate, esto sit in peccato mortali, non peccat. Ergo qui baptizat sine necessitate, esto baptizer sine solemnitate, peccat mortaliter.

DOCTORES. Tamen non mouent quæstionem hanc: sed ponunt conclusionem viuensalem, quod quicunque ministrat sacramentum in peccato mortali, peccat mortaliter. Et excipiunt casum necessitatis.

Videtur ergo quod sentiant, baptizantem extra casum necessitatis, quantumcumque baptizer sine solemnitate (si est in mortali) peccare mortaliter.

I DEO pono tertiam propositionem pro-

babilem. Baptizans extra casum necessitatis, sine solennitate, non peccat mortaliter, ex eo quod si ne solennitate facit.

P R O B A T V R : Quia diximus quod ideo peccat conferens sacramentum in peccato mortali, quia non se exhibet idoneum ministrum ad officium, ad quod consecratus est. Diximus etiam, quod contrahentes matrimonium non peccant mortaliter, esto contrahant in mortali: quia non sunt consecrati ad hoc officium. Et esto confirmatione committeretur laicus, non peccarent ipsi ministrando in peccato: quia ex commissione non requiritur sanctificatio ad exequendum officium commissa.

T V N C Sic arguo: Ministrans sine solemnitate, non ministrat tanquam minister, id est, ex officio: & in illo casu, si sine solennitate baptizaret laicus aliquis, non tanquam minister exerceret illud officium. Ergo.

E T ad sanct. Thomā dico: quod tantum excludit casum necessitatis: quia nunquam alicui licet sine necessitate, baptizare sine solennitate: sicut peccat si dimittat sacramentalia, & exorcismos sine necessitate.

Ideo sacerdos baptizans sine solennitate, non peccat quia baptizat in peccato: sed quia baptizat sine solennitate, sine necessitate, id est, quia sine necessitate relinquit solennitatem. Sed Caie dicit quod talis peccat mortaliter: quia solum excusat, quando necessitas compellit ad baptizandum sine solennitate. Et dicit quod sic intelligit sanct. Tho. & videtur verū: quia alias semper malus excusaretur: quia semper baptizaret sine solennitate. Et hoc est securius: esto aliud videbatur probabile.

D U B I U M duodecimum.
D V B I T A T V R : An quis possit licite propter necessitatem in mortali ministrare a-

liud sacramentum, præter baptismum.

A D H O C , Paludanus. 4.d.5. quæst. 2. dicit, quod eadem est ratio de sacramento confessionis, & eu-

charistia: quod excusat ministrans illa sacramenta in necessitate. Et citat ad hoc cap. . quod inter extra de poenitentiis & remissiōibus vbi dicitur, ex cussatur sacerdos cōmunicās aliqui in necessitate. Sed ego vidi illud caput: & nulla ibi fit mentio de ministrante sacramentū. Si tamen sit aliquid caput dicens quod excusat, tenēdū est. Sed ego credo, qd talis minister non excusat, in aliqua necessitate ministrando aliud sacramentum à baptismo: quia nunquam potest illud ministrare, nisi in quantum minister est, & in quantum sacerdos: quia non sacerdotes nō possunt alia sacramenta a baptismo ministrare.

D E alio dubio (an. s. recipiēs sacramentū à malo ministro peccat mortaliter) pono aliquas propositiones resoluendo materiam.

P R I M A propositio est. Recipere sacramēta à quo cunque sacerdote existente in mortali, non inducere, nec petendo, & sine scandalo, est licitū, siue sit proprius curatus siue nō, etiā, sine necessitate. Vt si

quis veniat ad ecclesiā, & videat sacerdotē in mortali existente ministrantē eucharistiā alijs, potest licite accedere & recipere ab illo sacramētum.

S E C U N D A propositio. A proprio sacerdote, alias parato licet accipere, & petere etiā sine necessitate. Hæc propositio cū præcedenti est omniū. Et S. Thom. 4.d.5. quæst. 2.art.2. quæstiuncula. 5. ad primū: vbi expresse dicit, quod etiā extra necessitatē potest quis petere sacramentū à suo sacerdote alias parato.

T E R T I A propositio. In articulo necessitatis licet petere a nō suo, & inducere illum etiam non paratus: vt si puer moreretur, licet casus sit difficultis, quia melius ageret ipse baptizando, vel etiā baptizet sacerdos non vt minister cū solennitate, sed tanquam supplens illā necessitatē. Et hæc etiam est omniū. Attamen circa istā conclusionem mouet dubium Scotus in. 4.d.5. q.2. An in necessitate, si sit laicus vir bonus, & sacerdos pessimus, sit potius petendū sacramentū baptismi, alaico bono, quam a peccatore sacerdote.

E T respondet, quod potius a sacerdote malo. Probat autem, quia iā sacerdoti licet baptizare cū sit in necessitate, & presente sacerdote, laicus nō debet ministrare. Et secundo. Quia sacramentū petendū est potius a ministro, quā ab alio. Et credo quod bene dicit. Sed oppositum dicit Silvester verbo baptismus, 3. in principio ante paragraphos. Mihi vero magis placet quod dicit Scotus.

Q U A R T A propositio. Inducere sacerdotē nō suū nec paratū sine necessitate est peccatum mortale. Hæc est etiam omnium doctorum. Et probatur, quia agit contra charitatem proximi.

Q U A V I N T A propositio. Extra necessitatē exige re sacramentū a suo parocho alias non parato, si facile potest ab alio iusto habere, est peccatum mortale. Vt si est sacerdos tuus in mortali, obidq; subtrahit se a sacramentorum ministratione, & tu es extra necessitatem: si illum inducas, vt te audiatur in confessione, quando non tenebaris confiteri, peccas mortaliter.

Probatur, quia posses facere vt ipse nō peccaret si ne iactura tua, si potes ab alio facile habere sacramentum. Secus si non posset habere ab alio sine magno labore.

S E X T A propositio. Etiā extra necessitatē licet inducere propriū sacerdotē alias non paratū: si facile ab alio sacramentū habere non possis. Vt si quis vult ex deuotione confiteri, & scit parochū suū esse in mortali, & ideo nō vult ministrare sacramenta: si ille qui vult confiteri nō habeat licentia vt alteri confiteatur, posset licite petere, quia virtutis iure suo. Nā proprius sacerdos tenetur ministrare sacramēta, non solum semel in anno, sed etiam extra necessitatem.

E T confirmatur, Quia licitum est petere mutuum sub vñsris à parato dare etiā sine necessitate, sed cum vñtilitate, & à non parato, si teneretur mutuare alias. Et idem de petente iuramentum à pa-

gano per falsos deos. Hæc conclusio est. S. Thom: in. 4.d.5. quæst. 2.art.2.

S E P T I M A propositio. Quando sacerdos non tenetur ministrare sacramentū, siue sit proprius siue non, inducere illum non paratum: est peccatum mortale. Vt si sacerdos est in peccato mortali in die dominica, licet inducere illum vt celebret: non tamen in alio die quando non tenetur celebrare, quia petens nihil perdit tunc nec habet ius ad illud.

O C T A V I A propositio. Si quis sacerdos est paratus siue proprius siue alienus, licet exigere, & inducere, & petere ab illo sacramentum. Vt si sacerdos sit in peccato, nihilominus non se subtrahit ab ministrando: potest quis etiam sine necessitate petere & rogare illum vt celebret: sicut potest petere ab usurario parato, etiam extra casum necessitatis.

N O N A propositio de excommunicatis. Quidam sunt excommunicati nominatim: alijs non nominatim. Ab excommunicatis ergo non nominatim qui nō sunt percusores clericorum: eo dem modo licet petere sacramentum, & eodem modo abstinentia est sicut de alio quocunque existente in peccato mortali. Et hoc ex indulgentia & extrauaganti concilio constantiens: quæ incipit ad uitanda scandala.

SE D contra. Nullus potest petere ab alio: quod ipse non potest dare sine peccato. At excommunicatus non potest ministrare sacramentum sine peccato. Ergo nullus potest petere ab illo. Ideo occasione huius argumenti.

D U B I U M VBITATVR. An sacerdos excommunicatus non nominatim, nec per cursor clerici, peccat ministrando sacramentum ex vi excommunicationis: quando administrat ad instantiam alicuius fidelis. Dico ex vi excommunicationis: quia ex eo quod est in peccato, manifestum est quod peccat mortaliter.

D E H O C sunt duæ opiniones. Quædam & noua dicit quod talis non peccat. Probatur quia alias nulla gratia daretur in concilio constantien si. & basiliensi in quibus dicitur, qd nullus teneatur abstinerre à communicatione alicuius excommunicati, interdicti, suspensi. &c. In administratione sacramentorum: nisi sit nominatim excommunicatus aut notorius cursor clerici. Si autem ille sic excommunicatus peccat administrando ex vi excommunicationis, alijs non possent petere: quia nullus potest petere ab alio, quod ille sine peccato dare non potest, communicaret enim peccato illius. Aut ergo nulla gratia datur in concilijs, aut ille non peccat ex vi excommunicationis.

A D H O C posses dicere, quod magna gratia datur in concilijs illis. Conceditur enim vt si sacerdos excommunicatus alijs sacramenta ministret possim & ego ab illo recipere: & tunc non incurram minorem excommunicationem si eum allo quar: & si dicat missam possum illam audire.

A R G V I T V R. Tamen contra istam opinionem. Sequeretur quod talis non esset irregularis, nec suspensus: quia solum erat propter præceptum, vel ius humanū, per quod obligabatur etiam ad peccatum. Sed illud tollitur perte quo ad peccatum. Ergo etiam quo ad alia: quia non est maior ratio de uno quam de alijs.

S E C V N D O. Talis non posset confiteri quia nō posset absoluī. Ergo semper peccaret.

T E R T I O. Verba concilij Basiliensis sunt. Per hoc nolumus in aliquo ipsos excommunicatos vel interdictos releuare, nec in aliquo eis suffragari. Sed si hoc esset verum, in multis eis suffraga- retur. Ergo peccant & sunt irregulares.

A D H O C, dicit Silvester in vñctimo folio sui cōflatorij, quod illa verba dicuntur in concilio Basiliensi. Verum quod non standum est illi, sed concilio constantiens. Dicit enim, quod Iohannes de turre cremata refert, concilium Basiliense (etiam quo ad ea quæ fuerunt facta ante divisionem) non fuisse approbatum: licet oppositum dixerit ipse Silvester in summa verbo excommunicationis. § 4.

E T ideo communis opinio est, quod talis peccat. Hoc dicit Cajetanus verbo excommunicatio minor, quod omnis excommunicatus peccat dans sacramentum aliquod. Idem videtur dicere Silvester vñ supra: quia dicit quod in illo verbo ad ministracione sacramentorum intelligitur solū, quod possimus audire missam, & recipere sacramenta si alijs ministrat: & conferre illis si petunt cum alijs, & non sunt publice excommunicati. Et denique nullus doctor qui hactenus scriperit dicit quod non peccet. Antoninus etiam 3. parte titulo. 25. cap. 2. § 2. & ex mente Hostiensis dicit: quod per constitutionem constantiae factam non tollitur, quin excommunicatus debeat cauere à communione aliorum fidelium in diuinis:

SE D prima est probabilis, & probabilior iudicio meo, & credo quod alia non potest defendi. Sed licet talis excommunicatus non peccat adminis- trando sacramenta, peccat celebrando: nec alijs possunt ab illo petere missam: quia non potest celebrare quin confiteatur. Non autem potest absoluī à peccatis, quin prius absoluatur ab excommunicatione. Et in omnibus his non relevatur excommunicatus: quia totum facit propter alios. Et ipse non datur facultas, vt faciat de le vel pro se, sed ad instantiam aliorum. Ipse vero tenetur abstine- re à communione aliorum, nisi quando alijs co- municant cum illo, quia tunc poterit respondere Margarita confessorum folio centesimo quadragesimo quinto latius extendit. Dicit enim quod excommunicatus, generaliter non peccat: esto quod ipse se immisscat & audiat diuinā, & omnia alia alias prohibita excommunicatis faciat, propter illud concilium. Sed hæc est falsa & nimis extendit dictum concilium. Immo est cōtra illud quod dicit concilium in hoc nolumus

ipso excommunicato in aliquo releuare. Si hoc esset verum: in omnibus releuaretur. Et ex dictis facile est respondere informa ad argumenta in oppositum.

DÉCIMA propositio. Ab excommunicato etiam nominatim, in casu necessitatis licet petere, & in ducere administrandum sacramenta necessaria ad salutem: ut baptismum. Nec mirum cum quis que in necessitate possit baptizare sine peccato. Et haec est probabilius opinio.

D V B I T A T V R ultimo. An diaconus peccet & subdiaconus cantando euāgeliū vel epistolam in peccato mortali. Credo ego quod non: licet aliqui oppositione dicant, ut supra late diximus. Et idem credo de acolithis & de illis ministris qui veste ad sua ministeria accipiunt, quod s. accipiendo non peccant.

Dubium quartum decimū.

Articul. septimus

Vtrum angeli possint sacramenta ministrare.

AD SEPTIMVM. Sic proceditur. Videtur quod angeli possint sacramēta ministrare. Quicquid enim potest minister inferior potest & superior (sicut quicquid potest diaconus potest sacerdos) sed non convertitur. Sed angelis sunt superiores ministri in ordine Hierarchico, quam etiam quicunque homines: ut patet per Dionisium in libro cœlestis Hierarchie. Ergo cum homines possint ministrare in sacramētis, videtur quod multo magis angelis.

P R A E T E R E A. Homines sancti assimilantur angelis in cœlo: ut dicitur Matthe. 22. Sed aliqui sancti in cœlo existentes, possint ministrare in sacramentis: quia character sacramentalis est indelebilis, ut dictum est. Ergo videtur, quod etiam angelis possint in sacramentis ministrare.

P R A E T E R E A. (Sicut supra dictum est) diabolus est caput malorum: & malis sunt membræ eius. Sed per malos possunt ad ministrari sacramenta. Ergo videtur quod etiam per demones.

S E D C O N T R A E S T. Quod dicitur Hebr. s. Omnis pontifex ex hominibus assumptus: pro hominibus constituitur in his quae sunt ad deum. Sed angelis boni vel mali non sunt ex hominibus. Ergo ipsi non consti tuuntur ministri in his quae sunt ad deum id est in sacramentis.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) tota virtus sacramentorum à passione Christi derivatur: quae est Christi secundum quod est homo, cui innatura conformantur homines non autem angelii: sed potius secundum passionem dicitur modico ab angelis minoratus: ut patet Hebre. 2. Et ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare non autem ad Angelos.

S C I E N D V M. Tamen, quod sicut deus virtutem suam non alligavit sacramentis quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre: ita etiam virtutem suam non alligavit ecclesia ministri, quin etiam angelis possit virtutem tribuerem ministrandi in sacramentis. Et quia boni angeli sunt numeri veritatis, si aliquod sacramentale ministerium à bonis angelis perficeretur, efferratum habendum: quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina, sicut quedam tempora dicuntur angelico ministerio consecrata. Si vero demones qui sunt spiritus mendacij, aliquod sacramentale ministerium exhiberent: non esset ratum habendum.

A D P R I M U M. Ergo dicendum, quod illud quod faciunt homines inferiori modo, s. per sensibilia sacramenta, quae sunt proportionata natura ipsorum: faciunt angelis quam superiores ministri, superiori modo, s. inuisibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

A D S E C V N D V M. Dicendum quod sancti qui sunt in cœlo, sunt similes angelis quantum ad participationem gloriae: non autem quantum ad conditionem naturæ, & per consequens neque quantum ad sacramēta.

A D T E R T I V M. dicendum: quod mali homines non habent quod possint ministrare in sacramentis: ex hoc quod per maliciam sunt membra diaboli. Et ideo non sequitur quod diabolus qui est eorum caput magis hoc posset.

C I R C A hunc articulū nota quod sanct. Tho. petit an angelus possit baptizare, indifferenter loquens de natura angelica: siue sit angelus bonus siue malus.

Nota secundo, quod loquitur doctor de facto secundum legem ordinatā, i.e. ordinatum sit ut baptizent angelis: sicut ordinatum est ut baptizent homines. Nam de possibili, notum est quod angelii possent baptizare si deus vellet: Et ad hūc sensum (nempe de lege ordinata) respondet doctor, quod angelii non possunt baptizare, nec alia sacramēta ministrare: propter rationes in litera adductas.

O P P O S I T U M tamen huius conclusionis tenet Scotus in. 4. d. 9. quæst. 1. & probat. Angelus potest apponere omnia necessaria ad sacramentum, ut ad baptismum: quia potest lauare, & proferre verba cuī intentione faciēdi quod facit ecclesia. Ergo: AIDHOC dico prius negando maiorem: quia ut probant rationes sanct. Thom. apparenter, applicatio sacramenti debet esse per instrumentum communum primo agentis per Christum quatenus homo: & mediante illo per instrumentum separatum simile in natura coniuncto, in natura, in qua, humana.

S E C V N D O. Dico & melius. Quod prolatione verborum in sacramentis debet esse actus vitalis ipsius presentis ministri. In angelo autem non est ita: sed profert angelus illa verba percutiēdo corporis assumptū. Ideo maior argumenti non est vera. SED an homo beatus possit baptizare? Dicūt aliqui quod non de lege: quia sacramenta sunt ecclesiæ militantis, & beati sunt iam in ecclesia triumphante. Sed sanct. Thom. nullum hominem excipit. Ideo credo quod possunt, quia de illis bene proficit ritio sanct. Thomi. Et expresse ipse ad secundum dicit, quod beati possunt ministrare sacramenta: quia de legedeterminatum est, quod homines ea ministrarent, siue beati siue viatores.

Articul. octauus,

Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

A D O C T AV V M. Sic proceditur. Videtur quod intentio ministri non requiratur ad perfectionem sacramenti. Minister

enim in sacramento instrumentaliter operatur. Sed actio non perficitur secundum intentionem instrumenti: sed secundum intentionem principialis agentis. Ergo intentione ministeris non requiritur ad perfectionem sacramenti.

P R A E T E R E A. Non potest homini esse nota intentione alterius. Si igitur intentione ministri requiratur ad perfectionem sacramenti:

C I R C A hunc articulū nota quod sanct. Tho. petit an angelus possit baptizare, indifferenter loquens de natura angelica: siue sit angelus bonus siue malus.

Nota secundo, quod loquitur doctor de facto secundum legem ordinatā, i.e. ordinatum sit ut baptizent angelis: sicut ordinatum est ut baptizent homines. Nam de possibili, notum est quod angelii possent baptizare si deus vellet: Et ad hūc sensum (nempe de lege ordinata) respondet doctor, quod angelii non possunt baptizare, nec alia sacramēta ministrare: propter rationes in litera adductas.

O P P O S I T U M tamen huius conclusionis tenet Scotus in. 4. d. 9. quæst. 1. & probat. Angelus potest apponere omnia necessaria ad sacramentum, ut ad baptismum: quia potest lauare, & proferre verba cuī intentione faciēdi quod facit ecclesia. Ergo: AIDHOC dico prius negando maiorem: quia ut probant rationes sanct. Thom. apparenter, applicatio sacramenti debet esse per instrumentum communum primo agentis per Christum quatenus homo: & mediante illo per instrumentum separatum simile in natura coniuncto, in natura, in qua, humana.

S E C V N D O. Dicendum: quod quando aliquid se habet ad multa: oportet quod per aliquid determinetur ad unum: si illud effici debeat. Ea vero quae in sacramentis aguntur: possunt diversimode agi: sicut ablutione aquæ quae fit in baptismo: potest ordinari & ad mundicium corporalem. & ad sanitatem corporalem: & ad multa alia huiusmodi. Et ideo oportet quod determinetur ad unum: ad sacramentalem effectum per intentionem ablutentis. Et haec intentione exprimitur per verba quae in sacramentis dicuntur: putat cum dicit: ego te baptizo in nomine patris. &c.

A D P R I M U M. Ergo dicendum: quod instrumentum in animatum non habet aliquam intentionem respectu effectus: sed locum intentionis est in situ quo mouetur a principali agente. Sed instrumentum animatum (sicut est minister) non solum mouetur: sed

tisma non esse. Quare ergo solum intentionis defectum supplet deus, & non materiae aut formae. AD HOC dico primo. Dicere certum esse quod deus supplet defectum intentionis, est gratia dictum, nec est securum: quia est contra legem illam nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c.

Si vero cum moderamine dicatur, ut doctores dicunt, esset praeter legem & miraculum. Et hoc videtur sanct. Thom. sentire quia dicit. Posset sperari de salute illius pueri: magis quam si sine tali baptismo moreretur.

Vnde nimium hoc fauerit opinioni vel errori Caietani & aliorum tenentium puerum saluari: quem parentes volueront baptizare, & non potuerunt. Nam si deus supplet defectum baptismi, quando ex malitia minister non baptizat quare non supplebit quando parentes fecerunt quicquid potuerunt. Sed quia egocredo opinionem Caietani non esse veram: ideo dico & hanc non esse probabilem.

DUBIUM secundum. **D**icitur ad baptismum.

AD HOC sanct. Thom. & omnes dicunt: quod requiritur intentio faciendi quod ecclesia intendit ad minus, quia etiam sufficit quod intendat baptizare.

Arguitur tamen contra hoc. Ecclesia nihil intendit. Ergo non requiritur intentio. Antecedens probatur: quia ecclesia nihil de hoc cogitauit. Ergo. SECUNDUM. Si non esset ecclesia, hoc est, si nullus esset fidelis: ad huc conficeretur sacramentum. Ergo non requiritur intentio ecclesia.

AD HOC respondet ab omnibus, quod idem est intendere facere quod facit ecclesia, & velle facere quod Christus instituit. Et sine hac intentione nullus conficeret sacramentum. i. oportet ut vellet facere quod faciunt & intendunt facere illiqui ministrant & sequuntur Christum: vel sequi & imitari fuerint.

DUBIUM tertium. **D**icitur ad sacramentum.

Christus non instituit sic sacramentum, sicut sacerdos aut ecolapadistae qui dicunt verum corpus Christi non esse in sacramento, & credunt Christum non instituisse, ut corpus suum vere & realiter poneatur in Eucharistia, an talis conficeret sacramentum. AD HOC dico, quod si ille intendat facere quod facit ecclesia, verum conficit sacramentum: quicquid ipse pro se credit. Esto dicat: ego credo quod Christiani non habent sacramenta, nec aliquid faciunt per ea: attamen volo administrare hoc ad eorum intentionem & imitationem, conficit sacramentum.

AD argumenta vero in oppositum, quia ecclesia nihil intendit. Nego antecedens. Nam semper habet habitualem & virtualem intentionem: ut ministri eius in sacramentis intendat facere quod Christus instituit.

AD secundum, quia non est ecclesia. &c. Esto ita sit satis est quod fuit.

CIRCA tertium argumentum sanct. Thom. in quo dicit sufficere intentionem habitualem: quia non est dubium. Nam Scotus in 4.d.6. quest. 5. probat

oppositum. Intentio (inquit) habitualis, non est nisi aliquid relictum in voluntate. Si vero hoc sufficit sequeretur quod amens & ebrios possent sacramenta confidere. Ideo dicit ipse quod requiritur virtualis, i. præcedens actualis, & quod non interrumpatur per contrariam intentionem.

AD HOC dico quod conclusio scoti est vera. Sed idem intelligit sanct. Thom. per habitualē, quod Scotus per virtualem.

Arguitur tamen sumpta occasione ex argumento Scoti, quod amens possit baptizare. Nam habet virtualem intentionem: quia ante amentiam voluit baptizare. Sed similis intentio in amente sufficit ad hoc quod baptizetur. Ergo ad hoc quod baptizet. Dico quod non est simile: quia ut baptizetur sufficit quod non renitur formaliter nec virtus literis ad baptizandum non sufficit.

SED an requiratur ut quando aliquis est celebraturus semper actualiter attendat?

DICO quod non, sed satis est illa intentio quam habuit: ut quoties per totam vitam cum sacris vestibus ad altare accesserit, intendit confidere sacramentum, nec mutauit unquam. Et hanc intentionem vocat sanct. Thom. habitualem.

DUBIUM quarto. Siquis ex intentione

i. de industria totam attentionem diuerteret, quintum. dum conficit an conficeret sacramentum. Videtur quod non: quia non est actio humana ut Scotus dicit. ET confirmatur. Quia doctores dicunt: in materia de precibus horariis persoluendis, quod si quis voluntarie, attentionem totaliter perdat: non satis facit præcepto ecclesia, quia non est actio humana. Ergo eadem ratione in sacramentis.

AD HOC dico, & sit prima propositio. Siquis totaliter perderet attentionem, non consecraret.

SECUNDUM propositio. Quandiu manet ista intentione: volo confidere hoc sacramentum, conficit:

quia illa volutio est sufficiens quantum cunque distrahat ad hoc ut non dicatur omnino perdere attentionem. Illa enim volutio est attentio. Et ideo nego quod ille perdidit totam attentionem. TERTIA propositio. Illa volutio virtualis sufficit, & non requiritur actualis: hoc est, sufficit quod voluerit confidere sacramentum, nec mutauerit illam intentionem per actum contrarium, licet actu non aduertat ad confessionem sacramenti.

DUBIUM sextum. An si supponatur

sacramentum. Et nixime si minister sacramen-

tu-

tu-

tu-

tu-

niam requisita ad sacramentum. Ergo. Antecedens probatur: quia si aliquid deferset esset intentio. Sed minister intendit baptizare, vel ordinare istum sibi suppositum. Nam si non esset talis volutio non faceret. Et hoc videtur sanct. Thom. dicere in 4.d. 6. quest. 1. art. 2. ad. 4. & d. 30. quest. 1. art. 1. ad. 3.

AD argumentum de matrimonio: concedo ante cedens, & nego consequentiam: quia matrimonium est contractus & ideo si est error non tenet. Sed in alijs sacramentis satis est applicatio formæ ad materiam sufficienter disposita. Sicut etiam si quis baptizaret ex metu cadente in constantem virum teneret factum, & non teneret matrimonium.

DUBIUM septimum. An si episcopus dicat ego nolo ordinare aliquem excommunicatum, seu venientem sine licentia sui praælati, si ille ordinatus. Videtur quod sic. Nam esset magna confusio si quis postea inueniret se esse excommunicatum: quia esset ordinandus.

DICO igitur quod sacramentum tenet: quia sunt ibi omnia requisita ad illud, & intentio ordinandi istum & illum quando presentantur in particulari.

PRÆTEREA. Iura non dicunt quod tales non sint ordinati, sed suspensi. Et si episcopus apponenter ea quae sunt de essentia sacramenti sine intentione esset sacrilegium. Ergo si cum intentione imponit huic manus & alia requisita, quare ille non erit ordinatus. Verum est quod si haberet intentionem non conficiendi sacramentum: esto applicaret sacramentum non teneret factum. Sed illa intentione esset pessima. Nec esset aliquis episcopus qui requisitus post ordinationem responderet taliter: se habuisse intentionem. Sed ut communiter dicitur: est intention in particulari: quando ordinandus se offert episcopo initianti.

Articul. nonus,

Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod fides ministri sit de necessitate sacramenti. Sicut enim dictum est, intentio ministri est necessaria ad sacramenti perfectionem.

Sed fides intentionem dirigit, ut Augustinus dicit contra Julianum. Ergo si desit vera fides in ministro: non perficitur sacramentum. PRÆTEREA. Si minister ecclesie veram fidem non habeat, videtur esse hereticus. Sed heretici (ut videtur) non possunt sacramenta conferre. Dicit enim Ciprianus in epistola contra hereticos. Omnia quecumque

faciunt heretici, carnalia sunt (et) inania, (et) falsa: ita ut nihil eorum que illi gerentur a nobis probari debeat. Et Leo Papa dicit in epistola ad Leonem Augustum. Manifestum est per crudelissimam vesaniam, in Alexandrina sede, omnium caelestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, (et) parricidia libis manibus impiorum, omnia se subtrahere mysteria. Ergo vera fides ministri est de necessitate sacramenti.

PRÆTEREA. Illi qui non habent veram fidem, videntur esse per excommunicationem ab ecclesia separati. Dicitur enim in secunda canonica Iohannis, si quis venit ad vos, (et) hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec aude dixeritis ei: (et) ad titum. 3. hereticum hominem post primam (et) secundam correctionem deuita.

Sed excommunicatus non videtur posse conferre ecclesiæ sacramentum, cum sit ab ecclesia separatus, ad cuius misterium pertinet sacramentorum dispensatio. Ergo videtur quod vera fides ministri, sit de necessitate sacramenti. SED CONTRA est, quod Augustinus dicit contra Petilianum donatistam, Memetote sacramentis dei: nihil obesse mores malorum hominum, quod illa vel non sint, vel minus facta sit. RESPONDEO dicendum, quod. (Sicut supra dictum est) quia minister in sacramentis instrumentalis operatur, non agit in virtute Christi. Sicut autem pertinet ad propriam virtutem hominis charitas, ita (et) fides. Unde sicut non requiritur ad perfectionem sacramenti, quod minister sit in charitate (sed possunt etiam peccatores sacramenta conferre, ut supra dictum est) ita non requiritur ad perfectionem sacramenti fides eius. Sed infidelis potest verum sacramentum præbere: dummodo cetera assint, quae sunt de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod potest contingere, quod aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid: (et) non circa veritatem. F

ritatē sacramenti qđ exhibet. Putā si aliquis credat iuramentum eſe in omni casu illicium, & tamen credit baptismum efficaciam habere ad salutem. Et sic talis in fidelitas nō impedit intentionem conferendi sacramentum. Si vero patiatur fidei effectum circa ipsum sacramentum quod exhibet, licet credat per id quod agitur exterius, nullum sequi interiorum effectum: non tamen ignorat quod ecclesia catholica intendit per huiusmodi quae exterius aguntur, præbere sacramentum. Vnde non obstante infidelitate, potest intendere facere id quod facit ecclesia: licet est imēd id nihil esse. Ettalis intentio sufficit ad sacramentum: quia (sicut supradictum est) minister sacramenti agit in persona totius ecclesiae: ex cuius fide suppletur id quod de est fidei ministri.

AD SECUNDVM dicendum, quod hæreticorum, quidam in collatione sacramentorum, formam ecclesie non seruant. Ettales neque sacramentum conferunt: neque rem sacramenti. Quidam vero seruant ecclesie formam, & tales conferunt quidem sacramentum, sed non conferunt rem sacramenti. Et hoc dico si sunt manifeste ab ecclesia precisi: quia ex hoc ipso quod alquis accipit sacramenta ab eis, peccat: & per hoc impeditur, ne effectum sacramenti consequatur. Vnde Augustinus dicit in libro de fide ad petrum. Firmissime tene, & nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, baptismo cumulari perniciem. Et per hunc modum dicit Leo Papa, in sede Alexandrina sacramentorum lumen esse extinctum sicut quantum ad rem sacramenti, non autē quantum ad ipsum sacramentum.

CIPRIANVS autem nullo modo sacramentum conferre hæreticos posse, credebat: sed in hoc eius sententia non tenetur. Vnde Augustinus dicit martirem Cyprianum, qui apud hæreticos vel Scismaticos datum baptismum molebat cognoscere, tanta merita ut que ad triumphum martyris secuta sunt: ut

charitatis (qua excellebat) luce, obumbratio icti fugaretur, & siquid purgadum erat passionis falce tolleretur.

AD TERTIUM dicendum, quod potestas ministrandi sacramenta, pertinet ad spiritualem characterem, qui indebet est, ut ex supradictis patet. Et ideo per hoc quod aliquis ab ecclesia suspenditur, & excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam utendi hac potestate. Et ideo sacramentum quidem confert: sed tamen peccat conferendo, & similiter ille qui ab eo accipit sacramentum. Et sic non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusat.

TIN HOC articulo nota, quod hæc conclusio, quod non requiritur fides ad conferendum verum baptismum, vel aliud sacramentum: est omnium Doctorum & Magistri in. 4. d. 6. cap. 1. Vbi dicit, quod in fideles vere conficiunt sacramenta. Habetur etiā hæc cōclusio de consecratione. d. 4. cap. Romanus. Et cap. quomodo exaudit. Et cap. à quadam iudeo.

E S T etiam determinatio Augustini in libro de unico baptismo: & contra Donatistas, & contra Petilianum, & contra Parmenianum, & in alijs locis.

QVAESTIO hæc (ans. s. requiratur fides ad verum sacramentum conferendum) fuit dubia in ecclesia tempore diui Cipriani. Quo tempore congregatum est concilium in Africa, vbi conuenerūt plusquam quadringenti episcopi: & determinatum fuit, quod in fideles hæretici non conficiunt vera sacramenta. Verumtamen concilium illud prouinciale erat & non generale. Post mortem vero Cipriani, in primo concilio Carthaginensi fuit determinatum oppositum. Est in super sententia omnium doctorum: & contrarium nunc est hæreticum. Vualdensis etiam libro de sacramentis in principio facit multas rationes ex Augustino, & ex se. Ratio sancti Thomæ est etiam bona: quia non requiritur charitas: ergo nec fides, cum fides una virtus particularis sit: nec plus habeat quam charitas. Infidelitas igitur non obstat quin deatur verum sacramentum, cum odium dei non obstat.


PROCVIS conclusionis declaratione nota, quod ecclesia auferre ab hæreticis quicquid potest: non tamen auferre potest quin vera conferant sacramenta, ut patet per multa decreta. Cum igitur ecclesia hoc ab illis auferre non possit, super est, ut de iure diuino hanc habeant hæretici potestatem (baptizandi, & conficiendi eucharistiam omnianam que

niaque alia sacramenta, uno confessionis sacramento excepto, de quo infra in materia poenitentiae videbimus) sicut habebant, ante quam fidem amitterent.

VNDE sequit̄ cōtra hæreticos, ne hæreticos dicentes quod sacramēta nō sunt nisi quedā ceremonia de iure humano. Num cum ipsi recipiant determinationem concilij Carthaginensis: tenentur confiteri ordinem & alia sacramenta non esse de iure positivo, sed diuino. Quia ipsi reputant nos hæreticos: & nihilominus concedant, quod vera conficiunt sacramenta. Et hoc, s. quod hæretici vera conficiunt sacramenta, intelligitur de illis, qui servant veras formas sacramentorum, secus si illas mutarent.

Articul. decimus

Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.



D DECIMUS sic proceditur. Videtur quod recta intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni ecclesie, ut ex dictis patet. Sed intentio ecclesie semper est recta. Ergo denecessitate ad sacramenti perfectionem, requiriatur intentio recta ministri.

PRAETERE A. Peruersa intentio deterior esse videtur quam intentio iocosa.

Sed intentio iocosa tollit sacramentum: putatis aliquis non serio sed ludo aliquem baptizaret. Ergo multo magis peruersa intentio auferit sacramentum: putatis aliquis aliquem baptizaret, ut post modum eum occideret.

PRAETERE A. Peruersa intentio facit totum opus vitiosum, secundum illud Lucae. 12. si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Sed sacramenta Christi non possunt inquinari per malos homines sicut Augustinus dicit contrapositione. Ergo videtur quod sicut peruersa

intentio ministri, non sit ibi verum sacramentum.

SED CONTRA EST, quod peruersa intentio pertinet ad maliciam ministri. Sed malicia ministri non tollit sacramentum. Ergo nec peruersa intentio.

RESPONDEO dicendum, quod in te uero ministri potest peruersi dupliciter. Vno modo respectu ipsius sacramenti: puta cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere. Et talis peruersitas tollit veritatem sacramenti: precipue quā dosuam intentionem exterius manifestat.

ALIO MODO potest peruersi intentio ministri, quantum ad id quod sequitur sacramentum: putas si sacerdos intendat aliquā feminam baptizare, ut abutatur ea: vel si intendat confidere corpus Christi, ut eo ad beneficia utatur. Et quia prius non dependet a posteriori, inde est quod talis intentionis peruersitas, veritatem sacramentum tollit: sed ipsi minister ex tali intentione grauer peccat.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod ecclesie intentio recta est, & quantum ad sacramenti perfectionem, & quantum ad sacramenti usum. Sed prima rectitudine perficit sacramentum: secunda operatur ad meritum. Et ideo minister qui conformat intentionem suam ecclesie quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit quidem sacramentum, sed non est sibi ad meritum.

AD SECUNDUM dicendum, quod intentio ludrica vel iocosa excludit primam rectitudinem intentionis: per quam perficitur sacramentum. Et ideo non est similis ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod peruersa intentio peruerit opus intendentis, non autem opus alterius. Et ideo ex peruersa intentione ministri, perueritur id quod agit in sacramentis in quantum est opus eius: non in quantum est opus Christi cuius est minister. Et est simile. Si minister

Fij alcu-

alicuius hominis, prava intentione deferret pauperibus elemosinam, quam dominus recta intentione mandaret.

IN HOC articulo luculenter respondet sanct. Thom. vna distinctione bimembri: & duabus coniunctionibus, iuxta duo membra illius distinctionis PRIOR conclusio est. Si interior ministri est per uerfa respectu sacramenti, ita ut non intendat facere, ad minus quod facit ecclesia, impedit sacramentum. Nam, ut in articulo.8. præcedenti diximus, ad perficiendum sacramentum, requiriatur necessario intentio ministri, i. quod intendat facere quod ecclesia ibi intendit.

POSTERIOR conclusio est. Si intentio ministri est peruersa quo ad id quod consequitur sacramentum aut concomitatur, ut si quis baptizet mulierem ut ea abutatur, aut conficit eucharistiā, ut ea in beneficio utatur, non tollit veritatem sacramenti. Probat, quia posterius non tollit prius. Ergo id quod sequitur sacramentum non tollit sacramentum ipsum, & maxime quando de per accidens consequitur. Eodem etiam modo circumstantia concomitans de per accidens sacramentum, non tollit veritatem sacramenti.

SED CONTRA istam secundam conclusionē hoc modo arguo. Si cum minister sacramentum administrat peruersa intentione respectu consequentis vel concomitantis est verum sacramentum. Ergo sacramentum est peccatum mortale. Cōsequens tamen absurdum videtur. Ergo. &c. Ante cedēs probatur. Bene sequitur. Hęc ablutio est sacramentum. Et hęc ablutio est peccatum mortale. Ergo sacramentum est peccatum mortale.

AD HOC respondet hic sanct. Thom. ad. 3. distinguendo antecedens. Nam si sacramentum vel ablutio illa cōsideretur quatenus à ministro exit cum mala intentione, concedit quod sacramentum est peccatum. Si vero consideretur quatenus instrumentum dei est: non est peccatum sed bonus. Sacra menta enim de se nec bona erant nec mala. Sed facta sunt bona ex diuina institutione.

Dubium
primum.

DVBITATVR tamen an hęc sit absolute concedenda, sacramentum est peccatum vel malum. Videtur quod sic: quia, ut supra diximus, hęc ablutio est peccatum. Et hęc ablutio est sacramentum. Ergo sacramentum est peccatum. AD HOC dico, quod ista propositio, sacramentum est peccatum, non est concedenda absolute: quia facit hunc sensum. Sacramentum quatenus sacramentum, est peccatum. Sed est distinguendū etiam distinxit sanct. Thom. hic ad. 3. Et ad argumentum facile respondetur, quod non valet illa consequentia, quia committitur fallacia consequentis, cum consequens significet quod sacramentum quatenus sacramentum, sit peccatum, quod in antecedente nunquam fuit significatum.

DVBITATVR secundo, cum dominus precepit bona intentione seruo, quod det elemosinam, seruus autem dat mala intentione, an actio illa sit simpliciter mala vel partim bona & partim mala.

AD HOC quidam dicunt, quod ille aetus respectu domini est bonus: & respectu serui malus quod & diuus Thom. hic ad. 3. videtur dicere. Ego vero dico, quod simpliciter est dicendum malus: quia bonum est ex integra causa, malum autem ex quocunque defectu. Nihilominus meretur do minus, qui bona intentione elemosinam dari ius sit. Nec sanct. Thom. dixit quod actio esset bona ex parte præcipientis domini: sed quod ex parte eius non esset mala, sicut sacramentum ex parte Christi est bonum.

Quæstio Sexta.

De numero sacramentorum.



EINDE considerandum est de numero sacramentorum. Et circa hoc queruntur quatuor.

PRIMO, utrum sint septem sacramenta.

SECUNDO, de ordine eorum ad iniucē.

TERTIO, de comparatione eorum.

QUARTO, Utrum omnia sint dene-cessitate salutis.

Articul. primus,

Vtrum debeant esse septem sacramenta ecclesiæ.

ADVBITATVR tamen an hęc sit absolute concedenda, sacramentum est peccatum vel malum. Videtur quod sic: quia, ut supra diximus, hęc ablutio est peccatum. Et hęc ablutio est sacramentum. Ergo sacramentum est peccatum. AD HOC dico, quod ista propositio, sacramentum est peccatum, non est concedenda absolute: quia facit hunc sensum. Sacramentum quatenus sacramentum, est peccatum. Sed est distinguendū etiam distinxit sanct. Thom. hic ad. 3. Et ad argumentum facile respondetur, quod non valet illa consequentia, quia committitur fallacia consequentis, cum consequens significet quod sacramentum quatenus sacramentum, sit peccatum, quod in antecedente nunquam fuit significatum.

Dubium
secundū.

duo sacramenta.

PRÆTEREA. Sacra menta perti-
nent ad actiones ecclesiasticas Hierarchie, ut
per Dionysium patet. Sed sicut ipse dicit, tres
sunt actiones Hierarchie, scilicet purgatio, illumi-
natio, & perfectio. Ergo non debent esse nisi
tria sacramenta.

PRÆTEREA. Augustinus dicit
19. contra Faustum. Sacra menta nouæ legis
sunt numero pauciora, quam sacramenta ve-
teris legis. Sed in veteri legi non erat aliquod
sacramentum, quod responderet confirmati-
onem extrema unctioni. Ergo neque haec de-
bent numerari inter sacramenta nouæ legis.

PRÆTEREA. Luxuria non est
grauius inter cetera peccata: ut patet ex his
qua in secunda parte dicitur. Sed contra
alia peccata non instituitur aliquod sacramen-
tum. Ergo neque contra luxuriam debuit in-
stitui sacramentum matrimonij.

SED ECONVERSO, videtur quod
sint plura sacramenta. Sacra menta enim di-
cuntur quasi quedam sacra signa. Sed multæ
alii sanctificationes, fiunt in ecclesia secundū
sensibilia signa, sicut aqua benedicta cōsecre-
tio altaris, & alia huiusmodi. Ergo sunt plus
sacramenta quam septem.

PRÆTEREA. Hugo de sancto Vi-
ctori dicit, quod sacramenta veteris legis, fu-
erunt oblationes, decima, & sacrificia. Sed sac-
rificium ecclesie est unum sacramentum, quod
dicitur eucharistia. Ergo etiam oblationes
& decima debent dici sacramenta.

PRÆTEREA. Trias sunt genera
peccatorum, originale, mortale, & veniale.
Sed contra originale peccatum ordinatur ba-
ptismus: contra mortale autem pœnitentia.
Ergo deberet esse aliud præter septem, quod
ordinetur contra veniale.

RESPONDE O dicendum, quod (sicut
supradictum est) sacramenta ecclesiæ ordinan-
tur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in his
quaे pertinent ad culm dei secundum reli-
gionem Christianæ vita: & etiam in reme-

dium contra defectum peccati.

VTRIQUE autem modo, conuenient
ter ponuntur septem sacramenta. Vita enim
spiritualis conformitatem aliquam habet ad
vitam corporalem: sicut cetera corpora-
lia conformitatem quandam spiritualium
habent. In vita autem corporali dupliciter
aliquis perficitur. Uno modo quantum ad
personam propriam. Alio modo per respectum
ad totam communitatem societatis, in qua
vivit: quia homo naturaliter est animal so-
ciale. Respectu autem sui ipsius perficitur ho-
mo in vita corporali dupliciter. Vno modo
per se, acquirendo, scilicet aliquam vita perfeccio-
nem. Alio modo per accidentem, scilicet remouen-
do impedimenta vitæ: puta agititudes vel
aliquid huiusmodi.

PER SE autem perficitur corporalis vi-
ta tripliciter. Primo quidem per generationem
per quam homo incipit esse & vivere. Et lo-
co huius in spirituali vita est baptismus, qui
est spiritualis regenerationis: secundum illud ad
tum. 3. per lauacrum regenerationis. &c.
Secundo per augmentum: quo aliquis perdu-
cit ad perfectam qualitatem & virtutem.
Et loco huius in spirituali vita est cōfirma-
tio, in qua datur spiritus Sanctus ad robur.
Vnde dicitur discipulis iam baptizatis luce
ultimo, sedete in ciuitate, quo ad usque indu-
amini virtute ex alto. Tertio per nutritionem
qua conservatur in homine vita & virtus.
Et loco huius in spirituali vita est eucha-
ristia, unde dicitur Iohannis. 6. Ni simanduca
ueritis carnem filii hominis, & biberitis eius
sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

ET hoc quidem sufficeret homini, si habe-
ret & corporaliter & spiritualiter impassibili-
lem vitam. Sed quia homo incurrit inter-
dum, & corporalem infirmitatem, & spiri-
tualem, si peccatum, ideo necessaria est homi-
ni curatio ab infirmitate. Quae quidem est
duplex, una quidem est sanatio, que sanita-
tem restituit. Et loco huius in spirituali vi-
ta est pœnitentia, secundum illud psalmi, sa-

na animam meam qui peccavi tibi. Alius autem est restitutio validinis pristine per convenientem dietam et exercitum. Et loco huius in spirituali vita est extrema unitio: quae remouet peccatorum reliquias, et hominem paratum reddit ad finalem gloriam, unde dicitur Iacobi. s. Et si in peccatis fit dimittentur ei.

PER FICIT VR autem homo in ordine ad totam cōmunitatem dupliciter. Vno modo per hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem, et exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum ordinis: secundum illud Hebre. 7. quod sacerdotes hostias offerunt non solum professe, sed etiam pro populo..

SECUNDO, Quantum ad naturale propagationem: quod fit per matrimonium tam incorporali quam in spirituali vita, eo quod est non solum sacramentum, sed naturae officium. EX HIS etiam patet sacramentorum numerus, secundum quod ordinantur contra defitum peccati. Nam baptismus ordinatur contra carentiam vita spiritualis. Confirmatio contra infirmitatem animi, quae in nuper natis inuenitur. Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum. Pénitentia contra actuale peccatum, post baptismum commissum Extrema unitio contra reliquias peccatorum: quae si non sunt sufficiēter per pénitentiam sublatæ, aut ex negligentia aut ex ignorātia. Ordo contra dissolutionem multitudinis. Matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, et contra defectum multitudinis qui per mortem accidit.

QVIDAM vero accipiunt numerum sacramentorum, per quandam adaptationem ad virtutes, et ad defectus culparum et penalitatem, dicentes quod fidei respondet baptismus, et ordinatur contra culpam originalem. Spei extrema unitio, et ordinatur contra culpam veniale. Charitati eucharistia: et ordinatur contra pénalitatem maliciae. Prudentia ordo, et ordinatur contra ignorā-

tiā. Iustitia et pénitentia, et ordinatur contra peccatum mortale. Téperantia matrimonii, et ordinatur contra concupiscentiam. Fortitudini confirmationis, et ordinatur contra firmitatem.

AD PRIMUM. Ergo dicendum, quod idem agens principale virtutis diversis instrumentis ad diversos effectus secundum cōgruentiam operum. Et similiter virtus diuina et passio Christi operantur in nobis per diversa sacramenta, quasi per diversa instrumenta.

AD SECUNDUM dicendum, quod culpa et pena diversitatem habent, et secundum speciem, in quantum sunt diversæ species culparum et penarum, et secundum diversos hominum status et habitudines. Et secundum hoc, oportuit multiplicari sacramenta,

ut ex dictis patet.

AD TERTIUM dicendum, quod in actionibus Hierarchicis, considerantur et agentes et recipientes et actiones. Agentes sunt ministri ecclesie: ad quos pertinet ordinis sacramentum. Recipientes autem sunt illi qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem sunt purgatio, illuminatio, et perfectio. Sed sola purgatio non potest esse sacramentum nouæ legis, quod gratiam conferit: sed pertinet ad quedam sacramentalia, quae sunt ca thecismus et exorcismus. Purgatio autem et illuminatio simul, secundum Dionysium pertinet ad baptismum: et propter reciduum secundario pertinet ad pénitentiam et extrema unitiōnem. Perfectio autem quātum ad virtutem quidem (qua est quasi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem: quātum autem ad consecutionem finis, pertinet ad eucharistiā.

AD QUARTUM dicendum, quod in sacramento confirmationis datur plenitudo spiritus sancti ad robur: in extrema aut unitate preparatur homo, ut recipiat immediate gloriam. Quorū neutrū cōpetit veteri legi: et ideo nihil potuit his sacramentis in veteri legi responderē. Nihilominus tamē sacramentum in veteri legi plura fuerū numero, pppter diversitatem

templiciorum et ceremoniarum

AD QUINTUM dicendum, quod contra concupiscentiam venerorum, oportet specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum. Primo quidem, quia per humusmodi concupiscentiam non solum vitatur persona, sed etiam natura. Secundo propter vehementiam eius, quae ratione absorbet.

AD SEXTUM dicendum, quod aqua benedicta et aliae consecrationes, non dicuntur sacramenta: quia non perducunt ad sacramentum effectum, quies gratia sequitur. Sed sunt dispositiones quedam ad sacramenta, vel remouendo prohibens: sicut aqua benedicta ordinatur contra infidias demonum, et contra peccata venialia, vel etiam idoneitatē quādam faciendo ad sacramenti perfectionem, et perceptionem: sicut consecratur altare, et rōsa, propter reverentiam eucharistie.

AD SEPTIMVM dicendum, quod oblationes et decimæ ratiōnē tam in lege naturali quam in lege Moysi ordinatae non solum in subsidiū ministrorum et pauperū, sed etiā in figura, et ideo erat sacramenta. Nec autem non remanserūt in quantum sunt figuralia, et ideo non sunt sacramenta.

AD OCTAVUM dicendum, quod ad deletionem venialis peccati, non requiritur infusione gratiae. Unde cum iniquolibet sacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouæ legis instituitur directe contra veniale, quod tollitur per quedam sacramentalia: puta per aquam benedictam et alia huiusmodi. Quidam tamen dicunt, extremam unitiōnem contra peccatum veniale ordinari: sed de hoc suo loco dicetur.

IN HOC articulo incipit secunda distinctio magistri, vbi ponit multas propositiones: quae una est, quod matrimonium non conferit gratiam. Sed in hoc non tenetur: quia est determinatio ecclesie in oppositum, in concilio florentino sub eugenio. 4. quod si omnia sacramenta conferunt gratiam.

ALIA propositione magistri est, quod bapzizati baptismo Iohannis, si credebant et spem in baptis-

mo Iohannis non ponebant: non fuerū iterū baptizati. Et in hac etiam non tenetur magister.

IGITVR sanct. Thom. respondens ad dubium propositum, ponit conclusionem, quod tantū sunt septem sacramenta ecclesie: & dat congruentes rationes, quas vide in litera. In super in cocilio florentino determinatum est, sacramenta ecclesie esse tantum septem. Et extra de haereticis cap. ad abolendam, anathematizantur qui aliter de sacramentis sentiunt, quam romana ecclesia. At romana ecclesia dicit, quod tantum sunt septem. Ergo non licet aliud sentire.

SED contra, Dionisius in libro de ecclesiastica Hierarchia (ex professo de sacramentis agens) solum ponit sex sacramenta. Ergo non sunt septem. Nam matrimonium cum ceteris sacramentis non connumerantur.

RES PONDÉO adhuc, quod ideo Dionisius matrimonij non meminit: quia potius scribit sacramentorum ritum, ad dei cultum pertinentium, quam numerum. Cum autem in matrimonium ad cultum dei non pertineat, ideo de illo mentionem non fecit. Et hoc dicit sanct. Tho. in 4. d. 2. quæst. 1. articulo, 2. ad. 6. Solent tamen alii dicere, quod non intendebat Dionisius agere nisi tantum de sacramentis nouæ legis. At quia matrimonium sacramentum fuit in veteri lege, non egit de illo.

SECUNDO arguitur sic. Multa alia bona opera fecit Christus. Ergo & illa essent sacramenta. REpondet, quod alia opera Christi, nec significant nec conferunt gratiam ex opere operato, si cut ista signa quæ sunt sacramenta.

Sed contra (ad sensum sanctorum) non opus est dicere, quod detur aliquis gradus gratiae ratione sacramenti: & alius ratione operis operantis. Et ita non erant potius hæc sacramenta, quam alia opera meritoria.

AD hoc dico, quod non videtur satis fieri ab his, qui hanc differentiam ponunt inter opera meritoria & sacramenta. Ideo tenendum est, quod adhuc quod sacramentum gratiam conferat, non requiritur meritum ex parte recipientis, vel alterius, sed ratione sacramenti datur gratia. Quod non contingit in alijs operibus. Attamen quia hoc negant aliqui, dico secundo: quod sacramenta fuerunt instaurata, ut sanctificarent dādo gratiam, quod non est de alijs operibus.

TERTIO arguitur. Aqua lustralis (quam bene dictam vocant) est sacramentum: quia est signum rei sacrae. Ergo sacramenta sunt plura quam septem. AD hoc argumentum, respondet doctor hic ad sextum negando antecedens: quia aqua benedicta non significat practice sanctitatem. Nam eius effectus non est dare gratiam, sed ad illam dispensare. I. habet tollere de nonum impedimenta, & venialia remittere, quæ sine infusione gratiae remittuntur. Ideo est signum ad sanctitatem dispensans, non signum sanctitatis. Obidique nota est sacramentum.

QVAR TO arguitur. In sacramento ordinis sunt multa sacramenta. Ergo sacramenta sunt plura quam septem. Antecedens pater: quia diuersos effectus habent diaconatus & sacerdotium.

ADHOC Respondeo. quod omnia illa ordinantur ad unum finem. scilicet ad Eucharistiam immixtum, ideo non sunt plura sacramenta.

SED contra, quia etiam alia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam.

ADHOC dico, quod non ordinantur ad cōfessionem dū iimmediate, licet ordinetur ad eā digne sumēdū.

QVINTO arguitur. Consecratio episcopi est sacramentum. Ergo. &c. Antecedens patet. Quia non videtur conueniens consecrationem sacerdotis sacramentum esse, & non episcopi, cum maior sanctitas requiratur in episcopo, quā in presbitero. **A**DHOC argumentum nego antecedens, quod consecratio episcopi sit sacramentum. Et ad probationem dico, quod non est maior sanctitas episcopi essentialiter: sed videtur maior, quia presupponit sanctitatem presbiteri, & addit aliquam cōrmoniam accidentalem.

SEXTO sic arguo. Sumptio sacramenti est sacramentum. Et non est aliquod de septem, cum Eucharistia distinguitur ab actu sumēdi. Ergo. &c. **A**DHOC dico, quod sumptio in omni sacramento est sacramentum ipsum: quia sumptio non distinguitur a re sumpta.

SEPTIMO arguitur. Contractus matrimonij est sacramentum. Et non est matrimonium (mantenit enim matrimonij absq; contractu, & ecōtra) **A**DHOC dico, quod contractus matrimonij est ipsum matrimonium.

PRAETEREA. Iohannes de rubione dicit, quod ista sacramenta (baptismus, scilicet poenitentia & extrema uincitio) differunt formaliter: quia habent diuersos effectus. Nam baptismus contra originale poenitentia contra actualē mortale, extrema uincitio contra actualē veniale. Alia vero distinguuntur materialiter: quia ad eundem ordinantur effectum. Sed melius dicit. S. Tho. in articulo sequenti.

Articul. secūdus.

Vtrum sacramenta conuenienter ordinantur secūdum modum prædictum.

DSECUNDUM sic proceditur. Videtur quod inconvenienter sacramenta ordinantur secūdum modum prædictum. Vt enim Apostolus dicit. i. ad Corinth. 15. prius est quod est animalē, deinde quod spiri-

tuale. Sed per matrimonium generatur homo prima generatione, quae est animalē, per baptismum autem regeneratur homo secunda generatione, quae est spiritualis. Ergo matrimonium debet precedere baptismum.

PRÆTEREA. Per sacramētum ordinis, aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales. Sed agens est prior sua actione. Ergo ordo debet precedere baptismum & alias sacramenta.

PRÆTEREA. Eucharistia est spirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. Ergo eucharistia est prior confirmatione.

PRÆTEREA. Pœnitentia preparat hominem ad Eucharistiam. Sed dispositio præcedit perfectionem. Ergo pœnitentia debet precedere Eucharistiam.

PRÆTEREA. Quod est propinquius fini ultimi, est posterius. Sed extrema uincitio inter omnia sacramenta propinquior est ultimo fini beatitudinis. Ergo debet habere ultimum locum inter sacramenta.

IN CONTRARIUM est, quod communiter ordinantur ab omnibus sacramenta, sicut prius dictum est.

RESPONDEO dicendum, quod ratio ordinis sacramentorum apparet ex his que supra dicta sunt. Nam sicut unum est prius quam multitudo: ita sacramenta que ordinantur ad perfectionem unius personæ, naturaliter præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis. Et ideo ultimo inter sacramenta ponuntur ordo & matrimonium, quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem. Matrimonium tamen post ordinem: eo quod minus participat de ratione spiritualis vite, ad quā ordinantur sacramenta.

INTERR ea vero quæ ordinantur ad perfectionem unius personæ, naturaliter sunt priora illa quæ per se ordinantur ad perfectiōnem spiritualis vite, quā illa quæ ordinantur per accidens, scilicet ad remouendum acci-

dens nocium superveniēs: cuiusmodi sunt paenitentia & extrema uincitio. Posterior tandem est naturaliter extrema uincitio, quæ conservat sanationem, quam paenitentia quæ inchoat. Inter alia vero tria manifestum est, quod baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est prius: & deinde confirmatio quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis: & post modum Eucharistia, quæ ordinatur ad perfectionem finis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod matrimonium secundum quod ordinatur ad animalem vitam, est naturæ officium: sed secundum quod habet aliquid spiritualitatis est sacramentum. Et quia minimum habet de finalitate ultimo ponitur inter sacramenta.

ADS ECUNDVM dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit agens: præsupponitur quod sit in se perfectum. Et ideo priora sunt sacramenta quibus aliquis in se ipso perficitur: quam sacramentum ordinis: quo aliquis constituitur perfector aliorum.

ADTERTIVM dicendum, quod nutrimentum & præcedit augmentum, sicut causa eius, & subsequitur augmentum, sicut conservans hominem in perfecta quantitate & virtute. Et ideo potest Eucharistia præmitti confirmationi, ut Dionisius facit in libro ecclesiastice Hierarchie, & potest postponi, sicut magister facit in quarto sententiarum.

AD QVARTVM dicendum, quod ratio illa recte procederet, si pœnitentia ex necessitate requireretur ut preparatoria ad Eucharistiam. Sed hoc non est verum. Nam si quis est sine peccato mortali, non indigeret pœnitentia ad sumptionem Eucharistie. Et sic patet, quod per accidēs pœnitentia preparat ad Eucharistiam. Supposito peccato. Unde dicitur. 2. paralipo. ultimo, tu domine iustorum, non posuisti pœnitentiā iustis.

AD QVINTVM dicendum, quod extrema uincitio propter rationem induciam est ultimum inter sacramenta quæ ordinan-

tur ad perfectionem unius personæ.

IN hoc articulo nota. Prius, quod hic doct̄or sanctus solum ordinat sacramenta secundum effectus, & non secundum ordinem perfectionis. Nam secundum ordinem perfectionis: eucharistia in primo loco ponenda erat, cum sit omnium sacramentorum perfectissimum. Nec etiam ordinantur sacramenta secundum ordinem successio- nis aut temporis: quia non constat quod sacramētum prius à Christo institutum fuerit, quantum ad omnia sacramenta, licet de aliis constet, ut de baptismo.

SECVNDO, Notandum est, quod doct̄or dicit hic ad quartum, quod non habens peccatum mortale, non tenetur confiteri ante sumptionem eucharistie. Vnde sequitur, quod qui sola venialia habet, ex precepto ecclesiae confiteri non tenetur ante eucharistie sumptionem: cum alias ad ea cōfitenda ex aliquo precepto ecclesiae non obligetur. Et hoc dicit & probat Cajetanus hic: sed latius nos probabimus infra in materia de pœnitentia.

Sequitur secundo ex dicto sancti Thomæ, quod qui habet peccatum mortale tenetur confiteri antequam accedit ad sacramentum eucharistie: cōtra dominum Cajetanum.

Articul. tertius.

Verum sacramentum Eucharistie sit potissimum inter sacramenta.

DTERTIVM sic procedit. Videtur quod sacramentum Eucharistie, non sit potissimum inter sacramenta. Bonum enim commune potius est quam bonum unius, ut dicitur primo ethicorum. Sed matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanae per viam generationis, sacramentum autem Eucharistie ordinatur ad bonum proprium sumentis. Ergo non est potissimum sacramentorum.

PRÆTEREA. Digniora sacramenta esse videntur, quæ per maiorem ministrum conferuntur. Sed sacramentum confirmationis & sacramentum ordinis non conferuntur nisi per episcopum, qui est maior minister quā simplex sacerdos per quem confertur Eucharistie sacramentum. Ergo illa sacramenta sunt potiora.



P R A E T E R E A. Sacraenta tan zo sunt potiora, quanto maiorem virtutem habent. Sed quædam sacramenta imprimunt characterem (s. baptismus, confirmatio, & ordo) quod non facit Eucharistia. Ergo illa sacramenta sunt potiora.

P R A E T E R E A. Illud videtur esse potius ex quo alia dependent, & non econuer so. Sed ex baptismo dependet Eucharistia, non enim potest aliquis Eucharistiam accipere nisi fuerit baptizatus. Ergo baptismus est potior Eucharistia.

S E D C O N T R A E S T, quod Dionisi us dicit. 3. cap. ecclesiastice Hierarchie, quod non contingit aliquem perfici perfectione Hie rarchica, nisi per diuinam Eucharistia. Ergo hoc sacramentum est potissimum om nium aliorum.

R E S P O N D E O dicendum, quod sim pliciter loquendo sacramentum Eucharistie est potissimum inter alias sacramenta. Quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo, quod continetur in sacramentis. Nam in sacramento Eucharistie continetur ipse Christus substantialiter in alijs autem sacra mentis continetur quedam virtus instrumentalis participata a Christo, ut ex supradictis patet. Semper autem quod est per esse, sed quasi per accidens. s. in remedio super cvenientis defectus. Que tamen extrema vñctio comparatur ad paenitentiam, sicut confirmatione ad baptismum: ita s. quod paenitentia est maioris necessitatis, sed extrema vñctio est maioris perfectionis.

vñctio sacramentum eucharistie figura tur. Vnde etiæ apostolus dicit ephe. 1. sacra mentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia.

T E R T I O, hoc apparet ex ritu sacramento rum. Nam fere omnia sacramenta in eucha ristia consumantur, ut Dionisius dicit. 3. cap. ecclesiastice Hierarchie, sicut paret quod ordinati communicant, & etiam baptizati sint adulti.

A L I O R U M autem sacramentorum comparatio ad inuicem, potest esse multiplex. Nam in via necessitatis, baptismus est potissimum sacramentorum. In via autem perfectionis sacramentum ordinis. Medio autem modo se habet sacramentum confirmationis. Sacramentum veropoenitentie & extrema vñctio, sunt inferioris gradus à predictis sacramentis: quia (sicut dictum est) ordinantur ad vitam christianam, non per se, sed quasi per accidens. s. in remedio super cvenientis defectus. Que tamen extrema vñctio comparatur ad paenitentiam, sicut confirmatione ad baptismum: ita s. quod paenitentia est maioris necessitatis, sed extrema vñctio est maioris perfectionis.

A D P R I M U M. Ergo dicendum, quod matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter. Sed bonum commune spuiale totius ecclie, & continetur substantialiter in ipso eucharistia sacramento.

A D S E C V N D U M dicendum, quod per ordinem & confirmationem deputatur fideles Christi ad aliqua specialia officia, quæ pertinent ad officium principis. Et ideo tradere huiusmodi sacramenta, pertinet ad solum episcopum, qui est quasi princeps in ecclie. Per sacramentum vero eucharistie non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est.

A D T E R T I U M dicendum, quod character sacramentalis (sicut supra dictum est) est quædam participatio sacerdotij Christi. Vnde

st. Vnde sacramentum quod ipsum Christum coniungit homini, est dignus sacramento quod imprimet Christi characterem.

A D Q V A R T U M dicendum, quod ratio illa procedit ex parte necessitatis. Sic enim baptismus cum sit maxima necessitas est potissimum sacramentorum. Sicut ordo & confirmatione, habent quandam excellentiam ratione ministerij, & matrimonium ratione significationis. Nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignus simpliciter.

Dubium primum.

I N T E R T I O isto articulo dubitatur primo, quomodo verificatur dictum. S. Thom, quod extrema vñctio ordinatur ad eucharistiam, quia disponit ad illam. Nam si hoc verum est: deberet conferri fidelibus ante eucharistiam. Sed prius confertur eucharistia quam extrema vñctio. Ergo non est verum quod sanct. Thom. dicit.

A D H O C dico quod sanct. Thom. loquitur de extrema vñctione quantum ad effectum secundum se: & de eucharistia etiam quo ad effectum. Nam effectus extrema vñctio est sanare hominem spiritualiter languidum: effectus vero eucharistie est coniugere animam cum Christo, ad quam coniunctionem sanitas prærequisitur. Ideo absolute dicitur, quod extrema vñctio ordinatur ad eucharistiam.

Dubium secundum.

S E C V N D O dubitatur quomodo est verum quod dicit. S. Tho. ad. 2. quod fideles per confirmationem depurantur ad spirituale officium, spe & ans ad officium principis. Nam (vt infra videbitur) confirmatione confert robur confirmationis, & perfectus effectus baptismi. Hoc autem non est officium principis.

Dubium tertium.

A D H O C dico quod confirmatione dat robur fidelibus ad pugnandum pro fide. Et quia pugna est principis militie, ideo dicitur, confirmationem deputare confirmatos ad officium principis.

T E R T I O dubitatur, an omne sacramentum quod dicitur a. S. Thom. perfectius alio, det summi maiorem gratiam quam minus perfectum.

A D H O C dico quod haec non ex aucte constant, cum non sint omnia sic in particulari reuelata.

S E C V N D O, dico quod ita: quia alias non apparet, in quo extrema vñctio sit perfectior paenitentia, & confirmatione, baptismu, nisi in illo effectu gratuito. s. gratia.

Articul. quartus.

Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

D Q V A R T U M sic procedit. Videtur quod omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est nec esarium, videtur esse superfluum. Sed nullum sacramentum est superfluum, quia deus nihil facit frustra. Ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

P R A E T E R E A. Sicut de baptismo dicitur, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto non potest introire in regnum dei: ita de eucharistia dicitur. Ioan. 6. Nisi man duaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in eis. Ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis: ita & eucharistia.

P R A E T E R E A. Sine sacramento baptismi potest aliquis salutis fieri dummodo non contemptus religionis: sed necessitas sacramentum excludat: ut infra dicetur. Sed in quo libet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem. Ergo partitio omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

S E D C O N T R A E S T, quod pueri salvatur per solum baptismum sine alijs sacramentis. **R E S P O N D E O** dicendum: quod necessarius respectu finis de quo nunc loquimur, dicitur aliquid duplicitate. Unomodo sine quo non potest haber finis: sicut cibus est necessarius vita humana. Et hoc est simpliciter necessarius ad finem: Aliomodo dicitur esse necessarius id sine quo non habetur finis ita convenienter, sicut equus necessarius est ad iter. Hoc autem non est simpliciter necessarius ad finem. Primo igitur modo necessitatis sunt tria sacramenta necessaria: duo quidem proprie singulari, baptismus quidem simpliciter & absolute: paenitentia autem supposito peccato mortali post baptismum. Sacramentum autem ordinis est necessarius ecclesie: quia ubi non est gubernator: populus corruit: ut dicitur proverb. xi. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta. Nam confirmatione quodammodo perficit baptismum extrema vñctio paenitentiam: matrimonium vero ecclesia multitudinem per pro-

per propagationem conservat.

AD PRIMUM ergo dicendum quod ad hoc quod aliquid non sit superfluum, sufficit quod sit necessarium primo vel secundummodo: et sic sunt necessaria omnia sacramenta: sicut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum: quod illud verbum domini est intelligendum de spirituali manducazione, et non de sola sacramenti salutis: ut Aug. exponit super Ioan.

AD TERTIUM dicendum: quod licet omnium sacramentorum contemptus sit salutis contrarius, non tamen est contemptus sacramenti ex hoc: quod aliquis non curat accipere sacramentum quod non est de necessitate salutis, alioquin omnes qui non accipiunt ordinem: et qui non contrahunt matrimonium contenerent huiusmodi sacramenta.

IN HOC articulo.4.doctor ponit unam distinctionem bimembri: quae in similibus questionibus a doctoribus assignari solet. Duplex est inquit necessarium respectu aliquius finis, alijs omisssis. Alterum est simpliciter necessarium: sine quo finis non potest haberi, vel simpliciter, vel secundum legem. Alterum est necessarium secundum quid: quia sine illo finis potest haberi, sed non que bene. Exemplum prius, ut cibus ad vitam humanam. Secundi, ut equus ad iter.

HIS habitis, ponit duas conclusiones formaliter in articulo. & tertiam virtualiter in solutione ad 2. Prima propositio est. Tria sacramenta sunt simpliciter necessaria, nempe baptismus, cuiuscunque persona, sine quo realiter suscepito, nullus ante usum rationis saluari potest ex lege Iohann.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto, non potest introire in regnum dei. Conclusionem hanc (quantum ad hoc de baptismino) late probabimus infra quest. 9.art.ii.contra Gerson & Caius.dicentes, quod pueri Christianorum saluantur in fide patrum: quando contingit quod non possunt baptizari. Quo ad adultos autem requiritur ut baptismus suscipiantur saltem in voto alias nullus ultimum salutem consequetur.

DUBITATVR tamen an ad salutem obtinendam requiratur formale votum baptismi, vel an sufficiat virtuale & implicitum.

AD HOC dico, quod ad salutem consequendam requiritur votum explicitum, & formale recipiendo baptismum. Non dico ad gratiam, de quo infra disputabimus, sed ad salutem, & ultimam felicitatem. Probatur. Per baptismum applicatur passio Christi baptizatis: sine qua applicatione nullus saluatitur. Ergo ad salutem requiritur formale vo-

tum baptismi: quia non videtur quod Christi passio applicetur ad salutem per baptismum, nisi per maliter intendenti baptismum.

SECUNDO. Marci ultimo dicitur. Prædicare euangeliū omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Vnde duo potissimum colliguntur. Primum est, baptismum in voto satis esse cura re ipsa suscipienda potest. Idcirco enim dicitur: qui non crediderit condemnabitur, & non dicitur, qui non fuerit baptizatus condemnabitur. Secundum quod ex eodem loco colligitur eit, si dem baptismi esse ad salutem necessarium, i.e. oportet credere, quod per baptismū in nomine Christi præstatur remissio peccatorū omnibus gentibus. Et hoc rursus definit Christus redemptor lucæ ultimo, sic dicens. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tercia die: & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorū in omnes gentes. Nec ego hanc huius loci intelligentiam commentus sum: sed illam sancti patres tradunt. Ita ualde lib.de sacramentis cap.103. Idem hugo de sancto Victore lib.2.de sacramentis par.6.cap.7. & Bernardus in epistola.77. ad hugonem. Ita etiā August. lib.i.de baptismo contra donatistas cap.8. & lib.4.cap.21. & 2.lib.contra Cresconium cap.13. Ergo circa baptismi votum explicitum, nullus omnino saluari potest: quando re ipsa baptismū suscipere non potest. Noluit enim deus, sine Christo & sua ecclesia cuiquam patere salutem. Cum enim peccatores possint Christo & eius ecclesia, exteris etiam suscepit sacramentis, vñiri & reconciliari: id deus requiescit ab eis. At cū non ad est facultas exterioris reconciliationis & vñionis voluntas pro facto cedit: & per interiore vñionem suppletur exterior.

EX quibus omnibus colligere licet: ea quae ad salutem sunt necessaria esse in duplice differentia. Nam quædam sunt necessaria solam quia præcepta: ut eruere innocentem a morte, vota redere, iuramenta seruare. Quoram necessitas prescripta videtur Matth.19. Si quis ad vitam ingredi (dicit dominus) serua mandata. Alia vero sunt ad salutem necessaria ut media, & inde in præcepto quia media necessaria: ut credere in Christum, suscipere baptismum, poenitentiam agere. Inter haec autem haud mediocre discrimen est. Nam quæ sunt ad salutem necessaria, solam quia præcepta, non est opus ad salutem consequendam, ut in voto habeatur explicito: sed satis est implicite & in genere propositum habituale tenere implendi oīa mādata diuina. At quæ sunt ad finem necessaria media, si in re haberi nequeūt, oportet tenetur in voto: ut sacramentum baptismi & poenitentiae.

SECUNDO. Dicit S. Thom. quod poenitentia est necessaria simpliciter ad salutem consequendam ex lege, habentibus peccatum mortale commissum post baptismum (quod etiam intelligitur de

tur de poenitentia quae est sacramentum, & quod re, vel voto recipiatur.

TER TIO. Dicit sanctus Thom. quod sacramentum ordinis est necessarium simpliciter ecclesie. Quod secundum Caius.intelligendum est ecclesie communiter, non huic vel illi: sed quod in ecclesia communiter sint ministri exercentes potestates ecclesiasticas, quod verum est.

SECUNDO conclusio sancti Thome. principalis est. Alia sacramenta à tribus prædictis non sunt simpliciter necessaria ad salutem: sed ad melius & conuenientius consequendam salutem. Nota etiam dictum sancti Thome. hic ad 3. nempe, quod quantūcunque quis ex negligentia non sumat illa sacramenta quae non sunt ad salutem necessaria: non contemnit ea. Quod latius tractatum à nobis inuenies infra quest. 13. art. 8.

TER TIA conclusio est ad 2. Eucharistia etiā est ad salutem necessaria simpliciter: sed sufficit, quod spiritualiter manducetur: ut dicit Augustinus. secundum quēmodū pueri manducant per hoc quod in corporant Christo in baptismo: quod latius in materia de eucharistia differemus

Quæstio septima

De sacramento baptismi.

EINDE considerandum est de singulis sacramentis ī speciali. Et primo, de baptismo. Secundo, de confirmatione. Tertio, de eucharistia. Quarto, de penitentia. Quinto, de extrema unctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

CIRCA primū occurrit duplex considerationis. Prima de ipso baptismo. Secunda de preparatoriis ad baptismum.

CIRCA primū quatuor consideranda occurrit. Primo, de his quae pertinent ad sacramentum baptismi. Secundo, de ministro huius sacramenti. Tertio, de recipientibus hoc sacramentū. Quartu, de effectu huius sacramenti.

CIRCA primū queritur duodecim. Primo, quid sit baptismus: utrum s. sit ablutio. Secundo, de institutione huius sacramenti. Tertio, utrum aqua sit propria materia huius sacramenti. Quartu, utrum requiratur aqua simpliciter. Quinto, utrum hec sit conuenienter forma huius sacramenti: ego te baptizo in nomine patris, et filii, et spiritus Sancti. Sexto, utrum s.

sub hac forma possit aliquis baptizari: ego te baptizo in nomine Christi. Septimo, utrum immersio sit de necessitate baptismi. Octavo, utrum requiratur tria immersio. Nonos, utrum baptismus possit iterari. Decimo, de ritu baptismi. Undecimo, de distinctione baptismatū. Duodecimo, de comparatione baptismatū.

Articul. primus,

Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.

DPRIMVM sic proceditur. Videtur quod baptismus non sit ipsa ablutio. Ablutio enim corporalis transit: baptismus autem per-

manet. Ergo baptismus non est ipsa ablutio sed potius regeneratione, et signo, et custodia, et illuminatio: ut Damascenus dicit in 4.lib. PRÆTER EAM Hugo de sancto Victore dicit, quod baptismus est aqua dilutio criminibus sanctificata per verbū dei. Aqua autem non est ipsa ablutio: sed ablutio est quidam usus aqua. Ergo. Et cetera.

PRÆTER EAM. Aug. dicit super Iohann. Accedit verbum ad elementū, et fit sacramentum. Elementum autem est ipsa aqua in sacramento baptismi. Ergo baptismus est ipsa aqua: non autem ablutio.

SED CONTRA. Aest quod dicitur, Ecclesiastes. 34. Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit mortuum, quid proficit eius lauatio? videtur ergo quod baptismus sit ipsa ablutio sine lauatio.

RESPONDEO dicendum: quod in sacramento baptismi est tria considerare. Aliquid s. quod est sacramentū tantū: aliquid autem quod est res et sacramentū: aliquid vero, quod est res tantū. Sacramentū tantū est aliquid visibile exterius existens. quod s. est signum interioris effectus, hoc non pertinet ad rationem sacramenti. Exterius autem suppositū sensu est ipsa aqua, et eius usus qui est ablutio. Quidam

Quidā ergo existimauerūt quod ipsa aqua sit sacramētū, quod quidē sonare videtur verba Hugonis de sancto Victore. Nā ipse in cōmuni diffinitione sacramēti dicit: quod est materiale elemētū, & in diffinitione baptis̄mi dicit, qđ est aqua. Sed hoc nō videtur esse verū. Cū enim sacramēta: no. le. sanctificatio nem quandam operētur: ibi perficitur sacramētū: ubi perficitur sanctificatio. In aqua autē non perficitur sanctificatio: sed est ibiquē dam sanctificationis virtus instrumentalis non permanens: sed fluiens in hominem, qui est vere sanctificationis subiectū. Et ideo sacramētū non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquae ad hominem, quae est ablutio. Et ideo magister in d. tertia quarti sententiarū dicit, quod baptis̄mus est ablutio corporis exterioris facta sub forma prescripta verborum. Res autē sacramētū est character baptis̄malis, qui est res significata per exteriorem ablutionem: & est signū sacramentale interioris iustificationis, quae est restantū huius sacramenti. s. significata & non significans.

AD PRIMVM ergo dicendū: quod id quod est sacramētū tantū in baptismo trāsit: p̄manet autē id qđ est sacramētū & res. character: & id quod est restantū. s. interior iustificatio. Sed character remanet: delebili ter (vt supra dictū est) iustificatio autē p̄manet: sed amissibiliter. Dama. ergo baptis̄mus diffiniuit non quantū ad id qđ exterius agitur: quod est sacramētū tantū, sed quātū ad id quod est interior. Vnde posuit duo pertinētia ad characterem. s. sigillū: & custodiā: in quātū ipse character (qui sigillū dicitur) quātū est de se custodit animam in bono. Duo etiā posuit pertinentia ad ultimārem sacramēti. s. regenerationem (quae ad hoc pertinet quod per baptis̄mū homo inchoat nouam vitam iustitiae): & illuminationē: quae pertinet specialiter ad fidem, per quam homospiritualem vitam accipit. Secundum illud Abac. secundo. Iustus autē ex fide viuit. Baptis̄mus autē est quadam fidei protestatio: unde dici-

tur fidei sacramētū. Et similiter. Dionisius baptis̄mū diffiniuit per ordinem ad alias sacra mētas: dices. 2. c. Eccle. Hierar. quod est quodam principiū sanctissimorū mandatorum sacræ actionis, ad eorum susceptiū oportunitatem: formā nostrōs animales habitus. Et iterum in ordine ad cœlestē gloriam (qua est culmen finis sacramentorū) cum subdit, ad super cœlestis quietis anagogem nostrum iter faciens. Et iterū quantū ad principiū spiritualis vitae per hoc quod subditur: sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut dictum est opinionē Hugonis de sancto victore in hac parte sequi nō oportet. Potest tamē verificari ut baptis̄mus dicatur aqua esse: quia aqua est materiale baptis̄mi principiū, & sic erit prædicatio per causam.

AD TERTIUM dicendū, quod accidente verbo ad elementū, fit sacramētū nō quidē in ipso elemēto, sed in homine cui adhucetur elementū per summablutionis. Et hoc etiam signat verbum quod accedit ad elemētum: cū dicitur ego te baptizo. &c.

IN HOC primo articulo prius notandum est, quod hac materia tractatur à magistro sententiā in. 4. d. 3, vbi sic definit baptis̄mū. Baptis̄mus est int̄ictio exterior corporis sub forma prescripta verborum. Et licet Dionisius, Damascenus Hugo de sancto victore, & Augustinus suis ponant diffinitiones: clarius tamen est h̄ec quā ponit magister. Scotus ponit aliam, claram quidem sed satis prolixam: quae est. Baptis̄mus est ablutio hominis aliqualiter consentientis, facta ab alio, in aqua. simul verba certa cum intentione debita proferente: significans efficaciter ex institutione diuina ablutionem animę à peccato. Sed omnia h̄ec comprehenduntur in breui illa diffinitione magistri: & ideo illa sufficit.

DUBITATVR quid hic definiatur. Ad qđ dicit Scotus quod definitur secunda intentio, quae est relatio rationis talis signi ad tale suū significatum. Nos autem loquimur de rebus. Et baptis̄mus non est relatio rationis licet illam connoget, sicut scientia.

DUBITATVR secundo, an definitio magistris sit bona. Et arguitur quod non: Quia baptis̄mus non est ablutio. Ergo definitio nulla. Antecedens probatur. Baptis̄mus constat ex aqua & verbis. Ergo non est ablutio.

AD hoc

Dubium
primum.

Dubium
secundum.

AD HOC dicit maior & Gabriel, quod baptis̄mus capitur dupliciter. Vel pro toto aggregato, & ita non est ablutio. Vel pro ablutione, & ita est ablutio. Sed hoc non est respōdere ad questionē: quia illud querimus, quid sit baptis̄mus. Et falsum dicunt quod baptis̄mus sit aggregatum ex aqua & verbis. Esset enim distinguere ablutionem pro aqua vel pro ablutione, cum baptis̄mus sit ablutio siue tinctio: sicut baptizo significat lauo, siue tingo. Vnde sanctus Thom. & patres antiqui non ponunt talem distinctionem, quia baptis̄mus nullo modo capi potest pro aggregato ex aqua et verbis, sed est ablutio sicut magister dicit

SED quae res est ablutio? Sanctus Thom. ponit opinionem quorundam dicentium quod ablutio est ipsa aqua: hoc videtur dicere. Hugo de sancto victore, & dicunt moderni: sed sanctus Thom. dicit quod nō est aqua. Et probat, quia baptis̄mus consistit in applicatione aquae ad baptizatum: cū verbis, & non in sola aqua. Ergo. &c. Sed quid est illa applicatio siue illa ablutio? Dico quod nō est aqua, sicut nec mersio dicitur aqua: sed potius videtur quod sit illud quod mergitur. Et sic dico quod baptis̄mus seu ablutio potius est ille qui baptizatur, quam ipsa aqua. Loquendum tamen est secundum communē loquendi usum: sicut philosophus loquitur cum diffinit motum & alia huiusmodi, siue ablutio sit distincta ab aqua siue non. Hanc questionem magni faciunt aliqui sicut Bernardus author in decreto, nō audens dicere quod baptis̄mus sit aqua: quia tunc sequeretur quod a sinis bibere baptis̄mus. Quā respōsionem deidet Scotus: licet maior illam vellet tenere.

HIS tamen ommissis, dico cum magistro, quod baptis̄mus est ablutio. Sed quid tunc ad illud argumentum baptis̄mus constat ex verbis & elemēto, id est, ex ablutione, ergo nō est ablutio? Ad hoc nego consequentiā, & nota quod dicit sanctus Thom. in. 4. in hac distinctione, quod baptis̄mus est res artificialis: quae se habet tanquam instrumentum. Et omnis res artificialis non distinguitur à materia & forma, vel non distinguitur à materia: sicut dicit Aristoteles. phiala est argentum. Vnde baptis̄mus siue ablutio, non distinguitur ab applicatione aquae ad baptizatum: & applicatio non distinguitur ab aqua, vel baptizato. Attamen h̄ec non conceditur, baptis̄mus est aqua: sed ablutio facta in aqua, quae ablutio est materia proxima baptis̄mi. Qui in quantum est sacramētū, est in genere signi: sed simpliciter est in genere ablutionis.

DSECUNDVM sic pro cedetur. Videtur quod baptis̄mus fuerit institutus post Christi passionē. Causa enim præcedit effectū. Sed passio Christi operatur in sacra mēti nouae legis. Ergo passio Christi præcedit institutionem sacramentorū nouae legis. Et præcipue institutionē baptis̄mi: cū Apostolus dicat Roma. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptis̄sumus. &c.

PRÆTER EĀ. Sacra mēta nouae legis efficaciam habet ex mandato Christi. Sed Christus mādatū baptizandi dedit dispensationē post passionē & resurrectionem suam decens. Euntes docete omnes gentes: baptizate eos in nāte patris. &c. Ut habetur Mat. vlt. Ergo videtur quod post passionē Christi baptis̄mus fuerit institutus.

PRÆTER EĀ. Baptis̄mus est sacramētū necessitatis (cū supra dictum est) &c. Ita videtur quod ex quo baptis̄mus institutus fuit, homines obligarentur ad baptis̄mē. Sed ante passionem Christi homines non obligabantur ad baptis̄mū: quia ad huc circūcio sio suā virtutē habebat: in cuius loco successit baptis̄mus. Ergo videtur quod baptis̄mus non fuerit institutus ante passionem Christi.

SED CONTRA est quod Aug. dicit in quodā sermone de epiphā. Ex quo christus in aqua mergitur: ex eo omniū peccata abluit aqua. Sed hoc fuit ante Christi passionem. Ergo videtur quod baptis̄mus ante Christi passionem fuerit institutus.

RE SPONDEO dicendum: quod (sicut dictum est supra) sacramēta ex sui institutione habet quod conferat gratiā. Vnde tunc videatur aliquid sacramētū instituti: quando accipit, & tunc producendi suū effectū. Hāc autē virtutem accepit baptis̄mus quando Christus est baptizatus. Vnde tunc vere baptis̄mus institutus fuit quantum ad ipsum sacramētū. Sed necessitas videnti hoc sacramētū indēcta fuit hominibus post passionem.

Articul. secundus.

Vtrum baptis̄mus fuerit institutus post Christi passionem.

i. dubium. 2. dubium. 3. dubium.

nem \leftrightarrow resurr. etionem: cum quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta: quibus succedit baptismus \leftrightarrow alia sacramenta nouae legis, tum etiam quia per baptismum configuratur homo passionis \leftrightarrow resurrectionis Christi: in quantum moritur peccato: \leftrightarrow incipit nouam iustitiae vitam: \leftrightarrow ideo opportuit Christum pati prius \leftrightarrow resurgere quam hominibus indiceretur necessitas configurans de morti \leftrightarrow resurrectionis eius.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, qd etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciam a Christi passione: in quantum etiam prefigurabat: aliter tamen quam sacramenta ve. le. Nam illa erant figura tantum: baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificandi: per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit.

AD SECUNDVM dicendum, quod homines non debebant multiplicibus figuris arctari per christum qui venerat sua veritate figur as impletas auferre: \leftrightarrow ideo ante passionem suam baptismum institutum non posuit sub praecepto: sed evolutus ad eius exercitium homines assue fieri: \leftrightarrow praecepit in populo iudeorum, apud quae omnia facta figuralia erant: ut August. dicit contra Faustum. Post passionem vero \leftrightarrow resurrectionem non solum iudeis: sed etiam gentilibus sub praecepto necessitatem baptismi imp. fuit dicens. Euntes docete omnes gentes.

AD TERTIUM dicendum, quod sacramenta non sunt obligatoria nisi quando sub praecepto ponuntur: quod quidem non fuit ante passionem: ut dictum est. Quod enim dominus ante passionem Nicodemo dixit Ioa. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua \leftrightarrow spiritu Sancto: non potest introire in regnum dei: magis videtur ad futurum respicere quam ad praesens tempus.

TIN HOC secundo articulo sunt duas conclusiones principales: quarum prima est. Baptismus fuit institutus ante passionem domini. Hec videatur de fide propter testimonia statim citadi. Pro-

batur ista conclusio Ioh. 3. & 4. Nam in cap. 3. dicit Iohannes, quod Christus baptizabat, & in. 4. cap dicit quod discipuli baptizabant, cuius verba sunt. Post haec venit Iesus & discipuli eius in iudeam terram: & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Et cap. 4. sic dicit. Ut ergo cognovit Iesus, quia audierunt pharisei, quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Iohannes: quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. &c. Et non videtur ut dicit Augustinus in epistola ad Irenianum, & in homilia de ephiniis) quod baptizarent baptismos Iohannis. Sed Christi. Ergo iam erat Christi baptismus. Probatur etiam quod discipuli Christi non baptizabant baptismino Iohannis. Quia Si discipuli domini baptizarent baptismino Iohannis, potius diceretur Iohannes baptizare, quam Christus. Secundo. Baptismus maxime pertinebat ad humanam redemtionem que per Christum fiebat. Ergo ante passionem fuit baptismus institutus. Tertio. Matth. 10. & Luc. 10. habetur, quod Christus misit discipulos suos ad praedicandum, & secundum doctores etiam ad baptizandum: licet de baptismino non fiat ibi expressa mentio.

DUBIUM. **V**erbi TVR primo, quando fuit institutus baptismus. Dicunt aliqui, quod quando ipse Christus fuit baptizatus: quia tunc sanctificauit aquas dabo eis vim sanctificandi. Hoc dicit sanct. Thom. hic, & in. 4. d. 3. Et magister d. 3. cap. 7. Et Nicolaus de Lira super Iohannem cap. 3. Alij dicunt, quod non tunc: sed quando misit discipulos ad praedicandum Matth. 10. & Luc. 10. Alexander deales 4. parte quæst. 5. art. 1. dicit, quod baptismus pluribus institutionibus fuit institutus. Alij dicunt, quod fuit institutus quando dominus dixit Nichodemum Iohannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. &c. Sed quia non est verisimile, quod tantum sacramentum sic priuatim institueretur: ideo melius videtur quod sanct. Thom. & magister dicit, institutum fuisse, quando Christus in Jordane baptizatus est: quia tunc vim regeneratiuam contulit aquis, ut beda dicit. Et hoc sit secundum propositionem.

DUBIUM. **V**erbi TVR secundo quando fuit baptismus subpræcepto. Dicit Scotus in. 4. d. 3. quæst. 4. & eius sequentes, quod fuit sub præcepto post solemnem euangelij promulgationem: quialis fuit post Penthecostem. Sed ego cum sanct. Thom. & magistro sententiis in. 4. d. 3. cap. 10. dico, quod omnia sacramenta nostra legis incooperantur habere vim obligandi in passione domini, eo modo quo obligant, aliqua sub præcepto & aliqua non. Probatur ex illo Danielis. 9. vbi dicitur. Post Hebdomides sexaginta dies occidetur Christus. Et subiungit. Et in dimidio Hebdomidis deficit hostia & sacrificium. Ergo tunc incooperant sacramenta nostra legis. Secundo. Marci 16. tit. habetur. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Sed apostoli prædicabant illud mandatum domini. Ergo ante solemnem promulgationem

Dubium
primum:

Dubium
secundum:

enem non obligabat. Tertio Scotus dicit, quod baptismus incepit obligare post solemnem promulgationem euangelij. Contra, Ponamus quod prædicarent apostoli particulariter & non publice. Ergo illi nunquam obligaretur. Quarto ad hoc quod lex obliget non requiritur, quod solemniter promulgetur: quia quam primum papa præcepit obligat, licet subditi propter ignorantiam excusat. Sed hoc dubium est. Quinto Matth. 10. post resurrectionem præcepit Christus apostolis docere gentes & baptizare ante ad ventum Spiritus sancti. Ergo ante solemnem promulgationem euangelij obligabat baptismus. Sexto. Clemens in epistola ad Iulium & Julianum episcopos (qua est tercia in ordine suarum epistolarum) dicit. Deus autem iussit omnem coelentem se baptismo consignari. Quod si renueritis & vestre voluntati, magis quam dei ob temperetis: contraria sine dubio, & inimici estis voluntati eius. Bene se quitur deus iussit. Ergo ante solemnem promulgationem euangelij, erat baptismus sub præcepto.

Articul. tertius.

Vtrum aqua sit propria materia baptismi.

DUBIUM. **V**erbi TVR sic procedit. Videtur quod aqua non sit propriam materia baptismi. Baptismus enim secundum Dio. \leftrightarrow Damas. habet \leftrightarrow illuminatiuam. Sed illuminatio maxime copet igni. Ergo baptismus magis debet fieri igne quam in aqua: præcertim cum Iohann. baptista prænuntians Christi baptismum dicat. Ille vos baptizabit in Spiritu sancto \leftrightarrow igne.

PRÆTEREA. In baptismi significatur ablutione peccatorum. Sed multa alia sunt ablutionia quam aqua: sicut vinum \leftrightarrow oleum \leftrightarrow huiusmodi alia. Ergo etiam in his potest fieri baptismus. Non ergo aqua est propria materia baptismi.

PRÆTEREA. Sacramenta ecclesie fluxerunt de latere Christi pendentes in cruce: ut supra dictum est. Sed inde fluxit non solum aqua: sed etiam sanguis. Ergo videtur quod etiam in sanguine possit fieri baptismus. Qui etiam magis videtur conuenire cum causa

\leftrightarrow effectu baptismi: quia dicitur Apocali. 1. Lanuit nos a peccatis nostris in sanguine suo. **P**RÆTEREA. Sicut Augustinus & Beda dicunt, Christus tactu suæ mundissima carnis vim regeneratiuam \leftrightarrow purgatiuam contulit aquis. Sed non omnis aqua continetur cum aqua Iordanis, quia Christus tetigit sua carne. Ergo videtur quod non in omni aqua possit fieri baptismus. Et ita aqua in quantum huiusmodi non est propria materia baptismi.

PRÆTEREA. Si aqua secundum se est propriam materia baptismi: non oportet aliquid aliud fieri circa aquam ad hoc, quod in ea baptismus fieret. Sed in solenni baptismo aqua in qua debet celebrari baptismus exorcizatur \leftrightarrow benedicatur. Ergo videtur quod aqua secundum se non sit propriam materia baptismi.

SEE CONTRA EST quod dominus dicit Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, \leftrightarrow spiritu sancto non potest introire in regnum dei.

RE SPONDEO dicendum, quod ex institutione diuina aqua est propria materia baptismi. Et hoc conuenienter. Primo quidem, quantum ad ipsam rationem baptismi qui est regenerationem spiritualis vitam quod maxime congruit aqua. Unde \leftrightarrow semiplante \leftrightarrow animalia, humida sunt: \leftrightarrow ad aquam pertinent. Propter quod quidam philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo. Quantum ad effectus baptismi, quibus competit aqua & prietas: quae sua humiditate lauat, ex quo conueniens est ad significandum \leftrightarrow causandum ablutionem peccatorum: sua frigiditate etiam temperat superfluitates caloris, \leftrightarrow ex hoc competit ad mitigandum concupiscentiam formis, sua diaphanitate est luminis susceptiva, unde copet baptismi in quantum est fides sacramentum. tertio quia conuenit ad representandum mysteria Christi quibus iustificamur. Vt enim

etiam dicit Chrysostomus super illud Ioa. Ni si quis renatus fuerit. Et c. Sicut in quodam sepulchro in aqua submersis nobis capta veterus homo sepelitur: et submersus deorsum occultatur, unde nouus rursus ascendit. Quarto quia ratione sua communatibus abundat et conveniens materia necessitatibus huius sacramenti. Potest enim ubique de facili haberi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illuminatio pertinet ad ignem actum. Ille autem qui baptizatur non efficitur illuminans, sed illuminatus per fidem, quae est ex auditu, ut dicitur Roman. 10. Et ideo magis competit aqua baptismus quam ignis. Quod autem dicitur baptizabit vos in Spiritu sancto et igni, potest per ignem (ut Hieronimus dicit) intelligi Spiritus sanctus qui super discipulos in igne linguis apparuit, ut dicitur. Actuum secundo. Vel per ignem potest intelligi tribulatio, ut Chrysostomus dicit super Matth. quia tribulatio peccata purgat, et concupiscentiam diminuit. Vel quia ut Hilarius dicit super Matth. baptizatis in Spiritu sancto reliquum est consummari igne iudicii.

AD SECUNDVM dicendum, quod vinum et oleum communiter non sumuntur ad usum ablutionis, sicut aqua: nec etiam ita perfecte abluit, quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter et abundantiter habentur sicut aqua.

AD TERTIVM dicendum, quod ex latere Christi fluxit aqua ad ablendum: sanguis autem ad redimendum. Et ideo sanguis competit sacramento eucharistiae, aqua autem sacramento baptismi, qui tamen habet vim ablutionis ex virtute sanguinis Christi.

AD QUARTVM dicendum, quod virtus Christi derivata est ad omnem aquam non propter continuatatem lo-

ci, sed propter similitudinem speciei. Unde dicit Augustinus in quodam sermone epiphaniae. Quae de salvatoris baptismate benedictio fluxit, tanquam fluuius spiritualis omnium gurgitum tractus universorum fontium venas implevit.

AD QUINTVM dicendum, quod illa benedictio qua adhibetur aqua non est de necessitate baptismi, sed pertinet ad quodam solennitatem per quam excitatur deuotio fidelium, et impeditur astutia demonis ne impediatur baptisimus effectus.

IN HOC tertio articulo nota, quod ex omnium sententia, de fide est ad baptismum requiri aquam, sine qua non potest esse baptismus propter illud Iohann. tertio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c.

DUBITATVR an sufficiat gelu aut nix propter baptismum. Videtur quod ita: quia sunt eiusdem speciei.

AD HOC dico, quod non sufficiunt: quia dominus dixit Iohann. tertio ut baptismus fieret in aqua. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c. Gelu autem non est aqua, nec etiam nix.

SECUNDO. Ad baptismum requiritur ablutione. Sed cum gelu aut nixe non potest ablutione fieri. Ergo. &c.

AD ARGUMENTVM dico, quod esto gelu et aqua sint eiusdem speciei substantialis, illa tamen accidentalis transmutatio facit, ut gelu non sit materia baptismi. Sicut est quod massa et panis sint eiusdem speciei substantialis: tamen propter illam accidentalem mutationem, massa non est materia eucharistie.

SECUNDO. Dico quod forte differt specie gelu ab aqua quia habet aliam formam.

SED an in aqua resoluta ex gelu et nixe licet baptizare? Dico quod ita: quia iam est vera aqua, & lauit. Et esto quod gelu differat ab aqua specie: facile tamen reducitur ad formam aquae.

An poslit baptismus fieri in lixiuio? Dico quod ita: quia lixiuim est vera aqua. Et idem videtur de ceruix: nisi forte tantum haberet de siccio ordei aut tritici quod non mansisset aqua.

DUBITATVR an omnis aqua sit eiusdem speciei. Dicunt aliqui, quod aqua elementaris non est eiusdem speciei cum aqua visuali. Et tunc est dubium an in omni aqua possit fieri baptismus.

AD HOC dico, quod omnes aquae sunt eiusdem speciei, quia omnes eadem habent proprietates. Et ita in quilibet aqua potest fieri baptismus. Secundo dico, quod esto distinguenter specie, in omni aqua potest fieri baptismus: quia omnis talis est vera aqua, & sufficit genus quod sit vera aqua, siue sic huius vel alterius speciei.

Sed

Dubium
quintum.

SED an in aqua rosarum baptizare licet? Dico quod non quia non est aqua, sed humor rosarum. Nam si esset vera aqua esto specie distinguenter ab aqua visuali: posset in ea fieri baptismus. Sicut eucharistia potest consecrari in vino albo & nigro, esto distinguenter specie. Secundo. Guillelmus de rubione dicit, quod si deus poneret aquam sine accidentibus, scilicet sine quantitate & qualitatibus, non esset ibi baptismus, cum talis non sit aqua apta ad lauandum sanctum. Thos. etiam dicit, quod talis non posset applicari in baptismis, esto quod quis vellet in ea baptizare.

Articul. quartus

Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.

DIC VARTVM sic proceditur. Videtur quod ad baptismum non requiratur aqua simplex. Aqua enim que apud nos est, non est aqua pura, quod praecipue apparet de aqua maris in qua plurimum admiscetur de terrestri, ut patet per philosophum in libro Methe. Et tamen in tali aqua potest fieri baptismus. Ergo non requiritur aqua simplex et pura ad baptismum.

AD AETEREA. In solenni celebrazione baptismi aqua infunditur chrysma. Sed hoc videtur impedire puritatem et simplicitatem aquae. Ergo aqua pura et simplex non requiritur ad baptismum.

AD AETEREA. Aqua fluens de latere Christi pendens in cruce fuit signum baptismi: ut dictum est. Sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura, eo quod in corpore mixto cuiusmodi fuit corpus Christi non sunt elementa in actu. Ergo videtur quod non requiratur aqua pura vel simplex ad baptismum.

AD AETEREA. Lixiuim non videtur esse aqua pura, habet enim contrarias proprietates aquae, scilicet calificandi et desiccandi. Et tamen in lixiuio videtur posse fieri baptismus: sicut et in aquis balneariorum, quae

transiunt per venas sulphureas, sicut et lixiuim colatur per cineres. Ergo videtur quod aqua simplex non requiratur ad baptismum. PRAETEREA. Aqua rosacea fit per subtiliationem a rosis, sicut etiam aqua et alchimica generatur per sublimationem ab aliquibus corporibus. Sed in his aquis, ut videtur potest fieri baptismus, sicut etiam in aquis pluvialibus quae per sublimationem vaporum generantur. Cu igitur huiusmodi aqua non sint purae simplices, videtur quod aqua pura, et simplex non requiratur ad baptismum.

SED CONTRAEST, quod propria materia baptismi est aqua, ut dictum est. Sed speciem aquae non habet nisi aqua simplex. Ergo aqua pura, et simplex de necessitate requiritur ad baptismum.

RESPONDEO dicendum, quod aqua suapuritatem et simplicitatem potest amittere dupliciter. Uno modo per mixtionem alterius corporis. Alio modo per alterationem. Vtrumque autem horum contingit fieri duplamente scilicet per artem et per naturam.

Ars autem dificit ab operatione naturae, quia natura dat formam substantiam quod ars facere non potest, sed omnes forme artificiales sunt accidentales, nisi forte apponendo proprium agens ad propriam materiam, sicut ignem combustibili per quem modum a quibusdam quedam animalia per putrefactionem generantur. Quaecunque igitur transmutatione circa aquam facta est per artem: siue commiscendo, siue alterando, non transmutatur species aquae. Vnde in tali aqua potest fieri baptismus, nisi forte aqua admisceatur per artem in tam perua quantitate alicui corpori quod compositum magis sit aliud quam aqua, sicut lutum magis est terra quam aqua, et vinum limphatum magis est vinum quam aqua. Sed transmutatio quae sit natura quandoque quidem speciem aquae soluit: et hoc fit quando aqua efficietur per naturam de substantia alicuius corporis mixti: sicut aqua conuersa in liquorem sua est

G. ii. 211

vinum, unde non habet speciem aquae.

Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquae sine solutione species: et hoc tam per alterationem (sicut patet de aqua calida facta a soli) quam etiam per mixtionem: sicut patet de aqua fluminis turbida ex premixtione terrestrium partium. Sic ergo dicendum est quod in qualibet aqua qualiter cunque transmutata, dummodo non soluatur species aquae potest fieri baptismus, si vero soluatur species aquae non potest fieri baptismus.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd transmutatio facta in aqua maris, et circa in alijs aquis quae penes nos sunt, non est tanta quod soluat species aquae. Et ideo in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

AD SECUNDUM dicendum, quod admixtio chrismati non soluit speciem aquae sicut nec tanta aqua decoctionis carni: aut aliorum huiusmodi. Nisi forte sit facta tanta resolutio corporum lixatorum in aqua: qd plus licet habeat de aliena substantia quam de aqua, quod ex spissitudine profici potest. Sita men ex liquore sic inspissato exprimatur aqua subtilis sic potest in ea fieri baptismus, sicut et in aqua qua exprimitur ex luto: licet in luto baptismus fieri non possit.

AD TERTIVM dicendum, quod aqua fluens de latere Christi pendens in Cruce non fuit humor flegmaticus, ut quid dixerunt In tali enim humore non posset fieri baptismus sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, aut quocunque liquore alicuius planta. Fuit aut aqua pura miraculose egrediens a corpore mortuo, sicut et sanguis, ad comprobandum veritatem dominici corporis contra Manicheorum errorem, ut scilicet per aquam (qua est unum quatuor elementorum) ostendetur corpus Christi vere fuisse compositum ex quatuor elementis: per sanguinem vero wideretur esse compositum ex quatuor humoribus.

AD QUARTVM dicendum, quod in luxuoso et in aqua sulphureorum balneo-

rum potest fieri baptismus: quia tales aquae non incorporantur per artem vel naturam, aliquibus corporibus mixtis, sed solum alterationem quandam recipiunt, ex hoc quod transiunt per aliqua corpora.

AD QUINTVM dicendum: quod aqua Rosaceae est liquor rosa resolutus. Unde in eano potest fieri baptismus: et eadem ratione nec in aqua alchimica sicut nec in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluvialibus quae generantur ex maiori parte ex sublimatione vaporum resolutorum ex aquis. Minimum autem est ibi de liquoribus corporum mixtorum: qui etiam per huiusmodi sublimationem virtutem naturae, que est fortior arte, resoluuntur in veram aquam, quod ars facere non potest. Unde aquapluvialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis mixti, quod de aqua rossacea et aqua alchimica dicinon potest.

IN HOC articulo. 4. nulla poenitus difficultas est, post ea quae in articulo immediate precedente de materia huius sacramenti diximus, & post ea quae dicit sanct. Thom. Ex quibus omnibus sequitur, quod in omni vera aqua potest confici baptismus, & in sola vera aqua, siue sit mixta cum alio liquore siue non. dummodo maneat vera aqua.

Articul quintus,

Vtrum forma baptismi sit conueniens.



AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod hac non sit conueniens forma baptismi: ego te baptizo in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti quam ministro. Sed in sacramento minister agit: ut instrumentum: ut supra

supradictum est: principale autem agens in baptismo est Christus: secundum illud. Ioan. primo. Super quem videris spiritum descendenter et manentem hic est qui baptizat. Inconvenienter ergo minister dicit, ego te baptizo presumptum quia in hoc quod dicit baptizo: intelligitur ego: et sic videtur superflue apponi.

PROPOSITUM ergo dicendum, quod ille qui aliquem actum exercet, de actu exercito faciat actionem: sicut ille qui docet non oportet quod dicat: ego vos doceo. Dominus autem simul tradidit preceptum baptizandi et docendi dicens

Mat. v. 14. Euntes docete omnes gentes. Et ideo non oportet quod in forma baptismi fiat mentio de actu baptizandi.

PROPOSITUM ergo dicendum, quod minister qui tradit exterius sacramentum. Et ideo oportet in forma baptismi de utraque fieri mentionem. Minister autem tangitur cum dicitur: ego te baptizo. Causa autem principalis, cum dicitur in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Unde haec est causa ue- niens forma baptismi: ego te baptizo in nomine patris, et filij, et spiritus sancti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actio attribuitur instrumento sicut immediate agenti: attribuitur autem principali agenti: sicut in cuius virtute instrumentum agit. Et ideo in forma baptismi conuenienter significatur minister: ut exercet actu in baptismo per hoc quod dicitur: ego te baptizo. sicut et ipsi dominus baptizandi actu attribuit minister dicens baptizantes eos. Et causa autem principalis significatur: ut in cuius virtute sacramentum agitur: per hoc quod dicitur in nomine patris, et filij, et spiritus sancti: non enim Christus baptizat sine patre, et spiritu sancto.

Greci autem non attribuunt actuum baptismi ministeris: ad evitandum antiquorum errorum: qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant dicentes. Ego sum Pauli: et ego cepi. Et ideo dicunt baptizetur seruus Christi talis, in nomine patris. Et quia expeditus est exercitus per ministerum cum inuocatione trinitatis, verum perficitur sacramentum.

G iij Quod

amoris procedentis. Ergo videtur quod etiam his nominibus utendo perficiatur baptismo. SED CONTRA est, quod dominus dicit Mat. v. 14. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, et filij, et spiritus sancti.

RESPONDE O dicendum, quod baptismus per suam formam consecratur: secundum illud Eph. 5. Mundans enim lauacro aquae in verbo vita. Et Aug. dicit in lib. de unicobaptismo. Quod baptismus verbis evangelicis consecratur. Et ideo oportet quod in forma baptismi exprimatur causa baptismi. Esi enim duplex causa eius. Una quidem principalis: qua virtutem habet: quae est sancta trinitas.

Alia autem est instrumentalis, sicut minister qui tradit exterius sacramentum. Et ideo oportet in forma baptismi de utraque fieri mentionem. Minister autem tangitur cum dicitur: ego te baptizo. Causa autem principalis, cum dicitur in nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Unde haec est causa ue- niens forma baptismi: ego te baptizo in nomi-

ne patris, et filij, et spiritus sancti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actio attribuitur instrumento sicut immediate agenti: attribuitur autem principali agenti: sicut in cuius virtute instrumentum agit. Et ideo in forma baptismi conuenienter significatur minister: ut exercet actu in baptismo per hoc

quod dicitur: ego te baptizo. sicut et ipsi dominus baptizandi actu attribuit minister dicens baptizantes eos. Et causa autem principalis significatur: ut in cuius virtute sacramen-

tum agitur: per hoc quod dicitur in nomine patris, et filij, et spiritus sancti: non enim Christus baptizat sine patre, et spiritu sancto.

Greci autem non attribuunt actuum baptismi ministeris: ad evitandum antiquorum errorum: qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant dicentes. Ego sum Pauli: et ego cepi. Et ideo dicunt baptizetur seruus Christi talis, in nomine patris. Et quia expeditus est exercitus per ministerum cum inuocatione trinitatis, verum perficitur sacramentum.

Quod autem additur ego in forma nostra, non est de substantia formae, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis.

AD SECUNDVM dicendum, quod quia ablutio hominis in aqua propter multa fieri potest, oportet quod determinetur in verbis forme ad quid fiat. **Q**uod quidem non fit per hoc quod dicitur in nomine patris & filii, & spiritus sancti, quia omnia in tali nomine facere debemus: ut habetur col. 3. Et ideo si non exprimatur actus baptismi, vel per modum nostrum, vel per modum gratiarum, non perficiatur sacramentum: secundus illam dec. Alexan. 3. **S**iquis puerus ter in aqua merserit in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. Et non dixerit ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen, non est puer baptizatus.

AD TERTIUM dicendum, quod verba quae proferuntur in formis sacramentorum, non pronuntiantur solum causa significandi: sed etiam causa efficiendi: inquantu[m] habent efficaciam ab illo verbo, per quod facta sunt. Et ideo convenienter diriguntur non solum ad homines intellegentes, sed etiam ad creaturas insensibiles: ut cù dicitur exorcizo te creatura salis.

AD QUARTUM dicendum, quod simul plures non possunt unum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium. si perfecte ab uno quoque agatur. Et sic sicco uenirent duo, quorum unus esset mutus, qui non posset proferre verba: & alius careret manibus qui non posset exercere actum: non possent ambo simul baptizare, uno dicente verba: & alio exercente actum. Posseunt autem (sinecessitas exigit) plures simul baptizari: quia nullus eorum recipere nisi unum baptismum. Sed tunc oportebit dicere: ego baptizo vos. Nec erit mutatione formae: quia vos nihil aliud est quam rete. **Q**uod autem dicitur nos, non est id dicere quod ego & ego, sed ego & tu: & sic ita mutaretur forma. Similiter autem mutare tur si diceretur: ego baptizo me. Et ideo nullus potest baptizare se ipsum: propter quod

etiam Christus a Ioanne voluit baptizari: ut dicatur extra de baptismi eius effectu cap. Debitum.

AD QUINTUM dicendum, quod passio Christi: & si su principalis causa respetu ministri est tamen causa instrumentalis respectu sanctae trinitatis. Et ideo potius commemoratur trinitas quam passio Christi.

AD SEXTUM dicendum, quod si sint tria nomine personalia trium personarum: est tamen nomen unum esse entale. Virtus autem diuina que operatur in baptismi, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur in nomine & non in nominibus.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut aqua sumitur ad baptismum: quia eius usus est communior ad ablendum: ita ad designandum tres personas in forma baptismi assumuntur illa nomina quibus communius consueverunt nominari ipsorum in illa lingua. Nec in alijs nominibus perficitur sacramentum.

IN HOC articulo dubitatur, cum hoc sit commune omnibus sacramentis (nempe constare ex verbis & rebus) quare ita loquuntur doctores vocantes unam partem sacramentorum materialia & aliam formam, cum sancti non ita loquuntur, nec etiam dominus in euangelio.

AD HOC dico, quod optime loquuntur doctores Scholastici, maxime cù sacramenta sint res artificiales constantes, ex duobus, uno perfectibili & alio perficiente.

SED quare verba dicuntur forma potius quam aliæ res? Dico, quod cù illud dicatur forma alicuius rei à quo res perfectio[n]em habet: & sacramenta a verbis habeant perfectionem: ideo verba dicuntur forma. Secundo dico, quod sacramenta sunt signa significativa, & verba proprie significata: ideo verba dicuntur forma potius quam aliæ res, que non ita proprie significata. Forma igitur baptismi est hæc. Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Probatur Matth. vltimo, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

DUBITATVR an mutatio formæ quæ non vitiat sensum verborum tollat sacramentum. Et augetur dubium. An si talis mutans formam, manente sensu verborum, intendens inducere errorē (id est, quod non potest quis absolui ab homine, sed à deo, vel aliquid aliud sicut graci dicunt baptizetur seruus Christi) tollat sacramentum. **A**D HOC dico cum sanct. Tho. in. 4 d. 3. & supra quæst. i. art. 7. ad tertium & quæst. 5. art. io. &

Dubium
primum.

Dubium
secundum.

alij

aliij etiam dicunt, quod mutans formam ecclesie intendens inducere errorem non conficit sacramentum. Et probant cap. Retulerunt de consecratione. d. 4. Vbi pontifex dicit, quod si talis mutans formam non intendebat inducere errorem, facit sacramentum. Vnde à contrario sensu argunt, quod si intendebat inducere nouum ritum vel errorem non conficit sacramentum. Hanc tamen conclusionem limitat Durandus in. 4. d. 3. quæst. 2. & alij doctores. Quod si ille mutans formam intendit inducere errorem circa sacramentum ipsum: ita quod non intendat facere quod Deus instituit & ecclesia tenet, non conficit sacramentum. Si vero intendit facere quod Deus instituit & ecclesia tenet, conficit sacramentum. Et ita intelligitur ille cap. retulerunt, & ita intelligit sanct. Tho. in. 4. d. 3. & supra quæst. i. art. 7. ad tertium. Itaque mutans formam intendens inducere errorem contra ipsum baptismum, nihil facit. Si autem intendat inducere errorem, sed non contra sacramentum: conficit sacramentum. Et hoc in generali ad omnia sacramenta. In particulari vero ad baptismum concurreunt quatuor. Primum forma. Secundum materia. Tertium baptizans. Quartum baptizatus.

DUBITATVR an sit baptismus sub hac forma ego te baptizo in nomine genitoris geniti & spirati.

AD HOC respondet sanct. Tho. Hic ad. 7. & in 4. d. 3. quæst. i. art. 2. quæst. 2. ad. 5. quod non. Idem dicit magister. d. 3. Idem. Durandus d. 3. quæst. 2. Ide Sco. d. 3. quæst. 2. Diuus bona ventura. Richardus. Johannes maior dicunt, quod quomodo cumque mutetur ista forma in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, non valet baptismus. Ratio est: quia non manet sententia formæ. Nam ad formam requiritur quod significantur persona per modum subsistentis Hipostasis. Per illam vero formam in nomine genitoris, geniti. &c. Non significantur personæ nisi per modum aetatis notionalis & non per modum subsistentis, ideo non seruatur sensus formæ. Quamobrem non valet sacramentum: quia illa formæ non sunt synonimæ.

SECUNDUM. Arguit Scotus ad idem. Non est sacramentum in aqua rosacea; quia Christus instituit quod sibi vera naturali aqua. Ergo non est vera forma illa, in nomine genitoris, geniti. &c. Quia Christus instituit, ut esset forma baptismi in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & non alia.

TERTIUS. Ecclesia nunquam usus est tali forma. Ergo non est forma. Nam aliæ ecclesia aliq[ue] utetur illa. Petrus de alia, & Palud. dubitat an illa sit sufficiens forma in nomine genitoris geniti. &c.

SED Caietanus hic dicit quod est sufficiens forma, & in illa tenet baptismus, esto peccaret qui illa utetur: quia contra ecclesie consuetudinem ageret. Probat hoc quinque rationibus. Prima est de consecra. d. 4. cap. 2. quodā Iudeo. Vbi dicitur, quod si ille iudeus baptizabat in nomine trinitatis, vel in nomine

Christi, est baptismus. Sed qui baptizatur in nomine genitoris geniti & spirati, baptizatur in nomine sancte trinitatis, quia ibi explicatur trinitas. Ergo est baptizatus. Confirmatur. In eodem cap. Dicitur quod in nomine Christi est baptismus propterea quod in nomine Christi intelligitur tota trinitas. I. vñ gens. & vñctus, & ille quo vngit. Sed expressus significatur trinitas in hac forma in nomine genitoris geniti. &c. Ergo hæc est forma.

SECUNDUM principaliter arguit ex Ambrosio lib. de Spu sancto cap. 3. Vbi dicit quod hæc est forma baptismi. In nomine eius qui vñxit, & eius qui vñctus est.

TERTIO. Si iudicatur autem genitilis diceret quod credit in genitorem, & genitum, & procedentem ab utroque: nemo diceret quod ille non est fidelis. Immo diceremus, quod credit totam trinitatem, & illam profitetur sufficienter illis verbis. Sed in baptismo est forma ad protestationem fidei, & sufficienter protestatur per illam formam in nomine genitoris geniti, & spirati. Ergo. &c.

QVARTO. In concilio florentino vbi datur armenis forma baptismi, solum dicitur quod baptizent in nomine trinitatis, non coartando hoc vel illo modo. Sed qui baptizat in nomine genitoris geniti. &c. Baptizat in nomine trinitatis. Ergo illa forma sufficit.

QVINTO. Sinullo modo licet mutare illa verba in nomine patris & filii, &c. Ergo sub hac forma in nomine patris, & filii, & paracleti, non erit baptismus, quod est falsum, cum loco termini complexi ponatur in complexus, expressius personam diuinam importans.

SEXTO. Quia hæc nomina pater, & filius, & spiritus sanctus, non fuerunt imposita ad distincte significandum personam vel personas diuinam quia pater etiam significat patrem creatum indiferenter & sic de alijs. Sed christiani adaptaverunt vnicuique personæ diuinæ suum nomen. Quare ergo non poterunt ita adaptari alia nomina?

SEPTIMO. In alijs sacramentis non tollitur forma, esto mutentur verba dummodo maneat sensus formæ. Ut in sacramento poenitentiae, siue minister dicat ego te absoluo, siue ego dimittit tibi peccata, esset absolutionis & verum sacramentum. Et in sacramento ordinis siue dicitur do tibi postularem, siue do tibi facultatem: esset sacramentum.

OCТАVO. Si in aliqua lingua non esset terminus synonomous cù hoc termino pater aut filius, &c. Si cut cantabri non haberent terminum in complexu significante deum, quem tamen appellant loigaco, sic complexe. Si igitur Christus instituisset ut in nomine dei daretur baptismus, non possent illi lingua sua baptizare.

PALVdanus. d. 3. q. 1. dubitat an officiatur sacramentum sub illa forma in nomine genitoris. &c. Sed magis i affirmatiuam partem declinat. Eccl. glo. de cōf. d. 4. c. multis dicit quod tenet baptismum sub illa forma

G. iiiij. inno

nomine genitoris geniti. &c. Silvest. tamen verbo baptismu. 10. §. 10. Tenet communem opinionem s. quod non teneret baptismus.

R E S O L V O materiam hanc aliquibus propositionibus. Prima est. Opinio communis negativa est probabili. Et qui vellent illam defendere, dicat ad omnia argumenta quae sunt pro alia opinione, quod ad formam baptismi requiritur, quod verba significant personas: ut subsistunt. Et non sufficit significare actus personarum, vel personas per modum actus. **S E C U N D A** propositio. Probabilior est alia affirmativa opinio propter factas rationes: & ego reputo eam certam.

T E R T I A propositio. Qui baptizaret sub hac forma in nomine genitoris. &c. Graniter peccaret: quia contra consuetudinem ecclesiae faceret, & semper est aliqua formido propter doctores oppositum dicentes.

Q U A R T A propositio. In rebus necessarijs ad salutem, accipiendum est certum. Et cum illa forma in nomine patris. &c. Sit certa de fide & non alia. peccat qui illa relicta vtitur ista alia in nomine genitoris geniti. &c.

E T ad sanct. Thom. dicit Cajetanus quod inteligit quod non teneret baptismus. i. esset contra preceptum ecclesiae, & peccaret baptizans sub illa forma. i. esset contra ecclesiam, non autem contra substantiam sacramenti. Secundo dico quod. S. Thom. non potest sic interpretari. Sed dicendum est, quod fuit illius opinionis quae erat communis suo tempore.

Articulus sextus.

Vtrum in nomine Christi possit dari rebaptismus.

 **D I C E X T V M** sic proceditur. Videtur quod in nomine Christi possit dari rebaptismus. Sicut enim una est fides ita est unum baptismus: ut dicitur Eph. 4. Sed actu um. 8. dicitur quod in nomine Christi baptizabantur viri & mulieres. Ergo etiam nunc potest dari rebaptismus in nomine Christi.

P R A E T E R E A. Ambrosius dicit. Si Christum dicas, & patrem a quo unus est & ipsum qui unus est filium: & spiritum Sanctum quo unus est designat. Sed in nomine trinitatis potest fieri rebaptismus. Ergo & in nomine Christi.

P R A E T E R E A. Nicolaus Papa ad

consultabulgarorum respondens dicit. Qui in nomine sancte trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in actibus apostolorum legitur) baptizati sunt (vnum quipe idem que est, vt sanctus ait Ambrosius) rebaptizari non debent. Rebaptizarentur autem si in hac forma baptizatis sacramentum baptismi non recipieren. Ergo potest conferrri baptismus in nomine Christi, sub hac forma, ego te baptizo in nomine Christi.

S E D C O N T R A est. Quod Pelagius Papa scribit gaudentio episcopo. Si hi qui in locis dilectionis tuae vicinis commorari dicuntur, se solùmodo in nomine domini baptizatos fuisse constentur, sine cuiuscumque dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam venientes in sancte trinitatis nomine baptizabis. **D I C I M U S** etiam dicit in libro de Spiritu sancto. Licet quis possit existere mentis aliena, qui ita baptizare conetur, ut unum de predictis nominibus (s. trium personarum) pratermittat: tamen sine perfectione baptizabit.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut supra dictum est) sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si praefermitatur aliquideorum quae Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret: nisi ex speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramentum baptismandaricū inuocatione trinitatis. Et ideo quicquid deficit ad plenam inuocationem trinitatis tollit integritatem baptismi. Nec obstat quod in nomine unius personae intelligitur alia (sicut in nomine patris intelligitur filius) aut quod ille qui nominat unam solam personam, potest habere rectam fidem de tribus: quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis. Unde non sufficit intellectus vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti: nisi sensibilibus verbis fides exprimatur. Unde in baptismo Christi (vbi fit origo sanctificationis nostri baptismi) affit trinitas in sensibilibus signis. s. pater in voce,

ee, filius in humana natura Spiritus sanctus in columba.

mo, quia apostoli sub hac forma baptizauerunt, nec fuit unquam in euangelio reuocata. Ergo tenebit factum sub illa. Antecedens paret actuū. 2. & 3. & . 19.

S E C U N D O. Ad essentiam sacramenti non requiritur nisi significetur trinitas, vel inuocetur. Sed hoc nomen Christus significat trinitatem: quia significat unitum, & unitatem, & eum quo unitus est. **T E R T I O**. Probatur auctoritate sanctorum illorum. Athanasij, s. Ambrosij, Hugonis, & glosarum, & magistri sententiarum, quos citauimus.

Q U A R T O. (Et fortius) probatur ex illo capitulo quodam iudeo. De consecratione. d. 4. Vbi Nicolaus Papa id determinare videtur: quia dicit, quod si sunt baptizati in nomine sancte trinitatis, aut in nomine Christi solum non debent rebaptizari. **A L T E R A** est opinio sancti Thomae, negativa, s. quod non est forma, nec cum illa conficitur sacramentum. Idem tenet Durandus. in. 4. d. 3. q. 1. Idem Richardus. d. 3. art. 2. q. 3. Idem Paludanus. d. 3. quest. 1. Idem Silvester verbo baptismus. 1. §. 4. Idem Archiepiscopus Florentinus. 3. parte titulo. 14. cap. 13. §. 2. Idem Panormitanus cap. primo extra de baptismo & eius effectu. Idem Gabriel. d. 3. quest. viii. ca. Et alij. Scotus vero dubitat.

O P I N I O ergo haec ita probatur. Primo. De consecratione. d. 4. cap. Multi sunt. Pelagius Papa reprehendit baptizantes in nomine Christi. Quia, inquit, est praecipuum diuinum, quod in baptismo inuocetur trinitas expresse per illa nomina, pater & filius, & spiritus sanctus. Ergo si est praecipuum diuinum, vt sub illis nominibus inuocetur trinitas, in nomine Christi tantum non conficitur sacramentum.

S E C U N D O. In eodem titulo cap. Si reuera: idem dicit Pelagius, quod. i. ad inuocationem unius personae tantum non sit sacramentum. Sed in nomine Christi sola una persona inuocatur. Ergo non sit sacramentum.

T E R T I O. Zacharias Papa de consecratione. d. 4. cap. in sinodo anglorum, determinat quod qui solum sub unius persona nomine vel duarum baptizant (vt si dicat ego te baptizo in nomine patris & filii) non conficit sacramentum. Ergo nec ille qui sub nomine Christi baptizat.

Q U A R T O. Hoc nomen Christus significat unitum & non trinitatem. Nam si a solo patre Iesu vngeneretur, ad huc vocaretur Christus. Ergo sub hac forma sacramentum non conficitur.

Q U A R T O. Apostoli baptizabant in nomine Iesu: vt dicitur etiam. 19. At nunc sub iusto nomine non teneret baptismus, significat enim salvator & non trinitatem. Ergo nec sub nomine Christi. **S E X T O**. Si teneret baptismus in nomine Christi, teneret etiam in nomine spiritus sancti, vel procedentis ab utroque, cum clarius ibi trinitas representetur quam in nomine Christi. Sed sub illo nomine non tenet. Ergo nec sub nomine Christi. **Septimo**

S E P T I M O. Ecclæsia nunquam approbavit istā formam. Ergo non est forma. Si dicas quod approbavit in illo cap. à quadam iudeo, non vallet, respondebimus enim facile cap. illi.

R E S P O N D E O. Igitur ad omnia argumenta in oppositum. Et ad primum responderet sanct. Tho. hic ad primum argumentum, quod apostoli baptizauerunt cum illa forma ex speciali revelatione & dispensatione Christi, ipsis & pro ipsis tantum facta. Et ratio revelationis, inquit sanct. Thom. fuit, ut nomen Christi quod erat odiosum iudeis, & gentibus, amabile redderetur. Secunda ratio (& forte magis literalis) erat, quod apostoli nō bant statim manifestare trinitatem: sed prius prædicabant unum deum prouisorem orbis. At ipsis iam instructis & affectis prædicabat trinitatem. Quod quidem seruare deberent omnes qui in fidibus prædicant. Obidique cum apostolis dispergatum est, ut in nomine Christi baptizarent.

A D S E C V N D U M dico ad maiorem, quod requiritur ut trinitas expresse significetur. Et ad minus nego quod hoc nomen Christus trinitatem significet, sed tantum unctum, siue à seipso siue ab alio solum, unctus sit.

A D T E R T I U M dico, quod cum sint de hoc cōtrouersiae inter ipsos sanctos, non tenemus illos secus quando omnes sunt confermes.

A D Q U A R T U M dico cum sanct. Tho. Hic ad tertium quod Nicolaus Papa solum volebat determinare quod baptismus collatus à pagano in vera forma ecclesie, est verum sacramentum. Sed an in nomine Christi esset vera forma, non intēdebat determinare tanquam de fide tenendum: sed sub opinione Ambrosij reliquit. Nam si tanquam de fide diffineret non diceret, ut Ambrosius dicit. Et innixus est etiam factio apostolorum: ad quod iā respōdimus. Silvestervero. Verbo baptismus. i. 6. 4. dicit de mente Archiepiscopi, caput illud intelligi quādō fit dispensatio à Spiritu sancto & non alias.

P R O resolutione huius dubij notandæ sunt hæ propositiones. Prima est. Qui baptizaret sub ista forma, in nomine Christi, peccaret mortaliter: quia exponit se periculo non faciendi sacramentum, sed committendi sacrilegium. Et quia exponit se periculo nocēdi proximo notabiliter in materia spirituali. Facit etiā quod ille rebaptizetur quod est illicitum. Nam cum haec forma dubia sit sub dubio est talis rebaptizādus, ut habetur extra de baptismō & eius effectu cap. de quibus dubiū est.

S E C V N D A propositio. Baptizatus sub hac forma in nomine Christi, rebaptizandus est sub conditione: quia dubium est an sit baptizatus, & tales sunt rebaptizandi, ut patet ex illo cap. de quibus dubium est.

T E R T I A propositio. Probabilior est pars negativa quam affirmativa propter dictas rationes, & pericula quæ sequuntur.

DUBITATVR præterea an in nomine trinitatis teneat baptismus. Dicunt communiter omnes in 4.d.3. quod non. Probatur. Relicta una persona in forma baptisini, non valet baptismus. Ergo relictis omnibus non valebit. Antecedens probatur, ex cap. multi sunt, & ex cap. Si re vera de consecratione d. 4. vt supra citauimus.

S E C V N D O. In nomine dei, vel in nomine dñi non esset baptismus. Ergo nec in nomine trinitatis.

T E R T I O. Non est forma baptismi nisi explicetur trinitas. Sed in hac forma in nomine trinitatis non explicatur trinitas personarum: sed valde confuse significatur. Ergo, &c.

C O N T R A hoc tamen opponit Marsilius Bernardū dicentem in quadam epistola quod in nomine dei & sanctæ Crucis tenet baptismus

A D H O C dico, quod Bernardus nō intelligit hanc esse veram formam in nomine dei. Sed ro-gatus an si veræ formæ apponatur hec verbum, & sanctæ Crucis, vt si dicatur baptizo te in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti, & sancte Crucis teneat sacramentum, & dicit quod ita. Et hæc est vera opinio certa & tenenda, quod in nomine trinitatis non tenet sacramentum.

C A I E T A N V S tamen dicit, formam illam esse validam, & quod in illa tenet sacramentum. Probat per illud cap. à quodam iudice de consecratio-ne d. 4. vbi dicitur, quod si illi de quibus dubitabatur, baptizati erant in nomine trinitatis, non erāt rebaptizādī. Ergo est forma. Ad hoc cap. dico, quod intelligitur in nomine trinitatis expresse, si in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti: & non sic confuso in nomine trinitatis.

DUBITATVR. An si quis dicat, ego te baptizo in nominibus patris, & filii, & Spiritus secundum sancti, teneat baptismus? Dubium hoc mouet. S. Thom. in 4. d. 3. quæst. 1. art. 2. quæstiuncula 1. ad. 9. non tamē distin̄te respōdet. Et videtur quod sit sacramentum. Nam si quis baptizaret in nomine patris, & in nomine filii, &c. Vere baptizaret. Ergo etiam dicendo in nominibus.

S E C V N D O. Quia quando dicitur in nomine patris, & filii, &c. Exprimitur una essentia & tres personæ. At id etiam exprimitur in nominibus. Ergo est baptismus.

HI S non obstantibus dico cū magistro d. 3. quod sacramentum sub illa forma nō tenet. Ratio est. Quia dicere in nominibus variatur sensus veræ formæ. Nam quando dicitur in nomine patris in vocatur trinitas una invocatione. Si vero dicatur in nominibus plures essent invocationes. Secundo. Dicere in nomine patris, &c. Est dicere in virtute patris, & dicere in nominibus est dicere in virtutibus. Cum vero una sit virtus patris, & filii, & Spiritus sancti mutatur sensus. Hanc sententiā tenet etiam Panormitanus & Hostiensis extra de baptismō & eius effectu cap. primo.

DUBITATVR tertio, an formaliter vel vir Dubium tualiter debeat ponit in forma baptismi hoc tertium.

Dubium primum,

Dubium quartum.

Dubium quintum.

Dubium sextum.

pro

pronomen ego. Dico quod non est necessarium. Probatur. Græci baptizāt sub ista forma, baptize tur seruus Christi. Sed ibi non ponitur ego. Ergo non est necessarium. Antecedens autoritate omnium probatur.

S E D contra hoc arguo sic. Extra de baptismō & eius effectu cap. i. dicitur, qđ qui baptizat, & mergit, & non dicit ego te baptizo in nomine patris, & filii, &c. Non baptizat.

A D H O C dicit Adrianus, quod vult Papa dicere, quod non sufficit mersio sine verbis, nō autem intendebat dicere pronomē ego esse necessariū. Et ideo quando Papa aliquid determinat, videndū est contra quid sit determinatio formaliter, & illud tenendū est eo modo quo Papa determinare intendit.

DUBITATVR an sufficiat ad baptismū dicere nos te baptizamus. Responderet sanct. Thom. 4. d.: quæst. i. quod non: quia actus multiplicatur ad multiplicationē agentium, & ita significaretur in tali forma quod essent multi actus s. quod ego baptizo, & ille baptizat. Si tamen ex accommodatione usus hoc pro nomine nos significat aliquem singularem, puta episcopum (sic enim ipsi loquantur) tenet sacramentū: sed peccaret mutant formam ecclesiæ.

S E D an sufficiat dicere nos te baptizamus, si sint plures baptizantes & quilibet faciat totum? Dico quod probabile est quod ita: quia ibi seruatur versus sensus formæ, s. ego baptizo, & ego baptizo.

DUBITATVR an sit de essentia sacramenti ponere in forma personam baptizatam. Videtur quod non: quia sicut non est de essentia ponere personam baptizatam, ita videtur quod nec baptizatam. Dicotamen quod est de essentia ponere personam baptizatam in forma: quia debet applicari sacramentum ad baptizatum.

DUBITATVR an quis possit baptizare se. Dico quod non & si faciat non tenet factū. Ita est determinatum extra de baptismō & eius effectu cap. debitum. Et assignatur ratio, quia baptismus est quædā regenerationis spiritualis. Et ideo Christus non est baptizatus a se ipso: quia nullus potest se generare.

S E D an requiratur quod exprimatur actus baptizandi? Videtur quod non: quia qui dicit ego in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti & mergit puerum baptizat. Et probat Adrianus, quia dominus dixit docete omnes gentes baptizantes eos in nomine. &c. Sed ad docendū nō requiritur actus docendi, dicere. s. ego vos doceo. Ergo nec ad baptizandum.

A D H O C dico quod requiritur quod exprimatur actus baptizandi. Et ad primum in oppositum nego antecedens. Et ad secundum nego consequētiā. Et probatur quod requiratur actus baptizandi, quia ita determinatur extra de baptismō & eius effectu cap. i. Secundo. Quia requiritur quod in forma significetur ad quid applicatur. s. ad la-

uandum spiritualiter.

DUBITATVR an licet mutare linguam.

Dico quod non intelligentibus lingua Dubium tinam, licet, vt intelligent quid dicunt & faciunt. Septimū. Intelligentibus autem non licet mutare linguam latinam, quia est contra ritū ecclesiæ.

Articul⁹ septimus

Vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi.

DEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod immersio in aqua sit de necessitate baptismi. Vt enim dicitur. Eph. 4. vna fides: unum baptisma. Sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. Ergo videtur quod nō possit esse baptismus sine immersione.

PAETEREA. Apostolus dicit Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte. Sed hoc fit per immersionem: dicit enim Chrysostomus super illud Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Sicut in quodam sepulchro, in aqua submersis nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occulta tur, deinde nouus rursus ascendit. Ergo videtur quod immersio sit de necessitate baptismi.

PAETEREA. Si sine immersione totius corporis posset fieri baptismus, sequeretur quod par irratione sufficeret qualibet partem aqua perfundi. Sed hoc videtur inconueniens: quia origine peccatum (contra quod precipue datur baptismus) non est in carnata corporeis parte. Ergo videtur quod requiratur immersio ad baptismum, & nō sufficiat sola aspersio.

S E D C O N T R A E S T : Quod Hebrew. 10. dicitur. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua mundum. **R**ESPONDEO dicendum, quod aqua assumitur in sacramento baptismi, ad usum

*V*ersum ablutionis corporalis: per quam significatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri potest per aquam, non solum per modum immersionis, sed etiam per modum aspersoris vel effusionis. Et ideo quanvis tuis sit baptizare per modum immersionis (quia hoc habet communior usus) potest tamen fieri baptismus per modum aspersoris: vel etiam per modum effusionis, secundum illud Ezechie. 36. effundam super vos aquam mundansicut beatus Lauretius legitur baptizasse. Et hoc pricipue propter necessitatem, vel quia est magna multitudo baptizandorum, ut patet actuum. 2. & 4. ubi dicitur quod crediderunt una die tria milia, & alia quinque milia. Quandoque autem potest immittere necessitas propter paucitatem aquae: vel propter debilitatem ministri, qui non potest substatere baptizandum: vel propter debilitatem baptizandi, cui posset immittere periculum mortis ex immersione. Et ideo dicendum est quod immersione non est de necessitate baptismi.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ea quae sunt per accidens, non variant substantiam rei. Per se autem requiritur ad baptismum corporalis ablutio per aquam. Vnde & baptismus lauacrum nominatur: secundum illud Ephes. mundans eam lauacro aquae in verbo vite. Sed quod fiat ablutio hoc vel illo modo, accidit baptismu. Et ideo talis diuersitas non tollit unitatem baptismi.

A D S E C U N D U M dicendum, quod in immersione expressius representatur figura sepultura Christi, & ideo hic modus baptizandi est communior & laudabilior. Sed in alijs modis baptizandi representatur aliquo modo licet non ita expresse. Nam quocunq; modo fiat ablutio, corpus hominis vel aliqua pars eius, aqua supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

A D T E R T I U M dicendum, quod principali pars corporis, pricipue quantum ad exteriora membra, est caput in quo cingunt omnes sensus, & interiores & exteriore. Et ideo

si totum corpus aqua non possit perfundi propter aqua paucitatem, vel propter aliquod alia causam, oportet caput perfundere in quo manifestatur principium animalis vite.

E T licet per membra quae generationi deseruent, peccatum originale traducatur, non tamen sunt membra illa potius aspergenda quam caput: quia per baptismum non tollitur transmissio originalis in prolem per actum generationis, sed liberatur anima a macula & reatu peccati quod incurrit. Et ideo debet principue lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera anima.

I N veteri autem lege remedium contra originale peccatum, institutum erat in membro generationis: quia ad hunc ille per quem originale erat amouendum, nascitus erat ex semine Abraham. Cuius fidem circuncisio significabat: ut dicitur Roma. 4.

*I*n HOC Septimo articulo sunt duæ propositi ones quarum prima est. Non requiritur immersio de necessitate sacramenti: quia sufficit ablutio quomodo cuncte sint, siue per immersionem, siue per aspersionem, siue per infusionem. Probatur prius ex definitione baptismi: quae sibi habet. Baptismus est ablutio exterior corporis sub forma praescripta verborum. At potest esse vera ablutio sine immersione. Ergo non requiritur immersio. Secundo. Actuum. 2. & 4. diuus Petrus baptizauit tria milia hominum, qui non poterant immersi, & quia multi, & quia magna quantitatis. Ergo. &c.

S E C U N D A propositio est. Requiritur immersio de necessitate precepti propter consuetudinem ecclesie & talis diocesis. Ecce si sit consuetudo quod fiat ablutio per aspersionem: illa consuetudo esset ferenda. Que omnia satis locuenter probat sanct. Thom.

Articul. octauus.

Vtrum trina immersio sit de necessitate baptismi.

*D*OCTAVUM sic procedit. Videtur quod trina immersio sit de necessitate baptismi. Dicit enim Augustinus in quadam sermone de simbolo ad baptizatos. Requiritur mersus est: quia acceptus est baptismus

in nomine sancte trinitatis. Rechte tertio meriti: quia accepisti baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita immersio, cipu dominica exprimit sepulturam, per quam Christo consepulti estis in baptismate. Sed verumque videtur ad necessitatem baptismi pertinere. Si. & quod significetur in baptismate trinitas personarum, & quod fiat configuratio ad sepulturam Christi. Ergo videtur quod trina immersio sit de necessitate baptismi.

P R A E T E R E A. Sacra menta ex mandato Christi efficaciam habent. Sed trina immersio est ex mandato Christi. Sribit enim Pelagius Papa Gaudentio episcopo. Evangelicum preceptum ipso domino deo & salvatore nostro Iesu Christo tradete, nos ad mortem in nomine trinitatis trina immersione sanctum baptismum unicuique tribuere. Ergo si cui baptizare in nomine trinitatis est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersio. Videtur esse de necessitate baptismi.

P R A E T E R E A. Si trina immersio non sit de necessitate baptismi. Ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda vel tertia, videtur quod secundo vel tertio baptizetur, quod est inconveniens. Non ergo una immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio videtur esse de necessitate ipsius.

S E D C O N T R A est, quod Gregorius dicit scribens Leandro episcopo. Reprehensible esse nullatenus potest, in fonte in baptismate vel tertio, vel semel immergere, quoniam & in tribus immersionibus personarum trinitas, & una potest diuinatris singularitas designari.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut prius dictum est) ad baptismum per se requiri ut ablutio aquae, que est de necessitate sacramenti: modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum. Et ideo sicut expressum est auctoritate Gregorij patet, quantum

est de se, verumque licite fieri potest. Si semel & ter immergere: quia unica immersione significatur unitas mortis Christi & unitas deitatis: per trinam autem immersionem significatur triduum sepulturam Christi, & etiam trinitas personarum.

S E D diuersis ex causis secundum ordinatorem ecclesie, quandoque institutus est unus modulus, quandoque alius. Quia enim a principio nascentis ecclesie quida de trinitate male sentiebant, Christum purum hominem esse estimantes, nec dici filium dei & deum nisi properer meritum eius, quod pricipue fuit in morte: ideo non baptizabant in nomine trinitatis sed in commemoratione mortis Christi, & una immersione. Quod reprobatum fuit in primitiva ecclesia. Unde in canonibus apostolorum legitur. Siquis presbiter aut episcopus non trinam immersionem unius ministerij, sed semel mergat in baptismate quod dari a quibusdam dicitur in morte domini, deponatur. Non enim nobis dixit dominus in morte mea baptizare, sed in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti.

P O S T M O D U M vero in oleum quoru dam Scismaticorum & hereticorum error, homines rebaptizantium, sicut de donatistis Augustinus narrat super Iohannem. Et ideo in defestationem erroris eorum, fuit statutum in concilio toletano, quod fieret una sola immersio. Ubisic legitur. Propter vitandum scismatis scandalum, vel heretici dogmatum, si uno simplam teneamus baptismi immersionem. Sed cessante tali causa, communiter obseruatur in baptismate trina immersio. Et ideo rauiter pectaret aliter baptizans, quasi ritum ecclesiensem obseruans: nihilominus tamē esset baptismus.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod trinitas est sicut agens principale in baptismate. Similitudo autem agens peruenit ad effectum secundum formam, & non secundum materiam. Et ideo significatio trinitatis fit in baptismate per verba formae: nec est de necessitate quod significetur trinitas per consummationem sed

sed hoc fit ad maiorem expressionem.
SI MILIT ER, etiam mors Christi signatur sufficier in unica immersione Triduum autem sepultura non est de necessitate salutis nostra, quia etiam si una die fuisse sepultus vel mortuus sufficiet ad perficiendam nostram redemptions, sed triduum illud ordinatur ad manifestandam veritatem mortis, ut supra dictum est. Et ideo patet quod trina immersio: nec ex parte trinitatis, nec ex parte passionis Christi, est de necessitate sacramenti.

AD SECUNDUM dicendum, quod Pelagius Papa intelligit trinam immersionē esse de mandato Christi in suo simili: in loc. s. quod Christus praecepit baptizari in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Non tamē est similis ratio de forma & de usu materie, ut dictum est.

AD TERTIVM discedū, quod (sicut supra dictū est) intentio requiritur ad baptismum: ideo ex intentione ministri ecclesie, qui intendit unum baptismū dare trina immersione, efficitur unum baptisma. Vnde Hieronimus dicit super epistolam ad Philip. Licet ter baptizetur. i. immergatur propter mysterium trinitatis: tamen unum baptisma reputatur. Si vero intenderet ad unā quamque immersionem unum baptisma dare, ad singulas immersiones repetens verba formae peccaret, quantum in se est pluries baptizans.

Dubium primum.

IN HOC octavo articulo est aduertendū, conclusionem sancti Thomæ certā esse, & ab omnibus communiter receptam. Est etiam Gregorij in registro libro. i. epistola. 41. Determinatur præterea in concilio toletano. 4. cap. 5. ex quo desumpta est determinatio de consecratione. d. 4. cap. de trina immersione. Quod autē dicit sanct. Thom. fuisse aliquando determinatum, ut trina immersione puer baptizaretur: habetur in canonibus apostolorum, canone. 4. 9. ex quo desumptū fuit caput: si quis presbiter de consecratione. d. 4.

DUBITATVR primo, an requiratur certa quantitas aquæ ad baptismum.

DICO quod non. Et probatur. Ad baptismum sufficit quod sit ablution. i. tinctio. Sed ad tinctionem minima quantitas sufficit, dummodo sit sensibili-

lis. Ergo Veruntamen melius est, mediocre aquæ apponere quantitatem, ut in ecclesia fieri consuevit. Hoc idem tenet Gabriel. d. 4. quest. 2. Et holchot. quest. 1. & alij.

DUBITATVR Secundo, si puer moriatur an Dabium te trinam immersionem (vbi trina immer secundum) consueta est) an sit baptizatus.

AD HOC dicit Paludanus in. 4. d. 3. quest. 3. qd̄ non. Primo, quia non est ibi intentio baptizantis, quæ requiritur ad baptismum. Nam baptizas intendebat baptizare trina, & nō una immersione. SECVNDO. Quia si quis mergat puerum, & postea dicat formam puer non esset baptizatus. Ergo si dicatur forma, & postea apponatur materia non est baptismus. Quod tamen facit baptizans, quando ante immersionem moritur puer.

TER TIO. Si non apponitur materia, non est sacramentum. Sed tunc non ponitur materia: quia materia erat aqua ter applicata ad lauandum puerū EGO AVTEM dico cum Caiet. in. 3. p. quest. 66. art. 8. quod est baptizatus. Probatur. Ibi est materia & forma, & intentio ministri: quia minister non intendit quod sit de essentia, id quod non est. Sed secunda & tertia immersio non sunt necessaria, sed accidentales. Ergo non intendit minister illas tanquam necessarias ad baptismū apponere. SECVNDO. Baptizans aspergendo, quāvis aliqua gutta extra baptizatum cadat, est baptismus. Ergo etiam est baptismus cum prima immersione sine alijs.

VNDE sequitur, quod si proferantur verba cum prima immersione, est baptismus, & aliae immersionses impertinenter se habent ad baptismū. Et per hoc facile est respondere ad argumenta Paludani. Ad primum nego antecedens. Ad secundū concedo totum, sed nego quod illud faciat baptizans, quando moritur baptizatus ante trinam immersionem. Ad tertium, nego minorem.

DUBITATVR tertio, an sit puer baptizatus cum trina immersione (vbi consuetū est sic baptizare) si immineat periculum mortis. Dico quod non: sed cum una tantum. Si vero cum una adhuc est periculum, baptizetur aliter. s. per aspersionem vel infusionem: quia non est faciendum malum ut eueniat bonum. Et illud est malum: quia est interficere puerum.

SED si minister ignorat, & putat quod non tenet sacramētū sine trina immersione, aut sine una ad minus, an debeat baptizare cum periculo mortis, vel potius relinquere illum, sine baptismō decedere? Ad hoc dicit Paludanus. 4. d. 3. quest. 3. quod illo periculo non obstante debet minister puerum baptizare: quia preferenda est salus animæ saluti corporali. Nec ppertea talis minister erit irregularis: quia facit id ad quod tenetur.

SED melius dicit Scotus in. 4. d. 5. quest. 3. cū quo dico, quod quido certo imminet periculum mortis baptizando, si immergatur, vel aspergatur, nul lo modo est baptizandus. Idem dicit maior. 4. d.

Dubium quartum.

4. quest. 1. Et Gabriel. d. 4. quest. 2. dubio. 3. Et probant: quia non sunt facienda mala ut inde eueniāt bona. Sic autem baptizare malum esset: quia esset occidere puerum innocētem. Nec minister ab irregularitate immunis esset. Et quantus casus videatur impossibilis: tamen ita esset puer non esset baptizandus.

AD argumentum Paludani dico, quod præferenda est salus animæ saluti corporis, medio tamen licito. Istud autem medium non est licitum cum tali circumstantia. Et si minister conscientium habet quod cum illa necessitate tenetur baptizare puerū deponat illam. Nam si cum tali necessitate puerū in puteum proiiceret apponendo formā (quia nec aquam haurire potest, nec alijs habere) peccaret mortaliter, quia occidit eum. Ergo peccabit etiā baptizādo cum periculo mortis, cū sit eadē ratio.

DUBITATVR quarto. Si minister apponēdo formam proiiciat puerum in puteū, an sit vere baptizatus. Videtur quod sic: quia est ibi vera materia & vera forma, cum ceteris ad baptismū requisitis.

SECVNDO. Si minister baptizaret in aqua in quapoteſt immergere, & in prima immersione dimitteret puerum in fonte baptismatis ut suffocaretur: esset nihilominus baptizatus. Ergo etiam si proiiciat in puteum.

TER TIO. Si cecidisset puer, quia sacerdos erat senex in validus, esset baptizatus. Ergo. &c.

IN OPPOSITVM est, quia tunc non est ablutione nec tinctio. Ergo non est baptismus.

AD HOC dicit Paludanus in. 4. d. 5. quest. 1. qd̄ in illo casu non est baptismus. Idem dicit Scotus d. 5. quest. 6. Idem Marsilius. 4. quest. 4. Idem Silvester verbo baptismus. 4. quest. 10. Idē Holchot 4. quest. 1. Et hæc est vera opinio. Probatur etiā: quia si casu puer de manu gestatis cecidisset, esto gestans apponere formam, non esset baptizatus. Ergo nec si data opera proiiciat in aquam, & proferat formam. Antecedens probatur: quia eadem ratione, si puer natans influmine suffocaretur, & alius apponere formam esset baptismus.

ET confirmatur, quia (vt dixi) nō est ablutione. Ergo non est baptismus. Ad baptismū enim requiriatur ablutione. Nā si pannus mittatur aut ponatur in aquā, nō dicitur lauari. Ergo nec puer in illo casu. **O**PPOSITAM opinionem habet Panor, extra de baptismō & eius effectu cap. Non vt apponentes, Idem tenet Maior. 4. dist. 4. quest. 2. Et probant: quia ibi est vera forma & vera materia. Ergo verus baptismus. Sed ad hoc dico, quod nō est materia propinqua. s. ablutione: quæ necessario requiritur ad baptismū.

DUBITATVR quinto: an materia & forma baptismi debeant esse simul, ut fiat sacramētū, vel an sufficiat apponere verba & postea applicare aquam, vel econuerso.

AD HOC responderet Scotus in. 4. d. 6. quest. 3. & bene, quod materia & forma debent esse simul

& si non apponantur simul non erit baptismus. Probatur. Si non requiritur quod sint simul, & postest esse interuallum aliquod inter materialē & formam baptismi. Ergo eadem ratione teneret sacramentum esto 'f'esser magnum interuallum, Et sic esset baptismus si quis proferret formam, & post horam apponenter aquam.

SECVNDO. Baptismus requiritur quod fiat in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Sed si est interuallum inter materialē & formam, non baptizatur ille in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Ergo.

TER TIO. Augustinus & habetur. i. quest. 1. cap. detrahe dicit. Detrahe verbum ab elemēto, & nō est sacramentum.

QVAR TO. Baptismus componitur ex materia & forma. Ergo oportet quod simul concurrat. Ideo non est difficultas de hac conclusione.

SED dubiū est, quomodo intelligatur illa simultas: quia multipliciter intelligi potest. Vno modo quod ita sint simul: vt in eodē instanti tēporis, & incipient, & terminentur. Alio modo, quod sint simul modo humano & moralis: ita quod esto materia parū ante formā ponatur, velle contra, dicuntur simul modo humano.

AD HOC dicit glossa super illud cap. Detrahe. i. q. 1. quod requiritur simultas primo modo. i. qd̄ sint in eodem instanti.

SED contra hanc opinionem sic argumentor. Primo, hoc non habetur in euangelio, ergo nō est verum. Secundo: quando Christus dixit Matthæi vltimo. Baptizantes eos in nomine patris. &c. In tellexit faciendum esse modo humano. Nā alias esset obligare homines ad aliquod ipossible: quia vix illud potest fieri: Tertio: quia pauci essent baptizati. Raro enim aut nūquā sic sunt simul materia & forma sacramenti.

IDEO sit secunda conclusio. Ad sacramentum sufficit quod materia & forma sint simul modo humano & moralis: esto materia ponatur parum antea, velle contra. Et hoc dicit Caietan. quodlib. i. q. 16. loquens de sacramento ordinis. Vbi refert, quod quidā episcopus, sic ordinabat, quod prius ordinādi tangebat materialē, & postea dicebat formā. Et dicit Caietanus, quod illi nō erant ordinati: quia erat interuallū inter materialē & formam: quia secundū ipsum requiritur illa simultas modo humano. Gabriel autē. d. 6. dicit quod requiritur simultas secundum partē. Et probat de poenitentia, vbi materia præcedit formā, est tamen sacramentū: quia modo humano sunt simul.

DICO igitur quod si materia & forma sunt simul in eodem instanti est melius, & est sacramētū: Sed sufficit simultas modo humano: & alia non requiritur.

ET si arguas. Si cum aliquo interuallo inter materialē & formā est sacramētū, ergo cū quocunq; Nego consequētiā. Quia cum paruo interuallo seruatur simultas illa modo humano, non autem cum

cum magno.

Si iesus secundo: quia ad sacramentum requiriatur veritas in forma, que non saluat nisi in eodem instanti quo profertur forma ponatur materia: nego minorem. Sed sufficit ad veritatem, quod modo humano (ut diximus) sint simul.

Articulus nonus.

Vtrum baptismus possit iterari.

DONUM sic proceditur. Videtur quod baptismus possit iterari: Baptismus enim videtur institutus ad ablutionem peccatorum. Sed peccata iterantur. Ergo multo magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcende hominis culam. **PRAETER EA.** Iohannes baptista praecepit fuit a Christo commendatus, cum de eo dictum sit Matth. 11. internatos multorum non surrexit maior Iohanne baptista. Sed baptizati a Iohanne, iterum baptizabuntur: ut habetur actuū. 19. Vbi dicitur quod Paulus baptizabat eos, qui baptizati erant baptismo Iohannis. Ergo multo fortius illi qui sunt baptizati ab hereticis vel peccatoribus sunt rebaptizandi.

PRAETER EA. In niceno concilio statutum est. Siquis configerit ad ecclesiam catholicam de paulianis & cataphrigiis, rebaptizari eos omnino debere. Videtur autem esse eadem ratio de alijs hereticis. Ergo baptizati ab hereticis debent rebaptizari.

PRAETER EA. Baptismus est necessarius ad salutem. Sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur an sint baptizati. Ergo videtur, quod debeat iterum baptizari.

PRAETER EA. Eucharistia est perfectius sacramentum quam baptismus: ut super dictum est. Sed sacramentum eucharistiae iteratur: quia ut dicitur Roman. 5. Sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem visa.

SED CONTRA est, quod dicitur ephe. 4. una fides unum baptisma.

RESPONDEO dicendum, quod baptismus possit iterari sicut

mus iterari non potest. Primo quidem: quia baptismus est quadam spiritualis regeneratione prout, si quis moritur veteri vita, et incipit nouam vitam agere. Unde dicitur Iohannes. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Unius autem non est nisi unare generatione. Et ideo non potest baptismus iterari: sicut nec carnalis generatione. Unde Augustinus dicit super illud Iohannes primo. Sed ego nesciebam eum. Ecce post Iohannem baptizatum est, post homicidiam non est baptizatum: quia Iohannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi, quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida admissus intrate polluatur.

AD SECUNDUM. Quia in morte Christi baptizamur: per quam morimur peccato, et resurgimus in nouitate vita. Christus autem semel tantum mortuus est. Et secundum baptismus iterari non debet. Propter quod Hebre. 6. contra quosdam rebaptizari volentes dicitur. Rursum crucifigentes sibi met ipsi filium dei. Vbi glosa dicit. Vna Christi mors: unum baptisma consecravit.

TERTIUM. Quia baptismus imprimis characterem, qui est indebilis, et cum quadam consecratione datur. Unde sicut aliae consecrationes non iterantur in ecclesia, ita nec baptismus. Et hoc est quod Augustinus dicit in secundo, contra epistolam Parmeniani, quod character militaris non repetitur, et quod non minus heret sacramentum Christi, quam corporalis hec nota: cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per penitentiam redeuntibus, non restitutur.

QUARTUM. Quia baptismus principiter datur contra originale peccatum. Et ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita etiam nec baptismus iteratur: quia ut dicitur Roman. 5. Sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem visa.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod baptismus operatur in virtute passionis Christi,

sicut

sicut supra dictum est. Et ideo sicut peccata sequentia, virtutem passionis Christi nos auferunt, ita etiam non auferunt baptismus ut neceesse sit ipsum iterari. Sed penitentia superueniente tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Augustinus dicit super illud Iohannes primo. Sed ego nesciebam eum. Ecce post Iohannem baptizatum est, post homicidiam non est baptizatum: quia Iohannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi, quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida admissus intrate polluatur.

AD TERTIUM dicendum, quod Paulianus & Cataphrigae non baptizabat in nomine trinitatis. Unde Gregorius dicit scribes quirino episcopo. Hiheteticci qui in trinitatis nomine minime baptizant: sicut sunt Bonosius & Cataphrigae (qui s. idem sentiebant cum Paulianis: qui & illi Christum deum non credunt, existimantes ipsum s. esse purum hominem, & isti s. Cataphrigae, spiritum s. peruersum sensu esse purum hominem, montanum s. credunt) tales cum ad sanctam ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptisma non fuimus, quod in errore positi, sancta trinitatis non minime perceperunt. Sed (sicut in regulis ecclesiasticis dicitur) sicut apud illos hereticos baptizatis sunt, qui in sancte trinitatis confessione baptizabantur, et veniunt ad catholicam fidem, recipientur ut baptizati.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut dicit decreta. Alexandri tertij. De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizetur his verbis promissis. Si baptizatus es, ego non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo. &c. Non enim videtur iterari quod nescire esse factum.

AD QUINTUM dicendum, quod utrumque sacramentum s. baptismi & eu-

charistiae est representatum dominice mortis & passionis: aliter tamen & aliter. Nam in baptismo commemoratur mors Christi, in quantum homo Christus commoritur, & in nouam vitam regeneratur. Sed in sacramento eucharistiae commemoratur mors Christi, in quantum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale consuum: secundum illud prima corinth. s. pascha nostra immolatus est christus, itaque epulemur. Et quia homo semel nascitur, multoties autem cibatur, semel tantum datur baptismus, multoties autem eucharistia.

ARTICULUS huius questionem tractat Magister in 4. distinctione 6. cap. i. Et tam ipse, quam Scholastici omnes tenent, quod nullomodo est reiterandus baptismus: & si fiat nihil sit. Conclusio etiam est de fide. Probatur ad eph. 4. Vnde deus una fides unum baptisma. Sed si baptismus reiteraretur, non diceretur unum: cuius non dicatur hoc de alijs sacramentis quae reiterantur.

SECVNDUO. Quia sic definitur de consecratione d. 4. cap. rebaptizare (et de sumptu est ex Augustino in epistola ad maximum) quod rebaptizare aliquem immannissimum scelus est. Idem dicit Augustinus ad Parmenianum.

TERTIO. Probatur etiam i. q. i. cap. quod quidam multoties dicitur baptisata non esse iterandum. Ergo conclusio sancti Thomae est vera, & certa.

QVARTO. Apostolus ad Hebre. 6. sic ait. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum coeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutesque saeculi venturi, & pro lapsi sunt, tursus renouari ad poenitentiam. Et quartquam aliqui heretici locum illumini de poenitentia intelligenter: omnes tamen fideles de baptismo illum intelligunt: vt etiam Augustinus in libro de vera & falsa poenitentia multis rationibus probat. Hereticum (inquit) est, negare remissionem peccatorum per poenitentiam toties repetitam, quoties peccata reiterantur. Ergo ille locus intelligitur de baptismo, quando licet impossibile esse renouari ad poenitentiam, i. ad baptismum.

DAMASCENVS etiam & alijs sancti, multas afferunt rationes, ut baptisma non sit repetendus. **PRIMA** est. Quia repugnat, quod quis plures regeneretur, cum baptisma sit regeneratio: sicut etiam est repugnantia, quod quis bis generetur.

SECVNDA ratio est. Quia per baptismum eo morimur Christo: ut dicit apostolus ad Romam: 6. **TERTIA** est. Quia per baptismum imprimitur character.

QVARTA est. Quia baptismus datur contra peccatum originale, quod noti redit post quam deletum est. Scotustamen in 4. d. 6. quest. 7. dicit, quod ratio quare baptismus non reker-

etur

tur, non est quia imprimis characterem, quia antequam sciret character, baptismus non rei terabatur.

A D quod dico, quod bene stat, ut in primicia ecclesia sciretur, baptismum non esse reiterabilem, & non sciretur character, & quod postea sciretur quod illa erat ratio. Ideo dico quod illa est conueniens: ratio quam etiam approbat concilium florentinum.

Dubium
primaria.

DVBITA TVR. An si iteretur baptismus sic verum sacramentum. Videtur quod sic. Num ideo est peccatum: quia reiteratur sacramentum non reiterabile. Ergo si non esset sacramentum non esset peccatum, sicut non esset peccatum facere alias ceremonias super puerum.

A D H O C Gabriel. 4. d. 6. questione. 2. dicit,

quod videtur quod de nomine, reputat tamen

verum esse sacramentum.

P A N O R M I A N V S. Vero super caput de quibus dubium est, extra de baptismo & eius effectu, dicit (& melius) quod non est sacramen-

tum. Et probatur.

A D H O C quod sit sacramentum, requiritur ut baptizatus sit capax baptismi. At semel baptizatus non est capax baptismi. Ergo talis baptismus non est sacramentum.

S E C V N D O. Si esset sacramentum, baptizatus non ponens obicem recipere effectum sacramenti. Quod est falsum.

Dubium
secundum.

DVBITA TVR secundo. An incurra- tur aliqua poena canonica ob scelus rebaptizandi.

DI C O quod incurrit poena irregularitatis. Rebaptizans enim est irregularis. Et ita si non est promotus ad ordines, non poterit pro mo- veri: & si est promotus: non poterit exercere officium suum sine dispensatione, alias peccabit mortaliter extra de poenitatis capit ex litterarum Præter hoc etiam multatur magna poeni- tentia.

S E D tunc rebaptizans incurrit poenam irregularitatis, quando sciens rebaptizat, & sciens vel ignorans vincibiliter illicitum esse rebaptizare. Nam si ignorat in vincibiliter quod rebaptizat vel quod sit prohibitum rebaptizare, non efficietur irregularis: quia hec irregularitas ponitur pro peccato, & ideo ubi non est peccatum non est irregularitas pro facto, quia tunc esto non sit peccatum incurrit. Ut si quis occidat hominem esto sine peccato faciat est irregularis.

S E C V N D O dico, quod idem est iudicium de rebaptizato. Nam si sciens rebaptizatur est irregularis. Si vero cum ignorantia invincibili non: quia excusat à culpa pro qua fertur poena, & ex consequenti a poena lata pro tali culpa. Quod autem rebaptizatus culpabiliter sit irregularis, patet de consecratione distinctione 4. cap. eos & capit. qui bis. Et hæc duo (s. Quid

sciens rebaptizatus sit irregularis, & ignorans invincibiliter non) dicit Silvester in summa verbo baptismus 5. questione 3. Et glosa super cap. qui bis de consecratione d. 4.

S E D C O N T R A hoc arguitur. In illo cap. qui bis dicitur: quod esto ignorans rebaptizetur, & non peccet, nec teneatur poenitere, non possit ad ordines promoueri.

R E S P O N D E O, caput illud esse theodori episcopi cattariorum, & non approbat ab ecclesia in hoc.

S E C V N D O, dico: cum glosa ibidem, caput illud intelligi, si talis postquam scierit ratum habuerit. Et hoc sentit etiam summa pisana. Scotus. 4. d. 6. questione 3. dicit, quod si rebaptizans ignoret poenam canonis, non eam incurrit. Secundus tamen & verius est, quod talis est irregularis si non excusat à culpa per ignorantiam invenientem, vt dixi.

DVBITA TVR tertio, an baptismus sit iterandus saltem sub-conditione.

A D H O C. Respondeo aliquibus propositi- onibus.

P R I M A propositio est. Non licet rebaptizare etiam sub-conditione, si constat quod fuit baptismus. Probatur. Quia etiam sub-conditione incurrit irregularitas. Nam talis reuera rebaptizat, quanvis sub-conditione.

S E C V N D O. Quia Augustinus exterique antiqui dubitabant, an ludicre baptizatus esset vere baptizatus, sicut patet 1. questione 1. cap. Spiritus sanctus, & de consecratione d. 4. cap. solet etiam queri) quod si licet sub-conditione rebaptizare, non dubitaret, sed consuleret ut sub conditione rebaptizaretur.

T E R T I O. Extra de baptismo & eius effectu cap. De quibus dubium est, dicitur, quod si est dubium rebaptizetur sub-conditione. Ergo si est certum non est rebaptizandus.

QVARTO. Rebaptizans sub-conditione, quæ certe nouit baptizatum, applicat omnia quæ sunt de essentia sacramenti subiecto in capaci. Ergo committit sacrilegium, sicut si mortuo applicaret.

QVINTO. Episcopus grauter peccat reordi-

nando illum, quem scit ordinatum. Ergo & rebap-

tizans sub-conditione.

S E C V N D A. Propositio. Quando dubitatur an quis sit baptizatus, non statim rebaptizandus est. Probatur ex Augustino libro de vnico baptismo. Et habetur de consecratione distinc-

tione. 1. cap. solet etiam queri. citaturque à Magistro distinctione 6. capit. 5. Vbi dicitur quod sperandum est à diuino auxilio precibus & orationibus, ut reuelet an ille sit baptizatus. Ergo quando est dubium magna est adhibenda diligentia an tequam rebaptizetur.

T E R T I A propositio. Si diligenter inquisitione facta maneat dubium an aliquis sit baptiza- tus, rebaptizandus est sub-conditione, ut habe-

tur

Dubium
tertiu.

Dubium
quartu.

Dubium
quintu.

tur in capit. placuit & capit. parvulos de consecratione distinctione 4. Et extra de baptismo & eius effectu capit. De quibus dubium est. Idem dicit Leo Papa in epistola. 64. Ad Nequium episcopum rauenatem: quæ habetur in. 2. Thom. conciliorum. Idem dicendum est de alijs sacramentis non iterabilibus, propter candide rationem vt dicit Panormitanus super cap. de quibus dubium est. Idem etiam est dicendum de solemnitate quando dubitatur an fuerit apposita. s. quod reiteretur: Dubium autem intelligo, dubium iuriis & facti, ut sentit Panormitanus super illud cap. De quibus dubium est.

QVARTA PROPOSITIO. Si est certum quod quis non est baptizatus, absolute baptizandus est, & non sub conditione. Hæc est contra multorum parrochorum pessimam consuetudinem: qui semper sub conditione baptizant. Quando enim certum est, quod aliquis non est baptizatus, peccat qui eum sub conditione baptizat: quia nullum sacramentum est ad ministrandum sub conditione.

DVBITA TVR Q VAR TO: Siquis sine solemnitate baptizetur, id est, sine cathechismo & exorcismo, an postea solemnitas illa debeat adhiberi.

R E S P O N D E O. Quod ita: quia iste est ritus ecclesie, & adhuc solemnitates istæ ordinantur.

DVBITA TVR. Si casu solemnitas si- ne baptismo apponatur, an debeat postea repetitum baptismo.

DICO quod ita, quia solemnitas instituta est propter baptismum. Vnde si quis non intendens baptizare apponat solemnitatem, postea cum purer baptizatur repetenda est solemnitas.

Articul. decimus

Vtrum ritus quo ecclesia in bap- tizando vtitur sit conueniens.

DECIMUS sic proceditur. Videtur quod non sit conueniens ritus quo ecclesia vtitur in baptizando. Vt enim dicit Chrysostomus, nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuissent. Hoc autem factum

Hij ad

fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo epiphaniae. Ergo magis deberet celebra ri solemnis baptismus in festo epiphaniae, quæ in vigilia Pascha, & in vigilia Pentecostes.

P R A E T E R E A. Ad idem sacramentum non videtur pertinere diversarum materiarum usus. Sed ad baptismum pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui baptizatur, bis in unguitur oleo sancto, primum in pectorale, deinde inter scapulas & tertio chrismate in vertice.

P R A E T E R E A. In Christo Iesu non est masculus & femina, Barbarus & scitha, & eadem ratione nec aliqua aliae huiusmodi differentia. Multo igitur minus diversitas vestium aliquid operatur in fide Christi. Inconuenienter igitur baptizatis truditur candida vestis.

P R A E T E R E A. Sine huiusmodi obseruantibz potest baptismus celebrari. Hæc igitur quæ dicta sunt videntur esse superflua, & ita inconuenienter ab ecclesia instituta esse in ritu baptismi.

S E D C O N T R A E S T, quod ecclesia regitur a Spiritu sancto: quin nihil in ordinatum operatur.

R E S P O N D E O DICENDUM, quod in sacramento baptismi aliquid agitur quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est quod ad quandam solemnitatem sacramenti pertinet. De necessitate quidem sacramentum est forma quæ designat principalem causam sacramenti: & minister qui est causa instrumentalis, & usus materiae. s. ablutio in aqua, quæ designat principalem sacramenti effectum. Cetera vero omnia quæ in ritu baptizandi obseruat ecclesia, magis pertinent ad quandam solemnitatem sacramenti. Quæquidem adhibentur sacramento propter tria.

P R I M O QUIDEM. Ad excitadum devotionem fidelium, & reverentiam

ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablution in aqua absque solemnitate, de facili ab aliquibus estimaretur, quasi quadam communis ablution.

SECVNDO. Ad fidelium instructionem Simplices enim qui literis non erudiuntur, oportet erudire per aliqua sensibilia signa: puta per picturas & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea quae in sacramentis aguntur, vel insinuantur, vel solicitantur ad querendum de his quae per sensibilia signa significantur. Et ideo quia praeter principalem sacramenti effectum, oportet quadam alias circa baptisum, conueniens fuit, ut etiam quibusdam exterioribus signis representarentur.

TER TIO. Quia per orationes & benedictiones & alia huiusmodi: cohibetur vis demonis ab impedimento sacramentali effectus.

AD PRIMVM. Ergo dicendum, quod Christus in Epiphania baptizatus est baptismo Iohannis, ut supra dictum est. Quo quidem baptismo non baptizantur fidèles, sed potius baptismo Christi. Qui quidem habet efficaciam ex passione Christi secundum illud Roma. 6. quicunque baptizatus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizatus) ex Spiritu sancto, secundum illud Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. &c. Et ideo solemnis baptismus agitur in ecclesia, & in vigilia pasche quando fit commemoration dominicae sepulturae, & resurrectionis eiusdem (propter quod & dominus post resurrectionem praecepit de baptismo discipulis dedit, ut habetur Matth. ultimo) & in vigilia pentecostes quando incipit celebrari solemnitas Spiritus sancti. Vnde & apostolileguntur ipso die pentecostes, quo Spiritum sanctum receperant, tria milia hominum baptizati.

AD SECUNDVM dicendum, qd usus aqua adhibetur in baptismo quasi per-

tinens ad substantiam sacramenti: sed usus olei vel chrisma adhibetur ad quandam solemnitatem. Nam primo, baptizandus in ungitur oleo sancto, & in pectore & in scapulis, quasi athleta dei, ut Ambrosius dicit in libro de sacramentis, scut pinguis in ungis consueverunt.

VEL sicut innocentius dicit in quadam decretali de sacra unctione. Baptizandus in pectore in ungitur, ut per Spiritus sancti dominum errorum abuiciat & ignorantiam, & fidem rectam suscipiat, quia iustus ex fide vivit. Inter scapulas autem in ungitur, ut per Spiritus sancti gratias excusat negligientiam & corporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est, ut per fidei sacramentum, sic mundicia cogitationum in pectore, & fortitudo laborum in scapulis. Post baptismum vero (ut rabanus dicit) statim signatur in cerebro a presbitero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, ut Christi regni particeps fiat, & a Christo christianus possit vocari,

VEL sicut Ambrosius dicit, unguatum super caput effunditur quia sapientis sensus in capite eius, ut si paratus omni potenti de fide redererationem.

AD TER TIVM dicendum, quod vestis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione quod non licet ei alijs vestibus uti, sed in signum gloriae resurrectionis, ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem vite, quam debet post baptismum obseruare: secundum illud Roman. 6. In nouitate vite ambulemus.

AD QVARTVM dicendum, quod ea que pertinent ad solemnitatem sacramenti, & non sint de necessitate sacramenti: non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti: ut dictum est.

IN HOC DECIMO articulo nota, quod id quod sanct. Thom. Hic dicit, docet etiam Dionisi

onissimus secundo, capite cœlestis Hierarchia. NOTA secundo, quod (solū hic agemus de Cathecismo, & exorcismo) Cathecismus enī dicitur καθηκός quod est doctrina seu instructio in fide & cathecizare est in fide instruere, circa genera-lia fidei. Exorcismus vero est dæmonis adiuratio. Et ita ecclesia seruat, sicut dominus mādauit Matth. vltitao. Euntes docete omnes gentes baptizan-tes eos. &c. Cathecismus enim pro adultis venien-tibus ad fidem institutus est. Et Augustinus in epistola. 23. inquit, quod infantes in baptismo in-terrogantur an credant, & respondeatur pro eis quod ita quia recipiunt baptismum. i. sacramen-tum fidei.

DUBITATVR igitur, an per hoc quod cō patres respondent pro puero quod abre-nunciat demoni & pompis eius in baptismo, pu-er obligetur ad aliquid sub voto.

AD HOC. Durandus. d. 6. quest. 3. dicit quod ita, sed non probat. Melius tamen dicit Paludanus. in. 4. d. 6. quest. 4. quod non obligantur pueri in Cathecismo ad aliquid de novo sub voto: sed ecclesia proponit ibi ea quae christianus debet seruare, & asūceptoribus acceptantur pro pueris.

DUBITATVR secundo, an in Cathecismo contrahatur cognatio spiritualis.

DICO quod contrahitur, imperfecta tamen. Nam non impedit matrimonium contractum, sed contrahendum: quia peccant contrahendo, sed non dirimitur matrimonium iam contractū. Et hoc inter eos inter quos cognatio spiritualis perfecta contrahitur in baptismo, ut habetur de cognitione spirituali. cap. 2. in. 5.

DUBITATVR tertio, an debeat fie ri exorcismus. Dico quod ita, ut patet ex ritu ecclesie, & ex dispositione iuris de consecra-tione. d. 4.

NOTA etiam, quod exorcismus est quedam dæ-monis adiuratio, quia adiuratur ne in aliquo bap-tizandum vexet.

DUBITATVR quartu, an pro sint aliquid exorcisi.

AD HOC. Duradus in. 4. d. 6. quest. 4. dicit qd aliqua sunt ibi quæ solum significat: & aliqua quæ efficiunt. Sed sanct. Thom. hic & in. 4. dicit quod non solum significant sed efficiunt. Et probatur, quia ecclesia quæ regitur a Spiritu sancto, non facit aliquid frustra nec mentitur in suis locutioni bus. Mentiretur autem si exorcismi non operaren-tur quod significant. Augustinus etiā lib. 1. de sim-bolo (& habetur de confecra. d. 4. cap. sicut nostis) hoc idem affirmat.

DUBITATVR. Quinto, quomodo exorcis-

mus operatur.

AD HOC dicit Paludanus ubi supra quod secū-

dum aliquos exorcismus ex natura sua dæmones expellit. Et probant: quia quādō dæmon arripiebat Saul, exhibebat eo ad sonū citharae David, ut ha-

betur. i. regū. 16. Probatur etiam ratione: quia ani-ma ob suā dignitatem potest aliquid in dæmonē imprimere.

SED quia hæc apparentia non habent, dico quod exorcismus habet expellere immundos spiritus, ex potestate ecclesie collata: quia deus concurrevit specialiter ad presentiam illorum verborum, ut fiat quod per illa verba significatur. Hoc maior in 4. d. 6. quest. 2. in fine. Et probatur hoc ex illo, marci vltimo, in nomine meo dæmonia ejicient. Quod tamen verba de se facere non possunt. Vnde omnes chartæ quæ nōx vocantur, sunt superstitiose.

DUBITATVR Sexto, an esse etum istū, ex-pellendi. s. dæmones, habeat exorcismus ex opere operato.

RESPONDEO quod ita. Eadem etiā videtur esse sententia sanct. Tho. in questionibus de potentiā. quest. 6. art. 10. Vbi quærens an dæmones possint aliquo modo expelli respondet quod pos-sunt virtute divina.

ARGVITVR tamen cōtra hoc. Primo. David (ut habetur. i. reg. 16.) pulsatione citharae dæmonē expellebat. Ergo etiam exorcismus ex natura rei, ex opere operato habet dæmones expellere, non ex virtute divina.

SECUNDUO. Thobiae. 6. sumus iecor's piscis ex pulit demonem.

TER TIO. regum. 3. eliseus fecit adduci psalte vt prophetaret. Ergo etiam non requiritur peculiaris virtus dei, ut exorcismus dæmones expellat. Sed ex natura rei habet hunc effectum: sicut hæc quæ supra citauimus.

AD HAEC argumenta responderetur facile. Ad primum dico, qd sonus citharae David, non habebat ex se dæmonem expellere. Sed quia redebat saulem latu & iocundu ac per hoc minus sentientem dæmonis vexationem, dicitur demo-nem expulisse.

AD SECUNDUM dico, quod illud erat ex dei speciali virtute.

AD TER TIVM dico, quod per psalmum deuo-tio. El. sei accēdebatur: ut dignus esset prophetam recipere.

DE HOC vide bedam super illud actuam. Is. Iesum noui & Paulum Scio: Hugonem etiam, de sacramentis. Isidorū cap. 2. de officijs. Casiōdorū lib. 9. cap. 3. Et alexandrū quartū: qui in suis decre-tis mentionē facit de ceremonijs baptismi. Vnde sequitur quod sunt in ecclesia antiquissimæ.

Articul. vndeci.

Vtrū cōuenienter describātur tria baptis mata.

H ij AD

DVNDECIMVM
sic proceditur. Videtur quod
in conuenienter describantur
tria baptismata. s. aquæ san-
guinis, & flaminis. s. Spiritus sancti. Quia
apostolus dicit Ephe. 4. una fides unum
baptisma. Sed non est nisi una fides. Ergo
debent ponit tria baptismata.

PRÆTEREA. Baptismus est quod
dam sacramentum, ut ex supra dictis paret.
Sed solus baptismus aquæ, est sacramentum.
Ergo non debent ponit alia duo baptismata.

PRÆTEREA. Damascenus in 4.

libro determinat plura alia genera baptis-
matum. Non ergo debent ponit solum tria ba-
ptismata.

SED CONTRA. Est, quod super illud
Hebre. 6. Baptismatum doctrina dicit glosa.
Pluraliter dicit, quia est baptismus aquæ, pa-
nitentia, & sanguinis.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut su-
pradicatum est) baptismus aquæ efficacia ha-
bet a passione Christi (cui aliquis configura-
tur per baptismum) & ulterius, sicut a pri-
ma causa à Spiritu sancto. Licet autem effe-
ctus dependeat à prima causa: causa tamen
superexcedit effectum, nec dependet ab effe-
ctu. Et ideo præter baptismum aquæ potest
aliquis consequi sacramentum effectum ex pas-
sione Christi, in quantum quis ei conforma-
tur, pro Christo patiendo. Vnde dicitur apo-
calyp. 7. His sunt qui venerunt ex magna tri-
bulatione & lauerunt stolas suas, & dealba-
uerunt eas in sanguine agni. Eadem, etiā re-
tione aliquis per virtutem Spiritus sancti
consequitur effectum baptismi: non solum si-
ne baptismus aquæ, sed etiā sine baptismus san-
guinis, in quantum s. al. curus cor per Spir-
itum sanctum mouetur ad credendum, & di-
ligendum deum, & paenitendum de peccatis.

Vnde etiam dicitur baptismus paenitentiae. Et
de hoc dicitur Esaiæ. 4. Si abluerit dominus
sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusa-
lem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, et

spiritu ardoris.

SIC Igitur utrumque aliorum bap-
tismatum nominatur baptismus: inquit
supplet vicem baptismi aquæ. Vnde dicit
Augustinus in 4. libro de uno baptismo
parvorum. Baptismi vicem aliquando
implere passionem, de laetitia illo, cui non bap-
tizato dictum est, hodie mecum eris in para-
diso. beatus Cipriani non leue documentum
assumit. Quod etiam atque etiam confide-
rans, inuenio non tantum passionem pro no-
mine Christi, id quod baptismus decitat posse
supplere: sed etiam fidem, confessionemque
cordis, si forte ad celebrandum misterium
baptismi, in angustijs censporum succurri
non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod
alia duo baptismata includuntur in baptis-
mo aquæ: qui efficaciam habet & ex passio-
ne Christi, & ex Spiritu sancto. Et ideo per
hoc non collitur unitas baptismatis.

AD SECUNDVM dicendum,
quod (sicut supra dictum est) sacramentum
habet rationem signi. Alia vero duo conve-
niunt cum baptismo aquæ, non quidem quâ-
tum ad rationem signi, sed quantum ad effe-
ctum baptismatis. Et ideo non sunt sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, quod
Damascenus ponit quedam baptismata fi-
guralia: sicut diluvium, quod fuit signum
nostræ baptismi, quantum ad salvationem
fidelium in ecclesia, sicut tunc pauca anima-
salus factæ sunt in archa, ut dicitur prime
petri 3.

tis mus enī aquæ imprimet characterem. Quod quidem baptismus sanguinis non facit. Ergo baptismus sanguinis non est potior, quam baptismus aquæ.

PRÆTEREA Baptismus sanguinis non valet sine baptismō flaminis, qui est per charitatem dicitur enim. i. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meū ita ut ardeā, charitatem autē non habuerō, nihil mihi prodest.

Sed baptismus flaminis valet sine baptismō sanguinis non enim soli martyres saluantur. Ergo baptismus sanguinis nō est potissimus.

PRÆTEREA. Sicut baptismus aquæ habet efficaciam à passione Christi (cui secundum predicta respondet baptismus sanguinis) ita passio Christi efficaciam habet à Spiritu sancto: secundum illud Hebreo. 9. Sanguis Christi qui per Spiritum sanctum obtulit semetipsum pro nobis, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Et ergo baptismus flaminis potior est, quam baptismus sanguinis. Non ergo baptismus sanguinis est potissimus.

SED CONTRA EST, qd Augustinus ad fortunatum (loquens de comparatione baptismatū) dicit. Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdoce: martir coram persecutore. Ille post cōfessionem aspergitur aqua, hic sanguine. Ille per impositionem manus pontificis, recipit Spiritum sanctum, hic templum efficitur Spiritus sancti.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) effusio sanguinis pro Christo, & operatio interior Spiritus sancti, dicuntur baptisma, in quantum efficiunt effectum baptismi aquæ. Baptismus autem aquæ efficacia habet à passione Christi, & à Spiritu sancto, ut dictum est. Que quidem duæ causæ operantur in quolibet horum trium baptismatū: excellentissime tamen in baptismō sanguinis. Nam passio Christi operatur quidem in baptismō aquæ, per quandam figuralem representationem: in baptismō autem flaminis vel pœnitentie, per quandam affectionem, sed in

baptismo sanguinis per imitationem operis. Similiter etiam virtus Spiritus sancti operatur in baptismō aquæ, per quandam virtutem latentem, in baptismō autem pœnitentie, & per cordis commotionem, sed in baptismō sanguinis per potissimum dilectionis effectum secundum illud Iohan. 15.. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suā ponat quis pro amicis suis.

AD PRIMVM. Ergo dicendū, quod character est res sacramentum. Non autem dicimus quod baptismus sanguinis, præ eminentiam habeat secundum rationē sacramenti, sed quantum ad sacramenti effectū.

AD SECUNDVM dicendum, quod effusio sanguinis, non habet rationem baptismi, si sit sine charitate. Ex quo patet, quo baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, & non conuerso. Vnde ex hoc ipso probatur per se.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismus sanguinis præminentiam habet, nō solum ex parte passionis Christi, sed etiā ex parte Spiritus sancti: ut dictum est.

IN HOC articulo nota, qd Paludanus in. 4. d. 4. quest. 3 Respondeat huic quæstioni aliquibus propositionibus. Prima propositione est. Baptismus aquæ facit characteratum, & non martirium. Secunda propositione est. Ad martirium requiritur contritio peccatorum, quia non est sacramentum & non ad baptismum cum sit sacramentum. Verius tamē est, quod ad utrumque requiratur dolor formalis vel virtualis. Et multū probabile est quod ad martirium non requiritur dolor, sed sat est non complacere in peccato. De hoc tamen infra in materia de pœnitentia disputabimus. Tertia propositione est. Martirium remittit peccata etiā quo ad quæcumque poenam, sicut baptismus aquæ. Probatur. Quia hoc privilegium conceditur martirio à Christo. Qui me confessus fuerit (inquit Matth. 10.) coram omnibus, confitebor ego eum coram patre meo. Quarta propositione. Præstante ore est baptismus sanguinis, baptismus aquæ, & flaminis: quia in illo operatur magis passio Christi, quia per imitationem operis. Secundo. Hic magis operatur. Spiritus sanctus per potissimum feruorem dilectionis & affectionis.

Quæstio octaua.

De ministris per quos traditur sacramentum baptismi.

DE INDE Considerandum est de ministris per quos traditur sacramentum baptismi. Et circa hoc queruntur octo.

PRIMO. Utrum ad diaconum pertinet baptizare.

SECUNDO. Utrum pertineat ad presbiterum, vel solum ad episcopum.

TERTIO. Utrum laicus possit sacramentum baptismi conferre

QUARTO. Utrum hoc possit facere mulier.

QUINTO. Utrum non baptizatus possit bap-

tzare unum & eundem.

SEPTIMO. Utrum necesse sit aliquē esse, qui baptizatum de sacro fonte recipiat.

OCTAVO. Utrum suscipiens aliquem de sacro fonte, obligetur ad eius instructionem.

Articul. primus,

Utrum ad officium diaconi pertinet baptizare.

DICENDŪ sic proceditur. Videtur quod ad officium diaconi pertineat baptizare.

Simul enim inungitur ad dominum officium prædicandi euangelium & baptizandi, secundum illud Matthei ultimo Euntes docete omnes gentes baptizantes eos. &c. Sed ad officium diaconi pertinet euangelizare. Ergo videtur quod etiam ad officium diaconi pertineat baptizare.

PRÆTEREA. Secundum Dionisii s. cap. ecclesiastica Hierarchie purgare pertinet ad officium diaconi. Sed purgatio à peccatis maxime fit per baptismum: secundum illud ephe. s. Mundans eam lauacro aquæ

in verbo vita. Ergo videtur quod baptiza reperient ad diaconum.

PRÆTEREA. De beato Laurentio legitur, quod cū ipse esset diaconus, plurimos baptizabat. Ergo videtur quod ad diaconos pertineat baptizare.

SED CONTRA. Est, quod Gelasius Papa dicit, & habetur in decretis. 93. distin. Diacones propriam constitutus obseruare mensuram. Et infra. Absque episcopo vel presbitero baptizare non audeant: nisi predictis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat.

RESPONDEO dicendum, quod sicut celestium ordinum proprietates & eorum officia ex eorū nominibus accipiuntur (v. Dicitur. i. s. cap. celestis Hierarchie) ita etiā ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest, quid ad unumque pertineat ordinem. Dicuntur autem diacones quasi ministri: quia videlicet ad diacones non pertinet, aliquid sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere: sed ad hibere ministerium alijs maioribus, in sacramento rum exhibitione. Et sic ad diaconem non pertinet quasi ex proprio officio, tradere sacramentum baptismi: sed in collatione huius sacramenti, & aliorū, assistere & ministrare maioribus. Vnde Isidorus dicit. Ad diaconū pertinet assistere & ministrare sacerdotibus, in omnibus que aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, in chrismate, in patene & calice.

AD PRIMVM. Ergo dicendū, quod ad diaconū pertinet recitare euangeliū in ecclisia & prædicare ipsum per modū Cathecūtis. Vnde dicitur Dionisius, qd diaconi habent officium super immundos: inter quos per cathecūmos. Sed docere. i. exponere euangeliū, pertinet proprie ad episcopū, cuius actus est perficere: secundū Dionisii. s. cap. ecclesiastica Hierarchie. Perficere autem, idem est quod docere. Vnde non sequitur, quod ad diacones pertineat officium baptizandi.

A D S E C V N D V M dicendum, quod (sicut Dionisius dicit. 2. cap. ecclesiastica Hie rarchia) baptismus non solum habet purgati uam, sed etiam illuminati uam virtutem. Et ideo excedit officium diaconi: ad quem pertinet solum purgare s. vel repellendo im mundos, vel disponendo eos ad sacramenti susceptionem.

A D T E R T I V M dicendum, quod quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconibus necessitate urgente in absentia maiorum baptizare: sicut patet ex auctoritate gelasy supra inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus existens baptizauit.

I N H O C A R T I C V L O. Videtur primo, qd conclusio negativa sancti Thom. (s. diaconus non habet ex officio baptizare nec prædicare,) non sit vera. Prior quia in diaconi consecratione dicitur expresse. Oportet diaconum ministrare ad al tare, baptizare & prædicare. Ergo ex officio conuenit diaconis baptizare.

A D H O C (admissio quod illud dicitur in consecratione diaconi) nego, quod inde sequatur, diaconum ex officio posse baptizare. Sed sequitur, qd vel habeat baptizare ex officio vel excommunio ne. Non ad diaconos pertinet, & baptizare, & præ dicare excommunione, nempe si ab episcopo vel presbitero sibi impouatur. Et ita dicit Pelagius Papa. 93. distinctione cap. diacones. Quod autem ad diacones non spectet baptizare ex officio vel prædicare, patet ex cap. constat de consecra. d. 4. Probatur etiam ratione. Diaconus est minister, & ad eum pertinet ex officio solum ministrare in altari sacerdoti. Cum ergo sit minister, non spectet ad eum actus superiorum nisi ministerialiter hoc est, cum ei tanquam ministro à superiori cui ex officio baptizare, & prædicare conuenit) committitur.

D U B I U M an possit committi diaconi bus quod baptizent ex officio. **D I C O** quod non, & probo. Aliorum sacramen torum administratio, non potest eis committi ex officio. Ergo nec administratio baptismi.

Articul. secūdus,

Vtrum baptizare pertineat ad offi cium presbiterorum.



D S E C V N D U M sic pro ceditur. Videtur quod baptiza renon pertineat ad officium pres biterorum, sed solum episcopo rum. **Q uia** (sicut dictum est) eodem praep to iniungitur Matth. v. ultimo officium docendi & prædicandi. Sed docere quod est per ficer e pertinet ad officium episcopi, ut patet per Dionisius in s. 6. cap. ecclesiastica Hie rarchia. Ergo & baptizare pertinet tantum ad officium episcopi.

P R A E T E R E A. Per baptismum an numeratur aliquis populo christiano, quodquis dem videtur ad officium solum principis per tinere. Sed principatum in ecclesia tenent epis copi: qui (ut dicitur in glossa Luce. 10.) tenet locum apostolorū, de quibus dicitur in psal. Constitues eos principes super omnem terram. Ergo videtur quod baptizare solum pertineat ad officium episcopi.

P R A E T E R E A. Isidorus dicit quod ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnelio altaris, & confectio chris matis, ipse ordines ecclesiasticos distribuit, et sacras virgines benedit. Sed his omnis minus est sacramētū baptismi. Ergo videtur quod multo magis ad officium solum episcopi pertineat baptizare.

S E D C O N T R A est, quod Isidorus di cit in lib. de officijs. Constat baptisma solum sa cerdotibus esse traditum.

R E S P O N D E O dicendum, quod sacer dotes ad hoc consecrantur, ut sacramentum corporis Christi conficiant: sicut supra dictū est. Illud autem est sacramentum ecclesiastice unitatis: secundum illud apostoli. i. corin th. 10. Vnus panis, & unum corpus, multi sumus omnes qui de uno pane & de uno ca lice participamus. Per baptismum autem, ali quis fit particeps ecclesiastice unitatis, unde & accipit ius ad mensam domini accedē di. Et ideo sicut ad sacerdotem pertinet conse crare eucharistiam (ad quod principaliter sa cerdotum ordinatur) ita ad proprium offi cium

suum sacerdotis pertinet baptizare. Eiusde nūm videtur esse operari totum, & partem in toto disponere.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod verumque officium s. docendi & baptizan di, dominus apostolis iniunxit, quorum vi cem gerunt episcopi: aliter tamē & aliter. Nā officium docendi commisit Christus, ut ipse per se illum exercerent, tanquam principali summum. Unde & ipsi apostoli dixerunt actuū. 6. Non est aequum nos de relinquere verbum dei, & ministrare mēsis. Officium autem baptizādi commisit apostolis, ut per alios exercendum. Unde & apostolus dicit. i. Corinθ. 1. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et hoc ideo: quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapientia ministri, sicut in docendo: ut patet ex supra dictis. Incuius etiam signum nec ipse dominus baptizauit, sed discipuli eius, ut dicitur Iohann. 4. Ne tamē per hoc excluditur, quin episcopi possint baptizare: quia quod potest po test as inferior, potest & superior. Unde & apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse

A D S E C V N D V M dicendum, quod in qualibet republica, ea quae sunt minora, pertinent ad minora officia, maiora vero maiori bus reseruantur. Secundum illud exodi. 18. Quicquid maius fuerit referant ad te, & ipsi tantummodo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet disponere de infimo populo: ad summos autē principes pertinet disponere, ea quae pertinent ad maiores ciuitatis. Per baptismum autem non adipiscitur aliquis nisi infimum gradum in populo Christiano. Et ideo baptizare pertinet ad minores principes ecclesiae. i. Ad presbiteros: qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi: ut dicit glossa. Luce. 10.

A D T E R T I V M dicēdū, quod (sicut supra dictum est) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad per fectionem, sunt quædā alia potiora, quae epis copis referuantur.

I N I S T O. Secundo articulo non est difficultas ideo conclusio sancti Thom. communiter si ne controuerchia recepta est, & à doctore testimonio Isidori, & ratione sufficiēter probata. Ita etiā definitur de consecratione d. 4. cap. constat. SED esto ita sit, quod ad officium sacerdotis spe cter baptizare possunt nihilo minus pōtifices prohibere ne aliqui sacerdotes baptizent, extra necessitatē. Et ita prohibitum est omnibus etiam sacerdotibus, ne baptizent parochianum alterius, quia proprii parrochi debent sacramēta suis sub ditis ministrare. 16. quæst. 1. cap. interdicimus. Et si aliquis non sacerdos tentauerit aliquem baptizare sine necessitate, est irregularis ut habetur cap. primo extra de clero non ordinato ministrante. Si autem est sacerdos quanvis non sit par rochus, & sine necessitate, & sine licētia parrochi vel superioris baptizet, non est irregularis: quia cum ad officium sacerdotis spectet baptizare (ut ait doctor) noluit papa illos punire sine necessitate non sibi subditum baptizantes.

Articul. tertius.

Vtrum laicus possit baptizare.

A D T E R T I V M sic pro ceditur. Videtur quod laicus bap tizare non possit. Baptizare enī (sicut dictum est) proprie pertinet ad ordinem sacerdotale. Sed ea quae sunt ordinis non possunt committi non habenti ordinem. Ergo & iudicur, quod laicus qui nō ha bet ordinem, baptizare non possit.

P R A E T E R E A. Maius est baptizare, quamalia sacramentalia baptismi perficie re: sicut cathecizare, & exorcizare, & aquā baptismalem benedicere. Sed hæc non possunt fieri à laicis. Sed solum à sacerdotibus. Ergo videtur quod multo minus laici possint baptizare.

P R A E T E R E A. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & paenitentia. Sed laicus non potest absoluere in foro paenitentiali. Ergo nec potest baptizare.

S E D C O N T R A est, quod Gelasius Pa past, & Isidorus dicunt, quod baptizare nete sitate imminentia, laicus christianis plerūque conceditur.

R E S P O N D E O dicendum, quod admi

sericordiam eius qui vult omnes homines salvos fieri pertinet, ut in his quae sunt de necessitate salutis, homo de faciliter remedium inueniat. Inter omnia autem sacramenta maximae necessitatis est baptismus, qui est regenerationis hominis in vitam spiritualem: quia pueris alter omnino subueniri non potest, et adulteri non possunt aliter quam per baptismum plenam remissionem consequi, et quantum ad culpam et quantum ad paenam. Et ideo ut homo circa remedium tam necessarium defecatum pati non possit, institutum est, ut et materia baptismi sit communis. s. aqua (qua a quolibet de facili haberi potest) et minister baptismi etiam sit quicunque non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suae dispensum patiatur.

AD PRIMA ergo dicendum, quod baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem secundum quandam conuentiam, et solemnitatem, non autem hoc est de necessitate sacramenti. Unde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem, tamen sacramentum baptis: confert, nec est re baptizandus ille qui sic est baptizatus.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa sacramentalia baptis: pertinent ad solemnitatem, non autem ad necessitatem baptis:.

Et ideo fieri non debent nec possunt a laico: sed solum a sacerdote cuius est solenitatem baptizare.

AD TERTIUM dicendum, quod (si eut supra dictum est) paenitentia non est tantum necessitas sicut baptismus. Potest enim per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quia non liberat a tota pena: nec etiam pueris adhibetur. Et ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud suppleri potest.

IN ISTO ARTICULO nota, quod illud dictum sanct. Tho. quod adulti non possunt alter quam per baptismum plenam remissionem consequi et quantum ad culpam & quantam ad paenam intelligitur, per baptismum in re vel in voto susceptum, formaliter vel virtualiter. Et si arguas, quia per contritionem consequitur quis plenam remissionem peccatorum semper quo ad culpam, & mul-

toies quo ad paenam. Dico quod verum est, sed non erit contrito, nisi (ad minus in voto) intendat seruare cuncta mada dei, quorum unum est de baptismio suscipiendo.

Articul. quartus,

Vtrum mulier possit baptizare.



D Q VARTVM sic proceditur. Videtur quod mulier non possit baptizare. Legitur lenina in carthaginensi concilio, quod mulier quanvis docta et sancta, viros inconuentu docere, vel aliquos baptizare non presumat. Sed nullo modo licet mulieri docere inconuentu: secundum illud. i. Corinth. 14. Turpe est mulieri in ecclesia loqui. Ergo videtur, quod nec iam aliquo modo mulierilice at baptizare.

PRO AETEREA. Baptizare pertinet ad officium praelationis: unde a sacerdotibus habentibus curam animarum, debet accipi baptismus. Sed hoc non potest competere mulieri: secundum illud. i. Timot. 2. Docere mulieri non permitto, nec dominari in viru, sed subditam esse. Ergo mulier baptizare non potest.

PRO AETEREA. In spirituali regeneratione, videtur aqua habere locum materni uteri (ut Augustinus dicit super illud Iohannis. 3. Nunquid homo potest in ventrem matris sua iterato introire et renasci?) ille autem qui baptizat, videtur magis habere patris officium. Sed hoc non competit mulieri. Ergo mulier baptizare non potest.

SED CONTRA. A est, quod urbanus Papa dicit et habetur in decretis. 30. q. 3. Super quibus consulue nos tua dilectio. Hoc videtur nobis hac sententia respondendum: ut baptismus sit si instanti necessitate, feminam puerum in no. e sanctae trinitatis baptizauerit.

RESPONDEO dicendum, quod Christus est qui principaliter baptizat: secundum illud Iohannis. 1. super quem videris spiritu descendenter et manentem, hic est qui baptizat.

Dici-

Dicitur autem colosen. 3. quod in Christo non est masculus et femina. Et ideo sicut masculus laicus potest baptizare quasi minister Christi, ita etiam et femina. Quia tamen caput mulieris est vir, et caput viri est Christus (ut dicitur. i. Corinth. 11.) non debet mulier baptizare, si auctoritate copia viri: sicut nec laicus praesente clero, nec clericus praesente sacerdotio, qui tamen potest baptizare praesente episcopo: eo quod hoc pertinet ad officium sacerdotis.

AD PRIMA ergo dicendum, quod sicut mulieri non permittitur publice docere, potest tamen priuata doctrina vel monitione aliquem instruere, sita non permittitur ei publice et solemniter baptizare: sed tamen potest baptizare in necessitatibus articulo.

AD SECUNDUM dicendum, quod quando baptis:us solemniter et ordinarie celebratur, debet aliquis sacramentum baptis:us suscipere a presbitero curam animarum habente, vel ab aliquo vice eius. Hoc tamen non requiritur in articulo necessitatis: in quo potest mulier baptizare.

AD TERTIUM dicendum, quod in generatione carnali masculus et femina operantur secundum virtutem propriam naturae, et ideo femina non potest esse principium generationis actionum, sed passionum tam. Sed in generatione spirituali neuter operatur in virtute propria, sed instrumentaliter tandem per virtutem Christi, et ideo eodem modo potest vir et mulier in casu necessitatis baptizare. Sitamen mulier etiam extra casum necessitatis baptizaret, non est rebaptizandus: sicut et de laico dictum est. Peccaret tamen ipsa baptizans, et alij qui ad hoc cooperarentur: vel baptis:um ab ea suscipiendo vel eibaptizandum aliquem offerendo.

CIRCA ISTVM articulum dubitatur prius dubium can peccet mortaliter laicus extra necessitatem primum. baptizans.

AD HOC. Ricardus. 4. d. 5. art. 4. quest. 1. dicit quod ita. Sicut etiam qui sine necessitate simul muleros baptizat dicens, ego baptizo vos. Id est dicit Scotus. d. 6. in. 4. de baptizante plures simul sine ne-

cessitate: Idem dicit Paladius. 4. d. 5. quest. 2. Et probatur extra de clero non ordinato ministra te cap. primo. Vbi dicitur. Siquis baptizauerit non ordinatus, non ordinetur, sed ab ecclesia expellatur. Ergo talis est irregularis. Huic sententiae subscriptum Angelus, & Silvester in summa verbo baptis:us. 3. in principio. s. quod talis irregularitate incurrit: quod etiam & nos in praecedente secundo articulo approbauimus. Ergo peccat.

DICO tamen cum Caietano hic, quod non peccat mortaliter si bona fide facit putans quod bene faciat. Secus autem si fecisset cum solemnitate. Probat. Talis non facit contra preceptum nec contra charitatem. Ergo non peccat mortaliter. Ad cap. autem citatum dico quod irregularitas illa ponitur pro facto non pro culpa. Secundo (& melius) dico, quod cap. intelligitur de illo qui facit cum solemnitate, quia usurpat sibi officium presbiteri. Et si arguas ex sanct. Thom. in art. 5. sequente dicente quod grauiter peccat laicus sine necessitate baptizans, & quod impeditur esse etus sacramenti. Ergo peccat mortaliter, quia secundum eudem sanctum doctorem infra. quest. 20. art. 8. effectus sacramenti non impeditur nisi ob peccatum mortale. Respondet Caietanus, quod sanct. Thom. intelligit de illo qui ex contemptu facit, aut cum solemnitate, usurpans officium presbiterorum. Secundo dico ego quod sanct. Thom. in 5. art. loquitur de non baptizatis. Et forte illi peccant mortaliter baptizando sine necessitate.

DUBITATVR secundo, an diaconus de iure centia episcopi vel presbiteri possit baptizare cum solemnitate in necessitate.

AD HOC glossa in cap. constat de consecra. d. 4. dicit quod ita. Et idem dicit glossa. d. 93. cap. diacones. Sed his non obstantibus dico cum sanct. Thom. in hac quest. 1. art. 1. ad argumenta maxime ad 3. quod non potest presbiter aut episcopus committere diacono, ut cum solemnitate baptizaret: quia est officium presbitero annexum.

DUBITATVR an in necessitate sine solem Dubium nitate praesente presbitero de eius licentia tertium, posset diaconus baptizare.

AD HOC glossa illa supra allegata dicit quod ita. Sed sanct. Thom. dicit quod non quia duore quiruntur ad hoc quod diaconus licite baptizet, necessitas. s. & absentia superioris.

SED contra hoc videtur esse quod habetur in concilio carthaginensi. 4. Vbi dicitur quod diaconus praesente presbitero iussus potest eucharistiā ministrare populo. Ergo & baptisma. Ad hoc tamē nego consequientiam, quia non conficit eucharistiā, sicut baptismum.

DUBITATVR an vni parrocho licet baptizare subditos alterius sacerdotis.

DICO quod non: sicut nec poenitentiam ministrare.

EX QVIBVS omnibus habemus, quod qui cunque non sacerdos peccat baptizans sine necessitate

Dubium secundum.

Dubium quartum.

tate. Secundo. Sic baptizatus est vere baptizatus ideo non rebaptizatus. Tertio. Valde apparent est quod parrochus baptizans subditum alterius peccat mortaliter, quia mittit falcam in mesem alienam. Quarto. Præsente presbitero ipse debet baptizare, absente presbitero si sit diaconus ipse debet baptizare. Si autem non sit nec diaconus debet baptizare vir. Si vero est sola fœmina in necessitate, debet & tenetur sub mortali baptizare.

Articul. quintus.

Vtrum non baptizatus, possit sacramentum baptismi conferre.

D QVIN TVM sic procedit. Videtur quod ille qui non est baptizatus non possit sacramentum baptismi conferre. Nullus enim dat quod non habet. Sed non baptizatus non habet sacramentum baptismi. Ergo non potest ipsum conferre.

PRAETER EA. Sacramentum baptismi confert aliquis in quantum est minister ecclesie. Sed ille qui non est baptizatus nullo modo pertinet ad ecclesiam. nec re nec sacramento. Ergo non potest sacramentum baptismi conferre.

PRAETER EA. Maius est sacramentum conferre quam suscipere. Sed non baptizatus non potest alia sacramenta suscipere. Ergo multo minus potest aliquid sacramentum conferre.

SED CONTRA A est, quod Isidorus dicit. Romanus p̄t̄fex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum dei sub ministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. Sed ille qui est baptizatus non dicitur paganus. Ergo etiam non baptizatus potest conferre sacramentum baptismi.

RESPONDEO dicendum, quod hanc questionem Augustinus indeterminatam reliquit. Dicit enim in. 2. contra epistola parmeniam. Hæc quidem alia quæstio est, utrum ab his qui nunquam fuerunt christiani, possit baptismus dari: nec aliquid temere inde

affirmandum est, sine auctoritate tantum consilij, quantum tantum rei sufficit.

POST MODVM vero per ecclesiam determinatum est, quod non baptizati, siue sint iudei siue pagani, possunt sacramentum baptismi conferre, dummodo in forma ecclesie baptizant. Vnde Nicolaus papa respondet de consecratione. d. 4. ad cōsulta bulgarorū cap. 3. A quodam iudeo, nescitis utrum Christiano an Pagano, multos in patria vestra assertis baptizatos. quid inde sit agendum consilium. Hi profecto si in nomine trinitatis baptizati sunt, rebaptizari non debent. Si autem forma ecclesiæ non fuerit observata, sacramentum baptismi non confertur. Et sic intelligendum est quod Gregorius secundus scribit Bonifacio episcopo. Quos a paganis baptizatos esse assertisti. s. ecclesiæ formam non servata, ut de novo baptizares in nomine trinitatis mādamus.

ET HVIVS ratio est: quia sicut ex parte materiae quantum ad necessitatem sacramenti, sufficiunt quæcumque aqua, ita etiam sufficit ex parte ministri quæcumque homo. Et ideo etiam non baptizatus, in articulo necessitatis baptizare potest: ut sic duo non baptizati se in unum baptizant, dum prius unus baptizaret alium, & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur uterque non solum sacramentum, sed etiam rem sacramenti. Si vero extra articulum necessitatis hoc fieret, uterque grauiter peccaret, silicet baptizans & baptizatus: per hoc impediretur baptismus effe.

ETIUS, licet non tolleretur ipsum sacramentum. **AD PRIMVM** ergo dicendum, quod homo baptizans adhibet tantummodo ministerium exterius, sed Christus est qui interius baptizat: qui potest uti omnibus hominibus ad quodcumque voluerit. Et ideo non baptizati possunt baptizare: quia (ut Nicolaus papa dicit) baptismus non est illorum. s. baptizantium, sed eius. s. Christi.

AD SECUNDUM dicendum, quod ille qui non est baptizatus, quanvis non pertinet ad ecclesiam re vel sacramento: potest tamen

men ad eam pertinere intentione & similitudine actus: ut quantum s. intendit facere quod facit ecclesia, & formam ecclesie seruat in baptizando. Et sic operatur ut minister Christi qui virtutem suam non alligauit baptizans sicut nec etiam sacramentis.

AD TERTIUM dicendum, quod alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus. Et ideo magis conceditur quod non baptizatus possit baptizare, quam quod possit alia sacramenta suscipere.

ARTICVL huius conclusionem, certam & a de fide recipiunt omnes fideles. Determinatur enim de consecratione. d. 4. cap. Romanius p̄t̄fex, & cap. à quodam iudeo. Et ita tenet Paludanus. d. 5. quest. 2. Idem Antoninus. 3. partē titulō. 14. cap. 13. §. 4. Idem Silvester in summa verbo baptismi. 3. §. 1. Et ratione probatur. Quia alias non sufficienter prouideretur puer. Nam aliquando sine culpa sua, & parentum (si non esset qui posset baptizare nisi paganus) non posset baptizari, & sic non saluaretur cura pueris non pateat salus nisi per baptismum.

SED CONTRA hoc arguitur sic. Gentilis non poterat conferre circumcisionem. Ergo nec baptismū. **AD HOC** dico quod antecedens est dubium, licet multi ita dicant. Sed adhuc consequentia non valet. Quia circumcisio erat necessaria solum iudeis, & baptismus est necessarius toti orbis.

Articul. Sextus,

Vtrum plures possint simul vnum baptizare.

D SEXTVM sic proceditur. Videtur quod plures possint simul vnum baptizare. In multitudine enim continetur vnum, sed non concurritur. Vnde videtur quod quis quid potest facere vnum, possint facere multi, & non conuerso: sicut multi trahunt nauem, quam vnustrahere non posset. Sed vnuus homo potest baptizare. Ergo plures possunt simul baptizare.

PRAETER EA. Difficilius est quod vnum agens agat in pluris, quam quod plures agentes agant simul in vnum. Sed vnuus

homo potest simul plures baptizare. Ergo multo magis plures possunt simul vnum baptizare. **PRAETER EA.** Baptismus est sacra mentum maxima necessitatis. Sed in aliquo casu videtur esse necessarium, quod plures simul vnum baptizent, puta si aliquis parvulus esset in articulo mortis, & adessent duo, quorum alter esset mutus, & alter manibus & brachis careret: tunc enim oportet quod mutilatus verba proferret, & mutus actum baptismi exerceret. Ergo videtur quod plures possint simul vnum baptizare.

SED CONTRA A est, quod vnius agentis est una actio. Si ergo plures vnum baptizarent, videatur sequi quod essent plures baptismi, quod est contra id quod dicitur Eph. 4. una fides, vnum baptisma.

RESPONDEO dicendum, quod sacramentum baptismi precipue habet virtutem ex forma, quam apostolus nominat verbum recte Ephes. s. Et ideo considerare oportet si plures simul vnum baptizarent, qua forma uterentur. Si enim dicentes, nos te baptizamus in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti: dicunt quidam quod non conferretur sacramentum baptismi, eo quod non seruatur forma ecclesiæ, quæ si habet: ego te baptizo, in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. Sed hoc excluditur per formam baptizandi, qua utitur ecclesia græcorū: possent enim dicere baptizetur seruus Christi. N. in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti. &c. Sub qua forma græci baptismum suscipiunt: quem tamen formam multo magis dissimilis est forma quoniam vniuersitatem, quam si dicatur nostre baptizamus.

SED considerandum est, quod ex tali forma nos te baptizamus, exprimitur talis intentio quod plures conueniant ad vnum baptismū conferendum. Quod quidem videtur esse contrarationē ministerij, homo enim non baptizat nisi ut minister Christi, & vice eius gerens. Unde sicut vnuus est Christus, ita oportet esse vnuum ministerium, qui Christū representet

sentet, propter quod signanter apostolus dicit Ephe. 4. Unus dominus, una fides, unum baptisma. Et ideo contraria int̄cio videtur excludere baptismi sacramentum.

SUPER VERBO uterque diceret, ego te baptizo in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti, uterque exprimeret suam intentionem, qua si ipse singulariter baptismū cōferret. Quod posset contingere in eo casu, in quo contentiose uterque aliquis baptizare conaretur. Et tūc manifestū est, quod ille qui prius verba proferret, daret baptismi sacramētum: alius vero quancumque intentionem baptizandi haberet, nihil faceret, & si verba pronuntia re pr̄sumeret, esset puniendus tanquam reba ptizator. Si autem omnino simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent aut apergerent, essent puniti de in ordinato modo baptizandi, & non de iteratione baptismi: quia uterque intenderet non baptizatum baptizare. Et uterque quantum in se est baptizaret. Nec traherent aliud & aliud sacramētum, sed Christus qui est unus, interius baptizans, unum sacramētum per utrum que conferret.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quod ratio illalocū habet in his que agunt propria virtute. Sed homines non baptizat propria virtute, sed virtute Christi: qui cum sic unus per unum ministru perficit suū opus. **AD SECUNDVM** dicendum, quod in casu necessitatis, unus posset simul plures baptizare, sub hac forma, ego vos baptizo: puto si imminet ruina, aut gladius, aut aliquid huiusmodi, quod omnino moram non pateretur, ut sigillatim omnes baptizaretur. Nec per hoc diversificaretur forma ecclesia: quia pluraliter non est nisi singulare geminatum presertim cum pluraliter dicatur Matth. vlcimo. Baptizantes eos, &c. Nec est simile de baptizante & baptizato: quia Christus qui principaliter baptizat, est unus. Sed multi, per baptismū efficiuntur unus in Christo. **AD TERTIUM** dicendum, quod (si

cut supradictum est) integritas baptismi consistit in forma verborum, & in r̄su materie. Et ideo nec ille qui tantum verba profert baptizat nec ille qui imergit. Et ideo si unus verba proferat, & alius imergat, nulla forma verborum poterit esse cōueniens: nec enim poterit dici ego te baptizo (cum ipse non imergat, & per consequens non baptizet) nec etiā poterit dici, nos te baptizamus, cū neuter baptizet. Si enim duos sint, quorum unus una partem libri scribat, & alius aliam, non erit propria locutio, nos scripsimus librum istum sed sinedochia, in quantum totum ponitur pro parte.

IN ISTO articulo nota, conclusionem hanc tigisse sanctum Thomā supra quæstione. 7. articulo. 5. ad. 4. quā hic repetit, vt habes in litera. **NOTA secundo.** Dupliciter contingere posse, quod plures unum baptizent. Uno modo, quādo quilibet facit totum, & intendit baptizare utendo eadem forma: vt si quilibet dicat ego te baptizo in nomine patris, & filii, &c. Et hoc modo communiter dicunt omnes, quod tenet baptismus. Alio modo potest contingere mutando formā, & dicendo nos te baptizamus, &c. Et isto modo dicit sanct. Thom. Hic & supra. quæst. 7. art. 5. ad. 4. & in. 4. d. 6. quæst. 2. quod non tenet baptismus. Idem dicit Alexander. 4. parte. quæst. 16. membro. 7. Idem Gabriel. d. 6. quæst. 1.

OPPOSITAM opinionem (s. quid sub ista forma nos te baptizamus. &c. Teneat baptismus) defendit Durandus in. 4. d. 3. quæst. 3. Quem sequitur Paludanus. d. 3. quæst. 2. Et Marsilius. 4. quæst. 4. articulo. 4. dubio. 11. Et probant isti opinionem suam. Quia si quilibet baptizantium (etiam secundum sanct. Thom.) dicat ego te baptizo in nomine patris. &c. Teneat baptismus. Sed esto dicat nos te baptizamus, non mutatur sensus alterius veræ formæ. Ergo etiam sub ista forma nos te baptizamus, tenet baptismus. Minor probatur. Quia ista nos te baptizamus, resolvitur sic, i. ego te baptizo, & ex parte alterius ego te baptizo, & hic baptizat SECUNDUM. In his quæ non sunt de essentia formæ, non tollitur sacramētum: esto quod fiat mutatione. Sed non est de essentia formæ baptismi, quod exprimitur baptisi minister, vt patet in forma græcorum, quæ illum non exprimit. Ergo non requiritur quod dicatur, ego te baptizo.

TER TIO. Quia vel requiritur unitas ministri in re, aut secundum expressionem. Sed in re seruat unitas ministri, esto quod plures baptizent: quia secundum sanct. Thom. plures possunt baptizare, si quilibet faciat totum. Unitas autem ministrorum.

stri secundū expressionē non requiritur, vt patet in forma græcorum, ybi minister nō exprimitur. **Q VAR TO.** Quia eū in deo sint tres personæ, conuenientius explicantur per istam formā nos te baptizamus, quā per alia in singulari. Propter has rationes etiā Caietanus reputat hanc opinionem probabilem. Quia tamen non est certa, & materia est necessaria: opinio hæc non est tenenda.

OPINIO autē sanct. Thom. (quæ vera est & tenēda) probatur sic. Prius. Quia mutatur sensus veræ formæ, istius. s. ego te baptizo in nomine patris & filii, & Spiritus sancti. Quando enim quilibet dicit, ego te baptizo: significatur quod quilibet facit totū, quod requiritur ad verā formā. Quando vero dicitur nos te baptizamus, significatur partialitas quædā, quæ tollit verū sensū formæ prædictæ.

SECUNDUM. Resoluendo illud plurale, nos te ba-

pitzamus, vt Durandus resolutus, id est ego te baptizo, & Iohannes te baptizat, adhuc mutatur sensus veræ formæ. Ergo non tenet sacramētū. Antecedens patet. Nā si quis baptizaret dicens ego te baptizo, & iste te baptizat, tanquam de forma, non baptizaret est solus diceret istā formā. Nihil ergo facit, id quod alius agit, ad id quod ego facio, & ita adhuc ex parte illius pronominis nos, importatur partialitas, quod est contra rationem vere formæ.

TER TIO. Non est possibile, quod Christus instituerit, aut acceptauerit formā, quæ nō potest debite ad sacramētum applicari. At illa forma nos te baptizamus non potest debite ad sacramētum applicari. Ergo nō est instituta à Christo. Minor probatur. Quia non potest simul profiri à multis phisice in eodem instanti. Et tunc qui posterius profert iam non baptizat: quia iā alias apposuit materiam & formam. Nec etiā qui prius protulit baptizat: quia mentitur dicēs quod ipse baptizat, & alius baptizat. Nā alius iā non baptizat:

AD ARGUMENTA in oppositum. Ad primū nego quod nō mutetur sensus veræ formæ, vt probatum est.

AD SECUNDUM dico, quod & si expressio ministri non sit de essentia formæ: si tamen exprimitur, vel aliquid additur, debet exprimenti aut addi, ita vt non mutetur sensus veræ formæ.

AD TER TIVM dico, quod requiritur unitas actionis & ministri: ita quod nō explicitur multi. In forma græcorum si quilibet dicat totum, possunt etiam simul baptizare viuum, non autem si partialitas multorum explicetur.

DVBITA TVR igitur an plures partialiter possint simul baptizare, ita quod unus dicat formam, & alius apponat materiam.

AD HOC respondet Caietanus affirmatiue. Et probat, quia non est inconveniens, quod agens principale vtatur multis instrumentis.

SECUNDUM. Quia plures possunt baptizare, si quilibet faciat totū. Sed ibi est pluralitas ministrorum. Ergo illud non obstat baptismo.

TER TIO. Quia plures conferebant sacramenta confirmationis. Ergo & baptismum. Cū Caïetano tenet Paludanus.

OPPOSITA tamen sentia, est communis, & ve- rior, quam tenet sanct. Thom. Hic ad. 3. & supra. quæst. 7. art. 5. ad. 4. Et probatur. Prius est conclu- sio Panormitani, & Hostiensis, in titulo de bap- tismo & eius effectu.

SECVNDO. Incip. quorūdam in decretis. d. 23. concilium toletanū iubet deponi ordinatos à quo dām episcopo, qui ordinabat legente simplici sa- cerdote ministrat. Et ita tenet glosa. Quānqā Caietanus nitatur respondere, quod in illo capit. habetur sacramētum ratū, sed puniuntur illi, quia malo modo receperunt. Vel dicit quod non est si mille: quia unus illorū erat simplex sacerdos, qui non poterat concurrere ad sacramētū ordinis. Se- cus si ambo essent episcopi. Et ideo sanct. Thom. non innititur capiti illi: sed rationi. Probatur ergo sententia sanct. Thom. Si plures partialiter pos- sunt simul baptizare. Ergo pari ratione si plures partialiter proferrent formam baptizarent & co- secrarent. Quod tamen ridiculum videtur.

SECVNDO. Siquis incedens baptizare appone- ret falsam formā. Et alius quando ipse imergit puerum, proferret veram formā: esset baptismus. Quod non videtur concedendum. Manet igitur opinio sanct. Thom. & iure consultorum vera etenēda. Nam esto unus illorum dicat baptizetur seruus Christi. &c. Et alius tingat: non est baptismus. Adhuc enim forma illa falsa est: quia ille nō baptizatur. Propositio siquidem ista, baptizetur seruus Christi. N. in nomine patris. &c. æqui va- let huic baptizatur seruus Christi. &c. quæ est falsa

Articul. septimus

Vtrum in baptismo requiratur ali- quis q̄ baptizatū leuet de sacro fōte

 **D SEPTIMVM** sic pro- ceditur. Videtur quod in bap- tismo non requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fon- te leuet. Baptismus noster per baptismū Christi consecratur, & ei conformatur. Sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fon- te suscep̄tus: sed sicut dicitur Matth. 3. bapti- zatus Iesus confessim ascendit de aqua. Er- go videtur, quod nec in aliorum baptismo re- quiratur aliquis qui baptizatum de sacro fōte suscipiat.

PRÆTER EĀ. Baptismus est spiri- tualis

tualis regeneratione: ut dictum est. Sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actuū quod est pater, & principium passuum quod est mater. Igitur cū in baptismo locum patris obtineat ille qui baptizat, locum autem matris, ipsa aqua baptismi (ut Augustinus dicit in quedā sermone epiphania) videtur quod non requiratur aliquis alius, qui baptizatum d. sacro fonte leuet.

PRAETER E.A. In sacramētis ecclesiasticis nihil derisorium fieri debet. Sed hoc derisorium videtur, quod adulii baptizati qui seipso substentare possunt, & de sacro fonte exire, ab aliis suscipiantur. Ergo videtur quod non requiratur aliquis (principie in baptismo adulorū) qui baptizatum de sacro fonte leuet. **SED CONTRA** est, quod Dionisius dicit. 2. cap. ecclesiastice Hierarchie, quod sacerdotes assumentes baptizatum, tradunt cū adductionis susceptoris, & duci.

R ESPOND E O dicendum, quod spirituālis regeneratione que fit per baptismum, assimilatur quod ammodo generationi carnali. Unde dicitur. i. Petri. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscit. In generatione autem carnali parvulus nuper natus, indiget nutrīcē Pedagogo. Unde et in spirituali regeneratione baptismi, requiriatur aliquis qui fungatur vice nutrīcis & Pedagogi, informando & instruendo eum, quā sinouitum in fide, de his quae pertinent ad fidem & vitam christianam. Ad quod pralati ecclesia vacare non possunt, circa communē curā populi occupati: parvuli enim et novitij indigent speciali cura præter communē. Et ideo requiritur quod aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in sua instructionē & interā. Et hoc est quod Dionisius dicit ultimo cap. ecclesiastica hierarchie. Diuinis nosris ducibus (i. apostolis) ad mentem venit, & visum est, suscipere infantes secundū istū sanctū modū: quod naturales pueri parētes, traderēt per erūcūdā docto in diuinis Pedagogo, & reliquum sub ipso puer ageret sicut sub diuino pa-

tre, & saluationis sancte suscepere.

AD PRIMU M ergo dicendum, quod Christus nō est baptizatus, ut ipse regeneraretur sed ut alios regeneraret. Et ideo post baptismū nō indiguit pedagogo tanquam parvulus. **AD SECUNDUM** dicendum, quod in generatione carnali nō requiritur ex necessitate nisi pater & mater. Sed ad facile partū & ad educationē pueri cōuenientē requiritur obfetrix, & nutrix, & Pedagogus: quorū vi-cē implet in baptismo ille qui puerū de sacro fonte leuet. Unde nō est de necessitate sacramēti: sed unus solus potest in aqua baptizare, necessitate imminente.

AD TERTIUM dicendum, quod baptizatus non suscipitur à patre de sacro fonte propter imbecillitatem corporalem: sed propter imbecillitatem spiritualē, ut dictum est.

IN HOC septimo articulo nota, quod licet nō sit de essentia sacramenti, ut aliquis baptizatum de sacro fonte suscipiat: est tamen cōueniens, propter rationes quas assignat sanctus Thom. ex alijs sanctis. Est etiam antiquissimus ecclesiasticus ut pote à Christo, & ab apostolis, & ideo omnes doctores de hoc scripsierunt: ut Magister sententiarum. d. 6. cap. 7. & Iudorū libro. 2. de officijs cap. 24. Idem etiam habetur de consecratione. d. 4. cap. Parvuli quod ex Augustino de sumptum est. Idem de cōsecratione. d. 4. cap. Cum pro parvulis Augustinus quoque in epistola. 23. ad Bonifacium multa de his susceptoribus dicit. Ergo antiquissimum est, ut sint qui baptizandos suscipiāt. **D**UBITATVR an quilibet homo possit licite tenere baptizandum.

AD HOC respondetur aliquibus propositionibus. Prima est. Nullus abbas, monachus, vel religiosus, potest tenere aliquem ad baptismum, solū de iure humano. Probatur, de cōsecra. d. 4. cap. Nō licet, primum. Idem prohibitur. 16. quæst. 1. capit. Placuit commune.

SECVNDA propositio est. Si faciant de facto sunt veri compates & vere contrahūt affinitatē. **TERTIA** propositio. Pater vel mater baptizandi, non possunt eum tenere ad baptismum, si sint matrimonio coniuncti: & si faciant contrahūt affinitatē. Hæc probatur. 30. q. 1. cap. Ad limina.

QUARTA propositio. Qui nō est baptizatus non potest tenere alii ad baptismū quanvis possit in necessitate licite baptizare, de cōsecra. d. 4. cap. in baptinate, & si teneat nō contrahit affinitatē, contrahit tamen si baptizat. Ratio est: quia baptizans est de necessitate sacramēti non autē leuans.

QVINTA

QVINTA propositio. Unus tantum debet tene-re baptizandum: ut pater de cōsecra. d. 4. cap. In cathecum, & cap. Non plures.

SEXTA propositio. Hodie tamen videtur ius il-lud derogatū in aliquibus prouincijs per contra-riam consuetudinem: sicut in latitania ubi cōmu-niter vocantur mali, ad leuandū baptizandū.

Articul. octauus,

Vtrum ille qui aliquem leuat de sacro fonte tencatur ad eius instru-ctionem.

AD OCTAUVM sic procedi-tur. Videtur quod ille qui susci-pit aliquē de sacro fonte, nō obli-getur ad eius istructionē. Quia nullus potest instruere nisi instructus. Sed etiam quidā nō instructi, sed simplices admittuntur leuare aliquē de sacro fonte. Ergo ille qui suscipit baptizatū, non obligatur ad eius istructionem.

PRAETER E A. Filius magis potest à patre instrui quā ab alio extraneo: nā filius habet à patre esse, & nutrīmētū, et disciplinā. Philosophus dicit in. 8. Ethī. Si ergo ille qui suscipit baptizatū, teneretur eū instruere magis esset cōueniens, quod pater carnalis filiū suū de baptismo suscipere quā aliquis alius. Quod tamē videtur esse phibitū: ut habeatur in decretis. 30. q. 1. peruenit, & dictū est.

PRAETER E A. Plures magis posse instruere quā unus solus. Si ergo ille qui suscipit aliquē baptizatū, teneretur eū instruere, magis deberēt plures suscipere quā unus solus, cuius cōtrariū habetur ex decretis leonis papæ. Nō plures (inquit) ad suscipiendum de baptismo infantem quam unus accedant, siue vir siue mulier.

SED CONTRA est, quod Augustinus di-cit in quedā sermone paschali. Vos autem omnia viros quā mulieres: qui filios in baptismate suscepistis, monco, ut vos cognoscatis fidei insores apud deū extitisse pro illis, quos vici estis de sacro fonte suscipere.

R ESPOND E O dicendum, quod unus quisq;

obligatur ad exequendam officiū qđ accepit. Dictū est autē qui suscipit aliquē de sacro fonte, assumit sibi officiū pedagogi. Et ideo obligatur ad habendam curā de ipso, si necessitas imminet: sicut eo tempore & loco, in quo baptizati inter in fideles nutritur. Sed ubi triūtur inter catholicos christianos, satis pos-sunt ab haccura excusari, presumendo quod a suis parentibus diligenter instruātur. Sitā men quoque modo sentirent cōtrariū, tene-rentur secundum suum modum, scilicet spiri-tualium filiorum curām impendere.

AD PRIMU M ergo dicendum, quod ubi imminet periculum, opereret esse aliquē dectū in diuinis (sicut Dionisius dicit) qui baptiza-tū de sacro fonte susciperet. Sed ubi periculū non imminet, propter hanc quod pueri nō triūturi inter catholicos, admittuntur quicūq; ad hoc officiū: quia ea quae pertinet ad christi anā vitā & fidem, publice omnibus nota sunt.

ET tamen ille qui non est baptizatus, nō potest suscipere baptizatum (ut est declaratū in cōcilio magūtino) licet nō baptizatus possit baptizare, quia persona baptizantis est de ne-cessitate sacramēti, non autem persona sus-cipientis: sicut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod si cut est alia generatione spiritualis à carnali ita etiā debet esse alia disciplina secundum illud Hebre. 12. Patres quidē carnis nostræ habui-mus eruditores, & reuerebamur eos, non mul-to magis obtemperabimus patris spiritui, & viuemus? Et ideo alius debet esse pater spiritua lis à patre carnali: nisi necessitas contrarium exigat.

AD TERTIUM dicendum, quod cō-fusio esset disciplina, nisi esset unus principi-alis instructor. Et ideo in baptismo unus debet esse principalis susceptor. Alij tamen pos-sunt admitti, quasi coadiutores.

IN ISTO articulo dubitatur, an de iure dia-
no teneantur susceptores docere baptizatos, Dubium
quos de sacro fonte leuarunt, ubi esset periculum fidei. Nā dicit sanctus Tho. in litera quod tenetur.
I fī AD.

AD HOC dico, quod non tenentur de iure diuinis: sed humano, fundato tamen in iure naturali. Nē qui non facit officiū ad quod assumitur, quod & acceptauit, ī fideliter agit. Ergo peccat nō agēs. **D**UBITATVR secūdo, an omnes homines & mulieres indifferenter possint esse complices, vel commates. **A**D HOC dubiū (ultra ea quae in præcedēti articulo annotauimus) respōdeo aliquibus p̄positiōibus. PRIMA propositio est. Si pater vel mater teneant baptismū: contrahūt affinitatem quae vocatur compatentia, ex qua affinitate sequitur, quod non possunt ab iniuicem petere debitum. SED si unus coniugum leuet puerum à fonte baptisi, an alter amittat etiam ius petēdi debitum? Videtur quod ita: quia affinitas contrahitur etiā sine culpa: sicut non potest quis uxorem ducere, quam frater suus, vel consanguineus cognouit. **A**D HOC dico cum sanct. Thom. in. 4. d. 4. q. 1. distinguendo. Si alter coniugum leuet puerum consentiente altero, aut sciente & non reclamante: uterque perdit ius petendi debitum coniugale. Si vero unus leuat infantem altero ignorante: ignorans non perdit ius petendi debitum. Nam ali as sine culpa sua puniretur.

SED an episcopus in illa affinitate dispēsare possit: Dico quod ita propter periculum, quod coniugis imminet. Hoc tetet etiam Silvester in sua verbo matrimonium. 8. §. 15.

SECUNDA propositio est. Si parentes in necessitate puerum baptizent: non contrahunt affinitatem. Hec probatur. 30. quæst. 1. cap. ad limina.

TERTIA propositio. De iure communī nō debet esse nisi unus susceptor: vt diximus in prædenti articulo. Hec probatur de cōsecr. d. 4. cap. in Cathecismo. Sed cum hoc sit in favorem fideliū, ne sint impedimenta pro matrimonio post ea contrahendis: ubi est consuetudo quod sunt plures susceptores, licite staretur consuetudini.

QVARTA propositio est. Non potest esse susceptor cuiuscunq; etatis: sed debet excedere baptizandum. per. 18. annos. Hec est Panormitanī cap. debitum: extra de baptismo & eius effectu. Ratio est. Quia non debet esse pater spiritualis, nisi ille qui etiam potest esse carnalis: alias non est consonam recte rationi.

Quæstio , nona , De suscipientibus baptismū.

DE INDE considerandum est de suscipientibus baptismū. Et circa hoc queruntur duodecim. **P**RIMA. Vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptismū.

SECUNDUO. Vtrum aliquis possit salutis sine baptismo.

TERTIO. Vtrum baptismus sit differēdus.

QUARTO. Vtrum p̄tōres sint baptizādi

QVINTO. Vtrum peccatoribus baptiza-

tis sint imponenda opera satisfactoria.

SEXTO. Vtrum requiratur confessio p̄tōrū.

SEPTIMO. Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.

OCTOAVO. Vtrum requiratur fides.

NONO. Vtrum pueri sint baptizandi.

DECIMO. Vtrum pueri iudeorum sint baptizandi in iustis parentibus.

UNDICIMO. Vtrum aliqui sint bapti-

zandi in maternis & uteris existentes.

DUODECIMO. Vtrum furiosi & amētes sint baptizandi.

Articul . primus,

Vtrum omnes teneantur ad suscep-tionem baptismi.

DPRIMVM sic procedi-tur. Videtur quod non teneantur omnes ad susceptionem bap-tismi. Per Christum enim non est hominibus arcta via salutis. Sed ante christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. Ergo & post christi aduentū.

PRAETEREA. Baptismus maxi-mē videtur esse institutus in remedium pec-cati originalis. Sed ille qui est baptizatus, cū non habeat origina-le peccatum, non videtur quod illud possit trāfundere in prolem. Ergo filii baptizatorū non videtur esse baptizādi.

PRAETEREA. Baptismus datur ad hoc, quod aliquis per gratiā à peccato mūdetur. Sed hoc consequuntur illi qui sunt san-cificati in utero sine baptismo. Ergo non tenentur ad suscipiendum baptismū.

SED CONTRA est, qd dicitur Iohann. 3.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Et in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur.

Baptizatis tātū, iter salutis esse credimus.

RESPONDEO dicēdū, quod ad illud homines tenentur, sine quo salutem consequi nō possunt. Manifestum est autem, quod nullus potest salutem consequi, nisi per Christum. Vnde & apostolus dicit Roma. 5. Sicut per unius delictum, in omnes homines in eodem nationem, sic & per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationē vita. Ad hoc autē datur baptismus. Vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christo factus mē brū ipsius. Vnde dicitur Galath. 3. Quicūq; in Christo baptizati estis, Christū induistis. Unde manifestū est, quod omnes ad baptismū tenētur, sine eo nō potest esse salus hominibus.

AD PRIMUM ergo dicēdū, qd num quā homines potuerūt saluari etiā ante Christi aduentū, nisi fierent mēbra Christi: quia ut dicitur act. 4. non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Sed ante aduentum Christi, homines Christo in corporabantur per fidem futuri aduentus: cuius fidei signaculum erat circūcisio, vt apostolus dicit Roma. 4. Ante vero quam circuncisio institueretur, sola fide (vt Gregorius dicit) cum sacrificiorū oblatione quibus suā fidem antiqui patres confitebantur, homines Christo in corporabantur.

POST aduentū etiam Christi, homines per fidem Christo incorporātur: secundum illud. Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cor-dibus vestris. Sed alio signo manifestatur fides rei iam praesentis, quam demonstraretur quando erat futura: sicut etiā alijs verbis significatur præsens, præteritū, & futurū. Et ideo licet ipsum sacramentū baptismi, nō semper fuerit necessarium ad salutem: fides tamen, cuius baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit.

AD SECUNDVM dicēdū, quod (sic in secunda parte dictū est) illi qui baptizātur, renouantur per baptismū secundum Spiritū, corpus tamen remanet subiectum re-tutū peccati: secūdū illud Rom. 8. Corpus.

quidem mortuum est propter peccatum, spri-tus vero viuit propter iustificationē. Vnde & Augustinus probat in libro cōtra Julianū quod nō baptizatur in homine quicquid in eo est. Manifestū est autē, quod hō nō generat ge-neratione carnali secundū spiritum, sed secun-dum carnē. Et ideo filii baptizatorū, cū pec-to originali nascuntur: unde indigēt baptizari AD TERTIVM dicēdū, quod illi qui sunt sanctificati in utero, consequuntur quidem gratiam emundantem à peccato ori-ginali: non tamē ex hoc ipso consequuntur cha-racterem, quo Christo configurantur. Et propter hoc si aliqui nunc sanctificantur in utero, necesse esset eos baptizari: vt per suscep-tionem characteris, alijs membris Christi conformarentur.

JN HOC primo articulo afferit sanct. Thom. quatuor propositiones, duas in corpore articu-li, & duas in solutione ad. 2. & ad. 3.

PRIMA propositio est. Omnes tenentur ad baptis-mū. Probatur. Quia ad illud tenētur homines sine quo salutem consequi nō possunt. At sine baptis-mo re vel voto suscep-to, nō possunt hoīes salutem cōsequi. Ergo ad illū tenētur omnes homines.

SECUNDA propositio. Sine baptismo nō potest esse hominibus salus. Hec sequitur ex prima. Ad uerte tamen quod (vt in secundo articulo sequenti dicemus) baptis-mus est remedium necessariū ad salutē: ita quod sine illo non remittetur peccatum originale, nec mortale ante ipsum cōmisum. Se-cundo. Est baptis-mus necessarius sub poena noui peccati mortalitatis: ita quod adultus qui po-test baptizari, & ex negligentia non baptizatur, & sic decedit, vel exponit se periculo decendi sine baptismo, peccat mortaliter.

TERTIA propositio in solutione ad. 2. est. Filii baptizatorū cum peccato originali nascuntur, ideo indigēt baptismo. Hec probatur. Quia homines generant secundum carnē, quae fuit in fecta peccato originali: & non secundum spiritū, qui per baptismū expiatum est à peccato. Ideo caro est in fecta, & anima quae in tali carne infundi-tur, inficitur peccato originali: quoque per bap-tis-mum expietur.

QVARTA propositio est in solutione ad. 3. Esto quis sit sanctificatus in utero tenetur baptizari. Probatur. Quia tenetur signari, & characte-rizari charactere Christi redēptoris ex eius insti-tutione. Alia erant hic disputanda: sed quia eadē fere est materia articuli sequentis ibi disputabūtur

Articul. secundus

Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.

D. SECUNDVM sic pro ceditur. Videtur quod sine baptismo nullus possit saluari. Dicit enim dominus Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Sed illi soli saluantur qui regnum dei intrant. Ergo nullus potest saluari sine baptismo, quo alius regeneratur ex aqua & spiritu sancto.
PR AETER EA. In libro de ecclesiastis dogmatibus dicitur. Nullum cathecuminum, quanvis in bonis operibus defunctu, vitam eternam habere credimus, excepto martyrio, ubi totum sacramentum baptismi completur. Sed si aliquis sine baptismo posset saluari, maxime hoc haberet locum in cathecuminis bona opera habentibus: qui videntur habere fidem per dilectionem operantem. Videtur ergo, quod sine baptismo nullus possit saluari.
PR AETER EA. Sicut supra dictum est sacramentum baptismi est de necessitate salutis. Necesse autem est, sine quo non potest aliquid esse: ut dicitur in s. Metha. Ergo videtur quod sine baptismo nullus possit consequi salutem.
SED CONTRA EST. quod Augustinus dicit super Iuiticum, inuisibile sanctificationem, quibusdam affuisse & profuisse sine visibilibus sacramentis: visibilem vero sanctificationem (qua sit sacramento visibili) sive inuisibili, posse adesse, sed non posse praedisse. Cum igitur sacramentum baptismi ad visibilem sanctificationem pertineat, videtur quod sine sacramento baptismi, aliquis possit salutem consequi per inuisibilem sanctificationem.
R ESPONDEO dicendum, quod sacramentum baptismi dupliciter potest alicui esse. Vno modo & re & voto, quod contingit illis, qui nec baptizatur, nec baptizari volunt: quod manifeste ad contemptum sacramenti

pertinet, quantum ad illos qui habent rsum liberi arbitrij. Et ideo hi quibus hec modo de est baptismus: salutem consequin possunt: quia nec sacramentaliter nec metaliter Christo incorporatur, per quem solu est salus. Alio modo potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto: sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu praevenitur morte, atquecum baptismum suscipiat. Et talis sine baptismo actuali, salutem consequi potest. propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operantem, per quam deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur. Vnde Ambrosius dicit de Valentino qui cathecuminus mortuus fuit, quem regeneratur usus amissione ut gratia quae poposcit, non amisit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicitur i. regn. 16. homines vident quae parerunt dominus autem intuetur cor. Ille autem qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua & spiritu sancto, corde quidem regeneratus est, licet non corpore: sicut apostolus dicit Roma. 2. quod circuncisio cordis est in spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.
AD SECUNDUM dicendum, quod nullus peruenit ad vitam eternam nisi absolutus ab omni culpa & reatu penae. Quae quidem uniuersalis absolutionis, fit in receptione baptismi & in martyrio: propter quod dicitur quod in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur s. quatuor ad plenaria liberationem a culpa & pena. Siquis ergo cathecuminus sit habens desiderium baptismi (quia aliter in bonis operibus non moratur, quae non possunt esse sine fide per dilectionem operante) talis decedens non statim puerit ad vitam eternam, sed patientur penam pro peccatis patentibus ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem ut dicitur i. ad Corinth. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod protatio dicetur sacramentum baptismi esse de necessitate salutis, quia non potest esse hominis salus nisi saltem in voluntate habeatur: que apud deum reputatur pro facto.

IN

Dubium
primum.

JN ARTICULO ISTO. Dubitatur, an omnes teneantur ad baptismum sub novo praeccepto distincto ab alijs, vel solum sub poena quod non saluabitur, non tamen incurrit nouum peccatum, sed damnabitur pro originali, vel pro aeterna libus si habeat. Et videtur quod nullus teneatur ad baptismum sub novo distincto praeccepto. Quia si sub novo peccato mortali teneretur aliquis ad baptismum, esset quia baptismus est necessarius ad salutem, nam non habetur in scriptura sacra formula praecceptum quod omnes baptizentur, sed solum quod baptismus est necessarius ad salutem. At ex hoc non sequitur quod sit praecceptum. Ergo non est baptismus sub novo praeccepto obligans ad mortale. Minor probatur. Quia magna differentia est, inter esse praecipuum, & esse necessarium ad salutem. Nam alterum sine altero inueniri potest: sicut inuenitur praecipuum de ieiunanda quadragesima, quae tamen non erat necessaria ad salutem. Et fides (secundum sanct. Thom. secunda secundae. quæst. 10. art. 1.) est necessaria ad salutem, sed non semper est in praecipto, ut apud illos qui nihil audierunt de Christo.

SECVNDO. Gratia & charitas sunt necessariae ad salutem. At de illis non est praecipuum, ita ut peccet mortaliter quis, solum quia non habet gratiam. Ergo.

TER TIO. Parvuli ante vsum rationis non habent praecipuum baptismi: quia ridiculū esset, quod ponatur praecipuum illis, qui nec intelligere possunt. Et tamen baptismus est illis necessarius ad salutem. Ergo magna est differentia, inter esse praecipuum & esse necessarium ad salutem.

HIS TAMEN non obstantibus, dico esse distinctum praecipuum de baptismi suscipiendo: ita quod qui baptismum aquæ baptizari potest, & non vult, peccat mortaliter, & damnabitur etiam pro hoc peccato mortaliter: quia noluit baptizari. Et hoc videtur etiam insinuare sanct. Thom. in articulo 1. quando dicit, quod omnes tenentur ad baptismum. Idem sentit Scotus in 4. d. 4. quæst. 6. Idem Richardus d. 4. art. 1. quæst. 3. Idem Gabriel d. 4. quæst. 2. art.; Idem Paludanus d. 6. quæst. 1. art. 2. Idem bonaventura d. 6. quæst. 2. in secunda parte distinctionis Idem Adrianus in 4. quæst. 5. de baptismio.

Est igitur conclusio, quod omnes tenentur ad baptismum, tam existentes in gratia quam non existentes. Probatur sic. Existentes in gratia tenentur ad baptismum. Ergo & non existens. Antecedens probatur. Quia omnes concedunt, baptismum necessarium esse ad salutem. Ponatur ergo cathecuminus, qui doleat de omnibus peccatis suis, ex negligencia tamē, vel quia non vult, moriatur sine baptismio. Ille non saluabitur: quia alias baptismus non est de necessitate salutis. Ergo damnatur propter fratrem alicuius praecippi. Sed non est aliud, nisi non suscepisse baptismum. Ergo est praecipuum de recipiendo baptismio. Nam alias sine peccato iste damnaretur, quod est falsum.

SECVNDO. De consecratione d. 4. cap. Firmis simile determinatur quod sine baptismo nec parvulus nec adultus potest saluari. Quia si puer est, damnatur pro originali, si autem adultus, & liber ab originali per contritionem, iterum perdit illa gratiam, ut probatum est.

TER TIO. Ad Romanos. 3. Omnes peccaverunt & egent gloria dei. Et rursus ad Romanos. 5. Sicut per unum hominem mors intravit in mundum ita per unum intravit vita. Eccl. actuum. 10. dicitur de cornelio, quod erat vir religiosus, justus, ac timens deum. Vnde iam erat baptizatus baptismi flaminis: & nihilominus baptizatus est baptismi aquæ. Ergo existentes in gratia tenentur ad baptismum.

Q VAR TO. Actuum. 16. Paulus custodem carceris instruxit, & monuit, ut crederet & baptizaretur. Ergo.

Q VINTO. Actuum. 2. dixerunt iudei ad Petrum & apostolos. Viri fratres quid faciemus? Ad quos petrus. Poenitentiam agite: & baptizetur unusquisque vestrum. Sed isti iudei iam non habebant originale quia erant circuncisi. Ergo tenebantur ad baptismum propter nouum praecipuum: alias non cogeret eos Petrus ad baptismum, sicut nec coegerit ad alia bona opera.

SEXTO. Hoc idem docet Augustinus super leuiticum capite 84.

ARGVIT tamen contra hoc Adrianus sic. Ita se habet baptismus in noua lege, sicut circuncisio in veteri. Sed tunc multi poterant sine circuncisione salvati. Ergo & nunc sine baptismo. Antecedens pro maiori patet: quia eodem modo datur virtus que praecipuum. Minor probatur, de plilosophis de quibus loquitur Paulus ad Romanos. 1. & de Naamanis ab eliseo sanato, cui a propheta non est impositum, ut circuncideretur.

SECVNDO. Pueri ante octauum dicim salubrabitur in populo Israël sine circuncisione. Ergo.

AD PRIMVM argumentum, nego consequitio nemquam circuncisio data erat solum Abrahæ & eius posteris. Baptismus vero toti orbi datus est.

AD SECUNDVM. Dico quod erat praecipuum, ut puer octo dierum circuncideretur: quod praecipuum nunc non est.

SECVNDO principaliter arguitur. Quia sequetur, quod passio Christi & lex euangelica non sufficerent ad salutem. Nam puer natus in eremo ubi non est aqua, sine culpa sui periret.

AD HOC argumentum respondebimus infra, cum tractauerimus an puer in vtero baptizari possit.

TER TIO. Nullus damnatur. Propter illud quod non est in sua potestate. Sed non est in potestate pueri baptizari. Ergo non damnabitur, quia non est baptizatus.

AD HOC dico, quod puer non damnatur, quia non est baptizatus: sed quia est in peccato originali. De hoc tamen latius dicimus infra.

Q VAR TO. Multi tunc ad quos nosti iiii perue

peruenit euangelium. Ergo illi non tenentur ad baptismum. AD HOC dico, quod multi dubitant de antecedente propter illud psalmi. is. in omnem terram exitus sonus eorum. &c. Quem locum adducit apostolus ad Romam. 10. Et intelligitur, quod tempore apostolorum peruenit predicatione & doctrina fidei ad principalia loca omniū regionum. Alij tamen oppositionem opinantur. Dicunt enim, quod si modo posset dubitari, an enunciatum sit euāgelium in universa terra tempore tamen Pauli, non erat annunciatum in toto orbē, cum nec dum ad antiquas podas peruenisset. Sed apostolus solum loquebatur de terra, in qua ipsi apostoli conuersabantur. Et ita intelligitur illud. [Marci] vltimo. [Profe]cti prædicauerūt ubique, i. in omni terra ad quā veniebant. Ego magis credo parti affirmatiꝫ. Supposita tamen negativa procedit argumentum. Quia illi nesciunt quomodo fiat baptismus. Et facient quod in se est deus pro videt in necessarijs. Ergo saluabuntur sine baptismō. Et quanvis prædictio euāgelij ad maiores illorum peruenisset, nā qui nunc viuunt ignorant inuincibiliter.

AD HOC dico, aliquibus propositionibus. Prima est. Illi ad quos non peruenit prædicatione euāgelij, vel habent tamē ignorantiā inuincibilem non peccant, quia non baptizantur. Licet enim ex precepto obligentur, excusantur tamen illa ignorantia: ut dicit sanct. Thom. ad Romanos 10. lēctione 3. Super illud. Et quidem in omni terra existit sonus eorum.

SECUNDA propositione. Qui sine baptismō moriuntur, cum illa ignorantia inuincibili de euāgeliō: damnantur propter alia peccata. De hac non est dubium.

DUBITATVR secundo, si quis faciat quod in se est, proponendo querere deum, & prosequi semper bonum, & cauere à malo, & sic moriatur, an saluabitur sine baptismō, & sine voto baptismi, cum ignoret inuincibiliter de baptismō.

AD HOC. Prius dico, quod non admitto, ut sic moriatur. Secundo. Respondet doctores, quod deus illuminabit faciem quod in se est, vel per doctorem interiorem, vel exteriorem.

DUBITATVR tamen, an illuminabit statim in primo instanti, quo se conuertit, an postea.

HOC non explicant alii doctores. Solum enim dicunt, quod si in illo instanti moriatur, saluabitur. Sed hoc esset mirabile, ut sic miraculose interiorius illuminaretur: cum exterius sic in instanti nō posset applicari alius, qui baptizaret. Ergo quicūque sic se conuerteret eis, et propheta, quia cognoscet supernaturalia per diuinam revelationem, quod non est apparens, cum prouidentia debeat esse sine miraculo.

IDĒO. Pro solutione sit tertia propositione. Siquis eo modo se ad deum conuertat, quo potest, habebit gratiam statim in instanti conuersionis.

QVARTA propositione. Talis non saluabitur si

ne baptismō. Probatur a & c. Non est aliud nōmen sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine domini Iesu Christi. QUINTA propositione. Si ille perseverat faciendo quod in se est, dominus illuminabit eum successu temporis. Hoc tenet Durand. in 4. d. 4. quast. 7. SEXTA propositione. Talis qui est in gratia, ante quam habeat fidem Christi non stat de lege quod moriatur cum gratia. Sed si moriatur sine baptismō re vel voto suscepito, aet morte perdet gratiam. SEPTIMA propositione. Verissimum est, quod in nationibus apud quas non est prædicatum euāgelium, nullus facit quod in se est. Idem dico de saracenis. Posset enim puer saracenorum proponere in instanti usus rationis: querere deum verum in toto corde. Sed & si hoc sit possibile, credo quod nullus ex eis fecit. Erudiuntur enim com muniter in sua secta, & hoc est verissimum. Ethoc modo melius respondeatur ad argumentum. Has propositiones ponit sanct. Thom. ad Romanos 10. lēctione 3. Super illud. Et quidem in omni terra existit sonus eorum.

CAIETANVS in suis commentarijs super hūc articulū dicit, quod in articulo necessitatis sufficit parvulus baptismus receptus solum in voto parentum. Itaque si parentes volebant puerum baptizare, ut pote si eum in ecclesiam deferebāt, & inter mī meritorū, saluatur in illa fide parentum, & cum illo baptismō in voto parentum. Sed hoc, ut cum bona venia tanti viri dixerim, ostendam in articulo undecimo sequenti, esse plusquā falsum. Ideo hic super sedendum duxi ab huiusmodi dubiis disputatione.

Articul. Tertius.

Vtrum baptismus sit differendus.

A D TERTIUM sic proceditur. Videtur quod baptismus sit differendus. Dicit enim Leo Papa. Duo tempora. 1. Pascha & Pentecoste ad baptizandum, à Roman. penitice legitime prefixa sunt. Unde dilectionē vestram monemus, ut nullus alios dies huic observationi miscat. Videtur ergo quod oporteat non si at malum baptizari, sed usque ad predicta tempora baptismū differri.

PRÆTEREA. In concilio Agatil. c̄s legitur. Iudei q. orum perfidia frequenter ad cōmunitum reddit, si ad leges catholicas venire voluerint, cōtioneis inter ecclesias minoris eccl̄sī lumen nō trahant. Et si pars ista

venire noscantur, tunc demum baptismi gratiam mereantur. Non ergo statim sunt homines baptizandi, sed usque ad certum tempus est differendum baptismā.

PRÆTEREA. Sicut dicitur Isaiae. 27. Iste est ônis fructus, ut auferatur peccatum. Sed magis videatur auferri peccatum, vel etiam diminui, si baptismus diu differatur, primo quidem, quia peccantes post baptismum gravius peccant, secundum illud Hebreorum. 10. Quato magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. s. per baptismum. secundo, quia baptismus tollit peccata præterita, non autem futura. unde quanto magis baptismus differtur tanto plura peccata tollit. Videtur ergo quod baptismus debeat diu differri.

SED CONTRA est, quod dicitur eccl̄ia st̄li. s. Non tardes conuerti ad dominū & ne differas de die in diem. Sed perfecta conuersio ad deum, est eorum qui regenerantur in Christo per baptismum. Nō ergo debet baptismus differri de die in diem.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc distinguendum est, utrum sint baptizandi pueri vel adulti. Si enim pueri sint baptizandi, non est differendum baptismus, primo quidem, quia non expectatur in eis maior instruēcio, aut etiam plenior conuersio, secundo propter periculum mortis: quia non potest eis alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi. Adulti vero subueniri potest per solum baptismi desiderium: ut supra dictū est.

ET IDEO adulti non statim cum cōueruntur, est sacramentum baptismi conferendum: sed oportet differre usque ad aliquod certum tempus.

PRIMO quidem, propter cautelam eccl̄iae: ne decipiatur, sacramentum ficte acceditibus conferens: secundum illud. i. Iohann. 4. Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex deo sint. Quae quidem probatio sumitur de acceditibus ad baptismum, quan-

dō per aliquod statum, eorum fides & mores examinantur.

SECUNDUM. Hoc est necessarium, med. utilitatem eorum qui baptizantur, quia aliquo temporis spatio indigent, sā hēc quod plene in struantur de fide, & exercitentur in his quae pertinent ad vitam christianam.

TERTIO. Hoc est necessarium ad quandā conuerentiam sacramenti: dum in solda militibus præcipuis. Pascha, & Pentecostes, homines ad baptismum admittuntur: ita de uotius sacramentū m̄ suscipiunt.

HAC tamen dilatio est prætermittenda dupli ratione. Primo quidem, quando illi qui sunt baptizandi, apparēt perfecte in fide. Et in fide, & ad baptismum idonei: sicut Philippi statim baptizauit eunuchum (ut habetur actui. m. 8.) & Petrus cornelium & eos qui cum eo erant: ut habetur c̄l. m. 10.

SECUNDUM. Propter infirmitatē aut aliquod periculum mortis. Unde Leo Papa dicit. His qui necessitate mortis, egritudinis, obsidionis, p̄secutionis, & naufragij urgentur, omniē pore debent baptizari. Sitamen aliquis morte præueniatur, articulo necessitatis sacramētum excludente, diu expectat tempus ab eccl̄ia institutum, saluatur, licet per ignē: ut supradictum est. Peccat autem si ultra tempus institutū ab eccl̄ia, differat accipere baptismū: nisi ex causa necessaria & licentia prælatorum eccl̄iae. Sed tamen hoc peccatum cum alijs deleri potest per succendentem cōtritionem: quae supplet vicem baptismi, ut supra dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud mādatū Leonis Papæ de obseruādis duabus temporibus in baptismō, intelligendū est de adultis, excepto tamen periculo mortis, qd̄ si m̄per in pueris est timendum: ut dictū est.

AD SECUNDVM dicendum, quod illud de iudicis, si in statu mādato eccl̄iae cancellam: ne simplicium fidem corrumpant, si nō fuerint plene conuersi. Et tamen (ut ibidem subditur) si infra tempus prescriptum, al. quod

Dubium
primum.

baptizetur peccat mortifere baptizans & baptizas: quia fīctus & in dispositus accedit ad sacramētū

DVBITATVR an peccatum veniale impe-

diate effectum baptismi.

AD HOC dico cum sanct. Thom. in. 4. d. 4. q. 2. art. i. quod non. Idem dicit sanct. Thom. Hic infra quēt. 20. art. 8. de eucharistia, licet oppositum sentiat Paludanus in. 4. d. 4. quāst. 5. sed non probat. Vnde qui est actualiter in peccato venialitātum, esto actualiter complacat in illo, potest baptizari: quia talis non est fīctus.

Dubium
secundum,

DVBITATVR secundo an sufficiat ad baptismum attritio scita. Dico quod ita: ut infra dicimus in materia de pōnitentia. Et probatur. Baptismus est institutus ad remittendā peccata directe: Ergo sat est ut non inueniat obicem contrarie voluntatis.

Articul. quintus.

Vtrū peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda. Hoc enim ad iustitiam dei pertinere videtur, ut pro qualibet peccato aliquis puniatur: secundum illud ecclesiastes ultimo. Cūta quae fiunt ad ducet deus in iudicium. Sed opera satisfactoria imponuntur peccatoribus impēnam prætorū peccatorum. Ergo videtur quod peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda.

PRÆTER E.A. Per opera satisfactoria exercitantur peccatores de nouo conuersi ad iustitiam, ut subtrahuntur occasiones peccandi. Nam satisfacere est peccatorum cau- jas excidere: ut peccatis adiutum non indulgere. Sed hoc maxime est necessariū nuper baptizatis. Ergo videtur quod baptizatis sint opera satisfactoria iniungenda.

PRÆTER E.A. Non minus debitum est, ut homo deo satisfaciat quam proximo. Sed nuper baptizatus iniungendum est, ut satisfaciant proximis si eos laferint. Ergo etiā est eis iniungendum, ut deo satisfaciant per opera pōnitentia.

SED CONTRA est, quod Ambro- sius super illud Roma. 11. Sive pōnitētias sunt dona vocatio dei, dicit. Gratia dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum, vel etiam opus aliquid: sed solam fidēm omnia gratis condonat.

RE SPONDEO. Dicendum, quod sicut apostolus dicit Roma. 6. Quicunque baptizatus sumus in nomine Iesu: in morte ipsius baptizatus sumus, consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem: ita silicet quod homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi. Manifestum est autē ex supra dictis, quod mors Christi satisfactoria fuit sufficiēter pro peccatis, non solum nostris: sed etiā totius mundi: ut dicitur prime Iohannis. 2. Et ideo ei qui baptizatur, pro quibuscunque peccatis nō est aliqua satisfactio iniungenda: hoc enim est in iuriam facere passionis mortis Christi, quasi ipsa non est sufficiens ad plenariā satisfactionem pro peccatis baptizatorum.

AD FRIMM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro de baptismo parvorum, ad hoc baptismus valet: ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. Vnde ipsa pōna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut pōna unius membris potest esse satisfactoria pro peccato alterius membris. Vnde Isaiae. 53. dicitur. Vere languores nostros ipse tulerit: et dolores nostros ipsi portauit.

AD SECUNDVM dicendum, quod nuper baptizati, exercitandi sunt ad iustitiam, non per opera pōnitentia, sed per opera familiaria: ut quasi quodam lacte faciliter exercitij promoucantur ad perfectiora: ut glosa dicit super illud psalmi, sicut ablactatus super matrem sua. Vnde et dominus discipulos suos de nouo conuersos, à ieunio excusat: ut patet Matth. 9. Et hoc est quod dicitur prime Petri. 2. sicut modo geniti in fonte lac concupiscit, ut in eo crescat in salutem.

AD TERTIUM dicendum, quod restituere male ablatā proximi, et satisfacere

eis

eis de iniurijs illatis est cessare à peccāto: quia hoc ipsum quod est detinere aliena, et proximum Iesum nō placare, est peccatum. Et ideo peccatoribus baptizatis iniungendum est, quod satisfaciant proximis, sicut et quod desistat à peccato: non est autem eis iniungendum, quod propeccatis præteritis aliquam pōnam patientur.

CIRCA istum quintum articulū, notanda sunt tria dicta sanct. Tho. Primū est, principali conclusio articuli: quae sic se habet. Baptizato (quantum est de se) nulla satisfactio est iniungenda. Ratio est: quia alias fieret iniuria Christo, qui per suam passionem sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis. Quæ passio, ex Christi institutione in baptismo ita applicatur baptizato: ac si ipse patetur. Sed si ipse patetur satisfaceret per illam passionem sine alia iniuncta pōnitentia. Ergo nō est baptizato iniungenda aliqua satisfactio: quia alias significaretur passio Christi esse in sufficiētis ad remissionem peccatorum quo ad culpam & pōnam: quod in lege euangelica tolerari nō potest. Nec valet si inferas, ergo idem debet dici de alijs sacramentis, in quibus etiam applicatur passio Christi: quia in alijs sacramentis non applicatur ita efficaciter, sicut in baptismo. Et hoc propter priuilegium baptismo & non alijs sacramentis concessum: ut patet ex illo pauli ad Romanos. 6. Quicunque baptizati sumus. &c. Quod nunquā dictum fuit de aliquo alio sacramento.

SECVNDA propositio doctoris sancti (in solutione ad. 2.) est. Neophitus non debet trahi statim per magnas pōnitentias: sed asueri per aliquam leuiam. Quod est aduertendum ob illos, qui à paganismō veniunt ad christianitatem.

TERTIA propositio est. Baptizatus compellendus est quod restituat, si aliquid debet, vel alicui in iuriam intulit: quia alias semper in peccato manet. Non enim ideo satisfactio illa imponitur, ut poenas iurat: sed ut exeat à peccato. Multa alia dubia poterant hic sub moueri: attamen questione sequenti tractabuntur commodius.

Articul. Sextus

Vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod peccatores ad baptismum accedentes teneantur sua peccata confiteri. Dicitur enim Matth. 3. quod baptizabantur multi à

Iohanne in Jordane, confitentes peccata sua. Sed baptismus Christi est perfectior quā baptismus Iohannis. Ergo videtur quod multo magis illi qui sunt baptizandi baptismō Christi: debeant sua peccata confiteri.

PRÆTER E.A. Proverbiorum. 28. dicuntur. Qui abscondit scelerā sua, non dirigeretur: qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Ergo baptizati debent sua peccata confiteri.

PRÆTER E.A. Pōnitentia requiriatur ante baptismum: secundum illud actū: 2. Agite pōnitētia, et baptizetur unusquisque vestrum. Sed confessio est pars pōnitentia. Ergo videtur quod confessio peccatorū requiratur ante baptismum.

SED CONTRA est. Quod confessio peccatorum debet esse cū fletu: dicit enim Augustinus in libro de pōnitentia. Omnis ista varietas consideranda est et defenda. Sed (si cut Ambrosius dicit) gratia dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum. Ergo à baptizandi non est requirenda confessio peccatorum.

RE SPONDEO dicendum, quod duplex est peccatorum confessio. Una quidem interior quæ fit deo. Et talis confessio peccatorū requiritur ante baptismum: ut si homo sapecata recogitans, de eis doleat. Nō enim potest inchoare nouam vitam, nisi pōnitentia est in vita: ut dicit Augustinus in libro de pōnitentia. Alia vero est confessio peccatorū exterior, quæ fit sacerdoti. Et talis confessio non requiritur ante baptismum.

PRIMO quidem. Quia talis confessio cum respiciat personam ministri: pertinet ad pōnitentie sacramentum, quod nō requiritur ante baptismum: quia est ianua omnium sacramentorum.

SECUNDO. Quia confessio exterior quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc quod sacerdos confitentem absoluat à peccatis, et liget ad operas satisfactorias: que baptizatis nō sunt imponenda, ut supra dictum est. Nec etiā baptizati

tizati indigent remissione peccatorum per clausus ecclesie: quibus omnia remittuntur per baptismum.

TERTIO. Quia ipsa particularis confessio homini facta, est penosa propter vericundiam confitentis. Baptizato autem nulla exterior pena imponitur. Et ideo a baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum: sed sufficit generalis quam faciunt, cum secundum ritum ecclesie abrenunciant facturam omnibus pompis eius. Et hoc modo dicit quadam glossa Matth. 3. Quod i baptismō Iohānis, exemplum dabatur baptizandi, confitendi peccata, & promittendi meliora. Siquitamē baptizandi ex deuotione, sua peccata confiteri vellent, eſet eorum confessio audienda, nō ad hoc quod eis satisfactio imponeretur: sed ad hoc quod contra peccata consueta, eis spirituali informatio vita tradiceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in baptismō Iohannis non remittuntur peccata: sederat baptismus paenitentiae. Et ideo convenienter accedentes ad illud baptismū cōfitebantur peccata: ut secundum qualitatem peccatorum, eis paenitentia determinaretur. Sed baptismus Christi est sine exteriori paenitentia: ut Ambrosius dicit. Unde non est similis ratio.

AD SECUNDVM dicendum, quod baptizatis sufficit confessio interior deo facta & etiam exterior generalis, adhuc quod dirigitur & misericordia consequuntur. Nec requiriatur confessio specialis exterior: sicut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod confessio est pars paenitentiae sacramentalis, que non requiritur ante baptismum: ut dictum est. Sed requiritur interioris paenitentiae virtus.

IN ISTO sexto articulo, notanda sunt tres conclusiones quas ponit sanct. Thom. Prima est. Ante baptismum in adultis peccatoribus requiriatur, quod sua peccata recolant: & de eis doleant. Vbi nota quod non dicit de eis conterantur, sed doleant: quia ad baptismum sufficit attrito.

SECUNDA conclusio est. Ante baptismū non

requiritur confessio sacramentalis, quae sic sacerdoti. Hæc probatur in litera.

TERTIA conclusio est. In baptismō Iohānis quādo Matth. 3. dicitur quod venientes ad illam confitebantur peccata suā intelligitur (secundū quādam glossā) de confessione generali, qua in communī dicebant se peccatores, & promittebant vel proponebant meliora.

DEBITA TVR an si adultus peccator velit Dubium ante baptismum confiteri peccata sua sacerdoti, sit illa confessio recipienda. Videtur quod nō, quia illa peccata (ut infra in materia de poenitentia dicemus) non sunt materia confessionis. Ergo confessio illa non debet recipi.

AD HOC respondet doctor sanctus in calce articuli huius, & dicit confessionem illam recipiendam esse a sacerdote, nō vt absoluat (quia illa peccata vt argumentum in oppositum probavit non sunt materia solutionis) nec vt poenitenti satis factio aliqua imponatur: sed soluari vt instruatur & doceatur quid agere debeat contra peccata, & pro vita spirituali acquirenda & conseruanda.

Articul⁹ septimus

Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.

A D SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi. Baptizatus enim se habet sicut patiens in sacramento. Intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis. Ergo videtur quod ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi baptismum.

PRÆTER EA. Si prætermittatur id quod requiritur ad baptismum, homo est denovo baptizandus: sicut cum prætermittitur invocatio trinitatis, ut supra dictū est. Sed ex hoc non videtur aliquis esse denovo baptizandus, quod intentionem non habebat suscipiendi baptismum: alioquin cum de intentione baptizati non constet, quilibet posset petere se denovo baptizari propter intentionis defeluum. Non ergo videtur quod intentio requiriatur ex parte baptizati, ut suscipiat sacramentum.

sacramentum.

PRÆTER EA. Baptismus cōtra peccatum originale datur. Sed peccatum originale contrahitur sine intentione nascentis. Ergo baptismus (ut videtur) intentionem non requirit ex parte baptizati.

SED CONTRA est, quod secundum ritum ecclesie baptizandi profiteretur se petere ab ecclesia baptismum. Per quod profiteretur suam intentionē de susceptione sacramenti. **R**ESPONDEO. Dicendum, quod per baptismum aliquis moritur veteri vita peccati, & incipit quandam vitam nouitatem secundum illud Rom. 6. Conspiculum Christo per baptismum in mortem: ut quomodo christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus. Et ideo sicut ad hoc quod homo moriatur veteri vita, requiritur secundum Augustinum in habente usum liberi arbitrij voluntas, qua eius reveris vita paeniteat, ita requiritur voluntas qua intendat vitam nouitatem: cuius principium est ipsa susceptione sacramenti. Et ideo ex parte baptizati requiritur voluntas sive intentio suscipiendi sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in iustificatione quae fit per baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria. Et ideo requiritur intentio recipiendi id quod ei datur. **A**D SECUNDVM dicendum, quod si in adulto de eſet intentio suscipiendi sacramentum, eſet rebaptizandus. Sitamen hoc non constaret, eſet dicendum, si non es baptizatus ego te baptizo.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismus ordinatur, non solum contra originale peccatum, sed etiam cōtra actualia, quae per voluntatem & intentionem causantur.

IN HOC septimo articulo dubitatur an ad baptismum requiratur intentio in baptizado, ita quod sit de substantia sacramenti. Doctor sanctus respondet affirmatiue.

TRACTatur materia ista in. 4. d. 6. à pluribus, vel in. 4. vt à Scoto: & sunt de hoc tres opiniones.

PRIMA opinio est Durandi in. 4. d. 4. quest. 7.

dicentis, quod ad baptismi substantiam requiriatur intentio, tam in adultis quam in parvulis. Sed in adultis formalis, quando baptizantur, vel ante: in parvulis vero interpretativa vel virtualis, quæ est voluntas eorum, qui puerorum curam habent. Vnde infert quod si puer infidelis baptizetur in uitio parentibus, non est baptizatus, ex defectu intentionis: quia parentes nolent baptizari puerum suum, & voluntas parentum est puerorum interpretationis.

SECUNDA opinio est Caetani hic in suis commentarijs: quam putat esse sanct. Thom. in. 4. d. 6. quest. 1. art. 2. quæstioncula, 3. quod nec in adultis nec in parvulis requiritur intentio de essentia sacramenti, sed sufficit quod mere negatiue se habeat. **T**ER TIA opinio est Scoti in. 4. d. 4. quest. 4. asserentis, quod in pueris nō requiritur intentio: quæ tamen requiritur in adultis formalis vel virtualis ita quod alias non erit sacramentum.

PROBAT Caetanus opinionem suam esse etiā sanct. Thom. Quia doctor sanctus in. 4. in p̄allegato loco dicit, quod qui baptizatur, recipit sacramentum & rem sacramenti. Ad quæ recipienda, non est opus aliqua intentione ex parte baptizati, nisi quod tollatur impediens. Ex quo infert Caetanus opinionem suam esse sanct. Thom. Et confirmatur sic, quod hac opinio sit vera: ex cap. Maiores extra de baptismō & eius effectu. Vbi papa concludit, quod tunc sacramentalis operatio imprimis characterem: quando non inuenit obicem contrarie volitionis. Ergo (infert Caetanus) si quis se habet mere negatiue est baptizatus.

CONFORMATVR secundo. Utetur aliquis sic negatiue se habens ibi sunt omnia quæ sunt de essentia sacramenti: & non est prohibens. Ergo ibi est sacramentum. Antecedens probatur. Est materia & forma: & intentio non est de essentia. Ergo &c. Huius opinionis est glosa in cap. Licet de conf. d. 4. Dicit enim quod si quis baptizetur etiā habens voluntatem interiorem contrariam, est baptizatus: dummodo exterius non resistat. Beatus vero Augustinus in libro de unico baptismō quæstionem hanc reliquit sub dubio.

HIS tamen non obstantibus dico opinionem Caetani esse contra sanct. Thom. Nam opinio sanct. Thom est, quod in adultis requiritur intentio: ut in litera patet, & non in pueris. Hæc etiam est cōmunis theologorum opinio. Hanc tenet Scotus in. 4. d. 4. quest. 4. Et Paludanus. d. 6. quest. 2. Et Maior. d. 4. quest. 2. Et Gabriel. Et Silvester in summa verbo baptismus. 4. §. 14. Et probatur. Baptismus est sacramentum fidei. Sed vt quis recipiat fidem requiritur intentio. Ergo etiam ad recipiendum baptismū.

SECUNDO arguitur ad idem. M̄rci ultimo dicitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit; saluus erit. Sed requiritur quod velit credere. Ergo & qđ velit baptizari.

TERTIO. In ministro requiritur intentio adhuc quod

quod sit sacramentum. Ergo etiam in recipiente.
Q. VARTO. Si subiectum est capax sine intentione. Ergo & cum voluntate contraria. Cōsequētia probatur. Quia in quibus non requiritur volūtas, non impedit contraria: sed impertinenter se habet. Sic ut in veritate serui ad quam serui voluntas non requiritur: nec etiam contraria impediat. Sed consequens est contra omnes. Ergo requiriunt voluntas.

Q. VINTO. Arguitur ex cap. maiores (à quo & Cajetanus argumentum sumit) vbi sunt ista verba. Si baptizandus prius habuit volitionem recipiendi baptismum, amcas & dormiens si baptizetur, est baptizatus. Ergo à contrario, si prius noluerunt baptizari non erunt baptizati.

SEXTO. Baptizati est magnum quid illius qui baptizatur. Ergo requiritur voluntas eius. Accipimus ergo aliquem sarracenum qui nunquam de baptismō cogitauit. Si istum dormientem alius baptizet, iam esset christianus: quod tamen inicabile est. Certe si à Christo redemptore quereremus, an esset verus baptismus fraudulenter collatus: non est dubium quin responderet quod non. Quia non expedit fidei, ut quis invitatus & renuens baptizetur. Et idem est iudicium si nesciente ipso, baptizaretur. Vnde bene sequitur. Baptismus sine intentione & voluntate baptizati aduliti est verum sacramentum. Ergo baptismus fraudulenter collatus sine aduentitia baptizati est verum sacramentum, quod est ridiculum.

SEPTIMO ad idem arguitur. Ille qui baptizatus est quomodounque baptizatus sit ad Christianā religionem debet compelli (prout ab ecclesia determinatur) sicut qui etiam metu mortis baptizatus est. Ergo si vere esset baptizatus qui sine cōfessione baptizatur: esset ad Christianā religionem cōpellendus, quales christianos Christus non vult.
OCTAVO. Sequeretur, quod si christianus ad infidēles peruenies, qui de Christo nihil penitus audierunt, baptizet eos clam & ignorantes, ante quam fidem prediceret (apponendo s. materia et formam) quod omnes tales essent baptizati: quia habebat se negatiue, quod quidem ridiculum est. Et maxime si sic affici essent, ut si eis prius innotesceret: non solum baptizari nolent, sed & baptismum & baptizantem detestarentur.

AD ARGUMENTA autem Cajetani. Ad primum quod ex doctore sancto adducebat. Dico quod sanct. Thom. ibi expresse se declarat & dicit, quod in adulto requiritur contritio sive deuotio, ad percipiendum rem sacramenti: & requiriuntur intentio vel voluntas ad recipiendū sacramētū.

AD SECUNDUM dico, quod pontifex intellexit quando non est repugnatio vel obex contraria voluntatis formalis vel virtualis. Et cum adulitus habeat etatem, ut pro se respondere possit: siquid fiat ipsis adultis non habentibus volitionem formalem vel virtualē, si virtualiter ipsi inuitis, Vnde omnis ille qui nunquam de baptis-

mo cogitauit: ut qui semper se habuit negatiue, virtualiter est inuitus, & ponit obicea contraria voluntatis.

AD TERTIUM nego, quod ibi sint omnia necessaria ad sacramentum: quia deest intentio in baptizado, quae necessario requiritur in sacramēto. ET confirmatur opinio sanct. Tho. Quia Augustinus dicit de baptismō parvolorum, & habetur de consecra. d. 4. cap. parvuli. & quod parvuli vere baptizantur non respondeat pro se: quia non possunt. Ergo à contrario sensu si possent respondere pro se, & non responderent, non valeret sacramentum. Idem etiam dicit Isidorus, & habetur in supradicto titulo. cap. parvuli primo.

SED arguit Durandus vbi supra. Illud quod est de substantia sacramentis: in omnibus est necessaria ad sacramentum. At in parvulis non requiritur intentio. Ergo nec in adultis. Ad hoc dico quod maior est vera in omnibus que sunt eiusdem rationis, & non aliis. Et quia parvuli & adulti non sunt eiusdem rationis: ideo maior in omnibus non est vera.

DUBITATVR secundo. An habens se mere dubium negatiue, et sc̄iēter baptizatur, sit baptizatus secundum.

AD HOC dico. quod casus moraliter videtur impossibilis. Secundo. Dicit Gabriel in. 4. d. 4. q. 2. quod non. Ego autem dico quod est vere baptizatus. Probatur. Puella que mere negatiue se haberet patiens struprum, peccaret mortaliter, vtdiximus in materia de temperantia. Ergo voluntarie patitur. Ergo etiam in bonis idē erit, quod ille voluntarie baptizatur, & sic erit baptizatus. Nā si baptizari esset malum, sibi imputaretur ad peccatum, quia voluntarium. Ergo etiam illi imputatur in bonum, quia bonum, & quia voluntarium est. SED quid si interius habeat nolitionem, exterius vero permittit se bapezari? Dico quod casus est impossibilis: quia exterius permettere est vel le. Sed si casus daretur non esset baptizatus: quia iam ponit obicea contraria voluntatis. Quid tandem si metu voluit baptizari & nō alias? Dico quod est vere baptizatus: vt determinatur in cap. Maior. Secus esset si nolebat interius.

Articul. octauus.

Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.

DOCTAVUM sic procedit. Videtur quod fides requiratur ex parte baptizati. Sacramētum enim baptismū à Christo est injunctum. Sed Christus formam baptismi tradens, fidem baptismi præmitit, dicens:

Marci ultimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Ergo videtur quod nisi sit fides, non possit esse sacramētū baptismi. **PRAETEREA.** Nihil frustra i sacra mentis ecclesiæ agitur. Sed secundum ritum ecclesiæ, ille qui accedit ad baptismum de fide interrogatur, cum dicatur credis in deū patrē &c. Ergo videtur quod fides ad baptismū requiratur.

PRAETEREA. Ad baptismū requiriuntur intentio suscipiendi sacramentum. Sed hoc nō potest esse sine recta fide: cū baptismus sit recte fidei sacramētū, per eū enim incorporatur homines Christo (vt Augustinus dicit in libro de baptismō parvolorū) hoc aut nō potest esse sine recta fide: secundū illud Ephe. 3. Habitare Christū per fidē in cordibus vestris. Ergo videtur quod ille quinō habet rectā fidē, nō posset suscipere sacramētū baptismi.

PRAETEREA. Infidelitas est grauis simū peccati: vt in secunda parte habitu est. Sed permanentes in peccato nō sunt baptizandi. Ergo etiam nec permanēt, in infidelitate.

SED CONTRA est, quod Gregorius scribēs Quirico episcopo dicit. Ab antiqua patrum institutione didicimus: vt qui apud hę resim in trinitatis nomine baptizatur, cū ad sanctā ecclesiā redeat, autunctione chrisma tis, aut impositione manus, aut sola p̄fessione fidei, ad suā matris ecclesiā reuocentur. Hoc autē non est, si recta fides efficit de necessitate baptismi. Non ergo recta fides ex necessitate requiritur ad susceptionem baptismi.

RESPONDEO dicendū, quod sicut ex supradictis patet, duo efficiuntur in anima per baptismū. s. character & gratia. Dupliciter ergo aliquid ex necessitate requiritur ad baptismū. Uno modo sine quo gratia haberi non potest: que est ultimus effectus sacramēti. Et hoc modo recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum: quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia dei est per fidē Iesu Christi. Alter modo requiritur aliquid ex necessitate ad baptismū, sive quo character baptismalis imprimitur.

non potest. Et si recta fides baptizati nō requiritur ex necessitate ad baptismū, sicut nec recta fides baptizantis: duimodo absit certa quae sunt de necessitate sacramēti. Non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis vel suscipientis baptismum, sed per virtutem dei.

AD PRIMUM ergo dicendū, quod dominus loquitur ibi de baptismō, secundum quod perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem. Quod quidē sine recta fide esse non potest. Et ideo signanter dicit: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

AD SECUNDUM dicendū, quod ecclesia intendit homines baptizare, vt emundentur à peccato: secundū illud Isaiae. 27. Hic est ōnis fructus, vt auferatur peccati. Et ideo quantum est de se, non intendit dare baptismū nisi habentibus rectam fidē: sine qua non est remissio peccatorū. Et propter hoc interrogat accedentes ad baptismū, an credant. Sitamen sine recta fide aliquis baptismū suscipiat extra ecclesiam: non percipit illum ad suam salutē. Vnde Augustinus dicit. Ecclesia paradoxa comparata, indicat nobis, posse quidē baptismū sive, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere, vel tenere.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam non habens rectam fidē circa alios articulos, potest habere rectam fidē circa sacramentum baptismi: vt ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiendi sacramētū baptismi. Sitamen etiam circa hoc sacramētum non recte sentiat, sufficit ad perfectiōnem sacramenti generalis intentio: qua intendit suscipere baptismum sicut Christus instituit, et sicut ecclesia tradit.

AD QUARTVM dicendum, quod sicut sacramētū baptismi non est conferēlū ei qui non vult ab alijs peccatis resedere: ita etiam nec ei qui non vult infidelitatem deserere. Utique tandem suscipit sacramentum, fieri conferatur: licet non ad salutem.

IN HOC octavo articulo, ponit doctor sanctus duas propositiones. Quarum prima est. AD HOC quod baptizatus sacramentum baptismi suscipiat, & effectum eius s. gratia: requiritur quod habeat rectam, id est veram, fidem. Hæc probatur in litera manifeste ex apostolo ad Romanos. 3. Iustitia dei est per fidem Iesu Christi.

SECVNDA propositio est. Ad recipiendum verum sacramentum & effectum illum sacramentum, qui est character, non est necessarium, ut recipientis baptismum habeat rectam vel veram fidem. CONTRA hanc decisionem arguo hoc modo. Ad recipiendum verum baptismi sacramentum requiritur intentio in baptizato: qua velit recipere baptismum. At ille qui non habet rectam fidem: non potest habere illam intentionem. Ergo recta fides est necessaria in baptizato ad suscipiendum baptismum.

AD HOC argumentum nego minorē: quia non solū ille qui errat circa alios articulos fidei, & non circa sacramentum baptismi (credit enim quod est sacramentum à Christo institutum in remissionem peccatorum) potest habere intentionem suscipiendi sacramentum: sed etiam ille qui errat circa idem sacramentum baptismi, putans & credens non esse à Christo institutum, nec aliquam habere virtutem, potest habere intentionem suscipiendi id quod Christus instituit, & ecclesia dicit Christum instituisse, quæ admodum sumunt christiani, siue valeat siue non. Immo etiam si iudicet nihil valere, & dicat, ego credo quod totum quod à Christianis de baptismō dicitur, est fabulosum, adeo rūnam tamen imitationem volo baptizari, & baptizatur: est verum sacramentum: & est vere baptizatus, quatuor gratiam non recipiat. Et hoc dicit sanctus Thom. hic ad. 3.

Articulus. nonus.

Vtrum pueri sint baptizandi.

DO NONUM sic proceditur. Videtur quod pueri non sint baptizandi. In eo enim qui baptizantur, requiritur intentio suscipiens sacramentum, ut supra dictum est. Huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant usum liberi arbitrij. Ergo videtur quod non possint suscipere sacramentum baptismi.

PRAETEREA. Baptismus est fidei sacramentum: ut supra dictum est. Sed pueri non habent fidem: quæ constituit in creden-

tium voluntate: ut Augustinus dicit super Iohannem. Nec etiam potest dici quod salvantur in fide parentum: quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnaretur. Ergo videtur quod pueri non possunt baptizari.

PRAETEREA. Prima petri. 3. dicitur quod homines saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium: sed conscientia bona interrogatio in deum. Sed pueri neque conscientiam habent bonam vel malam (cum non habeant usum rationis) neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligant.

Non ergo pueri debent baptizari.

SED CONTRA est, quod Dionisius dicit ultimo capite ecclesiastica Hierarchie Diuinostri duces. s. apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut apostolus dicit Romanos. 5. Si unus delicto mors regnauit per unum. s. per Adamum: multo magis abundantiam gratiae, & donationis, & iustitiae accipientes, in vita regnabit per unum Iesum Christum. Pueri autem ex peccato ad peccatum originale contrahunt. Quod patet ex hoc quod sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes per transiit, ut Apostolus ibidem dicit. Unde multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere: ut regnent in vita aeterna.

Ipse autem dominus dicit Iohannis. 3. Quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Unde neccarium fuit pueros baptizari: ut sicut per Adam damnationem incurserunt nascendo, ita per Christum salutem consequatur renascendo.

FUIT etiam conueniens pueros baptizari: ut à pueritia nutriti in his quæ sunt christiana vita, firmius in ea perseverent: secundum illud proverbii. 22. Adolescentes iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et hanc rationem assignat Dionisius ultimo capite celestis Hierarchie.

AD

A D P R I M U M ergo dicendum, quod regenerationis spiritualis, que fit per baptismum est quodammodo similis nativitati carnali, quantum adhuc, quod sicut pueri in maternis uteris constituti, non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matri sustentantur: ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris ecclesia constitutis, non per se ipsos sed per actum ecclesie salutem suscipiunt. Unde Augustinus dicit in libro de peccatis & meritis & remissione. Mater ecclesia os maternum parvulis praebet ut sacris mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo proficiuntur: cur etiam non penitentes habentur, cum per eorundem verba gestantium diabolo & huic saeculo abrenunciare monstretur? Et eadem ratione possunt dici intendentes, non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contranatur & plorent: sed per actum eorum à quibus offeruntur.

A D SECUNDUM dicendum, quod sicut Augustinus scribens Bonifacio dicit, in ecclesia salvatoris parvuli per alios credunt sicut ex alijs quæ in baptismo remittuntur, peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus si parentes sint infideles: quia sicut Augustinus dicit, eidem Bonifacio scribens, offeruntur parvuli ad percipiendam spiritualem gratiam: non tam ab eis quorum gestantur manibus (quatuor & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt) quam ab universa societaate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerire recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur: & quorum charitate ad communionem Sancti spiritus adiunguntur. Infidelitas autem proprietum parentum etiam si eos post baptismum dæmoniorum sacrificijs imbuere conentur, pueris non nocet, quia ut Augustinus ibidem dicit, puer se mel generatus per aliorum voluntatem, de-

inceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, ubi nulla sua voluntate consentit, secundum illud Ezechielis. 18. Sicut anima patris mea est, ita anima filij, anima que peccaverit, ipsa morietur. Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur: quia nondum erat anima separatim vivens. Fides autem unius, immo totius ecclesie parvulo prodest per operationem Spiritus sancti qui unit ecclesiam: & bona unius alteri communicat.

A D TERTIVM dicendum, quod si cut puer cum baptizatur non per se ipsum, sed per alios credit: ita non per se ipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati confitetur fidem ecclesie in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer, etiam in se ipso: non quidem actu, sed habitus per gratiam iustificantem.

IN HOC articulo aduerte nunquam interfideles fuisse dubitatum de conclusione sancti Thomae. sed semper certa & recepta fuit. Fuerunt tamen haeretici Pelagiani, dicentes quod pueri non erant baptizandi in remissione in peccatorum quia peccatum originale non habebant, sicut nec aetuale. Sed forte baptizandi erant, ut eis ianua celoiperiretur: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnum celorum Iohannis. 3. Huius etiam erroris fuit nouus quidam haereticus Germanus.

ALII etiam haeretici fatebantur quidem pueros originale peccatum habere. Negabant tamen eos esse baptizandos: quia non possunt intelligere nec velle, & baptisimus quedam professio religionis est.

S E D haereses istæ condemnatae fuerunt in concilio milianitano cap. 2. & in cap. Maiores de baptismo & eius esse. Referuntur etiam ab Augustino libro de haeresibus cap. 58. Vide etiam de hoc Vaudensem libro de sacramentis cap. 96. & Iohannem echium in inchorio in propria materia: qui condemnant errorem illum, adducentes multa sanctorum testimonia. Et probatur contra haereticos. In veteri lege erat remedium pro parvulis. Ergo in lege euangelica.

SECVNDO. In scriptura Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit. &c. & Marc. ultimo, qui credidit & baptizatus fuerit saluus erit, nullus excipitur. Insuper ecclesia semper intellexit pueros pro

K ii pte

pter testimonia illa obligatos. Ergo sunt baptizandi.

TERTIO. Ciprianus respondet phitido episcopo dicit, quod statim etiam post ortum sunt parvuli baptizandi. Eodem modo respondet conciliu africani cui interfuit diuus Ciprianus. s. quod statim post nativitatem (si necessitas imminet) pueri sunt baptizandi.

QVARTO. Augustinus contra Pelagianos. lib. 3. cap. 77. & super genesis libro. 10. cap. 23. Afferit pueros esse baptizados. Pro hoc etiam est illud psalmi 50. In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cocepit me mater mea. Et illud ad Roma. 5. Omnes quidem peccaverunt & egent gloria dei.

AD argumentum autem haereticorum quia requiritur quod credant & eligant: dico quod satis est, ut in baptismate minister intendat facere quod facit ecclesia.

Dubium
primum.

DUBITATVR an pueri acquirant habitus ante usum rationis, per hoc quod a christianis instruuntur & erudiuntur. Videtur quod non. Quia habitus non generantur nisi ex actibus liberis: quos non habent pueri. Ergo. &c.

ET confirmatur. Nam ideo dicunt doctores in potentibus sensitiis exterioribus non esse habitus: quia ex naturalibus actibus non generatur habitus. Quod autem ex naturalibus actibus non generetur habitus ex eo constat, quod ex motibus primo primi non generatur habitus. Non enim est verissimum: quod non possit aliquis vitare habitus virtuosos. Et ideo motus primo primi non sunt virtiosi, quia sunt naturales. Sunt tamen mali ex genere suo: & habitus ex illis genitus esse virtuosus. Ergo. Et confirmatur. Quia non se inuenit quis priore ad actus illos potius uno quam alio tempore: quod est signum quod non generatur habitus.

SECUNDUM. Habitus ponuntur ad determinandas potentias, & ob id in intellectu & voluntate ponuntur, & non in potentibus exterioribus quia de se ad sua obiecta sunt determinatae. Sed potentiae omnes puerorum sunt determinatae. Ergo in pueris non generantur habitus.

TERTIO. In brutis, quia sunt determinata ad unum, & agunt naturaliter, non ponuntur habitus. Ergo nec in pueris sunt ponendi.

QVARTO. Vel tales habitus sunt boni, vel malicii, vel indifferentes. Non sunt malicii quia alias eorum actus essent peccata. Quod patet esse falsum quia in pueri non est voluntarii. Nec boni: quia auctus essent meritorii. Nec indifferentes: quia non determinarent potentias. Ergo non sunt ponendi.

SEDO contra est, quia pueris adhibentur pedagogi. Ergo sunt habituables. Secundo. Motus pueri (s. ira & gaudium) sunt eiusdem speciei cum motibus adulti. Ergo generant habitus in pueri sicut in adulto.

AD HOC respondeo aliquibus propositionibus. Prima est. In pueris generatur aliqua qualitas permanentem per actus. Probatur duobus illis argumentis factis pro hac parte.

ET confirmatur. Pueri promptius & intensius operantur uno tempore quam alio. Ergo sunt habituati. ET confirmatur secundo ex sancto Thoma. Secunda. 50. art. 3. ad. 2. dicente, quod in potentibus brutorum in quantum a ratione hominis diriguntur: generantur aliquo modo habitus. Ergo etiam in pueris: SECUNDA propositio. Talis qualitas non proprie vocatur habitus: quia habitus sunt in potestate nostra & illae qualitates non sunt in potestate pueri. Habitum etiam in appetitu sensitivo, facit bonum vel malum propter aliquam circumstantiam. In pueris autem ante usum rationis non est bonum vel malum.

AD argumenta autem in contra facile responderetur, quod in quantum non sunt liberi non habituantur: sed in quantum subduntur libertati pedagogorum.

DUBITATVR secundo. Quid debet fieri puer qui non vult baptizari: & dubitatur an Dubium habeat usum rationis. Exemplum. Alter coniugum secundum est fidelis, & alter infidelis. Ut autem habetur incapax literis extra de conversione infideli, filii debet sequi parentem fidem. An igitur talis puer qui non vult baptizari sit baptizandus? Videtur quod non: quia sequitur magnam inconvenientem ut postea infidelitatem sequatur. Et si tunc haberet usum rationis & resisteret, post modum vero crederet, non maneret baptizatus: nec posset ad ordines promoueri. Et sic sequuntur multa inconvenientia.

RESPONDETVR quod si non est periculum non est statim baptizandus: sed spe standum est, ut ad usum rationis perueniat. Si vero necessitas urgeat, baptizandus est: dummodo non appareat major probabilitas quod est in usum rationis, quam quod non. SED contra principale conclusionem, quod oportet pueri ante usum rationis sint baptizandi, arguitur sic. Sequeretur omnes pueros sic baptizatos decentes ante usum rationis esse sanctos, & liceret nobis orare illos, & committere nos illis: sicut oramus Petrum, aut Paulum. Sed hoc videtur falsum quia ecclesia non habet talem usum. Ergo non sunt baptizandi.

AD HOC respondetur aliquibus propositionibus. Prima est. Pueri baptizati proprie & eo modo quo accipimus sanctos in ecclesia non sunt sancti. Probatur. Proprie sanctus dicitur ille qui habet quandam excellitatem charitatis ad deum: & pro illo facit aut patitur aliqua magna. Et hoc modo pueri non sunt sancti.

TERTIA propositio. Licitum est orare pueros, & committere nos illis. Probatur. Quia certum est de fide quod sunt in beatitudine. Sed non facimus: quia orationes sanctorum prosunt nobis solum impetrative: ideo non oramus nisi illos de quibus constat quod habent magnam charitatem, & a deo nimium diliguntur, ut beata virgo, apostoli, & alii huiusmodi: quia hi facilius impetrabunt.

ARTI

Articul. decimus.

Vt pueri iudeorum vel aliorum infidelium sint in uitis parentibus baptizandi etiam in uitis parentibus.

AD DECIMVM sic procedi cur. Videtur quod pueri iudeorum vel aliorum infidelium sint baptizandi etiam in uitis parentibus. Magis enim debet homini subueniri contra periculum mortis aeternae, quam contra periculum mortis temporalis. Sed puer in periculo mortis temporalis existens, est subveniendum etiam si parentes per maliciam contra niterentur. Ergo multo magis est subveniendum pueris infidelium filiis per baptismum, contra periculum mortis aeternae: etiam in uitis parentibus baptizantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris civilis: nisi aliquis a suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter a morte eripere. Unde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris: ut eum liberet a periculo mortis aeternae.

AD SECUNDUM dicendum, quod iudei sunt servi, & in potestate dominorum. Sed iudei sunt servi regum & principum: et quicunque etiam aliis infideles. Ergo absque omni iniuria possunt principes filios iudeorum vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

AD TERTIVM dicendum, quod homo ordinatur ad deum per rationem, per quam deum cognoscere potest. Vnde puer aequam usum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter subiacet: & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuinna agenda.

IN HOC articulo decimo est notandum, quod questionem hanc & nullam aliam tractauit sanctus Thomas. multoties. Tractauit enim eam bis in summa, hic. f. & 2. Secunda. quæst. 10. articulo 12. & in quodlibeto 2. art. 7. Tractatur etiam quæstio hæc ab scholasticis, in 4. d. 5. & ab aliis 4. Sanctus Thomas autem semper de hoc dubio loquutus fuit constanter, quod pueri in fidelium in uitis parentibus non sunt baptizandi.

VERVM de hoc sunt tres opiniones. Prima est negativa, quæ est sanctus Thomas, hic & capitulo in 4. d. 5. & 6. quæstione vniqa.

K iii Secun

dum baptismum. SI veronondū habent usum liberiarum arbitrij, secundū ius naturale sunt sub cura parentum quā diu ipsi sibi prouidere non possunt, unde etiam et de pueris antiquorum dicitur, quod saluabantur infide parentum. Et ideo contra iustitiam naturalem effet, si tales pueri in uitis parentibus baptizarentur: sicut etiam si aliquis habens usum rationis baptizaretur in uitis.

ESSET etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia & faciliter ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes. Et ideo non habet hoc ecclesia consuetudo, quod filii infidelium in uitis parentibus baptizantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris civilis: nisi aliquis a suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter a morte eripere. Unde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris: ut eum liberet a periculo mortis aeternae.

AD SECUNDUM dicendum, quod iudei sunt servi, & in potestate dominorum. Sed iudei sunt servi regum & principum: et quicunque etiam aliis infideles. Ergo absque omni iniuria possunt principes filios iudeorum vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

AD TERTIVM dicendum, quod homo ordinatur ad deum per rationem, per quam deum cognoscere potest. Vnde puer aequam usum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter subiacet: & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuinna agenda.

SECVNDA opinio est affirmativa, nēpe quod filij in fidelium possunt inuitis parētibus baptizari si sine scandalo, & periculo apostasie fieri possit. Hęc est opinio Scotti in. 4. d. 4. quæst. vltima. Ean de tenet Gabriel: in. 4. d. 4. q. vnica. Et Guillelmus parisiensis in tractatu de fide dicit, qđ si pueri essent in extrema necessitate essent baptizandi. TER TIA opinio est Durandi in. 4. d. 4. quæst. 6. & 7. quæ in tribus propositionibus cōlūt. Quā prima est. Filii infidelium qui sunt serui christia norū possunt inuitis parētibus baptizari. Non dicit hoc de omnibus subditis: sed de seruis tātam. Et filios iudeorum licet baptizare: quia sunt serui christianorum iure belli.

SECVNDA propositio est Filii aliorū infidelium qui non sunt serui christianorum non sunt inuitis parentibus baptizandi.

TER TIA propositio est. Si filii infidelium qui nō sunt serui christianorum baptizenur inuitis parentibus non sunt baptizati. Hanc etiā opinionem tenet marsilius in. 4. quæst. 4. tanquā probabiliore. Paludanus vero in. 4. d. 4. quæst. 4. tenet tertiam propositionem durandi:

EGO autē (ab hac tertia propositione incipiens) dico, quod si illi pueri baptizentur factū tenet, & sunt vere baptizati. Hoc sētit capreolus vbi supra, & Silvester in summa verbo baptismus. 4. §. 7. Idē tabiena verbo baptismus. 7. §. ii. Idem Caieta nus. 2. Sec. quæst. 10. art. 12. & 3. p. q. 68. art. 10. Idē dicit sanct. Th. Hic & 2. Sec. quæst. 10. art. 12. vt ex eius ratioibus patet. Et p̄batur. Ibi est vera forma & materia, & oīa necessaria. Ergo est sacramētū.

SED probat Durandus suam sententiā. Quia requiritur consensus formalis vel interpretatiūs, ad minus in patribus, ad hoc quod sit baptismus pueriū infidelium: quia pueri non possunt habere consensum formale, & consensus interpretatiūs est volūtas patrū. Sed si baptizentur inuitis parentibus nullus est consensus. Ergo nō sunt baptizati.

AD HOC dico, quod non requiritur voluntas parentū: sed sufficit volūtas ministrī, sine repugnantia ex parte baptizandi formalī, nec virtuali, sicut contingit in illis pueris. Nec valet si dicas. Si sarracenus dormiens baptizetur, non est baptizatus. Ergo nec pueri. Quia sarracenus ponit obicē (cum antea noluerit) pueri vero infidelium unquam posuerunt obicem.

SED contra. Capiamus infidelem qui nihil audiuit de Christo. Si baptizaretur dormiens non esset baptizatus. Et non est inuitus. Ergo non est nisi quia non habet consensum nec virtualem. Ergo nec pueri sunt baptizati inuitis parentibus.

AD HOC cōcessa maiore, nego minorem: quia cum esset usus rationis, quicquid non voluit interpretatiūs nult. Ideo interpretatiūs non vult baptizari. Et sic aliud est de adulto & aliud de pueri quia puer nec habet dissensum formalem nec interpretatiūm, & sic non est inuitus. Quare in eo tenet baptismus: & non in adulto qui interpretatiūs

ue non vult baptizari. Et hęc sententia est probabilior & communior. Opinio autem Durandi est probabilis: ideo sub dubio cōsent iterum baptizari si conuerterentur.

SED arguo sic, quod non requiratur consensus in baptizando, nīsi sit adultus in prudētia. Capiō socratem qui nihil audiuit de Christo, & venit ad usum rationis, postea vero factus est amēs anteū de Christo quicquam audiret. Talis potest baptizari: quia aliās esset extra statū salutis. ET confirmatur. Si tota vna prouincia conuertatur in qua sunt aliqui amentes: alij qui sunt in prudētia poterunt applicare sacramenta illis amentibus. Ideo dico, quod probabile est amentem illum esse baptizandum: quia idem est iudicium de illo & de pueris.

SED contra est. Quia ille dum erat in prudentia nunquam voluit baptizari: quia nō sciebat aliquid de Christo. Ergo virtualiter nolebat baptizari & ponebat obicem: sicut diximus de adulto, qui est in usu rationis, & nihil audiuit de Christo, qui dormiens baptizatur.

SECVNDO probatur quod non sit baptizatus si fiat, nec sit baptizandus. Ponamus quod talis incidit in mortale & postea in amentiam. Nam baptimus nihil prodest illi, quia nō remittit illud mortale: sed solum originale, si in solo originali esset. Immo esse sacrilegiū prahere illi sacramentum.

TER TIO. Si tali per baptismum tollantur peccata. Ergo etiam per eucharistiam. Et sic effetei danda eucharistia.

AD PRIMVM horum tenedo quod prædictus amens, qui in prudentia nihil audiuit de Christo sit baptizandus. dico, quod nō est eadem ratio de dormiente qui est in prudentia, & de illo qui incidit in amentiam. Nam dormiens in prudētia virtualiter non vult baptizari: & ponit obicem virtu aliter. Amens veronon, cum nec vnum nec aliud velle possit.

AD SECVNDVM dico, quod baptismus remittit omnia peccata, etiam mortalia, non ponenti obicem. Et hoc est probabile.

Vnde ad tertium nego, quod eucharistia esset illi danda: quia eucharistia non habet tātum prius legium ad remittenda peccata sicut baptismus. Insuper ad eucharistiam requiritur maior reuerentia insumente, quam ad baptismum. Vnde semper stat, quod si filij infidelium baptizentur inuitis parentibus tenet factū, contra Durandum: qui tamen in secunda propositione cōuenit cum sanct. Thom. quod non sunt baptizandi filij infidelium inuitis parentibus.

SED & si sit probabile, quod prædictus amēs qui prius fuit in prudētia, & nihil audiuit de Christo sit baptizandus. probabilius tamē videtur, quod nō est baptizandus, nec factū tenet si fiat: quia virtu liter renititur. Manet enim in pposito in quo antea erat. Sed antea virtualiter renitebatur. Ergo & post.

ET

ET confirmatur. Si ante formaliter nollet baptizari, & sic incideret in amentiam: non esset baptizatus, esto baptizaretur. Ergo nec nunc cum virtualiter renitatur: quia cum erat in prudētia virtualiter renitebatur.

SECVNDA opinio erat scoti, quod omnes filii infidelium sunt baptizādi inuitis parētibus: quæ sic probatur. Nulla iniuria fit parentibus, cum manus dominium sic Christo super pueros, quam parentibus. Ergo propterea quod rediuntur Christo inuitis parentibus, nulla fit eis iniuria.

ET confirmatur. Siquis seruus habeat duos dominos superiorē & inferiorē, princeps debet cogere istū: vt superiori potius quā inferiori obediāt. Sed illi pueri habent Christum superiorē dominum: & parentes inferiores dominos. Ergo princeps debet cogere, vt obediant Christo inuitis parētibus.

HIS nō obstatibus ego dico ad quæstionē aliquibus propositionibus: quarā prima est. De se & absolute lictū est ministris ecclesiæ (potificibus, sc. episcopis, & sacerdotibus) baptizare filios infidelium ipsius inuitis: quia nullo iure est prohibitū. Nā rationibus quibus aliqui probant esse contra ius naturale, facile respōdetur. Et sic loquendo vera est opinio Scotti:

SECVNDA propositio est. Nō est faciendū ppter scandalū, qđ vt in plurimū sequitur: & propter periculū apostasie, aut fictionis. Et qđ hoc sit verū & mens sanct. Thom. sicut & Scotti probatur. Prius quia si baptizare filios in fidelium absolute esset prohibitū: semp esset malum. Sed non semper est malū, quia vno cōiuge cōuerso ad fidēs si sit mulier filij sunt baptizandi altero inuito: vt patet extra de cōuersione infidelium cap. Ex literis: & 28. q. 1. cap. iudei, quod est sumptū ex cōcilio toletano 4. Si autē esset malū de iure naturali, non liceret: quia fieret iniuria patri pueri, qui mulieri debet præferri. Si enim mulier impediret filium ne literas adisceret: faceret iniuriā viro, volenti filium literas adiscere.

SECVNDO. Si esset absolute malū, etiā puer capit iure belli non esset baptizandus: quia etiā est contra voluntatē patris. Sed talis est baptizandus. Ergo et alijs propter suā utilitatē: vt fiat christiani.

TER TIO. Hoc idem dicit Augustinus, in epistola quadragessima octaua ad vincentium contra donatistas, vide ibi.

Q VAR TO. Esto sit cōtra ius naturale, sic baptizare illos pueros inuitis parētibus: tamen in casu propter maliciā parentū licet. Nā aliqua alia sunt cōtra ius naturale, quæ tamē in casu possunt fieri: vt habere plures vxores, non redere votū, emere baptismū si puer sit in articulo mortis. Ergo sic salte in articulo mortis, licet baptizare pueros in fidelium inuitis parentibus: & postquā male vtur iure suo debent eo priuari.

Q VINTO. Rex potest facere legē, vt pueri usque ad usum rationis nutrientur in aliquo collegio, eo quod parentes male nutrient eos. Ergo ita

potest facere qđ sacerdotes habeat curam puerorum quantum ad spiritualia, & parentes solū quā tum ad corporalia. Ergo. &c.

SEX TO. Patres poterāt punire filios iniure naturali stando, & reges prohibuerūt ne facerēt post quā sunt emancipati. Ergo sic poterit de se moderari hoc aliud, nēpe quod baptizentur inuitis parentibus: quia parentes nō bene prouidēt filijs.

SEPTIMO. Ita est de iure naturali vt pueri christianorū sint sub eura parentū, sicut filij in fidelium. Sed filij christianorū possunt baptizari inuitis parentibus, quare ergo non alijs. Nā sicut christiani peccant si nō baptizāt filios, ita ēt peccat infideles.

OCTAVO. Matathias (vt habetur. i. Machabeorum cap. 2.) fecit vt circūciderētur oīs pueri qui erāt in ciuitate. Et tamen valde veri simile est qđ erāt ibi pueri gentiliū. Ergo ita potest rex christianus. NONO. Abraham circumcidit omnes vernaculos. Gene. 17. vbi videtur quod erant aliqui gentiles. Ergo sic erit de his alijs.

DECIMO. Moralia omnia sunt propter finē. Ergo quando non est expressum præceptū: videndū est quid magis expedit ad finem. Sed nō est præceptū quod non baptizentur filij infidelium ipsius inuitis. Ergo considerandū est quid melius sit, secluso scandalo & periculo in lumine naturali. Et manifestū est, melius esse vt pueri baptizentur: quia sic salvantur & non alijs.

VNDECIMO. Potest christianus prædicare, & suadere pueru sarraceno, vel aliorum infidelium filio, vt cum venerit ad usum rationis, accipiat fidem christianam quia ipsi infideles sunt cōpeliēti, vt audiant prædicationem, & filios afferant ad prædicationem. Ergo poterit baptizare illos inuitis parentibus.

AD argumenta autē in contrariū dico. Prius ad sanct. Thom. qđ intelligit qđ fit iniuria parētibus si sine causa & cū scandalo abstrahatur filij ab illis. Sed stātē legitima causa, seclusis ipedimētis licet. Et probatur ap̄lius. Quia si pater vellet occidere filium liceret tollere eū à manibas patris. Ergo etiam si vult perdere spiritualiter. Vnde omnes cōcedūt quod filij de iure naturali sunt sub cura parētum. Sed est difficultas, an propter hoc quod parētes abutūt illa potestate: debeat illa priuari. Ego dico cū Scoto, & credo qđ est de mente. S. Thom. qđ de se debet priuari, nisi sequitur aliqd incōueniens.

CAIETANVS, capreolus, Durandus, & Marsilius, dicunt quod non, & putant hoc esse de mente sanct. Thom. Et probant. Quia deus qui est supremus dominus: noluit quod illud fiat.

SECVNDO. Dicit Caietus quod præceptū superioris potest poni duplice modo, vt servetur quicquid inde sequatur. Alio modo vt servetur salvo iure naturali, & iure inferiori, & sic est præceptū debaptismo. Vnde dicūt isti, quod esto infideles merito sint priuandi illa potestate quā habent in filios: non tamen sunt homines executores illius iustitiae: quia noluit deus. Sicut

K. iiiij quā uis

quauis gallus aliquis mereatur mortem: non est imperator exequitor illius mortis in gallia. Et per hæc facile solvantur argumenta quæ fecimus pro nostra opinione: ut ipsi putant. Est etiam bonum argumentum illud sanct. Thom. quod ecclesia nunquam fecit, & si liceret illos baptizare, sequitur quod principes christiani qui protempore successerunt, & episcopi peccauerunt, quia non fecerunt. Vnde inferunt, quod sicut non est mendacium, vt conuertantur omnes turcae: ita nec pri predicandi baptizandi, vt sint Christiani, quanvis sint in articulo mortis.

SED ista non videntur soluere omnia nostra argumenta, nec constat hoc quod hi dicunt: quod illa sit intentio dei. Ideo ad primum horum negotiorum dominus hoc voluerit, nepe quod nullo modo baptizentur praedicti pueri in vitiis parentibus.

AD SECUNDVM. Nego quod deus dederit praecipuum baptismicum illa condicione: quia non probatur.

AD TERTIVM Dico quod ecclesia non fecit propter scandalum & periculum: quod sequitur, vt in plurimis: non autem quia de se sit illicitum. VI. TIMO. Videtur quod illa prima conclusio durandi, quæ dicit quod pueri infidelium qui sunt serui christianorum possunt baptizari in uitis parentibus, non sit vera. Primo quia seruitus est temporalis, sicut potestas ciuilis. Ergo non propterea habent christiani potestatem in spiritu aliis super illos.

SED dico quod est probabilis, quia iam ad dominos spectat gubernatio illorum. Vnde secundum omnes) quomodounque transirent filii infidelium in curam christianorum: possunt baptizari in uitis parentibus, quia iam illi christiani sunt parentes quantum ad curam.

CIRCA tertium argumentum nota, quod aliqui dicunt: quod iudei sunt serui christianorum quia occiderunt Christum regem nostrum. Sed hoc non videtur verum: quia non omnes occiderunt. Ideo alii dicunt quod sunt serui christianorum: quia iure beli fuerunt capti a Tito imperatore Romano, qui fecit illos seruos. In cuius titi potestare succedit Imperator, & successerunt semper. Vnde dic quod sunt serui facti: quia quotidie machinantur mala contra christianos si possent.

VNDÉ colligo duas conclusiones: quarum prima est illa quam iam afferui, quod de se possunt christiani principes & pontifices baptizare filios in fidem in uitis parentibus. Quam probauerunt rationes quas pro ea fecimus, simpliciter esse veræ & credo quod est de mente sanct. Thom. quicquid dicant aliqui thomistæ capitosi.

SECVNDA conclusio est. Propter scandalum quod sequeretur, & periculum apostasie, non sunt baptizandi filii infidelium in uitis parentibus: & si liceret, quantum erat de se. Dixi propter scandalum: quia scandalizarentur infideles iudicantes ex hoc, quod omnes christiani sic trahuntur vi ad

Christianismum. Dixi propter periculum apostasie: quia filii semper, vel ut in pluribus sequuntur mores parentum, & relinquenter fidem, & parentum paganismo adhaerent; ideo non debet fieri. Et credo quod hoc solum volebat dicere sanct. Thom. Sed quia in moralibus respondendum est absolute, secundum id quod ut in pluribus euenit: dixit sanct. Thom. absolute quod non sunt baptizandi filii infidelium in uitis parentibus. Et ita respondendum est. Secus autem si prius pro videtur, quod non sequatur scandalum: aut periculum apostasie, aut aliquid inconveniens.

Articul. vndeci.

Vtrum pueri in maternis vteris positi sint baptizandi.

DVDECIMVM sic proceditur. Videtur quod pueri in maternis vteris existentes possint baptizari. Efficacius enim est donum Christi ad salutem, quam peccatum ad damnationem, ut apostolus dicit Rom. 5. Sed pueri in maternis vteris dabantur propter peccatum ad. Ergo multo magis saluari possunt per donum Christi, quod quidem fit per baptismum. Ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.

PRÆTEREA. Puer in vtero matris existens, aliquid matris esse videtur. Sed baptizata matre baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens. Ergo videtur quod baptizata matre baptizetur puer in vtero eius existens.

PRÆTEREA. Mors eterna peior est quam mors corporalis. Sed de duabus malis minus malum est eligendum. Si ergo puer in vtero matris existens baptizari non potest, melius est quod mater apiretur, et puer videatur baptizaretur, quam quod puer aeternam liter datur, absque baptismo decedens.

PRÆTEREA. Contingit quandoque aliquam partem pueri prius egreditur: sicut legitur gene. 38. quod parvitate thamar, in ipsa effusione infantum unus protulit manum, in qua obsterix ligavit coccinum dicēs, iste egreditur prior, ille vero manū retrahere egressus est alter. Quandoque autem in tali casu im-

inet periculum mortis. Ergo videtur quod illa pars debeat baptizari, puer adhuc in materno vtero existente.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in epistola ad Dardanus. Nemore nascitur nisi prius nascatur. Sed baptismus est quadam spiritualis regeneratio. Non ergo debet aliquis baptizari, prius quam ex vtero nascatur.

RESPONDEO dicendum, quod de necessitate baptismi est, quod corpus baptizandi aliquo modo aqua abluitur: cum baptismus sit quedam ablutio, ut supra dictum est. Corpus autem infantis ante quam nascatur ex utero, non potest aliquo modo ablui aqua, nisi forte dicatur, quod ablutio baptismi malis quia corpus matris lavatur, ad filium in ventre existentem perueniat. Sed hoc esse non potest tū quia anima pueri, ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus distincta est ab anima matris: tum quia corpus pueri animati non est formatum, & per consequens à corpore matris distinctum. Et ideo baptismus quo mater baptizatur: non redundat in problemate in vtero matris existentem. Vnde Augustinus dicit contra Julianum. Si ad matris corpus id quod in ea concipiatur pertinet, ita ut eius pars simputetur, non baptizaretur in fas, cuius mater baptizata est, aliquo mortis urgente periculo, cumeum gestare in vtero. Nam vero cum ipse etiam scilicet infans baptizetur: non vti que ad maternum corpus, cum effet in vtero pertinebat. Et ita relinquitur quod nullo modo in infantis in maternis vteris existentes, baptizari possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pueri in maternis vteris existentes, nōdum prodierunt in lucem, ut cum alijs hominibus à vita ducat. Vnde non possunt subiici actioni humanae: ut per eorum ministerium sacramenta recipiant ad salutem. Possunt tamen subiici operationi dei apud quem vivunt, ut quodam privilegio gratia sanctificatione consequatur: sicut patet de sanctificatis in utero.

AD SECUNDVM dicendum, quod membrum interius matris est aliquid eius per continuationem & unionem naturalem partis ad totum. Puer autem in vtero matris existens, est aliquide eius per quandam colligacionem corporum distinctorum. Vnde non est si milis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod non sunt facienda mala, ut veniant bona: ut dicitur Roma. 3. Et ideo non debet homo occidere matrem, ut baptizet puerum. Sitamen mater mortua fuerit in vidente prole in vtero debet aperiri, ut puer baptizetur.

AD QUARTVM dicendum, quod expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad baptismum, nisi mors immineat. Sic amē primo caput egrediatur, in quo fundantur omnes sensus, debet baptizari periculo immimente: & non est postea rebaptizandus, sicutum perfecte nasci contigerit. Et videtur idē faciendum, quacunque aliqua pars egrediatur, periculo imminentem. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vita ita constituta sit in capite, videtur quibusdam quod propter dubium, quacunque alia parte corporis abluta, puer post perfectam nativitatem sit baptizandus sub hac formasi non es baptizatus, ego te baptizo.

IN HOC vndecimo articulo. Arguo prius hoc modo contra conclusionem sanct. Thom. quae dicit, infantes in maternis vteris existentes nullo modo baptizari posse. Bene sequitur. Infantes in maternis vteris non possunt baptizari. Ergo sunt extra statum salutis: quia non habent aliud remedium. Consequens est contra prouidentiam dei. Ergo dicendum est, quod parvuli in maternis vteris possunt baptizari: vel dandum est eis aliud remedium.

SECVNDO arguitur. Unus homo damnavit omnes etiam in vteris matrum. Ergo unus Christus sufficit ad salutem omnium, eriam in vteris matrum. Hoc est primum argumentum sanct. Thom. hic, & est magnum.

RESPONDET sanct. Thom. quod sacramentum non potest operari, nisi per applicationem. Puer autem in vteris maternis non potest applicari: sed deus potest illos saluare si velit, sicut sancti fecitos in vtero. Non dicit doctor quod sanctificabit vel non sanctificabit: sed quod potest fieri, quod

Dubium
primū.

quod nullus dubitat.

ID EGO hic sunt duæ questio[n]es. Primi est, de p[ro]p[ter]is qui non posuerunt baptizari postquam nati sunt: sive ob penuriam aquæ, sive culpa parentum aut aliquo alio casu. Secundi questio est, de existētibus in uteris matrum.

DVBITVM igitur primum est, an omnes tales sint habendi tanquam damnati, idest, an sit certum de fide, quod omnes nati qui quocumque modo non baptizantur, damnabuntur sicut pueri in fidelium: vel an sit sperandum de salute eorum, aut possimus ad minus dubitare.

AD HOC respondent communiter scholastici in.4.d.4. quod tales damnabuntur sicut filii in fidelium. Hoc tenet Magister sententiarum in.4.d.4. Nempe quod tam decedentes in maternis uteris, quam decedentes cum deferuntur ad baptismum damnantur. Et adducit pro hoc Augustinu[m] in libro de fide ad Petrum cap. 27. Habetur que de consecratione d.4. cap. firmissime, ubi dicitur quod omnes huiusmodi pueri sine baptismi decedentes damnabuntur. Hec etiam est communis sententia fidelium doctorum, & sanctorum.

SED tres doctores ausi sunt contra omnes oppositum assertere. Primus fait Gerosa in.3. parte in quadam sermone beatæ virginis: ubi dicit, quod ex sanctificatione virginis habetur documentum crebro & s[ecundu]m prædicandum, quod Christus virtutem suam non alligavit sacramentis. Dicit etiam quod sine præiudicio legis euangelicæ posset dici: quod potest paeros in utero morientes sanctificare. Nam nuncquam beata virgo merita est suam sanctificationem, nec Iohannes, nec alijs qui sanctificati sunt salua lege gene. 17. M[al]lus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima eius de populo suo, ita etiam salua lege euangelica possunt pueri salvi fieri. Vnde adiunget parentes talium, orare dominum pro pueri in utero existente: vt si forte moriatur deus misereatur illius. Sicque respondet questioni, quod non sumus certi de damnatione illius pueri sicut de damnatione in fidelium: nec etiam sumus certi quod salvetur, quia relinquitas est misericordia dei.

ALIVS doctor est Caietanus in hac questione, super articulum secundum, & tertium, & hic. Qui dicit quod pueri morientes dum feruntur ad baptismum, puniuntur morte, & credendum est quod salvantur. Probat testimonio domini Gregorij in.4. libro moralium, & habetur de consecratione d.4. cap. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc apud veteres, sive in lege naturæ fides, vel pro his qui de stirpe Abrahæ sunt, virtus circumcisionis. Arguit Caietanus. Bene sequitur. In lege naturæ valebat fides, & in lege veteri etiam valebat fides pro foeminis, & pro masculis ante octauum diem. Ergo in lege euangelica valebit sola fides, illis quibus fides parentum applicatur cum baptizari non possunt. Si dicas quod non valeat cōsequentia quia ibi non erat aliud remedium, hic eudem est. S. bap-

tismus. Respondet Caietanus, quod sacramentum baptismi cum sit sacramentum fidei: non evanescit fidem. Cū ergo apud veteres valeret fides, & nūc est tantæ efficacitæ sicut tunc. Ergo etiam nunc sufficit ad salutem, baptismo deficiente. Dicit in superia.2.articulo huius questionis, quod parentes debent applicare fidem pueri sic periclitanti. Hic autem dicit, quo pueri in maternis uteris periclitantes, pie creditur quod saluabuntur: si parentes cōmittant illos deo, aliqua benedictione, aut signo crucis.

PRAESTEREA. Christus redemptor noster nullum sine remedio reliquit. At illis pueris sic periclitatibus nullum est aliud remedium, nisi fides quia baptismum recipere non possunt.

TERTIO. Pueri in maternis uteris, sunt capaces martirij. Ergo etiam baptismi aquæ per fidem parentum applicati. Hec caietanus.

TERTIVS doctor qui hanc tenet opinionem, est Raimundus martines, quem Nicolaus de lira & burgesius citant, & in aliis sequuntur.

DVBITATVR igitur pro huius resolutione, ne materie, an Gersonis & Caietani opinio sit probabilis, sicut alia probabiles opiniones, vel an sit error intolerabilis, seu heresis. Et videatur quod non sit error in tolerabilis. Nam si esset error, ideo esset: quia assertum posse pueros sine baptismi saluari. At hoc non est erroneum, cum ab alijs grauibus doctoribus committetur cōcedatur. Ergo nec opinio illa erronea est.

SECUNDUM. Nos superius. quest.5.art.8. determinamus communis sententia doctorum: quod ad baptismatum requiritur intentio in baptizante. Sed si baptizans non apponat intentionem, Christus supplet defectum intentionis, & saluat puerum: vt ibi dicit sanctus Thomæ ad. 2. Eandem etiam sententiam tenet Alexander de ales. 4.p. quest.13. Membro. Idem dicit Gabriel. 4. d. 6. q. 1. Idem Durandus. d. 6. quest.2. Idem Paludanus d. 6. quest.2. Idem sanctus Thomæ in.4. d. 6. q. 1. art.2.ad.2. Hi omnes concedunt, pueros sine baptismi posse saluari, deficiente intentione in baptizante. Et non est error: sed probabile. Ergo & opinio Caietani probabilis est.

TERTIO. In defectu intentionis ex parte baptizantis interuenit malicia humana. In casu autem Caietani non: sed tota diligentia humana. Ergo si illic sine baptismi salvantur, saluabitur etiam quod parentes orant pro pueri, & desiderant illi applicare sacramentum baptismi, quod Caietanus dicit. Sed omnes concedunt quod illic salvantur sine baptismi. Ergo & hic.

QUARTO. Non est baptismus ubi non est in teca forma, sicut hic, ego te baptizo in nomine patris tantum. At si in illo puncto ante prolationem totius formæ puer moriatur, saluabitur. Ergo etiam in casu Caietani: quia idem est quod defit totum sacramentum, & quod defit pars, cu[m] deficiente parte sacramenti defit totum sacramen-

tum

tum. Antecedens conceditur ab altissimorum libro 3.de baptismi. Loquens enim de subtractione formæ dicit, quod si baptizans dicat ego te baptizo in nomine patris, & filii, & tunc vel sacerdos perdit loquelam, vel puer moriatur, est verum baptismus quo ad effectum, quia Christus supplet. Citat pro se beatum Ambrosium: quem dicit tenere quod in necessitate sufficit nominare unam personam cum recta fide. Idem dicit Marsilius in. 4. quest. 3.art.4. Scotus vero in.4.d.4. quest.3. disputat an si puer in utero matris existens extra mittat pedem matre periclitate, an possit baptizari: et dicit quod in dubio debet baptizari. Et esto ille puer non sit baptizatus saluabitur: quia deus supplet defectum baptismi. Ergo ex his omnibus videtur constare, quod non est erroneum concedere, pueros posse si ne baptismi saluari. Adrianus etiam questione ultima de baptismi ponit casum illum doctoris subtilis: & respondet, quod pie credendum est, baptizatum secundum illam partem saluari, licet non sit baptismus. Et Paludanus in.4.d.6. quest.1. traetans an in alia parte quam in capite possit dari baptismus dicit, quod secundum aliquos est dubium. Ipse tamen probat non esse dubium: quia in aliis apostolorum legitur, quod baptizabantur multa simul, & verisimile est, quod aqua non caderet alicui in capite. Et responderet, quod etiam tenendum requiri ad baptismum, vt aqua in capite cadit: si non cadat deus supplet illum defectum. Ergo non est erroneum dicere, quod pueri in maternis uteris possunt saluari, vel etiam cu[m] ad baptismumducuntur. HIS tamen non obstantibus, probatur quod sit erroneum illud dicere. Prius Vualdensis libro de sacramentis. cap.99. & 100. agit cōtra Vuiclephū habentem sententiam Caietani, tanquam contra Hæreticum. Et impugnat illam sententiam tanquam hæreticam multis sanctorum testimonijs. Ergo est erronea.

SECUNDUM. Augustinus in libro primo de natura animæ adiuncti dicit. Noli credere, noli dicere noli docere, quod infantes antequam baptizentur præuenti morte: possint peruenire ad regnum cœlorum si vis esse catholicus. Et rursus ibidem dicit, quod est error afferre, pueros sine baptismi saluari.

TERTIO. Idem Augustinus in libro de bono perseverantiae circa medium dicit. Absit ut habeamus pro in certo, quod infantes non renati transirent in salutem.

QUARTO. Idem Augustinus in libro de baptismi parvularum cap.3. dicit idem: & de fide ad Petrum, habetur que de cōfessione d.4. cap. firmissime.

QUINTO. Pro hoc est illud Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: non poterit introire in regnum dei. Et illud Marci vltimo, q[uod] crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. AD dubium hoc respondeo aliquibus propositionibus. Prima est, De fide est, quod omnes pueri ante viu rationis decedentes sine baptismi aquæ vel sanguinis, in re suscepis: cōdeminantur. Pro-

batur, prius Iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum dei. A qua lege nullus excipitur, nec casus aliquis. Ergo facere regulam generalem, quod salvantur pueri in maternis uteris, est contra generalē regulā euangeli, & per consequēs cōtra fidem. **SECVNDO.** Defide est quod in adamō omnes peccauerunt: & quod pueri concepti sunt in peccato originali. Sed nec ex tota sacra scriptura, nec ex usu ecclesiæ, aut sanctorum dictis haberur aliquid remedium ad peccatum originale remittendum, nisi baptismus. Ergo pueri decedentes sine illo non salvantur. Antecedens pro minori patet: quia multi grates doctores tenentes quod tales pueri in aliquibus casibus salvabuntur, non citat aliquam huiusmodi autoritatē, vbi aliud remedium detur, nec ecclesia pro talibus parauit orationem.

TERTIO. Augustinus de origine animæ ad regenerationem dicit. Ex quo autem à domino dictum est nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum dei: nemo sine baptismi aquæ, vel sine martyrio potest fieri membra Christi. Rursus. Idem Augustinus cōtra Pelagianos lib.3.cap.3. Necesse est (inquit) baptizatos parvulos transire in numerum electorum. Idem etiam Augustinus citat Cyprianum scribentem ad quendam, qui dicebat, pueros non esse baptizatos ante octauum diem: & dicit Cyprianus quod ante debent baptizari, quia si moriantur, damnabuntur. Et addit. Iam non disputationem sed certū habetur: animam decendentem sine susceptione baptismi penitus damnandam. Idem Augustinus libro de baptismi parvularum cap.8. Dicit quod baptismus est regeneration: & nisi quis nascatur de novo, non potest intrare in regnum cœlorum. Sed qui est in ventre matris nondum est natus. Ergo non potest renasci, & sic nec introire in regnum cœlorum.

VLTIMO probatur. Quia ita determinatur in concilio tridentino in primo decreto quartæ sessiōnis, ubi dicitur quod anathema sit dicere, quod pueri nihil ex adamō trahunt originalis peccati, quod regenerationis laus ac necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam. Idem etiam dicitur in quodam concilio Carthaginensi contra Pelagianos: & in concilio milianitano cap.2. Idem etiam habetur in decretis innocentij primi. Ergo nostra conclusio vera.

SECVNDA propositio est. Afferere vniuersali ter quod omnes pueri christianorum qui in maternis uteris moriuntur, aut alias non possunt, vel non contingit baptizari, etiam sine culpa cuiuscumque, salvantur: est falsum, temerarium, & erroneous. Et forte nullus assertus tenuit quod salvantur: quia Gerson dicit quod sperandum est à diuina misericordia. Sed Caietanus magis ad hanc positionem accedit quam Geroso: quia dicit quod opportet dare remedium ad salutem talium puerorum: quia spectat ad prouidentiam dei. Verum est tamen quod in fine suorum commentariorum dicit

dicit: quod parentes debent orare pro illis, & committere dispositioni diuinæ: Ideo dixi, quod vniuersaliter asserere, non dicendo forte deus miserebitur illius, sed absolute quod omnes pueri christi anorum saluantur: & de illis est sperandum sine dubio quod saluentur sine baptismo, est erroneum Probatur, quia est contra regulam vniuersalem euangelij, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regnum dei Ioh.3.

SECUNDUS. Augustinus in illo libro de fide ad Petrum affirmit esse erroneum, dicere quod pueri in maternis vteris sine baptismo saluentur.

TERTIO. Sicut est regula vniuersalis quod post mortem non est remissio peccatorum: sed quod omnes stabimus ante tribunal Christi, & recipiunt vnuquisque prout gessit in corpore: ita est regula generalis, quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non poterit introire in regnum dei.

At dicere vniuersaliter quod omnibus mortuis in peccato, remittuntur peccata propter missam, aut dei misericordiam, esset haereticum. Ergo etiam haereticum est dicere vniuersaliter, quod pueri in vteris matrum, vel extra, saluantur sine baptismo quod est contra vniuersalem regulam euangelij. Aliud exemplum. Dicere vniuersaliter, quod nullus in adam peccauit, est haereticum: quia est contra vniuersalem scripturam regulam ad Romanos 5.

Omnis in Adam peccauerunt. Ergo similiter erit erroneum dicere, quod omnes pueri sine baptismo saluantur: qui est contra vniuersalem regulam scripturæ, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto. &c. Secus esset, si particularis aliquis exciperetur, ob aliquas causas: sicut excipitur beata virgo ex illa lege omnes in Adam peccauerunt.

QUESTIONE. Omnes pueri in originali peccato concepsi sunt, & ad illud remedium non est aliud remedium nisi baptismus. Vnde iuuenit Caietanus aliud remedium, scilicet signum Crucis, ad tollendum originale. Nam Christus nunquam tale remedium dedit nec in ecclesia, aut in aliquo sanctorum inuentum est huiusmodi remedium.

QUESTIONE. Quando Caietanus dicit quod parentes faciant signum Crucis vel aliud super puerum, vel intelligit quod soli parentes debent facere illud signum, vel etiam alii. Si dicat quod soli parentes, est gratis dictum, quia nunquam hoc habetur in sacris literis. Insuper non adhuc pueris sufficienter esset prouisum: quibus multoties parentes desunt, qui eis signum Crucis applicare possint. Si tam non oportet quod parentes faciant, est nimium extendere, etiam ad pueros infidelium. Quandiu enim parvuli sunt in utero matrum, vel ante usum rationis: non sunt melioris condicionis quam filii infidelium, cum omnes ab Adam & non a proprijs parentibus originale peccatum contrahant.

SEXTO. Caietanus & Gerson dicunt, quod saluantur pueri, si quando deferuntur ad baptismum, contingat eos mortem obire. Ergo etiam salubratur si domini moriatur (eadem enim est ratio) & ita

omnes saluantur sine baptismo: quod tamen ipsi non concedunt, quia dicunt quod qui dominum moriantur pereunt, ob culpam & parentum negligencia m. Attamen hoc est gratis dictum: quia parentes semper volebant puerum baptizare.

SEPTIMO. Si euangelium dixisset, nullus qui non fuerit baptizatus intrabit in regnum cœlorum etiam si moriatur quando ad baptismum deferatur, vel etiam in utero matris: est erroneum dicere, quod morientes in maternis vteris, vel quando ad baptismum deferuntur saluantur. Sed ita comprehendunt illi pueri in lege nunc data sicut si illud aliud verbū apponetur, etiam secundum Cajetanum & Gersonem. Ergo nunc est erroneum illud dicere, & tales pueros generaliter excipere vel simpliciter. Secus si aliquis in particulari exceptior.

TERCIA PROPOSITIO. Non solum asserere, sed dubitare vniuersaliter, de omnibus illis pueris de quibus in secunda conclusione diximus. Temeraria est. Probatur testimonio Augustini de consecratione. d.4. cap. Firmissime, ubi dicit, firmissima est tenetum quod illi non saluantur. Secundo. Dubius insidie est in fidelis. Sed quod illi pueri saluantur est de fide. Ergo dubitare est erroneum.

QUESTIONE. Afferere particulariter de aliquo pueri, ob aliquam peculiarem rationem, quod saluantur est sine baptismo, non est erroneum. Probatur. Quia sicut ex alijs regulis excipiuntur qui ob alijs rationes, ita ex hac. Et hinc sane procedit ratiocinatum dicendum, quod deus virtutem suam sacramentis non alligavit.

QUESTIONE. Afferere hoc etiam de aliquo particulari sine revelatione aut apparenti aut expressa temerari est. Expressam dico, quando est in sacra scriptura: apparentem vero, quando aliqui sanctus affirmat. Probatur. Quia si sine causa, & revelatione de aliquibus pueris affirmitur quod saluantur sine baptismo. Ergo de omnibus posses dicere. At de omnibus dicere est temerarium. Ergo & de aliquibus sine ratione.

SEXTA PROPOSITIO. Non solum asserere, sed spe-

re de aliquo pueri sic mortuo cum ad baptismum deferatur, quod saluantur, vel etiam in utero matris, sine baptismo nulla ad hoc ratione vel reuelatione virginem tenerarium est. Probatur. Quia spes sine ratione vana & temeraria est.

SEPTIMA PROPOSITIO. Dubitare de aliquo particulari an sine baptismo saluantur (si cum ratione dubitetur) tolerabile est. Probatur. Deus non alligavit virtutem suam sacramentis. Ergo potest dare regratiaria cui voluerit sine sacramentis. Non tam sequitur quod omnibus faciat hoc (& si possit) contra positam legem. Vnde cōficio sic argumentum. Quoniam omnes rogamus deum ut aliquis sine originali peccato concipiatur, non obtinebitur quia est contra legem. Ergo etiam esto parentes, & omnes oremus pro pueris quod sine baptismo recipiant gratiam, & saluantur: non obtinebimus quia

quia est contra legem.

OCTAVA PROPOSITIO. Opinio Gersonis & Caietani in vniuersum est falsa. Et hoc ones doctores tenet in.4.d.4. Et minor in.4.d.2.q.1. dicit falsam esse opinionem geronis.

SED quid ad Alexandrum, & alios dicentes quod deus supplet defectum intentionis ministri, quantum ad gratiam in pueris?

AD HOC dicit Paludanus in.4.d.5. quest.2. quod non est simile. Quia esto deus supplet defectum intentionis non supplet defectum materiae & formæ. Ad argumentum autem, quia non magis efficitur sacramentum deficiente intentione, quam deficiente materia aut forma. Ergo equaliter requiriatur. Negaret consequentiam. Non enim sequitur (esto horum opinionem admittamus) quod deus supplet quando nullo modo applicatur baptismus, nec quo ad materiam, nec quo ad formam: qui tamen applicatur quo ad materiam & formam, quia sola intentio deest.

SECUNDUS dico quod Alexander & alij loquuntur solum in casu particulari: Caietanus autem fecit regulam generalem.

TERTIO dico quod opinio Alexандri est falsa sicut opinio Caietani. Probatur. Quia falsum est & vanum, asserere hoc de aliquo sine apparete ratione. Sed non est magis apparenz ratio, quod deus supplet defectum intentionis, quam materiæ & formæ. Ergo falsum est dicere quod deus supplet aliquem istorum defectuum.

RESTAT respondere ad argumenta in contrarium. Ad primum, quia sequeretur aliquos esse in via sine remedio, quod est contra prouidentiam dei, dico cum Paulo. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam in comprehensibilia sunt iudicia eius, ad Roma.11. Et quis consiliarius eius fuit? Quare istum trahat & istum non trahat nulli iudicare si non vis errare. Ita placuit ei, & ita factum est: ut nullus nisi per baptismum vel martyrium saluaretur.

SECUNDUS. Ipsa et doctores concedunt, quod nulla pueris illis sit iniuria, si non detur eis gratia nec gloria.

TERTIO. Quero quod remedium habebant tot milia puerorum gentilium, extra populum Israhel existentium, & quod remedium habent contra originale peccatum pueri Barbarorum istorum, qui penitus de Christo nihil audierunt. Nec valet si dicas, quod deus reuelabit illis: quia hoc est miraculum, & doctores illi volunt, ut de lege sine miraculis sit remedium. Ideo dico quod remedium pro pueris in utero matrum existentibus est: ut matres pariant, & baptizabuntur, alias non saluantur.

QUESTIONE. Beatitudo super naturalis non est debita: sed est maximum donum quod deus potest dare, non solum post peccatum sed etiam ante. Si enim deus reliquisset hominem in puris naturalibus nullam ei iniuriam ficeret: alias possent

conqueri demones, quod ipsis non dimittitur peccatum, cum in celo sint aliqui homines, qui absurdiora commiserunt peccata quam ipsi. Vnde magis mirandum est, quod deus baptizatis det gloriam: quam quod non det his qui non baptizitor.

QUESTIONE. Nos non dicimus quod pauci sine baptismo descendentes, ita damnentur: ut postea puniantur. Sed quod erunt tanquam existentes in puris naturalibus, & non contristabuntur.

SEXTO. Melius habebunt pueri in limbo, quam principes quotquot sunt in hoc mundo. Ideo non oportet misereri puerorum illorum, sicut nec oportet misereri possibilium puerorum, qui ex continentibus nasci poterant, & non nascuntur.

AD SECUNDVM argumentum: quia in lege naturæ & in lege veteri fuit remedium pro talibus pueris. Ergo etiam debet esse in lege euangelica cum sit perfectior. Dico quod etiam in lege naturæ non saluantur pueri in utero matrum per fidem parentum (ad minus non est certum) sed indigebant sanctificatione. & non omnes sed aliqui pauci fuerunt sanctificati. Si autem ibi saluantur per fidem parentum, non esset opus alia peculiai sanctificatione: quia facile fides parentum applicaretur.

ET ad sanctum Thomam ad primum, & supra. q. 5. art. 8. ubi dicit quod Christus supplet defectum intentionis ministri, dico quod nunquam asserit sperandum vel dubitandum esse de salute puerorum illorum: sed quod deus potest facere si voluerit. Nec etiam dicit quod parentes debent orare pro ipsis: ut dicit Caietanus. Cum sancto Thoma est bona ventura in.4.d.6. ubi ponit tres status hominum, & unus est puerorum in maternis vteris existentiū: quē dicit soli deo patere. Ideo quos voluerit poterit sanctificare: sed paucos sanctificauit.

SECUNDUS. Aut datur gratia illi pueru quanto committitur domino deo, & oratur pro eo, aut postea. Si datur tunc, ergo vnicuique licet, & qui libet posset sanctificare pueros in vteris matrum: esto non essent in periculo, quod non coedidit Caietanus. Solum enim (secundum ipsum) pueru datur gratia, quando est in periculo mortis. Sed satis est mirum, ut detur illis gratia conditionaliter. Et quia simile est argumentum de his qui ad baptismum deferuntur: relinquo hanc opinionem tanquam erroneam. Scholastice igitur respondedo. Ad prium (nempe quod sequeretur aliquos esse in via sine remedio) nego sequelam: quia poterunt nasci pueri & baptizari. Contingens siquidem fuit, ut inutris matrum morerentur: sicut continget quod iniuste occiderentur ab aliquo. Ad secundum: cedo quod in lege naturæ sufficiebat fides: sed mutata est lex.

DUBITAT TVR an possimus licite baptizare secundum pueros in maternis vteris existentes. Vnde detur quod non. Quia ecclesia nūquam baptizavit nec tentauit baptizare illos. Secundo. Ratio sancti Thomae videtur hoc probare: quia dicit hic ad pri-

mum,

mum, quod nōdūm sunt in vita humana communi, cum alijs hominibus. Dico tamen, quod si manu obstetricis aut alio instrumento, posset aqua ad minus ad caput pueri peruenire, posset & deberet baptizari. Nam tota ratio quare non baptizantur est quia non potest aqua eis applicari, ut lauetur. Hoc & non aliud probant rationes sancti Thom. Ideo ecclesia nunquam baptizauit illos. Vnde si non est periculum est expectanda nativitas de cōseeratione. d. 4. cap. In maternis.

IN argumento, 4. ponit sanct. Thom. aliquas propositiones. Prima est. Si est periculum, baptizandus est puer natus secundum caput: & non est rebaptizandus. Secunda propositio est. Si puer est natus secundum aliam partem, nempe secundum pedem, si iminet periculum, est baptizandus. Si vero postea nascatur, sub conditione est rebaptizandus: quia dubium est, an baptizatus in parte minus principali sit baptizatus.

PALUDANVS tamen in 4. d. 6 quæst. i. ad argumenta, videtur dicere contra hanc secundam cōclusionem sanct. Thom. quod in quaunque parte baptizetur tenet baptismus: nec est puer baptizandus. Probat. Primo quia talis est lotus in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.

SECVNDO. Quia ut habetur in actibus apostolorum, petrus baptizauit plures simul: & verisimile est, quod non cadebat aqua omnibus in capite, sed aliquibus in alijs partibus.

TER TIO. Quia anima est tota in qualibet parte. Ergo sufficit quod in qualibet parte baptizetur. Opinio hæc Paludani videtur vera. Verum beatus Thomas arctius loquutus est, ppter dicta aliorum, & propter ecclesiæ consuetudinem: quæ nunquam aliquem baptizauit secundum partem minus principalem. Hæc etiam est sententia innocentij, & panormitanus extra debaptismo & eius effectu cap. debitum: qui panormitanus dicit sufficiere, quod stilla aquæ tangat corpus. Scotus dicit quod si quis inuoluitur in corio & immergatur in aqua, nō est baptizatus: quia oportet quod ablution fiat in propria crite: & ita est in antiqua ecclesiæ consuetudine. Si vero in capillis fiat aspersio, credo quod est baptismus.

DE monstruo dico, quod si habet caput, illud debet aspergi, alijs aspergatur totum. Si autem habeat duo capita, videndum est an habeat duas volūtates: quomodounque potuerit cognosci quod sint duo: & tunc utrumque caput est baptizandum cum distinctis formis. Alijs sufficit vna formā apponere. Quando fuerit dubium an sint duo, vtraque pars sub conditione abluenda est.

Articul. duodeci.

Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.

DIVODECIMVM sic proceditur. V. idetur quod furiosi & amentes non debeant baptizari. Ad susceptionem enim baptismi requiriur intentio in eo qui baptizatur: ut supra dictum est. Sed furiosi & amentes cum careant ratione, non possunt habere ordinatam intentionem. Ergo non debent baptizari.

PRAETEREA. Hombruta animalia super excedit in hoc quod habet rationem. Sed furiosi & amentes non habent rationem: quandoque etiam in eis non expectatur: sicut expectatur in pueris. Ergo videtur quod sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi & amentes debeant baptizari.

PRAETEREA. Magis est ligatus & usus rationis in furiosis & vel amentibus, quæ in dormientibus. Sed baptismus non consistit dari dormientibus. Ergo nec debet dari amentibus & furiosis.

SED CONTRA. A est, quod Augustinus dicit. 4. confessionum de amico suo, qui cum desperaretur baptizatus est nesciens. Et tamen baptismus in eo efficaciam habuit. Ergo carentibus ratione, aliquando baptismus dari debet.

RESPONDEO dicendum, quod circa amentes & furiosos, est distinguendum. Quisdam enim sunt a nativitate tales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiam nullus usus rationis appareat. Et de talibus quantu ad baptismi susceptionem, videtur esse idem iudicium & de pueris, qui baptizantur in fide ecclesiæ, ut supra dictum est.

ALII vero sunt amentes: qui ex sanam mente quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicandi secundum voluntatem quam habuerunt: dum sanæ mentis existent. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum: debet ei exhiberi in fide & amentia constitutis, etiam si tunc actus contradicat. Alioquin si nulla voluntas

luntas suscipiendi baptismum in eis apparuit dum sane mentis essent: nō sunt baptizandi. **QUIDAM** vero sunt, qui & si a nativitate fuerint furiosi & vel amentes, habent tam aliquam lucida interualla, in quibus re-ctaratione uti possunt. Unde si tunc baptizari voluerunt: baptizari possunt etiam in amētia constituti. Et debet eis tunc sacramētum conferri, si periculum timeatur: alioquin melius est ut tempus expectetur in quo sint sanæ mentis, ad hoc quod deuotius suscipiat sacramētum. Si autem tempore lucidi interualli, non appareat in eis voluntas suscipiendi baptismū: baptizari nō debet in amētia constituti. **QUIDAM** vero sunt qui & si non omnino sane mentis existant, in tantum tam ratione utuntur, quod possunt de sua salute cogitare: & intelligere sacramēti virtutem. Et de talibus idem est iudicium, sicut de his qui sanæ mentis existunt: qui baptizantur voluntes non autem inuiti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod amentes qui nunquam habuerunt nec habent usum rationis: baptizantur ex intentione ecclesiæ, sicut & exactu ecclesiæ credunt & penitent: sicut supra de pueris dictum est. Illi vero qui aliquo tempore habuerunt & vel habent usum rationis: secundum propriam intentionem baptizantur: quam habent & vel habuerunt tempore sanæ mentis.

AD SECVNDVM dicendum, quod furiosi & amentes carent usu rationis per accidens. S. propter aliquod impedimentum organi corporalis: non autem propter defectum animal rationalis: sicut bruta animalia. Vnde non est de his similis ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod dormientes non sunt baptizandi, nisi periculum mortis immineat: in quo casu baptizari debet si prius in eis voluntas apparuit suscipiendi baptismum: sicut & de amētibus dictum est. Sicut Augustinus narrat. 4. libro confessionum de amico suo: qui baptizatus est nesciens: propter periculum mortis.

JNI HOC duodecimo articulo ponit sanct. Thom. sex conclusiones: quarum prima est. Amentes qui nūquā habuerūt usum rationis, sunt baptizandi in fide ecclesiæ: sicut etiam pueri ante usum rationis.

SECVNDA conclusio est. Amentes qui aliquando habuerunt usum rationis, vel habent lucida in terualla: iudicandi sunt secundum voluntatē quā habuerunt, dum sanæ mentis existent.

TER TIA conclusio est. Si cum essent sanæ mentis voluerunt: baptizari baptizandi sunt in furia vel in amentia: esto tunc contradicant.

QUARTA conclusio est. Si quando erant in prudentia non habuerunt volitionem suscipiendi baptismum: non sunt baptizandi, quando postea sunt in amentia.

QUINTA conclusio. Si non est periculum mortis, & amēs habeat lucida interualla: esto quod ante quando fuit in prudentia habuerit volitionem suscipiendi baptismum, non debet in amentia baptizari: sed expectetur lucidum interuallum, ut deute sumat sacramentum.

SEXTA conclusio. Quidam sunt qui licet non habent plenum & perfectum usum rationis: habent tamen sufficienter ad hoc, ut de sua salute cogitent. Et ita, saltem imperfecte, operantur libere. Hi vero baptizandi sunt cum ipsi volunt, & petūt sacramentum: sicut alij habentes perfectum liberum arbitrium.

EST igitur quarta ppositione in ordine. Si amens qui fuit sanæ mentis, non habuit voluntatem suscipiendi baptismum quando erat in prudētia: nō est baptizandus. Contra quam arguo hoc modo. Amens tempore quo est in amentia, est naturaliter sub cura alterius. At volūtas illius sub cuius cura est sufficit. Ergo si ille sub cuius cura est vellet illum baptizare, esset baptizandus ille amens.

ET confirmatur. Quia si tota vna prouincia vel ciuitas conuerteretur ad fidem, essent baptizandi amentes existentes inter illos.

IDEO dico, quod est probabile amentes esse baptizandos: quia postquam incident in amentia redeunt in potestatem alterius. Et si arguas, quia illi baptizantur inuiti. Nego: sed baptizantur sicut pueri. Tamen & si hoc possit defendi, tenendum est quod dicit sanct. Thom. & communiter omnes: quod non sunt baptizandi, quando in prudētia existentes noluerunt baptizari. Et ita diffiniuntur in cap. Maiores causas, extra de baptismo & eius effectu, licet non tanquam de fide.

CIRCA tertiam propositionem sanct. Thom. (nempe quod si amens in prudentia existens voluit baptizari, & non reuocans illam intentionem incidit in amentiam perpetuam, debet in ea baptizari) dubitatur, si quis sic voluit baptizari qā erat sanæ mentis, constat tamen quod quando in amentia incidit, erat in peccato mortali, in quo mansit etiam in amentia, an talis sit baptizandus.

AD HOC dico, quod si baptizetur certum est quid

Dubium
primum.

ea

mum, quod nōdum sunt in vita humana communi; cum alijs hominibus. Dico tamen, quod si manu obstetricis aut alio instrumento, posset aqua ad minus ad caput pueri peruenire; posset & deberet baptezari. Nam tota ratio quare non baptizantur est quia non potest aqua eis applicari, vt laetetur. Hoc & non aliud probant rationes sancti Thom. Ideo ecclesia nunquam baptizauit illos. Vnde si non est periculum est expectanda nativitas de consecratione. d. 4. cap. In maternis.

IN argumento. 4. ponit sanct. Tho. aliquas propositiones. Prima est. Si est periculum, baptizandus est puer natus secundum caput; & non est rebaptizandus. Secunda propositio est. Si puer est natus secundum aliam partem, nempe secundum pedem, si iminet periculum, est baptizandus. Si vero postea nascatur, sub conditione est rebaptizandus: quia dubium est, an baptizatus in parte minus principali sit baptizatus.

PALUDANVS tamen in. 4. d. 6 quæst. i. ad argumenta, videtur dicere contra hanc secundam conclusionem sancti Thom. quod in quacunque parte baptizetur tenet baptismus: nec est puer baptizandus. Probat. Primo quia talis est lotus in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti.

SECVNDO. Quia ut habetur in actibus apostolorum, petrus baptizauit piures simul; & verisimile est, quod non cadebat aqua omnibus in capite, sed aliquibus in alijs partibus.

TER TIO. Quia anima est tota in qualibet parte. Ergo sufficit quod in qualibet parte baptizetur. Opinio hæc Paludani videtur vera. Verum beatus Thomas aetius loquitus est, ppter dicta aliorum, & propter ecclesie consuetudinem: quæ nunquam aliquem baptizauit secundum partem animus principalem. Hæc etiam est sententia innocentij, & panormitani extra debaptismo & eius effectu cap. debitum: qui panormitanus dicit sufficiere, quod stilla aquæ tangat corpus. Scotus dicit quod si quis inuoluatur in corio & immergatur in aqua, nō est baptizatus: quia oportet quod ablution fiat in propria cute: & ita est in antiqua ecclesiæ consuetudine. Si vero in capillis fiat aspersio, credo quod est baptinus.

DE monstruo dico, quod si habet caput, illud debet aspergi, alijs aspergatur totum. Si autem habeat duo capita, videndum est an habeat duas voluntates: quomodounque potuerit cognosci quod sint duo: & tunc utrumque caput est baptizandum cum distinctis formis. Alijs sufficit vna formam apponere. Quando fuerit dubium an sint duo, vtraque pars sub conditione abluenda est.

Articul. duodeci.
Vtrum furiosi & amentes debent baptizari.

D DVODECIMVM scilicet proceditur. Videlicet quod furiosi & amentes non debeant baptizari. Ad susceptionem enim baptismi requiritur intentio in eo qui baptizatur: ut supra dictum est. Sed furiosi & amentes cum careant ratione, non possunt habere ordinatam intentionem. Ergo non debent baptizari.

PRÆTER E.A. Homobruta animalia super excedit in hoc quod habet rationem. Sed furiosi & amentes non habent rationem. Et quandoque etiam in eis non expectatur: sicut expectatur in pueris. Ergo videtur quod sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi & amentes debeant baptizari.

PRÆTER E.A. Magis est ligatus rationis in furiosis vel amentibus, quam in dormientibus. Sed baptismus non consistit dari dormientibus. Ergo nec debet dari amentibus & furiosis.

SED CONTRA. A est, quod Augustinus dicit. 4. confessionum de amico suo, qui cum desperaretur baptizatus est nesciens. Et tamen baptismus in eo efficaciam habuit. Ergo carentibus ratione, aliquando baptismus dari debet.

R ESPONDEO dicendum, quod circa amentes & furiosos, est distinguendum. Quisdam enim sunt à nativitate rales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiam nullus rationis appareret. Et de talibus quantu ad baptismi susceptionem, videtur esse idem iudicium & de pueris, qui baptizantur infideles ecclesiæ, ut supra dictum est.

A LI vero sunt amentes: qui ex sanam mente quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicandi secundum voluntatem quam habuerunt: dum sanæ mentis existent. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipendi baptismum: debet eis exhiberi in furio & amentia constitutis, etiam si tunc aet. contradicat. Alioquin si nulla voluntas

tanta suscipiendo baptismum in eis apparuit dum sane mentis essent: nō sunt baptizandi. **Q VIDAM** vero sunt, qui & si à nativitate fuerint furiosi vel amentes, habent tamen aliquam lucida interualla, in quibus reteratione utri possunt. Vnde si tunc baptizari voluerunt: baptizari possunt etiam in amentia constitutis. Et debet eis tunc sacramentum conferri, si periculum timeatur: alioquin melius est ut tempus expectetur in quo sunt sane mentis, ad hoc quod deuotius suscipiat sacramentum. Si autem tempore lucidi interualli, non appareat in eis voluntas suscipiendo baptismum: baptizari nō debet in amentia constitutis. **Q VIDAM** vero sunt qui & si non omnino sane mentis existant, in tantum tam ratione utuntur, quod possunt de sua salute cogitare: & intelligere sacramenti virtutem. Et de talibus idem est iudicium, sicut de his qui sane mentis existunt: qui baptizantur voluntes non autem inuiti.

AD PRIMA ergo dicendum, quod amentes qui nunquam habuerunt nec habent rationis: baptizantur ex intentione ecclesiæ, sicut & exactæ ecclesiæ credunt & penitent: sicut supra de pueris dictum est. Illi vero qui aliquo tempore habuerunt vel habent rationis: secundum propriam intentionem baptizantur: quam habent vel habuerunt tempore sanam mentis.

AD SECVNDVM dicendum, quod furiosi vel amentes carent ratione, per accidens. s. propter aliquod impedimentum organi corporalis: non autem propter defectum animalis rationalis: sicut bruta animalia. Vnde non est de his similis ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod dormientes non sunt baptizandi, nisi periculum mortis immineat: in quo casu baptizari debet si prius in eis voluntas apparuit suscipiendo baptismum: sicut & de amentibus dictum est. Sicut Augustinus narrat. 4. libro confessionum de amico suo: qui baptizatus est nesciens: propter periculum mortis.

J NI HOC duodecimo articulo ponit sanct. Thom. sex conclusiones: quarum prima est. Amentes qui nūquā habuerūt usum rationis, sunt baptizandi in fine ecclesiæ: sicut etiam pueri ante usum rationis.

SECVNDA conclusio est. Amentes qui aliquando habuerunt usum rationis, vel habent lucida interualla: iudicandi sunt secundum voluntatem quā habuerunt, dum sane mentis existent.

TER TIA conclusio est. Si cum essent sane mentis voluerunt baptizari baptizandi sunt in furia vel in amentia: esto tunc contradicant.

Q VAR TA conclusio est. Si quando erant in prudentia non habuerunt voluntatem suscipiendo baptismum: non sunt baptizandi, quando postea sunt in amentia.

Q VINTA conclusio. Si non est periculum mortis, & amēs habeat lucida interualla: esto quod ante quando fuit in prudentia habuerit voluntatem suscipiendo baptismum, non debet in amentia baptizari: sed expectetur lucidum interuallum, ut deute sumat sacramentum.

SEXTA conclusio. Quidam sunt qui licet non habeant plenum & perfectum usum rationis: habent tamen sufficienter ad hoc, ut de sua salute cogitent. Et ita, saltem imperfecte, operatur libere. Hi vero baptizandi sunt cum ipsi volunt, & petūt sacramentum: sicut alij habentes perfectum liberum arbitrium:

E ST igitur quarta ppositione in ordine. Si amens qui fuit sane mentis, non habuit voluntatem suscipiendo baptismum quando erat in prudētia: nō est baptizandus. Contra quam arguo hoc modo. Amens tempore quo est in amentia, est naturaliter sub cura alterius. At voluntas illius sub cuius cura est sufficit. Ergo si ille sub cuius cura est vellet illum baptizare, esset baptizandus ille amens.

E T confirmatur. Quia si tota vna prouincia vel ciuitas conuerteretur ad fidem, essent baptizandi amentes existentes inter illos.

IDEO dico, quod est probabile amentes illos esse baptizandos: quia postquam incident in amentia redeunt in potestatem alterius. Et si arguas, quia illi baptizantur inuiti. Nego: sed baptizantur sicut pueri. Tamen & si hoc possit defendi, tenendum est quod dicit sanct. Thom. & communiter omnes: quod non sunt baptizandi, quando in prudētia existentes noluerunt baptizari. Et ita diffiniuntur in cap. Majores causas, extra de baptismō & eius effectu, licet non tanquam de fide.

CIRCA tertiam propositionem sanct. Tho: (nempe quod si amens in prudentia existens voluit baptizari, & non reuocans illam intentionem, incidit in amentiam perpetuam, debet in ea baptizari) dubitatur, si quis sic voluit baptizari quā erat sanam mentis, constat tamen quod quando in amentia incidit, erat in peccato mortali, in quo mansit etiam in amentia, an talis sit baptizandus.

AD HOC dico, quod si baptizetur certum est quod

quod tenet sacramentum, quia esto esset in prudētia cum mortali, si vult baptizari factū tenet. Sed an sit licitum baptizare illum? Videtur quod non quia supra art. 4. huius questionis dixit doctor, quod peccatores non sunt baptizandi, quia nihil illis prodest baptismus. Ad hoc tamen dica aliquibus propositionibus.

PRIMA propositio est. Si talis non est cōsequatur gratiam non est baptizandus: quia sacrilegium est, & nihil ei prodest baptismus. Num ille est fictus fictione opposita effectui sacramenti: quia complacebat in peccato quando incidit in amentiam.

SECVNDA propositio est. Illi amentes semper sunt baptizandi, si non constat quod quando ut cōderunt in amentiam complacuerunt in peccato mortalium quia credendum est, quod habuerunt saltem attritionem de peccatis suis.

TER TIA propositio est. Si est probabilitas, qđ si baptizarentur quando in amentiam inciderunt reciperent gratiam sicut baptizandi, qui etiā nunc illam recipient.

Dab. am secundum. **D**AMENTES illi, in amentia manent in peccato mortali: ita quod si in prudentia baptizarentur non remitteretur eis illud peccatum, an remitteretur eis per baptismum in amentia existentibus.

AD HOC dicit Gabrieles. 4. d. 4. quæst. 2. quod non: quia voluntas interpretationis illorum est illa quam in prudentia habuerunt. Sed illa cū baptismo non sufficit ad remittendum illud peccatum, quia complacet in illo. Ergo nec in amentia sufficiet. Unde infert quod ille talis est extra statum salutis, qui incidit in perpetuum amentiam, in peccato mortali: & hoc est tenendum: & tenent omnes in. 4. d. 4. Probatur etiam. F. Etus fictione opposita sacramento non recipit sacramentum. Ergo nec fīctus fictione opposita effectui sacramenti recipiet effectum sacramenti.

SECVNDO. Ille qui cum sit in prudentia & habeat peccata, nec dicit nec complacet, & sic vult baptizari, esto baptizetur non recipit gratiam. Ergo nec ille qui nunquam doluit de aliquo peccato, & ita incidit in amentiam.

TERTIO. Inf. ipse. Maiores, de baptismō & eius effectu dicitor, quod peccatum actualē non remittitur sine consensu peccantis. Ergo. &c. **SECVNDO.** Dico quod probabiliter potest teneri, quod illi amenti remittitur illud peccatum. Probatur. Quia sanctus Thom. in articulo. 4. huius questionis dixit, quod peccator qui non complacet in peccato, & si maneat in reatu seu in culpa peccati, est baptizandus: quia ad hoc est institutus baptismus. Ergo si ille recipiat sacramentum, recipiet gratiam. Secundo. Siquis recipiat sacramentum cum attritione, recipiet gratiam secundum sanctus Thom. & antiquos. Ergo etiam ille qui iam non potest dolere. Tertio, dormiens esto sit in peccato si non complacet in illo, & occidatur pro-

Christo: est martyr secundum aliquos. Ergo etiā si ille amens baptizetur, recipiet gratiam.

AD primum autem argumentum Gabrielis in oppositum dico, quod quando est in amentia voluntas interpretativa illius qui habet curam talis amentis sufficit: quia non poterat aliam habere. **AD SECUNDVM** dico, quod ille non est fictus eum iam non possit dolere.

AD TER TIVM dico, quod non est simile: quia unus est fictus positive & alius non, cum iam non possit aliud agere. Securus tamen credo oppositionem: quod prius asserimus.

DUBITATVR tertio. An amens qui cum Dubium habuit se negavit, si baptizetur, sic baptizatus. **AD HOC** dico, qđ probabile est, quod sit baptizatus: quia iam est sicut parvulus āte usum rationis. **SECVNDO** Quia videtur quod si nihil de Christo audierit, & sic incidit in amentia: si baptizetur, sic baptizatus. Ergo etiam si audierit & habuerit se negavit. Tertio. Si tota una ciuitas cōuerteretur ad fidem tales amentes qui antea se habuerunt negatiū essent baptizandi. Ergo. &c.

SECVNDO est, quia in cap. Maiores extra debaptismo & eius effectu dieitur, quod non est baptizandas ille qui ponit obicem contrariae voluntatis. **DICO** quod intelligitur, de illo qui habuit positivā nolitionem: quia noluit baptizari formalem vel virtualem, ita quod adhuc potest aliud. Sed illi amentes iam non possunt facere aliud.

SECVNDO oppositum est probabilius: quia illi amētes virtualiter nolunt baptizari. Nam quando in prudentia erant, virtualiter nolabant baptizari: quia omnis qui non cogitat de aliquo aut non sedet minuti, sed negativē se habet virtualiter non vulnus illud. Et ille si in prudentia baptizaretur non esset baptizatus. Ergo nec nūc: quia sic manet cum illa indispositione. s. cum illa virtuali repugnantia, & per comequens ponit obicem contrariae voluntatis virtualiter.

Quæstio decima De effectibus baptismi.

EINDE considerandum est, de effectibus baptismi. Et circa hoc queruntur decem.

PRIMO. Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.

SECVNDO. Vtrum per baptismum libereretur homo ab omnī pena.

TER TIO. Vtrum baptismus auferat penitentes huius vite.

QUARTO.

QUARTO. Utrum per baptismū conferātur homini gratia & virtutes.

QUINTO. De effectibus virtutū qui per baptismū conferuntur

SEXTO. Vtrum etiam parvuli in baptismō gratias & virtutes accipiant

SEPTIMO. Vtrum per baptismū aperiatur baptizatis ianuare regni cœlestis.

OCTAVO. Utrum baptismus aequalē effectū habeat in omnibus baptizatis.

NONO. Utrum fictio ipsi date effectū baptismi.

DECIMO. Vtrum recessente fictione baptismus obtineat suum effectum.

Articul. primus,

Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.

DPRIMUM sic procedit. **V**idetur quod per baptismū non tollantur omnia peccata. Baptismus enim est quadam spiritualis regenerationis, que contraponitur generationi carnali. Sed per generationē carnalē homo contrahit solum originale peccatum. Ergo per baptismū solum solvit originale peccatum.

PRÆTER EAM. Pœnitentia est sufficientia causa remissionis actualū peccatorum. Sed ante baptismū in adultis requiritur pœnitentia: secundum illud actū. 2. Pœnitentia agite & baptizetur unusquisque vestrum. Ergo baptismus nihil operatur circa remissionem actualium peccatorum.

PRÆTER EAM. Diuersorū morborū diuersi sunt medicinæ: quia sicut Hieronymus dicit, non sanat oculū, qđ sanat calcaneū. Sed peccatum originale quod per baptismū tollitur: est aliud genus peccati a peccato actuali. Ergo non oīa peccata remittitur p baptismū.

SED CONTRA est quod dicitur Ezechi. 36. Effundā super vos aquā mūdā: mūdabitim ab oīis iniquitatis vestris.

RESPONDEO dicendum, quod sicut apostolus dicit Rom. 6. Quicunque baptizati su-

mus in Christo Iesu: in morte ipsi baptizatū sumus. Et postea concludit. Ita vos ex istimate mortuos qui tē esse peccato: viventes autē deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet, quod per baptismū homo moritur vestigati peccati: & incipit vivere nouitati gratiae. Omne autē peccatum ad pristinā vetustatem pertinet. Unde consequēs est, quod omne peccatum per baptismum tollatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si cut apostolus dicit Rom. 3. Peccatum ade non tātū potest: quantū potest donū Christi, quod in baptismō percipitur. Nā iudicū ex uno in condēnationē: gratia autē ex multis delictis in iustificationē. Unde & Augustinus dicit in libro de baptismō parvolorū, quod generāte carne tantūmodo trahitur peccatum originalē: regenerāte autē spū, non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorū.

AD SECVNDUM dicendum, quod nullus peccati remissio potest, nisi per virtutē passionis Christi: unde & apostolus dicit Hebre. 9. Quod sine sanguinis effusione non fit remissio. Unde motus humanae voluntatis qui est in penitente, non sufficeret ad remissiōnē culpe, nisi ad eis fides passionis Christi, & propositū participandi ipsam: vel suscipiendo baptismū, vel subiiciendo se clavis ecclesia. Et ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit: consequitur quidē remissiōnē omnium peccatorum ex proposito baptismi: perfectius autē ex reali sc̄ptō baptismi.

AD TER TIVM dicendum, quod ratiō illa procedit de particularibus medicinis.

Baptismus autē operatur in virtute paſſionis Christi: quae est uniuersalis medicina om̄ium peccatorum. Et ideo per baptismū om̄ia peccata tolluntur.

IN HOC primo articulo nota cōcūsionē dōctoris esse certissimā, & ab om̄i fideli theologo semper receptā. Heretici tamen Luterani dicūt qđ non remittitur per baptismū peccatum actualē. Cōtra quos tamē facit. Prius. Quia remittitur originale per baptismū. Sed originale nō pot remittis sine mortalibus actualibus: qđ datur gratia, quę nō stat cū mortali. Ergo om̄ia remittuntur.

L Secundo

qui leui & scandalizati sunt per peccatum alicuius. Et ideo licet homicida per baptismum liberetur a reatu pœnae quo ad deum, remanet tamen obligatus adhuc quo ad homines, quos iustus est & discipiari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa. Pie tamen talibus principis posset pœna indulgere.

N HOC. Secundo articulo est conclusio. S. Th. quod baptismus liberat hominem ab omni reatu totius pœnae debita pro peccatis. Probat eam sic. Prius testimonio diuini Ambrosii super illud Apostoli ad Rom. ii. Sine poenitentia non dona dei & vocatio: ubi abrosis sic ait. Gratia dei in baptismo gratia omnia condonat. Ergo vera est conclusio doctoris.

SECVNDO. Sic probat. Omni baptizato communicatur passio christi ad remedium ac si ipse passus esset & mortuus. At passio christi est sufficientis satisfactionis pro omnibus peccatis omnium hominum. Ergo ille qui baptizatur liberatur a reatu totius pœnae sibi debita pro peccatis, ac si ipse sufficienter satis fecisset pro omnibus peccatis suis. Consequitur bona minor nota. Maior probatur a doctore: quia pro baptismo aliquis incorporatur passioni & morti christi. ut patet ex illo ad romanos. **S.** Si mortui sumus cum christo, credimus quia simul etiam vivemus cum eo. Ergo maior erat vera.

NOTA. Secundo, quod dubium a. S. Th. in isto articulo motu, agit magister in. 4. d. 4. & tam ipse quam omnes eius expositores subscibunt huic conclusioni. S. Th. Hoc ipsum dicit Augustinus in encyclopediæ cap. 43. & habetur de consecratione d. 4. cap. Per baptismum. Idem dicit abrosis (ut magister citat) dicens quod gratia dei in baptismo omnia condonat sine gemitu & planctu.

SECVNDO. probatur: Quia pro hoc quod apostolus ad Rom. 6. & ad colossen. 2. affert nos per baptismum christo cōmori aliquid peculiare tribuit baptismo, quod quidem non conuenit alijs sacramentis. In utroque enim loco affirmat nos in baptismo christocō sepultos: quod nunquam dixit de alijs sacramentis.

TER TIO. Quia alias ecclesia deberet impone re poenitentiam baptizatis, quod nunquam fecit. Ergo non remanet talis reatus pœnae.

Q VAR TO. Hoc tribuitur martyrio quod remittat omnia peccata, quo ad culpam & omne pœnam: Quia ut dicitur cap. Cum martyre extra de celeb. missarum, iuri facit martyri quod orat pro martyre. Quid non fieret si maneret reatus pœnae peccati. Ergo etiam pro baptismo aquæ, cum propter hoc martyrum baptismus saepe dicatur: quia baptismo aquæ assimilatur in effectu & sit opus exterius sicut baptismus aquæ.

Quinto. Aprius ad Ro. 6. probat abundatiorē & pfectiore esse gratiam christi, quam Adami delictum. Sed propter Adam non incurrit solù culpam: sed et pœnam. Ergo propter baptismum remittit calpa, & pœnam reatus.

SEXTO. Ad hebreos. 6. admonet apostolus: ut baptizati custodiant innocétiæ baptismi: quia ipso

bile est recuperare illam pro baptismum cum non sit reiterabilis. Sed si baptismus non remittit peccata quo ad culpam & pœnam, sed quo ad culpam tantum pro pœnitentia possit illud recuperari, quod paulus dicit esse impossibile. Ergo baptismus remittit peccata quo ad culpam & pœnam non autem pœnitentia.

SEPTIMO. Passio christi sufficienter applicat nobis pro baptismum ac si esset nostra. ut diximus. At si esset nostra remitteret culpam & pœnam. Ergo & nunc CONTRA hoc tamen videtur, id quod habetur de consecratione d. 4. cap. Ne quod absit, & sicut verba gregorij ad faustinum, ubi dicitur: quod venientibus ad baptismum imponatur quadragesima dies ieunij. **SECVNDO.** Clemens in epistola ad vniuersos (quæ habetur in primo thomocœciliorum) dicit quod venientibus ad baptismum imponatur tres menses ieunij. Refertque ibidem, qualiter diuisus Petrus noluit baptizare faustum, nisi prius ieunaret, esto ab ipso Clemente oraretur. Rursus ipse Clemens in itinerario narrat diuini Petri detinuisse patrem suum, nolens illum baptizare per tres menses.

TER TIO. Legimus de multis baptizatis, qui post baptismum aspergimantur aegrotat pœnitentiam. Ergo non erat eis remissa pœna. Antecedens patet de Magdalena & alijs sanctis.

Q VAR TO. Sicut de baptismo dicitur, quod datur in remissionem peccatorum, ita etiam de poenitentia de qua dicitur, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sed poenitentia non remittit omnem pœnam peccatis debitam. Ergo nec baptismus.

A D primum horum dico, quod illa ieunia non imponebatur propter reatum pœnae debita: sed ob honorem & reverentiam sacramenti, sicut nunc festa saecularium ieunamus ad ipsorum honorem, esto nullam pœnam propter peccatis debeamus. Est etiam bonum ut post baptismum baptizatus poeniteat, ad custodiendam innocétiæ in baptismo suo suscepimus. & quia de iure naturali est, ut qui peccauit satisfaciat pro peccatis, saltem conueniens est quod ita fiat: quia non sit propter pœnam.

A D secundum dico, quod post baptismum sancti faciebatur magnas poenitentias, non pro pœna peccatis debita: sed ob amorem dei, & abundantius meritum.

A D tertium, ne coequationem: quia multa dicitur ab apostolo de baptismo quæ non dicitur de poenitentia: ut supra diximus. Et ideo ex scriptura ipsa colligimus, minus priuilegium habere baptismum quam poenitentiam.

DUBIUM AD. Hoc dicit durodus in. 4. d. 20. q. 3. quod satis factorie, & non gratis. Probat: quia pro baptismo applicatur nobis passio christi. Vnde subiungit quod solus deus gratis potest remittere, & quod nec papa pro idulgeriis aliquod gratis remittere potest: sed remittit satisfactorie exthesaurio ecclesiæ, cui non est relatum gratis remittere, & quod etiam poenitentia satisfactorie ex passione christi remittit. Palud, tamen d. 20. q. 4. dicit in baptismo liberabit esse donationem. Et probat: quia ideo sacramenta dicuntur sacramenta gratis, quia in eis gratis gratia confertur.

Secundo

Secundo. Dato opposito sequitur quod nulla liberalitas esset in sacramentis Dei, in quantum Deus est: sed solum Christi qui comunicare voluit nobis passionem suam, in remissione peccatorum. **V IDE T VR** tamen probabilius quod Durodus dicit: quia in omnibus sacramentis est vera satisfactio, & quantum est de se est sufficientissima ut sicut per ieunium vel elemosinam satisfacit ille qui est in gratia, ita per sacramenta.

A D argumenta Paludani nego, quod non sit liberalitas in sacramentis ex Deo, ut Deus est. Quia liberaliter voluit sumere modum, quo pro nobis satisfaceret. Sed non est sola sine satisfactione liberalitas: quia ipse pro nobis satisfacere voluit & satisfecit.

Articulus tertius.

Vtrum per baptismum debeant auferri penalitates presentis vitæ.

ARTERIVM sic procedit. Videtur quod per baptismum debeant auferri penalitates presentis vite. Ut enim apostolus dicit Rom. 5. Donum Christi potentius est, quam peccatum Adae. Sed per peccatum Adae (ut ibidem apostolus dicit) mors in hunc mundum intravit, & per consequens omnes aliae penalitates presentis vite. Ergo multo magis per donum Christi quod in baptismo percepitur, homo a penalitatibus presentis vite debet liberari.

PRAETER EAE. Baptismus auferit culpam originalem & actualē: sicut supra dictum est. Sic autem auferit actualē culpam, quod liberat ab omnireatu pœnae consequente actionem culpam. Ergo etiam liberat a penalitatibus presentis vite, quæ sunt pœna originalis peccati.

PRAETER EAE. Remota causa, remouetur effectus. Sed causa harum penalitatū est peccatum originale, quod tollitur per baptismum. Ergo non debent huiusmodi penalitates remanere.

SED CONTRA est, quod super illud Rom. 6. Destruatur corpus peccati, dicit gl.

Per baptismum id agitur, ut virtus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur: non ita ut in ipso vivente, carnis concupiscentia respersa sit innata, repente absumatur & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ inherat nato. Ergo per iterationem nec alia penalitates per baptismum tolluntur.

RESPONDE O. dicendum, quod baptismus habet virtutem auferendi penalitates presentis vite, non tamen eas auferit in presenti vita: sed eius virtute auferuntur a iustis in resurrectione, quando mortale hoc inducit immortalitatem: ut dicitur. i. Chorint. 15.

E THOC rationabiliter. Primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur christo, & efficitur membrum eius: ut supra dictum est. Esecido conueniens est, ut id agatur in membro incorporato, quod est actum in capite. Christus autem à principio suæ conceptionis fuit plenus gratia & veritate: habuit tamen corpus passibile quod post passionem et mortem est ad vitam gloriam resuscitatum. Vnde et Christianus in baptismo gratiam consequitur quatenus ad animam: hæc tamen corpus passibile, in quo pro Christo possit pati, sed tandem resuscitabitur ad impossibile uitam. Vnde apostolus dicit Rom. 8. Qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalium corpora uestra, propter inhabitabile spem eius in vobis. Et infra codex. Heredes quidem dei, coneredes autem Christi: si tamen corporamur, ut simus glorificemur.

SECVNDO. Hoc est conueniens propter spirituale exercitium: ut videlicet contra concupiscentiam, & alias passibilitates pugnans homo, victoria coronam recuperet. Vix de super illud Roman. 6. Ut destruatur corpus peccati, dicit glossa. Si post baptismum videbit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnat, eamque adiuuante deo supereret. Incuius figuram dicitur iudicium. 3. Has sunt gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & postea disserenter filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.

TERTIO. Hoc fuit conueniens: ne homines ad baptismū accederent propter impossibilitātē præsentis vitæ, et non propter gloriā vitæ æternae. Vnde t̄ apostol. dicit prima Cor. 15. Si in hac vita tantū sperātes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

AD PRIMUM Ergo dicendū, quod (sicut glosa dicit R. om. 6. super illud, Ut vtrum transt̄ non seruamus peccato) sicut aliquis capiens hostē atrocissimū, nō statim interficit eum, sed pacientur cum cū dedecore et dolore aliquātū viuere: ita Christus pœnā prius aligauit, in futuro autem perimet.

AD SECUNDUM dicendū, (qd sicut ibidē dicit glosa) duplex est pœna peccati: gehennalis (t̄) temporalis. Gehennale prorsus delevit Christus: ut eā nō sentiat baptizati, t̄ uere pœnitētes. Temporale vero nondū penitustulit manet enim famē, sitis, et mors, t̄ huiusmodi. Sed regnū et dominiū eius ducit: ut scilicet hoc homo nō timeat. Et tandem in nouissimo eandē penitus exterminabit.

AD TERTIVM dicendū, qd (sicut in secūda parte dictū est) peccatum originale hoc modo fecit, quod primo persona infecit naturā, post modum vero natura infecit personā. Christus vero conuerso ordine prius reparat id quod persona est, t̄ post modum simul in omnibus reparabit id quod natura est. Et ideo culpā originali peccati, et etiā pœnā carentia visionis diuinæ, quæ respiciunt personam, statim per baptismū tollit ab homine sed pœnalitates præsentis vitæ (sicut mors, famē, sitis, t̄) alias huiusmodi) respiciunt naturā, ex cuius principijs causantur prout est destituta originali iustitia. Et ideo si deestus non tollentur nisi in ultima reparatione natura, per resurrectionem gloriosam.

IN HOC 3. articulo diuus Thomas duas scribit propositiones: quarū prima est. Baptismus habet virtutē auferendi pœnalitates præsentis vitæ. **SECUNDA** ppositio est. Baptismus nō auferit pœnalitates præsentis vitæ; vt famē, sitim, morbum, & alias idgenus in hac vita mortalib; eius virtute auferentur à iustis in resurrectione, vel in beatitudine. Probatur ab ē conclusiones simul. Pri-

us testimonio glosa: quæ sup illud Pauli ad Ro. 6. Destruatur corp⁹ peccati, sic habet. Per baptismū id agitur vt vetus hō crucifigatur, & corpus peccati destruatur. Nō ita vt in ipso viuēt carnis cōcupiscentia respersa & in nata repete absumatur, & non sit sed ne oblit mortuo quæ in erat nato. Ergo pari ratione nec aliæ pœnalitates per baptismū tollūtur in hac vita.

SECVNDO. Per baptismū homo in corpora tur Christo & efficitur membrū eius, vt supradictū est. Ergo conueniens est, vt id agatur in membro incorporato, qd actū est in capite. Sed christus in principio lux cōceptionis fuit plenus gratia & veritate, habuit tamē corpus passibile, quod post resurrectionē habuit gloriosū & sine pœnālitate. Ergo conueniens est, vt ita fiat membris eius.

TER TIO Hoc est conueniens, qd baptismus nō statim auferret pœnalitates huius vitæ: vt hoies exercitio & tolerātia passionum mereatur. **QVAR TO** etiā fuit conueniens, ne hoies ad baptismū accederent, vt ab eis præsentis vita pœnalitates remouerentur: sed veniat ad baptismū propter spūales effectus: vt s. gratiā & remissionem habeat peccatorū.

DVBITA TVR an per baptismū tollatur fo- Dubium mes peccati, qui est vna ex pœnalitatibus vnicum, debitis pro peccato, & maxime pro originali.

AD HOC respondeo aliquibus propositionibus quarū prima est. Baptismus nō tollit totaliter fo- mitē peti. Secunda ppositio est. Baptismus minuit illū formitē ad peccatum. Has propositiones ponit sanct. Tho. ar. 4. Sequēti ad. Idem etiam dicitur de consecratione. d. 4. cap. Non ex quo.

SED dubiū est quomodo hoc faciat baptismus, an rōne sacrameti in se, & ratione characteris: vel an ratione effectus sacrameti. i. gratiæ & virtutū.

AD hoc dico, qd probabile est, baptismū illa quæ in duabus ppositioibus diximus efficer rōne esse effectus gratiæ & virtutū qm in ipso datur. i. qd datur gratiæ & virtutē qm moderat illas cōcupiscentias.

SECUNDO. Dico qd probabilis est, qd baptismus etiā ea ratioē qua est sacramentū, minuit formitē: & nō solū qm infundit gratiæ & virtutēs. Sicut recipies eucharistiā solū per illā robor atur ad resistēdū temptationi. Probatur hoc. Prius quā sita est cōmunis setēta doctorū. Secundo idē dicit ar de cōs. d. 4. cap. Nō ex quo & c. Placuit. & desumitur ex cōcilio miliuitano, ybi dicitur. Pla. autem quicū que dixerit gratiā dei qua iustificari, ad solam remissionem peccatorum cōmissor am dari, & nō ad exitandum futura. Anathema sit.

QVID aut sit ille formes, diximus s. prima uicēdū qd est potentia ipsenāles destiti t̄ à gratia & iustitia originali. Nō est qm ita alic̄ jua: vt dicit Gregorius ariminensis. Sed de hoc latius s. egimus in. l. Sec. **SED** contra hanc proximam determinationem arguo hoc modo. Experimur quād minuitur in nobis aliqua mala inclinatio, vt qui erat impatiens, postea ychementer exercitatus in patiētia, ex

perit.

perit inclinationem illam diminutam. Sed baptizatus non experitur hoc. Ergo baptismus non minuit formitē. Propter hoc argumentū aliqui modernorum dicunt, quod non minuitur inclinationē: sed in baptismō datur habitus. s. gratia & virtutes ad fortius resistendum, & adhuc quod ille baptizatus eliceat actus intensiores.

SECVNDO. Dico cum sanct. Thom. quod illa inclinatio ad malum seu fomes, vere minuitur per baptismū: ita vt sicut iustitia originalis reprimebat illam malam inclinationem: ita baptismus, & virtutes infusa per baptismū.

TER TIO dico, quod non experiorunt baptizati illam malam inclinationē minuit: quia per virtutes infusa non tollitur aliqua qualitas contraria. Per virtutes vero acquisitas experimur inclinationem illam minuit: quia expelluntur qualitates contrarie.

QVAR TO Dico falsum esse, quod non sentiamus inclinationem illam diminuit: quia baptizatus ad sacramentum poenitentiae veniens, vehementer peccata detestatur. quam immutationem videtur fecisse baptismus.

Articul. quartus.

Vtrum per baptismū conferantur homini gratia & virtutes.

D Q VAR TVM sic proceditur. Videtur quod per baptismū non conferantur homini gratia & virtutes. Quia si est supradictū est, sacramēta non le efficiunt qd figurant. Sed per ablutionē baptismi significatur emundatio anime à culpa, non autē informatio anime per gratiam & virtutes.

Videtur igitur quod per baptismū non conferantur homini gratia, & virtutes.

PRÆTER EA. Illud quod iam aliquis adepcus est, non indiget iterū suscipere. Sed aliqui accedunt ad baptismū, iā habentes gratiæ & virtutes: sicut actuum. 10. legitur: Vir quidā erat in cæsarea nomine cornelius, centario cohortis quæ dicitur italica, religiosus & timens deum: qui tamen postea a petro baptizatus est. Non ergo per baptismū confunduntur gratiæ & virtutes.

PRÆTER EA. Virtus est habitus, ad cuius rationē pertinet qd sit qualitas diffīcile mobilis: per quā aliquis faciliter & dele-

tabiliter operetur. Sed post baptismū remanet in hominibus pronitas ad malū: per qd tollitur virtus & cōsequitur difficultate quis ad bonū, quod est actus virtutis. Ergo per baptismū nō cōsequitur homo gratiæ et virtutes.

SED CONTRA A est, quod ad titū. 3. Dicit apostolus. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis (id est, per baptismū) & renouationis Spiritus sancti: quē effudit in nos abundante. ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum: ut glosa ibi exponit. Sic ergo in baptismō datur gratia Spiritus sancti, & copia virtutum.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut Augustinus dicit in libro de baptismō parvularum) adhuc baptismus valet, ut baptizati Christo incorporētur ut membra eius. A capite autem Christo, in omnia membra eius, gratia & virtutis plenitudo derivatur secundum illud Iohann. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Unde manifestum est quod per baptismū aliquis consequitur gratiam & virtutes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut aqua baptismi per suam ablutionē significat emundationem culpe, & per suum refrigerium significat liberationem a pena: ita per naturalem claritatem significat splendorē gratiae & virtutum.

AD SECUNDUM dicendū, qd sicut dictum est, remissionē peccatorum aliquis cōsequitur ante baptismū, securū quod habet baptismū in voto, vel explicite vel iplicite: & tamen cū realiter suscipit baptismū, fit plenior remissio quantū ad liberationē à tota pœna. Ita etiā ante baptismū, cornelius & alijs miles, cōsequuntur gratiæ & virtutes, per fidē christi & desiderium baptismi implicite vel explicite post modū tamen in baptismō maiore recipiā gratiæ & virtutū consequuntur. Vnde de super illud psal. Super aquas refectionis educavit me, dicit glosa. Per augmentū virtutis & bona operationis educavit in baptismō.

AD TERTIVM dicendum, quod L. iij. diffi-

difficilis ad bonum, & pronita ad malum inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus virtutum: sed propter concupiscentiam, quae non tollitur in baptismate. Sic tamen per baptismum diminuitur concupiscentia, ut non dominetur: ita etiam diminuitur virtus que dicitur, ne homo ab his supereret.

IN HOC articulo quarto est conclusio sancti Thomae sic habet. Per baptismum aliquis consequitur gratiam & virtutes. Probat doctor. Prior testimonio apostoli ad titum 3. ubi sic dicit. Saluus nos fecit per lauacrum regenerationis, & per baptismum) & renouatiois Spiritus sancti, quae effudit in eos abunde, ad remissionem peccatorum, & copium virtutum: ut glosa ibi exponit. Ergo in baptismate datur gratia Spiritus sancti & copia virtutum. Secundo. Per baptismum incorporetur baptizati Christo, ut membra eius. Sed à capite Christo in omnia membra eius gratia & virtutis plenitudo deriuatur: iuxta illud Iohannis 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Ergo per baptismum aliquis consequitur gratiam & virtutes. Et quantum ad primam partem conclusionis, quod baptismus gratiam infundat est de fide. Probatur. Per baptismum in corporamur Christo (ut patet ad Romanos 6.) & consequitur salutem. At hoc non sit sine gratia. Ergo baptismus infundit gratiam.

SECUNDUM. Hoc dicunt frequenter sancti, & definitur in clementina de summa trinitate & de catholicis. Idem etiam determinatur cap. Maiores causas ecclesie, extra de baptismate & eius effectu, & in concilio milvianiano. Ergo est de fide quod baptisatus confert gratiam.

SED contra (ut habetur actuum. 3.) samaritani erant baptizati a Philippo, & non receperant spiritum sanctum: quia textus ait, quod nondum in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Ergo baptismus non dederat spiritum sanctum per gratiam.

AD HOC nego consequitionem: sed solum habetur, quod per baptismum non dabatur gratia, vel spiritus sanctus signo sensibili: sicut in confirmationis sacramento, quod Petrus & Iohannes administrabant. Et hoc est quod dicit scriptura, nondum in quemquam illorum venerat, sed signo sensibili, bene tamen venerat spiritualiter per gratiam.

DUBIUM PRIMUM. **V**BITA TVR cum Scoto in. 4. d. 4. quæst. 4. & Gabriel. d. 4. quæst. 1. an beata virgo fuerit baptizata, & fuerit ei data aliqua gratia, & augeantur virtutes in baptismate. Videtur quod non quia antequam esset baptismus fuit gratia plena: ut haberetur lucæ primo.

AD HOC dico, quod fuit baptizata: quia fuit redempta sicut ceteri. Secundo. Dico quod datum est ei gratiae augmentum. Non enim videtur dicere, ut pro tot laboribus non augeretur ei gratia

Ad argumentum, quia erat gratia plena, dico, quod non ob id gratia plena dicitur, quod per baptismum & alia bona opera gratia ei non augeantur, sed quia habuit magnam gratiam.

DUBIUM TERTIUM. **V**BITA TVR an sit de fide quod infundat. Dubium tur virtutes in baptismate. Videtur quod sic: secundum, quia inclemencia de summa trinitate & fide catholica, & in cap. Maiores causas, dicitur quod infunduntur virtutes in baptismate.

AD HOC dico, quod non est de fide virtutes infundi in baptismate: quia non habetur in scriptura, nec est ab ecclesia definitum. Et ad illa capita dico, quod non determinatur tanquam de fide tenendum: sed tanquam probabile. De fide tamen est, quod baptizatus sanctificetur in baptismate per gratiam.

DUBIUM TERTIUM. **V**BITA TVR tertio an in baptismate infundatur omnes virtutes tam theologales quam morales, vel an solum theologales.

AD HOC dicunt aliqui, sine apparente ratione tamen, quod solum theologales infunduntur. Hoc sentit Ocam in. 4. q. 3. Et Scotus in. 3. d. 3. dubitat: sed videtur in negotiis partem declinare, nempe quod virtutes morales non infunduntur in baptismate. Durandus non curat de virtutibus infusis. Marsilius tenet quod non infunduntur morales. Verum sancti Thomæ in prima secunda dicit, quod omnes infunduntur: & hoc est verum. Probatur. Sicut indigemus auxilio ad credendum ita ad temperate agendum. Ergo sicut requiritur fides infusa, ita etiam virtutes morales infuse.

SECUNDUM. Aequaliter necessarium est ad consequendam salutem temperate vivere sicut credere. Ergo ad utrumque requiruntur virtutes infusa. Nec valet si dicas quod in sacra scriptura habemus de virtutibus theologicis infusis, non autem de moralibus: quia non negatur in scriptura, quin morales etiam infundantur. Unde non valet. Non dicitur in scriptura quod infundantur morales, ergo non infunduntur: quia non dicuntur omnia in scriptura:

Articul. quintus.

Vtrum conuenienter attribuantur baptismi o quidam actus virtutum.

DUBIUM QUINTUM. **V**idetur quod inconvenienter attribuantur baptismi pro effectibus quidam actus virtutum, s. in corporatio ad Christum, illuminatio, & facundatio. Non enim baptismus datur adulto, nisi fidelis: secundum illud Marci ultimum. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Sed per fidem aliquis incorporatur

Dubium tertium.

tur Christo: secundum illud Ephes. 3. Habitate Christum per fidem in cordibus vestris. Ergo nullus baptizatur nisi iam Christo in corporatus. Non ergo est effectus baptismi: in corporari Christo.

PRÆTER E.A. Illuminatio fit per doctrinam: secundum illud Eph. 3. Mibi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, illuminare omnes. &c. Sed doctrina præcedit baptismum in catechesmo. Non ergo est effectus baptismi.

PRÆTER E.A. Fæcunditas pertinet ad generationem actiua. Sed per baptismum aliquis regeneratur spiritualiter. Ergo fæcunditas non est effectus baptismi.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de baptismate parvulorum, quod ad hoc valet baptismus: ut baptizati Christo in corporentur. Dionysius etiā. 2. cap. Ecclesiastice Hierarchie illuminationem attri buit baptismu. Et super illud psal. Super aquam refractionis, dicit glosa, quod anima peccatorum ariditatem sterilis, fæcundatur per baptismum.

RESPONDEO dicendum, quod per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem vitam, que est propria fidelium Christi: sicut apostolus dicit Galat. 2. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filij dei. Vita autem non est nisi membrorum capiti & unitorum, à quo sensus & motus suscipiunt: & ideo necesse est, quod per baptismum aliquis in corpore Christi, quasi membrum ipsius. Sicut autem à capite naturali deriuatur ad membra sensus & motus: ita à capite spirituali, quod est Christus, deriuatur ad membra eius sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis: & motus spiritualis qui est per gratiam instinctum. Unde Iohannis primo dicitur. Vidi eum plenum gratiae & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et ideo consequens est, quod baptizati illuminantur a Christo circa cognitionem veritatis, & fæcundentur ab eo fæcunditate bonorum.

operum, per gratiae infusionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod adulti prius credentes in christum, sunt incorporati mentaliter: sed post modum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter s. per visibile sacramentum, sine cuius proposito nec mentaliter incorporari possebantur.

AD SECUNDVM dicendum, quod docttor illuminat exterius per mysterium catechizandos: sed aeus illuminat interiorius baptizatos: preparans corda eorum ad recipiendum doctrinam veritatis, secundum illud Iohannis. 6. Est scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles dei.

AD TERTIUM dicendum, quod efficiens baptismi ponitur fæcunditas, qua aliquis producit bona opera: non autem fæcunditas, qua aliquis generat alios in Christo: sicut apostolus dicit prima corinth. 4. In Christo Iesus per euangelium ego vos genui.

IN HOC quinto articulo non est aliqua difficultas: sed motus tantum est ad explicanda aquila dicta sanctorum, & aliquas antiquas glosas quæ baptismate attribuunt istos effectus. s. in corporationem ad Christum, illuminationem, & fæcundationem. Et quidem de primo, manifestum est, quod per baptismum regenerantur baptizati, & efficiuntur membra Christi: quod est incorporari Christo. Et inde est, quod baptismus illuminat: quia propter ipsum baptismum (id est quia baptizati sunt illuminatur a Christo, ut cognoscant veritatem). Et per gratiam quæ datur in baptismate facti sunt baptizati fœcundi ad bene operandū. Ergo merito illi effectus tribuuntur baptismi.

Articulus. sextus.

Vtrum pueri in baptismate consequantur gratiam & virtutes.

DEXTRUM. **V**idetur quod pueri in baptismate non consequantur gratiam & virtutes. Gratia enim & virtutes non habentur sine fide & charitate. Sed fides (ut Augustinus dicit) consistit in credentium voluntate: similiter etiam charitas

tas consistit in diligentium voluntate: cuius usum pueri non habent, & sic non habent fidem & charitatem. Ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiam & virtutes.

PRAETEREA. Super illud Iohannes. 14. Maiora horum faciet, dicit Augustinus, quod ex impio iustus fiat in illo, sed non sine illo christus operatur. Sed puer cum non habeat usum liberi arbitrij, non cooperatur christo ad suam iustificationem: immo quandoque pro posse renuntur. Ergo non iustificatur per gratiam & virtutes.

PRAETEREA. Roman. 4. dicitur. Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae dei. Sed puer non est credens in eum qui iustificat impium. Ergo non consequitur gratiam iustificationis neque virtutes.

PRAETEREA. Quod ex carnali intentione agitur, non videtur habere spiritualem effectum. Sed quandoque pueri deferunt ad baptismum carnali intentione, ut s. corporaliter sanentur. Non ergo consequuntur spiritualem effectum gratia & virtutum. **SED CONTRA** est, quod Augustinus dicit in enchori. Parvuli renascendo, moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt. Ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, consupertus sumus cum illo per baptismum in mortem (subditur autem) ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Sed nouitas vite est per gratiam & virtutes. Ergo pueri in baptismo gratiam & virtutes consequuntur.

RESPONDEO dicendum, quod quidam atque posuerunt, quod pueri in baptismo non dantur gratia & virtutes: sed imprimis eis character christi, cuius virtute cum ad perficendam statem venerint, consequuntur gratiam & virtutes.

SED hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem: quia pueri sicut & adulti, in baptismo

efficiuntur membris christi: unde necesse est quod a capite recipiat influxum gratiae & virtutis. **SECUNDUM.** Quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenient ad vitam eternam: quia ut dicitur Rom. 6. Gratia dei est vita eterna. Et ita non profuerit eis ad salutem, baptizatos fuisse.

CARTA autem erroris fuit: quia ne scirent distinguere inter habitum & actum. Et sic videntes pueros in habiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere. Sed ista impotencia operandi, non accidit pueris ex defectu habitum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes quanvis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus properterea illi non regenerantur: quia non abiit in hac intentione offeruntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides & charitas consistunt in voluntate hominum, ita tamen quod habitus harum & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quae est in pueris: sed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Augustinus dicit in libro de baptismo parvorum, quod parvulus & si nondum illa fides quae in creditum voluntate consistit, ita tamen ipsius fidei sacramentum (quod s. casas habitum fidei) fideliter facit.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut Augustinus dicit in libro de charitate) nemo ex aqua & spiritu sancto renascitur nisi volens. Quod non de parvulis: sed de adultis intelligendum est. Et similiter de adultis intelligendum est: quod homo a Christo si ne ipso non iustificatur. Quod autem parvulus baptizandi prout viribus possunt reluctari, non eis imputatur: quia in tantum nesciunt quod faciunt, ut nec facere videantur: ut Augustinus dicit in libro de presentia dei ad dardanum.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut Augustinus dicit) parvulus mater ecclesia aliorum pedes accommodat: ut veniant: aliorum cor: ut credant: aliorum linguam ut fate-

fareantur. Et ita pueri credunt, non per actum proprium: sed per fidem ecclesie, quae eis communicatur. Et huius fidei virtute conferuntur eis gratia & virtutes.

AD QUARTVM dicendum, quod carnalis intentio dearentium pueros ad baptismum, nihil eis nocet: sicut nec culpa unius nocet alteri, nisi consentiat. Unde Augustinus dicit in epistola ad bonifacium. Non illud te moueat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur aeternam: sed hoc eos putant remedio, corporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur: quia non abiit in hac intentione offeruntur.

IN HOC sexto articulo est conclusio doctoris & omnium fidelium. In baptismo infunditur puer baptizato gratia & virtutes. Probatur. Prius testimonio diuini Augustini: qui in enchorio. ita ait. Parvuli renascendo moriuntur illi peccato, quod nascendo contrixerunt. At non poterant parvuli mori peccato, quod nascendo contra xerunt: nisi per gratiam. Ergo in baptismo datur gratia.

SECUNDUM. Pueri per baptismum efficiuntur membra Christi. Ergo a Christo tanquam a capite recipiunt influxum gratiae & virtutum.

TERTIO. Si pueris in baptismo non datur gratia. Ergo si ante usum rationis moriantur, non salvabuntur per baptismum. Consequens est falsum. Ergo datur illis gratia in baptismo.

QUARTO. Pro nobis est Innocentius tertius, cum toto concilio lateranensi, cap. Maiores causas ecclesiae extra de baptismis & eius effectu: ubi definita est ista conclusio, nempe quod parvulis dantur gratia & virtutes in baptismo.

DUBITATVR tamen an sit de fide, quod parvulis deturgia & virtutes in baptismo. **AD HOC** dico, quod de fide est gratiam infundi in baptismo: quia ita definitum est in citato capitulo maiores causas, & in concilio Miliuitano, & in Florentino, & nunc in Tridentino. Non tam est de fide, quod virtutes infundantur baptizato: quia esto in cap. Maiores dicuntur, quod in baptismo infunduntur virtutes, non tamen determinantur tanquam de fide tenendum. Solum enim fuit propositum pontifici an pueri per baptismum iustificantur, & hoc fuit determinatum tanquam de fide quod ita.

Articul. septimus

Verum effectus baptismi sit apertio ianuae regni caelestis.



D SEPTIMUM sic procedit. Videtur quod effectus baptismi non sit apertio ianuae regni caelestis. Illud enim quod est apertum, non indiget apertione. Sed ianuare regni caelestis est aperta per passionem Christi, unde Apocalipsis. 4. dicitur. Post haec vidi ostium magnum apertum in celo. Non est ergo effectus baptismi, apertio ianuare regni caelestis. **PRAETEREA.** Baptismus omnitemporis ex quo institutus fuit, habet suum effectum. Sed quidam baptizati sunt baptismi Christi ante eius passionem (ut habetur Iohannis. 3.) quibus si tunc decessissent, introitus regni caelestis non datur: in quod nullus ante Christum introiit: secundum illud Mich. 2. Ascedit pandes iter ante eos. Non est ergo effectus baptismi apertio regni caelestis.

PRAETEREA. Baptizari adhuc sunt obnoxii morti, & alijs penalitatibus vita praesentis: ut supra dictum est. Sed nulli est apertus aditus regni caelestis, quandiu obnoxius est penae: sicut patet de his qui sunt in purgatorio. Non ergo effectus baptismi est apertio ianuare regni caelestis.

SED CONTRA est, quod super illud Luca. 3. apertum est celum, dicit glosa Beda. Virtus hic baptismatis ostenditur, de quo quisque cum egreditur, regni caelestis ei ianua aperitur.

RESPONDEO dicendum, quod aperire ianuam regni caelestis: est amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum caeleste introire. Hoc autem impedimentum est culpa & reatus penae. Ostium est autem supra, quod per baptismum omnis culpa et omnis reatus permettitur. Unde consequens est: quod effectus baptismi sit apertio ianuare regni caelestis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod baptismus in tantum aperit baptizato ianuam regni caelestis: in quantum in corporat in passio-

ni Christi, virtutem eius homini applicando.
AD SECUNDVM dicendum, quod quādopas-
sio Christi nondum erat realiter pfecta, sed solum
in fide credentiū, baptisimus pportionaliter cau-
sabat ianuæ apertione quidē in re, sed in spe.
Baptizati enim tunc decedētes ex certa spe intro-
itum regni coelestis expectabant.

AD TERTIVM dicendum, quod baptizatus
nō est obnoxius morti, & poenitatis vicē p̄-
sentis; ppter reatū personæ, sed ppter statū natu-
ræ. Et ideo ppter hoc non impeditur ab introitu
regni coelestis, quando anima separatur à corpore
per mortē, quasi iā per soluto eo quod naturæ de-
batur.

HIC septimus articulus motus est ad interpretā-
dū Bedā, aliosq; sapientes antiquos: qui baptismū
ianuā cæli aperi se dixerūt. Quod dupliciter in-
telligi potest. Prius, quod sine baptismo re vel vo-
to suscepto; ex lege nullus potest introire ī cœlū.
Secundo, quod ponit hominem in statu in quo po-
test intrare in cœlū, remouēdo impedimenta nēpe
peccata quo ad culpā & poenitentia remittat pcta,
non tamen q̄o ad omnē poenitentia remissa cul-
pa per poenitentia, ad huc remanet impeditus, &
non potest in cœlū conuolare, quousque pro poe-
nitentia satisfaciat.

Articul. octauus.

Vtrum baptismus habuerit in omnibus
æqualem effectum.

DOCTAVUM sic proce-
ditur. Videtur quod baptismus
non habeat in omnibus æqualem
effectum. Effectus enim baptismi
est remotio culpæ. Sed in quibusdam plura
peccata tollit quam in alijs: nam in pueris tol-
lit solum peccatum originale, in adultis aut
etiam peccata actualia, in quibusdam plura, in
quibusdam vero pauciora. Non ergo æqualē
effectū habet baptismus in omnibus.

PRÆTEREA. Per baptismū confe-
runtur homini gratia & virtutes. Sed quidā
post baptismū videntur habere maiore grati-
am & perfectiore virtutem quā alijs bapti-
zati. Non ergo baptismus habet æqualē effec-
tu.

Etiam in omnibus.

PRÆTEREA. Natura perficitur p
gratiam, sicut materia per formā. Sed forma
recipitur in materia secundū eius capacitate
Cū ergo in quibusdā baptizatis etiam pueris,
sit maior capacitas naturalium quā in alijs,
videtur quod quidā maiore gratiā conse-
quentur quam alijs.

PRÆTEREA. Quidā in baptismo
consequitur non solum spiritualē salutē, sed etiā
corporalē: sicut patet de Constantino, qui in
baptismo mundatus est à lepra. Non autem
omnes infirmi corporalē salutē consequuntur
in baptismo. Raptus ergo non habet aqua-
lem effectum in omnibus.

SE Dictra est, quod dicitur Eph. 4. Vna
fides unum baptisma. Vniformis autē cau-
sa est vniiformis effectus. Ergo baptismus
habet æqualem effectum in omnibus.

RESPONDEO dicendum, quod du-
plex est effectus baptismi, unus per se, & alijs
per accidentes. Per se quidē effectus baptis-
mi, est id ad quod baptismus est institutus, sc.
ad regenerandum homines in spiritualē vitā.
Et hunc effectum æqualiter facit in omnibus
qui æqualiter se habent ad baptismū. Vnde
quia omnis pueri æqualiter se habent ad ba-
ptismū (quia non in fide propria, sed in fide
ecclesiæ baptizantur) omnes æqualem effectū
percipiunt in baptismo. Adulti vero qui p
propriā fidem ad baptismū accedunt, nō aqua-
liter se habēt ad baptismū: quidam enim cū
majori, quidam cū minori deuotione ad ba-
ptismū accedunt. Ideo quidam plus, quidam
minus de gratia nouitatis accipiunt. Sicut
erit ab eodem igne accipit plus calor, qui
plus ei appropinquat, licet ignis quantum est
de se, æqualiter ad omnes suis calore fundat.

EFECTVS autem baptismi per acci-
dens est, ad quem baptismus non est ordina-
tus, sed diuina virtus hoc in baptismo mira-
culose operatur. Sicut super illud Roma. 6.
Ut ultranō seruiamus peccato, dicit glosa.
Non ergo baptismus habet æqualē effe-
tu.

raculo in effabili creatoris: ut lex peccati que
est in membris prorsus extingatur. Et tales
effectus nō æqualiter suscipiuntur ab omnibus
baptizatis, etiam si cum æquali deuotione ac-
cedant: sed dispensatur huiusmodi effectus
secundum ordinē puidetæ diuine.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mi-
nima gratia baptismalis sufficiēt est ad delē-
dū cūcta peccata. Vnde hoc nō est ppter maio-
re efficaciā baptismi, quod in quibusdam plu-
ra, in quibusdam autem pauciora peccata sol-
uit: sed propter cōdicionem subiecti, quia in
quolibet soluit quotcumq; inuenierit.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc
quod in baptizatis maior vel minor gratia
apparet, potest dupliciter cōtingere. Vnomo-
do quia unus in baptismo percipit maiore gra-
tiā quā alijs, ppter deuotionē maiore: ut dic-
tum est. Alio modo quia etiā si æqualē gratiā
percipiāt nō æqualiter ea vntur, sed unus
studiosius in ea proficit: alijs per negligētiā,
gratiæ dei deest.

ADTERTIVM dicendum, quod diuersa
capacitas naturaliū in hominibus, nō est ex
diuersitate mētis, quæ p baptismū renouatur
cū omnes homines eiusdem specie existētes, in
forma conueniant: sed est ex diuersa dispositio-
ne corporum. Secus autē est in angelis, qui dif-
ferunt specie. Et ideo angelis dantur dona gra-
tia, secundum diuersam capacitatēm natu-
ralium: non autem hominibus.

AD QUARTU dicendum qd sanitas corpo-
ralis nō est per se effectus baptismi, sed est quo-
dā miraculosum opus prouidentiæ diuine.

IN HOC octauo articulo diuus thomas ponit
quidā in bimētrē distinctionē: & deinde quatuor
cōclusiones. Distinctio est. Duplex est effectus ba-
ptismi. Alter perse: alter p accidentē. Effectus baptis-
mi pse est ille ad quē baptismus ordinatur, & isti
tuitur: vt regenerare baptizatum in vitā spiritua-
lē per gratiā. Effectus vero baptismi per accidentē,
est ille ad quē baptismus nō ordinatur: sed deus
miraculose aliquando baptizato concedit in ipso
baptismo, vt quod baptizatus nō amplius peccet,
sed maneat confirmatus in innocētia baptismali.

QVIBVS suppositus est prima propositio. Effe-
ctū baptismi de perse, æqualiter facit baptismus
in omnibus: qui æqualiter se habēt ad baptismū, in

dispositione & deuotioē.

SECUNDA propositio. Pueri omnes qui ante
vsum rationis baptizantur: æqualē effectum reci-
piunt in baptismo.

TERTIA propositio est. Adulti qui cū majori
accedūt deuotione ad baptismū, maiorem gratiā
recipiunt.

QVARTA propositio est. Effectū de per acci-
dens baptismi, non æqualiter suscipiūt, etiam illi
qui cum æquali deuotione accedunt ad baptismū
Hoc sanct. Thom.

QVAESTIONEM hāc quā hic tractat sūt.
Thom. disputant magister & Scholastici in. 4. d.

4. Et quidem de parvulis tractauimus nos superi
us in. q. 5. art. 1. Scotus tamen in. 4. d. 4. q. 7. & Ga-
briel. d. 4. q. 2. & Caietanus in. 3. p. q. 64. art. 1. Di-
cunt: quod potest vni pueri dari maior gratia in
baptismo quam alijs, quod est contra secundā con-
clusionem. S. Thom. Sed quia hoc in. q. 5. art. 1. La-
tius disputauimus, & ostendimus esse falsum, &
contra. S. Thom. vt hic expresse dicit in secunda
conclusionē, & dixit etiam in. q. 5. art. 1. Ideo super
sedēdū duxi ab hac disputatione.

DUBITATVR tamen, an adulti recipient
æqualem effectum baptismi.

PRO huius dubiū elucidatione nota, quod dupli-
ci iure potest adultus recipere gratiam, ratione s.
proprij meriti, & ratione sacramenti. Sicut cū
quis accedit ad baptismū bene dispositus, esto ex
defectu veræ aquæ, aut intentionis ministri, sine
culpa baptizati non sit sacramētum: nihilominus
baptizatus adultus recipit aliquam gratiam prop-
ter bonam suam operationem & affectionem ad
sacramētum. Ut si duo æqualiter dispositi acce-
dant ad baptismū; & unus recipiat verū baptis-
mū & alijs non, ille qui recipit verū baptis-
mū, habet gratiam propter eum, & propter suū
bonū motū: alijs vero non recipit gratiam nisi
propter suū bonū motū tantū. Vnde aliquē gradū
gratiæ habet ille qui verū sacramētū recipit, quē
non habet alijs qui vere non est baptizatus. Et do-
ctor videtur dicere, quod esto sit inæqualitas de-
uotionis in adultis accedētibus ad baptismū, am-
bo accipiūt æqualē gratiā vel effectū sacramēti
ratione sacramēti. Esi vnius maiore gratiā quam
alijs recipiat est ratione suæ deuotionis, & nō sa-
cramēti. Probatur hoc prius, quia redēptor no-
ster instituit sacramētū: nō poluit in eo aliquam
differētiā vel in æqualitatē: sed vna cātū virtutē. Se-
cundo. Nō videtur q̄ iomodo aliter baptismus cō-
ferat gratiā adultis quā parvulis. Sed parvulis oī
bus æqualiter cōfert. Ergo etiā adultis. Ideo eom
muniter dicunt theologi, qd æqualis gratia datur
adultis in baptismo ex vi baptisimi: seclusa gratia
quæ datur propter bonum motum baptizati.

EGO tñ dico, quod est de mente. S. Tho. & proba-
bilius: qd tā baptismus quā alia sacramēta maio-
re effectū cōferūt ex vi sacramēti, magis disposito-
to. Quod aut̄ h̄c sit mēs. S. Th. patet in arti. vbi
dicit.

dicit qd̄ oībus pueris datur xq̄lis effectus: qd̄ in sola fide ecclesie baptizantur: sed adulti recipiunt secundū qd̄ plus vel minus se disponūt. Ponitq; exē plū de igne: qui fortius operatus in illo qui ad illū magis accedit. Hoc etiam dicit expresse. S. Th. in fra quest. 30. art. 2. ad. 2.

SECUNDUM probatur. Gratia non agit cōtra naturā: sed potius se conformat naturā, & ita dicimus quod deus magis merenti dat maiorē gloriā licet ipse aliter posset dare si velllet. Ita etiam dicendum est de baptismō. Si cut si sol haberet producere effectū supernaturālē, eo modo produceret quo nūc producit, nēpe magis disposito passo p̄stamore effectū imprimendo. Ergo ita dicendā est de baptismō.

TERTIO cōficio sic argumentū. Si baptismus esset agēs naturale, maiorē effectū p̄duceret in subiecto magis disposito, quā mīaus disposito. Ergo verisimile est qd̄ nūc ita p̄ducit, maxime cū baptismus sit aliquo modo agēs naturale: quia agit se cūdū virtutē à christo sibi data, & nō habet aliā libertatē. Nā vt Gabriel & alij dicūt: nō est alia differētia inter baptismū & sole in productione effectus: nisi quod sol habet illam virtutem ad agendum à principio, baptismus vero ex tempore.

QUARTO. Eucharistia confert gratiam ex opere operato. Sed cum sit satisfactoriū magis satisfacit pro magis disposito. Ergo etiā in recipiente, cum sit eadem virtus ad dandum gratiā & satisfaciendum. Eadem ergo ratione baptismus cōferet maiorem gratiam magis disposito. Vnde sequitur quod semper baptismus maiorem gratiā cōfert adulto, quam parvulo: quia semper in adulto est aliqua dispositio, quā nō iuenitur in pueris. **HANC** opinionem videntur tenere Scotus, Gabriel, & Caetanus vbi supra. Dicunt enim maiorem gratiam pueris concedi, propter maiorem baptizantium deuotionem. Ergo libentius assere rent quod datur maior gratia, propter maiorem propriam deuotionem.

SED contra. Sequitur quod baptismus habet virtutem infinitam synchagoreticamente, ad hūc sum quod si homines in infinitum magis ac magis disponantur, baptismus maiorem, ac maiorem gratiam dabit. Videtur concedendum.

Articul. nonus,

Vtrum fictio impediatur effectum baptismi.

D **NON** **V** **M** Sic procedit. Videtur quod fictio nō impediatur effectū baptismi. Dicit enim Apost. Galat. 3. Quicunq; in

Christo baptizati estis. Christū induitis. Sed omnes qui baptismū Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. Ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptismi effectū. Et ita fictio nō impedit baptismi effectū.

PRAETEREA. In baptismō opera tur virtus diuina, quā potest voluntatē homini nō mutare in bonū. Sed effectus causa agētis non potest impediri, perid quod ab illa causa potest auferri. Ergo fictio nō impedit baptismi effectū.

PRAETEREA. Effectus baptismi est gratia, cui peccatum opponitur. Sed multas sunt alia peccata grauiora quam fictio, de quibus non dicitur quod effectum baptismi impediāt. Ergo nec fictio impedit effectum baptismi.

SECONTRIA EST. quod dicitur sapientiae primo Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Sed effectus baptismi est à Spiritu sancto. Ergo fictio impedit effectum baptismi.

RESPONDEO Dicendū, quod (sicue Damascenus dicit) Deus nō cogit hominē ad iustitiam. Et ideo ad hoc qd̄ aliquis iustificetur p̄ baptismū, requiritur qd̄ voluntas homini nō appetatur baptismū, & baptismi effectū. Dicitur aut̄ aliquis fictus, per hoc quod voluntas eius cōtradicit, vel baptismū, vel eius effectū. Nā secundū Augustinū quartū modis dicitur aliquis fictus. Vnūmodo ille qui nō credit: cū tamen baptismus sit fidei sacramentū. Alio modo, per hoc quod contēnit ipsū sacramentū. Tertio modo, per hoc quod aliter celebrat sacramentū, non seruā ritū ecclesie. Quartū modo, per hoc quod aliquis indeuote accedit. Unde manifestum est quod fictio impedit effectum baptismi.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd̄ baptizari in christo p̄t intelligi duplicitate. Vnūmodo i christo, i.e. christi cōformitate. Et sic quis cōcupit baptizātur in Christo, conformatio ei per fidem & charitatem, induit Christum

per gratiā. Aliomodo dicuntur aliqui baptiziari in christo, inquantum accipiunt sacramentum christi. Et sic omnes induunt Christum per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratiae.

AD SECUNDUM dicendū, qd̄ quādo deus voluntatē hominis de malo in bonū mutat, tunc homo non accedit fictus. Sed non semper hoc deus facit. Nec ad hoc sacramentū ordinatur, ut deficit fiat aliquis non fictus, sed ut nō fictus aliquis accedens, iustificetur.

AD TERTIUM dicendū, quod fictus dicitur aliquis ex eo, qd̄ demonstrat se aliquid velle quod nō vult. Quicunq; aut̄ accedit ad baptismū, ex hoc ipso ostēdit secretā fidē christi habere, & sacramentū venerari, & se ecclesiā cōformari, et velle à p̄tō recedere. Vnde cuicunq; peccato vult homo in hærere, si ad baptismū accedit, fictus accedit: quod est indeuote accedere. Sed hoc intelligendū est de peccato mortali, quod gratia contrariatur: non autem de peccato veniali. Unde fictio hic quodammodo includit omne peccatum.

T **N** **HOC** articulo nono scribit diuus Tho. quatuor modos quibus contingit aliquē esse fictū, sūptos ex diuo Augusti. Primus est, cū aliquis nō credit. i.nō habet fidē. Secundus, quando baptizandus contēnit ipsum sacramentū. Tertius, quando minister sacramenti aliter celebrat sacramentū quā habeat ritus ecclesie. Quartus modus fictiōnis est, qd̄ baptizandus indeuote accedit ad sacramentū. Notandū est tamē, quod iste quartus modus nō impedit effectū sacramenti. Si enī accedit ad sacramentū in gratia vel cū attritione p̄tō recipiet gratiā habitualē ex vi sacramenti: esto sit distractus vel indeuotus. Probatur. Sacramentū de se habet conferre aliquā gratiā, nisi recipiēt sacramentū ponat obicē. At in illo euentu ille non ponit obicē: quia est ingratia, vel habet attritionē quod sufficit ad non ponendū obicē. Ergo recipit gratiam. Secundo. Hoc ipsum concedit. S. Th. de sacramento Eucharistiae infra. q. 20. art. 8. Idem dicit hic ad. 3. Alij tres fictiōnis modi: quos ex Augustino ponit. S. Th. reducuntur ad duos. Primus est, cum quis exterius quidem baptizatur: sed interior voluntatem habet baptismō renitētem, dest habet nolitionem, qua non vult baptizari. Et hic nec recipit effectū sacramenti, nec ipsum sacramentū: ut definitum est in illo cap. Maiores extra de baptismō & eius effectū. Secundus modus

fictiōnis est, quando quis vere vult baptizari, & exterius baptizatur: sed non vult recedere à peccato mortali, putā a concubinatu, vel nullo modo dolet saltē dolore attritionis, quod requiritur ut baptis̄ habeat suum effectū. Hic talis recipit baptismū: sed non effectū baptismi.

D **UBITATVR** (vt ea quā diximus dilucidi) Dubium ora fīat, an solus ille dicatur fictus, qui aetu primum, aliter complacet in aliquo peccato: vel an etiā ille qui licet nō cōplacat in mortali, nō tñ dolet de peccatis p̄tētis. Quod est querere, an requiratur dolor de p̄tētis cōmītis ante baptismū: ad hoc ut baptismus conferat suū effectū. Et hoc videtur dubium in. S. Th. qui a videtur dicere, quod sufficit baptizādō non habere infuturū intentionē peccādi. Prius in articulo. 4. præcedētis questionis dicit, qd̄ duplicitē possunt aliqui dici p̄tētē. Qui dā dicuntur p̄tētē: quia existūt in præcedētī p̄tētō, sed nō peccant actualiter, et nec cōplacendo & tales sunt baptizandi. Alij sunt qui habēt propōsitū peccandi: & hi non sunt baptizandi. Ergo videtur sentire: quod peccatores non habentes propōsūtum peccandi possunt baptizari, etiā si dolo- rē non habeant. Secundo. Hic ad. 3. declarans doctōr sanctus quid sit fictus dicit. Ille est fictus qui vult peccato ihærere. Tertio. Infra questione. 21. articulo. 4. ad. 2. tractans de eucharistiā querit, an peccator accedens ad illā peccet: & arguit sic. Accedens ad baptismū in peccato mortali non peccat. Ergo nec accedens ad eucharistiā. Ad quod respondet negando consequentiā. Et ponit diffērentiā inter baptismū & eucharistiā: quia baptismus est institutus ad tollēdā peccata, eucharistiā autē est medicina confortatiua, quā nouū est dāda nisi liberatis à peccatis. Quartō. Idē dicit. q. 20. ar. 3. ad. 2. vbi querens an effectus eucharistiæ sit remittere peccata conficit sic argumentū. Baptismus & p̄nitentia remittunt p̄tā. Ergo etiam eucharistiā. Negat consequentiā, & dicit quod nō in cōueniēter accedit ad baptismū: qui habet conscientiā peccati mortalis. Quinto. Idē dicit in. 4. d. 9. q. 3. ar. 1. ad. 2. Sexto. Idē dicit super illud primē ad corinthios. ii. Probet autē se ipsum hō Septimo. In secundū quartē. q. 2. ar. 1. ad. 3. dicit S. Th. quod quādā sūt sacramenta ordinata in re mediū peccati: & talia sūt peccatoribus exhibēda, ut baptismus & p̄nitentia. Ergo non requiriatur dolor de peccatis in baptismō. Ex his omnibus videtur, quod secundū doctōrē sanctū, accedēt ad baptismū sine dolore peccatorū, dūmodo non complacet, nec habeat in futurū p̄positū peccandi: recipiet gratiā & remissiōne peccatorū. **OPOSI** **TVM** tamē videtur dicere idem. S. Th. questione. 9. præcedēti. ar. 6. vbi querens an p̄tētē accedentes ad baptismū teneāt p̄tā confiteri: respondet quod requiritur confessio interior. i. quod doleant homines de peccatis. **SECUNDUM**. In eadē questione ar. 8. ad. 4. dicit quod sacramentū baptismi nō est conferendū ei, qui

qui non vult à peccatis recedere.

TER TIO. Inferius. quæst. 7. art. 2. Ad primum quæritan peccatum possit remitti sine poenitentia, & dicit quod pueris potest remitti non autem adultis, erā per baptismū.

Q. VARTO. Idem dicit in. 4. d. 6. quæst. 1. art. 2. quæst. 3. Ex quibus omnibus videtur dubium in sanct. Thom. an requiratur dolor de peccatis.

ET quidem cōmuni doctorum opinio in. 4. d. 4. tenet quod requiritur dolor de peccatis: ut baptis mus conferat gratiam & remittat peccata. Hoc tenet Durādus ibidem quæstione. 2 ad. 3. Idē Paludanus. quæst. 5. Idem Scotus. quæst. 5. Idē Gabr el. quæst. 2. Notat etiam Gabriel contradictionē in Scoto: quia in quæst. 5. Citata dicit quod ad baptis mū requiritur dolor de peccatis: & in. d. 14. Dic it, quod ad poenitentiam non requiritur dolor. Ego tamen dico quod talis contradic̄tio non est in Scoto: nec ipse vñquam dixit quod ad poenitētiā nō requiritur dolor de peccatis: sed dicit quod ad sacramentum poenitentiae non requiritur dolor, cui debeatur remissio, sed sufficit parvus dolor. i. attritio. Et eodem modo loquitur de sacra mento baptismi. Hoc est etiam sententia Augustini in libro de medicina poenitentiae cap. 2. Et habetur de cōfessione. d. 4. cap. Omnis qui. Omnis (inquit) qui iam peruenit ad vñsum rationis: nō poterit peruenire ad nouam vitam, acceditis ad baptis mū: nisi eum poeniteat virtus præterita, hoc est nō si doleat de peccatis. Hac credo veriore opinionē.

PRIMA igitur propositio sit. Nullus adultus ac cedens ad baptismū sine dolore peccatorum, ad manus sine dolore attritionis: recipit effectum baptismi.

EST tamen unus dominus Caietanus in. 3. p. q. 86. art. 2. Dicens, quod non requiritur aliquis dolor: sed sufficit propositum recipiendi baptismū. Probat authoritate Ambrosij de cōfessione. d. 4. cap. Sine poenitentia sunt dona dei. Gratia dei (inquit Ambrosius) nō requirit gemitum in baptismo: sed omnia gratis condonat.

SECVNDO. Baptismus est institutus in remis sionem peccatorum. Ergo sufficiens est solus ad remittendia peccata, & per consequens non requiritur poenitentia ad baptismū.

AD quætionem hanc dico, utrunque opinionem probabilem esse. Et pro opinione Caietani (nempe quod ad baptismū non requiratur dolor de peccatis) facit authoritas Ambrosij iam citata.

SECVNDO. Pro hac opinione facit etiā quod dicit Scotus in. 4. d. 14. quæst. 4. quod deus ex sua misericordia instituit duo remedia pro peccatis.

Alterum per actum interierem: alterum per baptis mū exteriorem. Si enim ad baptismū requiri tur poenitentia: baptismus non videtur remedium sufficiens. Et Christus non solum non dedisset re medium nouum: sed abstulisset quod ante erat. s. poenitentia interiorē, quæ āte baptismū sufficiebat.

TER TIO. Martyrium non indiget dolore pecca-

torū vt remittat peccata: quod asserit sanct. Tho mā in ea quæst. 28. art. 1. ad. 2. Ergo nec baptismus.

Q. VARTO. Ideo uos asserimus illum qui patitur mortem pro Christo, peruenire ad regnum cælorū: quia legimus, Qui me confessus fuerit corā hominibus confitebor & ego eū corā patre meo. Matth. 10. Sed ita legimus de baptismino, qui credi derit & baptizatus fuerit salvus erit Ergo sicut ad martyriū nō requiritur dolor, ita nec ad baptismū.

Q. VINTO. Hieronymus dicit, quod poenitentia est secunda tabula post naufragium. At si ante baptismū requiritur dolor, iam non est secunda tabula sed prima. Ergo ante baptismū non requiritur dolor, de peccatis.

PRO. Opposita autem opinione (nempe quod re

quiratur dolor) sunt hæc argumenta.

Prius est illud dictum Augusti. iam citatum: nullus potest in

choare nouam vitam, nisi eum præterita vita pœ

niteat. Ergo requiritur dolor ante baptismū.

AD HOC respondet Caietanus, quod eo ipso quod baptizatur poenitet: & baptizari voluntarie est poenitere. Sed hæc glosa non potest conuenire illi testimonio: quia tūc vellit dicere Augustinus nemo per baptismū potest nouam vitam in cho are nisi poeniteat præterita. i. baptizetur. Et hoc modo glosat Caietanus sanctum Thomā, ubi cū que dicit quod ad baptismū requiritur dolor de peccatis.

SECVNDO. Probatur. Stādo in iure naturali, poenitentia est remedium peccatorum. Sed baptis mus non tollit legem naturalem. Ergo si ante euangeliū requirebatur poenitentia de lege natu rali ad remissionem peccatorum, requiretur etiā nunc in euangelio.

TER TIO. Superius diximus contra Caietanū quæst. 9. art. 7. quod adultus habens se mere negatiue non baptizatur, & ratio erat quia quando nō vult virtualiter nult. Ergo ita qui semel cōplacuit in aliquo peccato: semper virtualiter complacet, nisi actualiter displiceat. Ergo non recipit gratia sine dolore.

Q. VARTO. Hoc videtur intelligisse diuus Petrus: quando actuū. 2. dixit ad iudeos. Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Ergo requiritur poenitentia interior ad baptismū.

Q. VINTO. Hoc etiam significatur, per illud quod dicitur baptizando renuncias satanæ & sp̄is eius: & respōdet adultus baptizādus. Renūcio. SEX TIO. Non stat, quod quis velit baptizari, & non complaceat aut doleat de peccatis præteritis. Ergo debet dolere: quia si complacat, non ob tinebit effectum sacramenti.

SEPTIMO. Pro hoc est concilium tridentinum sub Paulo. 3. sessione. 6. cap. 6. vbi sic dicitur. Impius mouetur in sua iustificatione ad versus peccati, per odium aliquod & detestationem, hoc est peream poenitentiam quam ante baptismū agi oportet. Hæc cōcilium. Ergo requiritur dolor de peccatis ante baptismū: vt baptismus habeat suum

suum effectum.

DICO secundo, quod licet opinio Caietani sit p babilis: probabilius & securius est, quod requiratur dolor ante baptismū. Et hanc credo esse mē tem. S. Th. Est etiam opinio hæc cōformior scri ptura: sicut cit. i. actuum. 2. Quādo vero. S. Th. videatur in aliquibus locis dicere, quod ad baptis mū non requiritur dolor: intelligit solum quod non requiritur contritio, sed quod sufficit attritio hoc est quod velit mutare vitam peccati, esto sc̄ret dolorem illum per se non esse sufficientem ad reponendum illum in gratia. Nō tamē cum ta li scientia posset quis accedere ad eucharistiam.

AD illud Ambrosij, siue poenitentia sunt dona dei

idest sine fletu, & planū: dico quod intelligit de

poenitentia exteriori non autem de interiori.

Et hoc est quod. S. Th. dicebat. q. 9. art. 6. quod requiri

ritur confessio interior. Vel dic, quod si Ambro

sius fuit alter in opinionis non tenet illū: quia

Augustinus &. S. Th. tenet oppositum & est con

formius scripturæ.

AD Hieronymum, dico quod loquitur de poenitentia sacramentali, quod illa est secunda tabula post naufragium, & nō loquitur de poenitentia virtute.

AD illud de martyrio, concessio antecedēte nego consequientiam: quia baptismus est sacramentū, & martyriū non. Nec baptismus habet tantā vir tutē sicut martyriū: quia non moritur realiter baptizatus pro Christo, sicut in martyrio. Ergo iustū est quod morienti pro Christo actualiter, detur a liquido amplius: quam illi qui solum moritur secū dum similitudinem, qualiter moriuntur baptiza ti: vt Paulus ait ad Romanos. 6.

DUBITATVR an requiratur contritio suf ficiens per se ad delendum peccata ipsa mortalia commissa ante baptismū, vel ansufficiat quicunque dolor cum ipsobaptismo.

AD HOC respondet Scotus in. 4. d. 4. q. 5. & id. 14. q. 4. quod sufficit quicunque dolor cum baptis mo ad recipiendum effectum baptismi. s. gratia & remissionem peccatorum. Ratio eius est: quia non requiritur dolor, nisi ad hoc quod baptizatus non sit virtualiter complacens, videlicet ad tollendum obicem. Hoc est cōmuni opinio theologorum. Hoc tenet Durandus in. 4. d. 4. q. 2. Idē Paludanus. d. 4. q. 5. Veruntamen Gabriel in. 4. d.

4. q. 2. tenet quod requiritur vera contritio: quia alias esset fictus. Ego autem huic quæstioni aliquibus propositionibus respondeo.

PRIMA propositio est. Accedens bona fide cum attritione ad baptismū (nempe quia putat dolosus: se sufficiens ad hoc quod sit contritus) consequi tur effectum baptismi. s. gratiam. Ille vero dici tur accedere bona fide: qui sine cōscientia peccati mortalitatem accedit. Probatur. Accedere isto modo ad poenitentiam sufficit. Ergo est sufficiens ad baptis mū.

SECVNDO propositio. Probabile est, quod esto bap

tizādus sciat dolore illū non esse contritionē, con

sequatur effectū sacramenti. Et hoc dicit Scotus: Durandus & Paludanus vt cit. ui. Probatur etiā. Quia baptismus est in remissionem peccatorum institutus: quod non esset siante cum requireretur contritio, per quam peccata remitterentur.

TERTIA propositio. Multū probabile est, quod dolor ille, qui requiritur & sufficit ad poenitentiam, requiri rit & sufficit ad baptismū. Probatur. Dolere de peccatis est de iure naturali, quod ius est obligat ante baptismū sicut postea. Ergo ante baptismū requiritur ille dolor qui ante poenitentiam. Secundo. Quia alias magis grauaret deus baptizatos, quā nō baptizatos: si ad poenitentiam post baptismū requiratur contritio, & non ad baptismū.

NOTA etiā prototius huius materiæ resolutione, quod duplex est fictus: vt in principio huius disputationis dicebamus. Quidā est fictus, fictio ne opposita sacramento: & talis nec recipit sacramē tu nec recipit sacramentum: sicut ille qui exterius ostendit se velle baptizari, interius autē renititur. Alter si & tū est, fictione opposita effectui sacramenti & non sacramento, vt si quis vere baptizari vult, sed habet propositum peccandi, aut complacet actualiter in peccato. Et talis secundum omnes non recipit effectum sacramenti. Tertio modo (secun dum communior) fictus dicitur ille: qui peccauit mortaliter, & non doluit, nec dolet de peccatis, esto volēs baptizari, baptizetur, non recipit effectum sacramenti: quia etiam est fictus fictione opposita effectui sacramenti. Hoc est contra Caiem.

Q. VARTA propositio est. Quocunque modo quis accedat fictus ad sacramentum: non recipit effectum sacramenti, siue sit fictus fictione oppo sita sacramento, siue effectui sacramenti. Secus est (vt dicit Augustinus) si solum est fictus fictione opposita deuotioni: quia si indeuotus accedit. Hic talis bene recipit effectum sacramenti: vt superius probauī.

Articul. decimus

Vtrum fictione recedente baptis mus suum effectum consequatur.

D DECIMVM sic procedit. Videtur quod fictione recedente baptismus suum effectum non consequatur. Opus enim mortuum, quod est sine charitate, non potest unquam vivificari. Sed ille qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentū

M mentū

mentū sine charitate. Ergo nunquam potest viuiscari hoc modo, ut gratiam conferat PRÆTEREA. Fictio videtur esse fortior quam baptismus, cum impedit eum effectum. Sed fortius non tollitur à debiliōri. Ergo peccatum fictionis nō potest tolli per baptismū fictione impeditum. Et sic baptismus non consequetur suum effectum: qui est remissio omnium peccatorum.

PRÆTEREA. Contingit quod aliquis fīcte accedat ad baptismū: et post baptismū multa peccata cōmittat. Quæ tamen per baptismū non tolluntur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. Ergo talis baptismus nunquam consequetur effectū, qui est remissio omnium peccatorum.

SED CONTRA. A est, quod Augustinus dicit in libro de baptismō. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit: quæ corde in malitia vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolutionem non sinebat fieri.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut supra dictum est) baptismus est quadam spīritualis regeneratio. Cum autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectū formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto formæ generatæ perficit suum effectum: sicut simul cum corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit moueri deorsum. Et similiiter quando quis baptizatur, accipit characterem quasi formam, et consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoq; per fictiōnem: unde oportet qd remota ea per pénitentiā, baptismus statim consequatur suū effectū.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacramentum baptismi, est opus dei et nō omninis. Et ideo non est mortuum infictio, qui sine charitate baptizatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod fictio non remouetur per baptismum: sed per pénitentiam subsequentem: qua remota bap-

tismus auferit culpam et reatum omnium peccatorum precedentium baptismum, et etiam simul existentium cum baptismō. Vnde Augustinus dicit in libro de baptismō. Soluitur hesternus dies, et quicquid superest soluitur, et ipsa hora momentumque ante baptismum, et in baptismō. Deinceps autem continuore usus incipit. Et sic ad baptismi effectum consequendum concurret baptismus et pénitentia, sed baptismus sicut causa per se agens pénitentia sicut causa per accidentem, id remouens prohibens.

AD TERTIUM dicendum, quod effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed presentia vel præterita. Et ideo recente fictione, peccata sequentia remittuntur quidem, sed per pénitentiam, non per baptismum. Vnde non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata præcedentia baptismum.

IN HOC decimo articulo, respōdet diuus thomas vñica cōclusione affirmativa. Baptisma confert suū effectū recedente fictione: id est, baptismus dat illā gratiā recedente fictione, quā dedit tunc quando fuit applicatus si nō esset fictio id peccatum mortale, eo modo quo in præcedenti articulo dictum fuit.

Probatur hæc cōclusio testimonio divi Augustini in argumēto in contra: quod refertur de cōsecratiōne. d. 4. cap. Tunc valere. Secundo probat eā de cōclusionē in corpore articuli, quia quando ab aliquo agente imprimitur forma, quā ex natura rei sequitur aliquis effectus, si contingat quod ille effetus aliquando impediatur, recedente impedimento statim sequitur ille effetus ut signa, cui impressa est grauitas ab gente, quam sequitur descēsus deorsū ex natura rei, impediatur nō descendet. Sed remoto impedimento continuo desendet, quia manebat grauitas quā sequitur motus deorsum. At baptismus imprimit characterem quasi formā quā sequitur gratia ex lege dei, nisi impeditur perfectionē. Ergo recedente fictione consequitur gratia.

HÆC conclusio est omnij scholasticorū cū magistro in. 4. d. 4. Et est determinata de consecratiōne. d. 4. cap. tunc valere. Et quanvis glosa ibidē dicat, illud est ratione contritionis, & nō baptisimi. nō dicit verum: quia textus, & Augustinus in libro de baptismō (a quo textus ille de sūptus est) loquuntur de baptismō & non de contritione, aut pénitentiā.

Dubium
primum.

DUBITATVR an post baptismū, ut recedat fictio & sequatur effectus baptismi, sufficiat attritio, vel an requiratur contrito. Videtur quod sufficiat attritio. Quia per attritionē tollitur fictio, quod sufficit secundum omnes ad hoc quod baptismus consequatur suum effectum. Ergo sufficit attritio.

SECVNDΟ. Baptismus concurrit tunc cum attritione, sicut si esset præsens illa attritio quando baptismus administrabatur. Sed illa attritio quā do baptismus administrabatur sufficiebat, ut baptismus suū consequeretur effectū. Ergo etiā nunc. DE hoc sunt variæ opiniones. Et prius Scotus in 4. d. 4. q. 5. ponit tres opiniones. Prima est, quod requiritur contrito ad hoc quod post baptismū, baptismus suū consequatur effectū. Probat hi: quia ibi est fictio & peccatum aliquod cōmissū post baptismū, in quod non potest attritio nec baptismus. Ergo requiritur contritio.

SECVNDVS modus est, quod requiritur cōtritio de fictione & de peccatis mortalibus cōmissis post baptismū: & de cōmissis ante baptismū sufficit attritio. Et arguit Scotus cōtra hūc modū. Vnū pēculū mortale nō potest remitti sine alio. Ergo oīa remittuntur simul per baptismū, aut per cōtritio- nē. Cōcedit antecedēs, quod vnū nō remittitur sine alio, & quod oīa simul remittuntur: sed præcedētia baptismū, remittuntur per baptismū, & sequen- tia remittuntur per contritionem.

TER TIVS modus est, quod sufficit attritio ad hoc quod baptismus suū effectū cōferat: esto sint pēculā cōmissa post baptismū cū illa fictiōe. Et ad argumētū de illis pēculis cōmissis post baptismū (deficiōe s. & si qd est aliud) quia baptismus nō potest tollere, quia non tollit nisi ante baptismū cōmissa: dicūt hi qui tenent hūc modū. Quod baptismus de per se solū habet remittere pēculā ante baptismū cōmissa: sed de per accidentē etiā remittit pēculā sequentia baptismū vel cōcomitātā, quia nō possunt remitti aliqua peccata, quin remittatur oīa. Et ita de per se quidē cū attritionē tollit præterita pecca- ta: & ex consequēti tollit sequentia baptismū. Vnde dicunt hi, quod si ille qui fīcte accedit ad baptismū, cōmittat homicidiū post baptismū: ad ve- niētē attritionē etiā illud homicidiū remittetur per baptismū. Et hūc tertīū modū eligit Scotus.

PALVANVS in. 4. d. 4. q. 5. ponit quinq; propositores. Prima est. Dubium est an requiratur contritio, vel an sufficiat attritio. Secunda propo- sitio est. Non potest dici, quod aliqua peccata tol- lantur per contritionē: & alia per baptismū. Quæ videtur esse contra. S. Thom. hic ad. 2. Probat Pa- ludanus. Quia vnum peccatum non potest tolli si ne alio. Ergo si contritio remittit peccatum cōmis- sum post baptismū, etiā remittit cōmissum ante baptismū. Tertia propo- sitio. Oportet quod vel omnia peccata tollantur per contritionē, vel omnia per baptismū. Quarta propo- sitio est. Potest dici, quod requiritur contritio de omnibus illis peccatis, co-

missis ante & post baptismū: & quod illa contri- tio remittit omnia. Quinta propo- sitio est. Potest dici probabiliter quod omnia tolluntur per baptis- mū: & quod sufficit attritio, quia ille talis non est fictus & baptismus illi conferret gratiā si tunc es- set. Ergo etiā nunc, postquā nunc valet.

SED contra quartā & quintā ppositiones arguo- hoc modo. Sequitur, quod melioris cōditionis es- set, ille qui fuit fictus in baptismō, quā qui nō fuit fictus: quia vere accedit ad baptismū (i. nō fictus) nihil prodest baptismus ad pēculā futura, accedit ad ficte tollit pēculā futura. Ergo fictus est melio- ris conditionis.

IDEO ad hanc quæstionem respondeo aliquibus propositionibus, cum Augustino in illo cap. Tūc valere: & cum S. Tho. hic ad. 2. & 3.

PRIMA ppositione est. Fictio & alia peccata post baptismū cōmissa non possunt tolli per baptismū. Probatur quia melioris cōditionis es- set, qui fictus ad baptismū accedit, quā qui vere: quia accedit ad baptismū, manet tempore baptismus in remissionē futurorum peccatorū, nō autem vere ac- cidenti. Ergo non est probabile quod dicit Palu- danus in. 4. & 5. propositionibus.

SECVNDΟ ponamus qd aliquis qui fictus ac- cessit ad baptismū per totam vitā in fictione per- seueret: & in fine vitæ convertatur. Sequeretur qd oīa peccata illius per baptismū remitteretur: qd est mirabile, & non fieret si bene & non fīcte acce- deret ad baptismū.

TER TIO. Si nulla essent peccata baptismū præcedentia, non remitterentur illi sequentia per ba- ptismū. Ergo nec quando suat præcedentia. Ut si quis accessit ad baptismū cum sola fictione, ita quod quando baptizabatur, primo habuit propo- tū peccandi in futurā, & peccatum originale fue- rat ante remissū per conuersiōne ad deū: tunc nō remittuntur peccata futura per baptismū. Ergo nec quando peccavit ante baptismū. Antecedens probatur. Quia ipsi dicunt quod baptismus nō po- test tollere de per se peccata sequentia, sed de per accidentē: quia s. tollit præcedentia & quia vnum non potest tolli sine alio, tollit sequentia.

QVARTO. Siquis cōfiteatur pēculā sequentia ba- ptismū, (vt tenetur): est illi iniungendū poenitētia: qd non esset si per baptismū tollerentur, quia baptis- mus remittit peccata quo ad culpā & poenam. Vnde sequitur quod si quis fīcte baptizatus est: nō sufficit sola attritio: quia non sufficit sola attri- tio ad delendū peccata sequentia, & baptismus nō potest remittere. Ergo requiritur de illis contritio. SECVNDA propo- sitio. Non possunt per solam contritionem remitti peccata præcedentia, & se- quentia baptismū, & quod baptismus valeat, id est, sola contritio non est causa remissionis peccato- rū, in illo qui fīcte baptizatus est. Probatur. Quia baptismus nihil valeret si totū facit contritio: quod est contra Augustinum & omnes cōmuniter.

SECVNDO. Quia tunc peccata baptismū præ-

M ii ceden

cedentia remitterentur quo ad poenam, per poenitentiam, quod nullus unquam dixit, nec probari potest. Sequella probatur. Quia omnes dicunt, quod peccata praecedentia baptismi remittuntur etiam quo ad reatum poenam. Et ideo illa remittuntur per poenitentiam. Ergo poenitentia remittit illa, etiam quo ad poenam. Ergo intentum.

TER TIO. Si Paganus facte baptizatus, tandem conuersus confiteretur, non esset illi iniungenda poenitentia pro peccatis ante baptismum commissis: quia illa peccata remittuntur etiam quo ad poenam. Et non per poenitentiam: quia non potest illud facere. Ergo per baptismum.

TER TIA propositio. Probabile est, quod ad remissionem peccatorum illius qui facte accedit ad sacramentum baptismi, sufficiat habere contritionem de sequentibus & attritione de praecedentibus baptismi: ita quod consilio deleat sequentia, & baptismus praecedentia. Hec conclusio est et Dura d. in. 4. d. 4. q. 4. qd. s. ille est. Etus sit partialis. Et satis est, quod oia postea simul remittatur: siue per contritionem siue per baptismum, siue per utrumque partialiter. Probatur. Baptismus iam habet suum effectum. Et sequentia tollitur per contritionem. Ergo conclusio vera. Secundo probatur. Ego possum habere attritionem de aliquo postea remissione per confessionem: & contritionem de aliis non modo confessis. Ergo possum habere attritionem de peccatis commissis ante baptismum, & contritionem de commissis post baptismum.

ARGVIT tamen contra hoc Paludanus. Imposibile est habere contritionem de uno peccato & attritionem de alio. Ergo non possunt remitti peccata baptismi praecedentia per attritionem, & leque tia per contritionem. Antecedens probatur. Quia hoc est impossibile in quocunque alio peccatore baptizato non facte. Ergo etiam est impossibile infra baptismum Antecedens pater. Quia si habes contritionem de uno, Ergo illud remittitur. Ergo etiam alias quia non potest unum remitti sine alio, & sic non est attritio. Ergo impossibile est habere attritionem de uno, & contritionem de alio. Ut si habeat decem peccata, quādō facte baptizatur. Et post baptismum committit alia decem. Non est possibile quod remittantur illa decē ante baptismum commissa, per baptismum: & alia decem per contritionem.

AD HOC argumentum nego secundum antecedens: quia non est similis ratio. Nam baptizatus non facte, non potest habere contritionem de uno & attritionem de alio: quia non potest in illo remitti peccatum per attritionem. Sed in illo qui facte accessit, bene potest remitti per solam attritionem cum sacramento, quod tunc valere incipit. Et haec est opinio thomistarum, nepe, quod peccata baptismi sequentia remittuntur per contritionem: & praecedentia per baptismum.

QVARTA propositio. Securius & probabilis est, quod qui facte accessit ad baptismum, habeat contritionem de omnibus tā praecedentibus quā sequentibus. Probatur. In his quae sunt de necessitate sa-

luti, securius est eligendū. Et licet tertia conclusio praeceps sit probabilis, habet doctores incontraui. Ideo securior est quarta. Secundo. Quia fundamentū Augustini ad dicendum, quod remota fictione habet baptismus totū suum effectum. s. dimittendi peccata quo ad culpā & poenā est: quia ille efficitus non potest aliter haberi. Sed hoc non est de fide, sed dubium: quia forte habetur per contritionem primā.

SED contra. Alia sacramenta non habent hoc. s.

quod recedente fictione consequantur suum esse effectum. Ergo nec baptismus.

AD HOC dico primo, quod causa quare Augustinus hoc privilegium tribuit baptismū est, quia existimauit peccatum originale, non nisi per baptismū remitti posse. Et arguit sic. Accedet ī ad baptismū cū mortali non dimittitur originale. At originale non potest nisi per baptismū tolli: & baptismus non potest iterari. Cōsequens ergo est, quod recedente fictione baptismus suum cōsequatur effectum. Ad argumentum autem informa respondet. S. Th. hic in articulo. & in 4. d. 4. q. 3. ar. 2. q. 3. quod causa quare baptismus hoc habet & non eucharistia, est, quia baptismus impunit characterem ut formam, & non eucharistia. Nec eucharistia relinquit aliquid cuius virtute postea agat: baptismus autem relinquit characterem quā sequitur gratia: ideo recedente fictione habet suum effectum.

SED contra (dicit Scotus). Sequeretur quod ordo & confirmatio quae imprimunt characterem, consequerentur suum effectum recedente fictione.

AD HOC Maior. 4. d. 4. q. 2. concedit totū. Sed Scotas non vult cōcedere. Et dicit quod non ideo baptismus recedente fictione consequitur suum effectum, quia imprimunt characterem: sed quia eius effectus (s. remittere peccata quo ad culpā & poenā) non potest aliter haberi. At confirmation & ordo non sunt instituta ad remittendā postea. sed ad dandā gratiam, quae potest aliter haberi. s. per alia sacramenta. Alia vero sacramenta sunt reiterabilia, ideo non indigent hoc privilegio. Ut utrumque est probabile SECUNDO. Dico quod est valde probabile, omnia sacramenta non iterabilia (ut dicit Maior) recedente fictione suum effectum consequi. Saltem confirmation habet confirmare, & robore hominem ad defendendā fidem.

DUBITATVR secundo, an peccatum veniale ponat fictione baptismū: ita quod eius esse Dubium secundum etiam impedit.

AD HOC dicit Paludanus in. 4. d. 4. q. 5. quod de aliis sacramentis non est dubium quin eorum effectus impediatur per peccatum veniale: sed de baptismō dubitat. At. S. Th. in articulo praeceps ad. 2. dicit quod peccatum veniale non impedit esse effectum sacramenti. Idem dicit in. 4. d. 16. q. 4. art. 1. q. 3. ad 1. & infra. q. 29. articulo. 8. Idem dicit Scotus. d. 4. q. 7. Idem Gabriel. d. 4. q. 2. Et probatur. Quia alias sequeretur, quod ratione peccati venialis quis damnaretur in perpetuum. Sicut si quis baptizaretur peccado venialiter & ita decedat: quia tali nunquam data fuit gratia.

SECUND

SECUNDO. S. Thom. infra. q. 28. articulo. 4. tecum quod unum peccatum veniale remittitur sine alio. Sed hoc non est possibile, nisi per infusionem gratiae. Ergo datar gratia cum peccato veniali per baptismum.

TER TIO. Non plus impedit peccatum veniale, quam reatus peccati venialis. Sed reatus seu macula peccati venialis, non impedit quin detur gratia per sacramentum. Ergo nec ipsum peccatum veniale. Antecedens probatur: si quis peccauit venialiter & postea manente macula illius peccati veniat ad sacramentum.

DUBITATVR an eū recipitur baptismus, ita quod ipsa receptio est p̄stum veniale, in fundatur gratia. Videlicet quod non: quia in adulto regitur dispositio, quae non stat cū tali p̄sto veniali. AD HOC dico, quod illi datur gratia: quia baptismus ex opere operato non ponēt obice habet cōfere gratia. Et talis non ponit obice. Scđo. Quia gratia quae est in homine, non perditur per adueniens p̄stum veniale. Ergo peccatum veniale auctiūle non impedit infusionem gratiae: quae sit per sacramentum ex vi sacramenti. Et ad argumentum, quod in adultis requiritur dispositio, verū est: sed sufficit dispositio, quod vellit recipere sacramentum, cum dolore praecedentium mortaliū peccatorū,

DPRIMVM sic proceditur. Videlicet quod circuncisio nō fuerit preparatoria & figurativa baptismi. Omnis enim figura habet aliquam similitudinem cū suo figurato. Sed circuncisio nullā habet similitudinem cū baptismō. Ergo videtur quod non fuerit preparatoria, & figurativa baptismi.

PRÆTEREA. Apostolus dicit prima Corinth. 10. de antiquis patribus loquens, quod ônes in nube & in mari baptizatis sunt. Non autem dicit quod in circuncisione baptizari sint. Ergo protectione columnæ nubis, & transitus maris rubri, magis fuerūt preparatoria ad baptismū & figurativa ipsius, quā circuncisio.

PRÆTEREA. Supra dictū est, quod baptismus Iohannis fuit preparatorius ad baptismum Christi. Si ergo etiam circuncisio fuit preparatoria & figurativa baptismi Christi, videtur quod baptismus Iohannis fuerit superfluus, quod est inconveniens. Non ergo circuncisio fuit preparatoria et figurativa baptismi.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Colos. 2. circuncisio est in circuncisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis: sed circuncisio Iesu Christi, consepulture in baptismō.

R ESPONDEO dicendum, quod baptismus dicitur sacramentum fidei: inquantū s. in baptismō fit quadam fiduciprofessio, & per baptismum aggregatur homo congregatiōne fiduum. Eadem autem est fides nostra & antiquorum patrum: secundum illud Apostoli 2. Corinth. 4. Habentes cūdē spiritum fidei, credimus. Circuncisio autem erat quadam protestatio fidei, unde dicitur Rom. 4. quod Abraham accepit circuncisio tanquam signaculum fidei, unde & per circuncisio antiqui aggregatebant collegio fidelium. Unde manifestū est, quod circuncisio fuit preparatoria ad baptismū, & prefigurativa ipsius secundū quod antiquis patribus oīa in figurā futuri cōmplebant (ut dicitur 1. Cor. 10.) sicut & fides cōruperat de futuro.

CIRCA primū quaruntur quatuor.

PRIMO. Vtrum circuncisio fuerit preparatoria & figurativa baptismi.

SECUNDO. De institutione ipsius.

TER TIO. De ritu.

QUARTO. De effectu ipsius.

Articul. Primus,

Vtrum circuncisio fuerit preparatoria & figurativa baptismi.

M iij AD

AD PRIMVM ergo dicendum, quod circu-
sio habebat similitudinem baptismi: quatenus
ad spissam effectum baptismi. Nam sicut per circu-
cisionem auferebatur quedam carnalis pellicula:
ita per baptismum homo expoliatur a carnali
conuersatione.

AD SECUNDVM dicendum, quod pte-
natio columnae nubis, et transitus maris rubri,
fuerunt quidem figuræ nostræ baptismi: quo renas-
cimur ex aqua significata per mare rubrum, et
spissam significato per columnam nubis. Notamen
per haec fiebat aliqua professio fidei, sicut per cir-
cunctionem. Et ideo predicta duo erant tantum si-
gurae, et non sacramenta. Circuncisio autem erat et
sacramentum preparatorium ad baptismum: mi-
nus tamen expressæ figurans baptismum quam
tum ad exteriora, quam predicta. Et ideo
Apostolus potius facit mentionem de predictis,
quam de circunctione.

AD TERTIVM dicendum, quod baptis-
mus Iohannis fuit preparatorium ad baptismum
Christi, quantum ad exercitium actus. Sed cir-
cuncisio quantum ad professionem fidei: quare
quiritur in baptismi, sicut dictum est.

IN Hoc primo articulo docttor sanctus ponit
hanc conclusionem affirmatiuam. Circuncisio fu-
it figura, et preparatoria ad baptismum. Probat pri-
us testimonio divi Pauli ad Col. 2. Circuncisi estis
circunctione non manu facta in expoliatione cor-
poris carnis; sed circuncisio Iesu Christi, cosepul-
tum ei in baptismo. Vnde bene sequitur. Paulus vo-
cat circunctionem baptismum, et circuncisos bap-
tizatos. Ergo non ob aliud nisi quia circuncisio fuit fi-
gura, et preparatoria baptismi. Secundo probat præ-
dicta conclusionem in articulo ad hunc modum. Eadem
est fides nostra, et antiquorum patrum. At circuncisio
erat quedam ptestatio fidei, et per circunctionem cir-
cuncisi aggregabatur coetui fidelium: quæ duo (scilicet
dei protestatio & collegio fidelium annumeratio)
fuerunt nunc per baptismum. Ergo circuncisio erat figu-
ra ad baptismum preparatoria. Maior probatur. 2.
ad Corin. 4. Habentes eundem spissam fidei credimus
Minor probatur ad Rom. 4. Abraham accepit
circunctionem signaculum fidei. Hac S. Thom.
TRACTatur materia ista a magistro in. 4.d. i.
a cap. 5. vsq. in finem illius distinctionis. Et paucis li-
bat tam multa quæ in hac materia fusius tractâda sunt.
SECVNDO. Circuncisio prius data fuit Abra-
ham Genes. 17. & ibi incepit.

TER TIO. Dico quod causa circunctionis vlti-

mata fuit voluntas dei. Tamē quæ ea quæ a deo sunt
ordinata sunt, assignantur aliquæ causæ circunci-
sionis a doctoribus & sanctis, quarum una fuit re-
medium contra peccatum originale: ut commu-
niter dicunt theologi.

SED contra. Ante circunctionem erat remedium
contra originale, et facilius quam circuncisio. Er-
go illa non fuit causa.

AD HOC nego consequiam. Sed solum pro-
bat argumentum, quod illa non fuit sola causa cir-
cunctionis: et ideo scriptura huius cause non in-
minet, quanvis doctores illam ponant.

SECVNDA causa magis literalis fuit distincio
populi ab infidelibus. Hac etiam ratio est, quare cir-
cuncisio non fuit data nisi tempore Abrahæ: quia tunc
pauci erant idolatræ ex hebreis ante Abrahæ, incipi-
ebant tamen Hebrei errare & incidere in idolatria.
Vnde ita diffinit Damascenus circuncisionem. Cir-
cuncisio est signaculum quo signabatur populus
Israel ab alijs distinctus.

TER TIA causa est. Quia ante Abrahæ erat fi-
des clara & nota apud omnes communiter: maxime
Iudeos. Tempore tamen Abrahæ iam cooperat obte-
nebescere: ideo opus erat signo exteriori, in quo
homines conuenirent, quale est circuncisio.

QVARTA causa est. Quia oportebat, ut prius
fieret unus populus antequam daretur lex: quia de
us illis & non omnibus volebat dare.

DUBIUM inter sacramenta veteris legis, vel potius
inter sacramenta legis naturæ. **DUBIUM PRIMUM.**

AD HOC dicit. S. Tho. in. 4.d. i. q. 2. ar. 1. quæst.
2. ad. i. in secunda parte distinctionis quod pertinebat
ad utramque. Ad legem naturæ, quatenus illo tempore fuit
data: et ad legem veterem quatenus ad illam dispone-
bat: quia dispositiones pertinent ad illa ad quædam
ponuntur. Et ideo quia circuncisio erat dispositio ad
legem scriptam, potius dicitur ad eam pertinere,
& sacramentum eius esse.

DUBIUM SECUNDUM. **D**ubigantur ad circunctionem, sicut nunc
omnes obligantur ad baptismum.

AD HOC dicunt oes quod non. Et probatur. Quia
exodi. 12. dicitur iudeis. Si quis voluerit transire in
vestram coloniam, circuncidetur prius. Non ergo tenebā-
tur ad circunctionem, nisi tantum illi qui ad iudeorum
conventum transire volebant. Ratio erat. Quia cum
christus ex semine Abrahæ descendens erat: opor-
tebat populu illi sanctiori & seleciori alio esse.

DUBIUM TERTIUM. **D**ubitatur an postquam circuncisio data
fuit Abrahæ & posteris eius, teneretur Ismael, & Esau, & Iacob, cum posteris suis ad circuncisio.
Quia si hi tenebantur cum constet quod non
faciebant, magna multitudo peribat.

AD hoc dicunt communiter doctores, quod Ismael &
Esau non tenebantur. Ratio est: Quia circuncisio da-
ta fuit domini Israel vel Abrahæ. Sed Ismael &
Esau non erant de domo Abrahæ, ideo non tenebā-
tur. Secundo. Quia circuncisio erat peculiare signu-
populi

populi Israel. At illi iam non erant de illo populo:
Et ita nec ab eis descendentes obligabantur.

SED contra. Si licuit Ismael & Esau separare se a
domo Abrahæ: ita licuisse etiam alijs filiis Israel:
quia non videtur maior ratio de Ismael quam de alijs.
AD HOC nego consequiam: quia maior ratio erat
de filiis Ismael quam de alijs. Nam Ismael & Esau fue-
runt electi de domo Abrahæ ex mandato domini:
ideo non tenebantur ad circunctionem. Si autem
sine mandato dei a domo abrahæ recessissent, ad
circunctionem tenerentur. Vnde illæ tribus quæ
sponte sua a Roboam filio Salomonis recesserunt
ut habeatur. 3. reg. 12. tenebantur ad circunctionem
& ritus populi Israel. Et hoc est probabilius. Ali-
qui dicunt, quod esto sua sponte discederent, non
tenerentur postea ad circunctionem: quia esto pœ-
carentur quando discedebant postea tamen in-
ter gentes non poterant seruare ritus iudeorum.
Sed probabilius est primum.

DUBIUM QUARTUM. **D**ubitatur an solum descendentes ab
Abrahæ tenerentur circuncidi.

AD HOC dico, quod non solum qui ab Abrahæ des-
cendebant, verum etiam vernaculi, & emptiti eorum ut
patet Gene. 17. tenebantur ad circunctionem. Et po-
steri Abrahæ tenebantur circuncidere vernaculos
suos: & emptitos: ut dicitur exodi. 12.

DUBIUM QUINTUM. **D**ubitatur an tenebatur Abrahæ circu-
m rationis & nolebant circuncidi.

SECVNDO. Si aliquis illorum erat in peccato mortali, an
teneretur Abrahæ illi nihilominus circuncidere?
DICO quod ita: quia habebat præceptum absolu-
tum, quod omnes illos circuncideret, esto repug-
narent & nollent circuncidi.

DUBIUM SESTUUM. **D**ubitatur an aliquis illorum circuncide-
retur inuitus an esset circuncisus, vel an si po-
stea resipiseret esset iterum circuncidens sicut
nunc est iterum baptizandus.

AD HOC dico quod non erant iterum circuncidendi
quia non possent iterum circuncidi. Secundo. Quia
circuncisio principaliter erat ad distinguendum
populum a gentibus: & illi circuncisi iam erant disti-
cti. **SED** an illis circuncisis dimittebatur originales
peccata? Dico quod parvulis ita. Adultis vero vo-
lentibus circuncidi, & non sicut accendentibus, per cir-
cunctionem remittebatur peccatum originales, ratione
fidei ibi protestata. Sed circuncisio ficitur vel inui-
tis, postea recedente fictione remitteretur origina-
le per fidem. Et ita dicendum est quod omnes descen-
dentes ab illis seruis Abrahæ tenebantur ad circu-
cisionem: quia cum illa seruitute trahibant obligatio ad
circunctionem.

DUBIUM SEPTUAGINTA. **D**ubitatur an viri fideles qui non erant
de familia Abrahæ sicut Melchisedech &
ali qui sciebant populum Israel esse populum dei te-
nerentur circuncidi: quia de alijs non est dubium
nisi quod non tenebantur.

HOC dubium mouet Abulensis Genes. 17. Ad quod
dico quod non tenebantur, nec Melchisedech fuit

circuncisus, quicquid dicat Rabbi moyses: sed lice-
bat eis circuncidiri vellere. Probatur: quia soli abra-
ha & posteris eius data fuit circuncisio. Et probatur
hoc de aliis ut de Achior, de quo dicitur Iu-
dith. 14. Quod reliqua gentilitate circuncidit cat-
næ prepati sui, & appositus est ad populum Israel.
Ergo licet accipere legem iudeorum & circuncidari.
Secundo probatur hoc idem: quia Iacob Genes. 34. induxit sicut imitas ad circunctionem: quod
non faceret si non licet.

DUBIUM OCTAVUM. **D**ubitatur an alienigena circuncisus
tenebatur ad observandum totam legem iudeorum.
DICO quod ita: ut patet ex Apostolo ad Galatas
5. Testificor (inquit) omni homini circuncidetis
quoniam debitor est vniuersitate legis facienda.

SECVNDO. Qui nunc baptizatur, tenentur ad
omnem legem euangelicam. Ergo et qui tunc circuncide-
bantur, tenebantur ad totam legem iudeorum.

TER TIO. S. Tho. dicit ad Rom. 2. & ad Colos.
2. & 3. p. q. 4. art. 4. quod circuncisio erat quædam
protectionis legis ad implendæ. Ergo circuncisus
tenebatur ad totam legem.

QUARTO. Exodi. 12. dicitur. Siquis peregrinorum
in vestram voluerit transire coloniam, &
facere phase dominicæ circuncidetur prius.

SED contra. Ergo Ismael & Esau tenebantur ad
totam legem etiam postquam discesserunt a domo Abrahæ
quia erant circuncisi. Dico quod non tenebantur: quia
non poterant seruare legem inter gentes, & quia iam
soluti erant ab obligatione circuncisionis, quia ex-
pulsi fuerunt ex mandato dei. Ergo etiam ab obliga-
tione totius legis.

DUBIUM NONUM. **D**ubitatur ultimum, si aliqui alienigenæ
vellet circuncidere pueros suos, & manere
in sua lege, an licet eis. Dico quod probabilius
est quod non. Et videtur quod hoc dicitur exodi.
12. cum dicitur, si quis voluerit in vestram transi-
re coloniam circuncidatur prius. Ac si dicat, non cir-
cundatur nisi in vestram velit transire coloniam:
nec transeat nisi circuncidatur.

Articul. secundus.

Vtrum circuncisio fuerit conuenienter instituta.

DSECUNDVM sic proce-
ditur. Videtur quod circuncisio fue-
rit in convenienter instituta. Sicut
enim dictum est, in circuncisione fi-
citur quædam fidei professio. Sed à pecto primi
hominis nullus in qua saluari potuit, nisi p-
fidè passionis Christi: secundum illud Rom. 3.
Quem propositus deus ppiciatore per fidem insan-
guine ipsius. Ergo statim post peccatum primi
M. iiiij homi-

hominis, circuncisio instituit debuit, & non temore Abrahe.

PRAETER E.A. In circuncisione homo profitebatur obseruantiam veteris legis: sicut in baptismo profitebatur obseruantiam novae legis: unde Apostolus dicit Galat. 5. Testificor omni homini circunciduisse, quoniam debitor est uniuersale legis facienda. Sed legalis obseruantia non est tradita tempore Abrahe, sed magis tempore Moysi. Ergo inconuenienter instituta est circuncisio a tempore Abrahe.

PRAETER E.A. Circuncisio fuit figurativa & preparativa baptismi. Sed baptismus exhibetur omnibus populis secundum illud Matt. Ultimo, Eutes docete omnes gentes baptizantes eos. Ergo circuncisio non debuit institui, ut obseruanda tantum ab uno populo iudeorum, sed ab omnibus populis.

PRAETER E.A. Carnalis circuncisio debet respondere spirituali, sicut figura figurato. Sed spiritualis circuncisio quae fit per Christum, indifferenter conuenit utriq; sexui quia in Christo Iesu non est masculus & feminus, ut dicitur Galat. 3. Ergo inconuenienter est circuncisio instituta, quae competit solis maribus.

SED CONTRA A est, quod (sicut legitur Genesis. 17.) circuncisio est instituta a deo: cuius perfecta sunt opera.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) circuncisio erat preparatoria ad baptismum, in quantum erat quadam professio fidei Christi: quam etiam nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autem patres: prius Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei Genesis. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae. Ipse etiam primus se a societate infidelium segregauit secundum mandatum dei dicentes sibi, egressere de terra tua, & decognitione tua. Ergo conuenienter circuncisio fuit instituta in Abraham.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod immediate post peccatum primi parentis, prop-

ter doctrinam ipsius a deo (qui plene instructus fuerat de diuinis) adhuc fides & ratio naturalis in tantum vigebat in homine, quod non oportebat determinari in hominibus aliqua signa fidei & salutis: sed unusquisque pro suo libito fidem suam aliquibus signis protestabatur. Sed circa tempus Abrahe diminuta erat fides, plurimis ad idolatriam declinantibus: obscurata etiam erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscentiae, usque ad peccatum contra naturam. Et ideo conuenienter tunc & non ante fuit instituta circuncisio ad profitendum fidem, & ad minuendum carnalem concupiscentiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod legalis obseruantia tradidit debuit, nisi populo iam congregato, quia lex ordinatur ad bonum publicum, ut in secunda parte dictum est. Populus autem fidelium congregandus erat aliquo signo sensibili, quod est necessarium ad hoc quod homines in quaunque religione abundent: sicut Augustinus dicit contra Faustum. Et ideo oportuit prius institui circuncisionem, quam lex daretur. Illi autem patres qui fuerunt ante legem, familias suas instruxerunt de diuinis: per modum paterne admissionis. Unde dominus dicit de Abrahā Scio quod praeceptor sit filius suis, & dominus sua post se: ut custodiant viam domini.

AD TERTIUM dicendum, quod baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam deus omnes homines vocat: secundum illud. 1. Timot. 2. Qui vult omnes homines salvos fieri. Et ideo baptismus omnibus populis proponitur. Circuncisio autem non continebat perfectionem salutis: sed figurabat ipsam ut fiendam per Christum, qui erat ex iudeorum populo nascitus. Et ideo illi soli populo data est circuncisio.

AD QUARTUM dicendum, quod circuncisio instituta est ut signum fidei Abrahe, qui credidit se patrem futurum Christi fibi repromissi, & ideo conuenienter soli maribus competit. Peccatum etiam originales contra

contra quod specialiter circuncisio ordinabatur a patre trahitur non a matre: ut in secundum aparte dictum est. Sed baptismus continet virtutem Christi: quae est universalis causa salutis omnium, & remissionis omnium peccatorum.

IN HOC secundo articulo ponit doctor sanctus hanc conclusionem. Circuncisio conuenienter fuit instituta tempore Abrahā, & in ipso Abrahā. Probatur, prius quia circuncisio fuit a deo instituta: cuius opera perfecta sunt. Ergo conuenienter fuit instituta tempore Abrahā.

SECUNDUM

Circuncisio erat quædam protestatio fidei quam & nos in baptismo profitemur. At inter antiquos illos patres, primus Abrahā promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei Genesis. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae, ipse etiam primus se a societate infidelium segregauit secundum mandatum dei dicentis, egressere de terra tua, & decognitione tua. Ergo conuenienter circuncisio fuit instituta in Abrahā.

DUBIUM PRIMUM. Circunciderent pueros suos, & manerent in lege sua (ut refert Hieronimus quod ipsi faciebant super Hiere. 9.) an essent vere circuncisi, ita quod dereliquerent eis peccatum originale. Videtur quod ita. Quia si ipsi baptizarent filios suos ad imitationē Christianorū essent vere baptizati, & liberi a peccato originali. Ergo etiam si circunciderent pueros suos, essent vere circuncisi, & liberi a originali.

AD HOC dico, quod est dubium. Sed videtur

quod non essent circuncisi: quia circuncisio non faciebat totum quod facit baptismus, cum non haberet tantam virtutem. Ideo probabile est, quod requirebatur aliquis minister ex familia Abrahā, & quod circuncisus esset de familia Abrahā vel ad illam transiret.

SECUNDUM

Dico quod si alienigenæ non circuncidebant pueros illos ad imitationem iudeorum, certum est quod non erant vere circuncisi: si cut nec nunc essent baptizati, si non baptizaretur ad imitationem Christianorum.

DE MULIERIBUS autem dico, quod non tenebatur ad circuncisionem: quia circuncisio solum data fuit maribus, ut habetur Genesis. 17. Et rationes quare maribus & non foemini data fuit assignat S. Thom. Hic ad. 4. Prima est. Quia circuncisio fuit signum fidei Abrahā, qui credidit se futurū patrem Christi. Secunda. Quia peccatum originale contra quod est circuncisio, traducitur a patre & non a matre. Sed mulieres salvabantur fide sicut ante in lege naturæ.

SED AN conuenienter Christus fuerit circuncisus? Dico quod ita, post quam fecit. Sed non tenebatur (etiam inquantum homo) cum non esset concep-

tus ex virili semine: sed factus ex muliere, ut ait Apostolus ad Galatas. 4. Quia ex beata virgine assumptis materiam sui corporis, quod virtute Spiritus sancti fuit formata.

SED quid factum est de illo praepilio Christi? Dicit Magister historiarum quod Angelus portauit illud ad Carolum magnum. Sed hoc non est authenticum.

DUBIUM TERTIUM. Siquis in utero esset sancti Dubium ficiatus, aut preservatus ab originali, antene retur nihilominus ad circuncisionem. Dico quod ita: quia erat præceptum absolutum de circuncisione. Et circuncisio potius erat ad distinguendum populum, quam ad tollendum originale.

Articul. tertius,

Vtrum ritus circumcisionis fuerit conueniens.

D TERTIVM sic procedit. Videatur quod ritus circumcisionis non fuerit conueniens. Circumcisio enim (sicut dictum est) fidei quædam professio est. Sed fides in via apprehensiva existit, cuius operationes maxime apparent in capite. Ergo magis debuit signum circumcisionis dari in capite, quam in membro generationis.

PRAETER E.A. Ad usum sacramentorum assumimus ea, quorum est communior usus: sicut aquam ad ablendum & panem ad reficiendum. Sed ad incidentium communius utimur cultello ferreo quam lapideo.

Ergo circuncisio non debuit fieri cultello lapideo

PRAETER E.A. Sicut baptismus insituitur in remedium originalis peccati, ita & circuncisio: sicut beda dicit. Sed baptismus non differtur usque ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat propter originale peccatum, si nondum baptizati decadant) quandoque etiam traditur baptismus post octauum diem. Ergo circumcisioni non debuit determinari octauus dies: sed debebat quandoque præueniri, sicut etiam quandoque tardabatur.

SED CONTRA A est quod Rom. 4. super illud, Et signum accepit circumcisionis: de termini

terminatur in glosa predictus circumcisionis ritus.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut dictum est) circumcisione quoddam signum fidei est institutum a deo, cuius sapientia non est numerus. Determinare autem conuenientia signa, est sapientiae opus. Et ideo concedendum est, quod ritus circumcisioni fuit conueniens.

A D P R I M A ergo dicendum, quod circumcisione conuenienter fiebat in membro generationis. Primo quidens: quia signum erat fidei, qua Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Secundo quia erat in remedium peccati originalis: quod per actum generationis traducitur. Tertio quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiae: quae praecipue in membris illis vigeat, propter abundantiam delectationis venereorum.

A D S E C U N D A dicendum, quod culicellus lapideus non erat de necessitate circumcisionis, unde non invenitur tale instrumentum precepto diuino determinatum. Nec etiam communiter tali instrumento iudei uterban tur ad circumcidendum, sicut nec modo vivitur. Leguntur tamen aliqua circumcisiones famose. culicello lapideo facte: sicut legitur Exodi. 4. quod tulit sephora acutissimam petram, et circumcidit preputium filii sui. Et Iosue. 5. dicitur, facti culicello lapideo, et circumcidit secundo filios Israel. Per quod figuratur circumcisione spiritualis esse fidem per Christum: de quo dicitur primo Corinth. 10. Petra autem erat Christus.

A D T E R T I U M dicendum, quod octauus dies determinabatur circumcisioni, tum propter mysterium: quia in octaua etate (qua erit etas resurgentium) quasi in octauo die perficitur per Christum spiritualis circumcisione, quando auferet ab electis non solum culpam sed etiam omnem penalitatem, tum etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem. Vnde etiam de alijs animalibus leuitici. 23. precipitur. Bos, ovis, et capra, cum genita fuerint septem diebus erunt sub rubore ma-

tris sue: die autem octauo (et) deinceps offerri poterunt dominino. Erat autem octauus dies de necessitate praecepti ita, s. qd octauum die praetermittentes peccabant, etiam si esset sabbatum: secundum illud Iohannis. 7. Circumcisionem accipit homo in sabbato: ut non soluta tur lex Moysi. Non tamen erat de necessitate sacramenti: quia si aliqui omiscebant octauum diem, postea poterant circumcidiri. Quidam etiam dicunt, quod propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies praeueniri. Sed hoc nec ex autoritate scripturae, nec ex consuetudine iudeorum haberi potest. Unde de melius dicendum est (sicut etiam Hugo de sancto Victore dicit) quod octauus dies nulla necessitate praeueniebatur. Vnde super illud proverbi. 4. Vnigenitus erat coram matre mea, dicit glosa, quod alias Bersabee parvulus non computatur, quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, et per consequens nec circumcisus.

IN HOC tertio articulo dubitatur, an ritus sit Dubium circumcisionis erat conueniens ut s. circumcisione fieret cultro lapideo, & in membro virili, ac octaua die. Et prius de instrumento quo debebat fieri circumcisione. Dubitatur an circumcisione deberet necesse fieri cum cultro lapideo: ita quod si fieret cum ferreo vel alterius speciei non esset sacramentum: Videtur quod ita quia sephora vxor Moysei (exodi. 4.) circumcidit filium suum cultro lapideo, cum angelus volebat interficere Moysen, quia non circumcidet filium suum.

S E C U N D O. Iosue. 5. legitur, quod Iosue circumcidit omnes filios Israel qui non erant circumcisi cultro lapideo: quia dominus mandauit, quod circumcidet eos & faceret cultros lapideos. Ergo requirebatur necessario cultellus lapideus.

A D H O C responderet. S. Thom. Hic ad. 2. & omnes, quod non erat necessarius ille culter lapideus quia nunquam deus praecepit illum propter circumcisionem. Et ad illud de Iosue dico, quod dominus mandauit, quod illa circumcisione fieret cum cultro lapideo, non quia erat necessarius ad circumcisionem, sed ad significandum Christum qui est petra. Et quia erat solemnis circumcisione, cum ibi circumcidentur omnes iudei in deserto. Ideo propter solemnitatem & significacionem circumcisionis praecepit deus ut cultro lapideo fieret non autem propter necessitatem sacramenti.

DUBITATVR secundo, an poterant parvuli ante octauum diem circumcidiri, & saluari per circumcisionem.

AD

Dubium

tertium.

A D H O C dicit magister in ultimo capitulo primae distinctionis quarti quod non. Sed parvuli mortui ante octauum diem peribant sicut nunc mortui sine baptismo. Sed in hoc secundo (s. quod parvuli qui ante octauum diem moriebatur peribant) non tenetur magister. In primo autem s. quod ante octauum diem non licet puerum circumcidere: benedicit. Et ita dicit Hugo de sancto Victore, & sanct. Thom. hic ad tertium.

S E C U N D O. Dico cu^m Hugone de sancto Victore, & cum sa^m. Thom. Hic ad. 3. quod nec propter infirmitatem nec propter aliam causam poterat pueri circumcidiri ante octauum diem, nec ille fuit unquam iudeorum ritus. Probatur. Quia octaua dies erat in precepto absoluto, ideo non licet oppositum. Sed ante octauum diem saluabantur pueri per fidem parentum. Nec valet si dicas. Poterat iudei differre dies octauum propter infirmitatem pueri. Ergo praeuenire. Ante eadem falsum est: quia illud non erat differre, sed licet non circumcidere in illa die propter periculum, ne puer moreretur.

DUBITATVR si facta fuisset circumcisione & sacramentum dans gratiam.

A D H O C dicit Marsilius. 4. d. 1. q. 2. quod si puer moritur erat, dabatur ei gratia & aliter non. Sed hoc non potest probari. Ideo omnes dicunt quod ita: quia octaua dies & si erat in precepto, non tamen erat de substantia sacramenti. Ita tenet. S. Thom. hic ad. 3.

S E C U N D O. Alienigenae qui volebant circumcidere non expectabant octauum diem. Ergo octauus dies non erat de essentia sacramenti.

T E R T I O. Si aliquis circumcidebatur post octauum diem vere erat circumcisus. Ergo octaua dies non erat de essentia circumcisionis.

QUARTO. Non haberet puer remedium sine culpa sua, si quis illum ante octauum diem circumcidet & postea non, vel quia non poterat secunda circumcidere, vel quia nullus voluit circumcidere. **A**N octaua dies esset in precepto? Manifestum est quod ita Genesis. 17. ubi dictum fuit Abraham. Circuncidetur in vobis omne masculinum. Infans octo dierum circumcidetur in vobis.

DUBITATVR quarto, an licebat circumcidere puerum in sabbatho, si illic ad impletur dies octaua.

DICO quod ita. Probatur testimonio Christi redemptoris Iohannis. 7. ubi textus sic habet. Moyse dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moyse est sed ex patribus, & in sabbatho circumciditis hominem. Si circumcisione accipit homo in sabbatho ut non soluat lex Moysi mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbatho. Ergo licebat in sabbatho circumcidere.

DUBITATVR quinto, an licebat filii Israeli in deserto non se circumcidere sed differre re circumcisionem.

DICO quod licebat. Et quanvis Augustinus dicat quod qui in deserto ex contemptu aut negligencia nostra circuncidebant pueros suos, peccabant: est verum de contemptu non autem de negligentia quia tunc dispensatum erat in lege circumcisionis. Ratio autem quare iudei in deserto non tenebant circumcidere pueros suos, dicunt omnes quod erat: quia oportebat quotidie vel saepe mouere castra, & esset periculum pueris circumcisionis, vel esset illa circumcisionis impedimento, ne essent ita parati ad mouendum castra.

S E C U N D A ratio est. Quia circumcisione erat ad separandum populum. Et tunc erant in deserto satis separati, ideo non erat opus circumcisionis. Convenienter ergo facta fuit eis dispensatio in tempore quo iter per desertum agebant.

DUBITATVR Sexto, an illi qui in deser-

Dubium sextum.

to mortui sunt fuerint circumciditi. DICO quod omnes qui in deserto mortui sunt fuerunt circumciditi. Nam (vt dicitur Iosue. 5.) Viri belatores qui exierunt ab aegypto mortui sunt in deserto. Secundo dico quod illi qui nati sunt in deserto, non fuerunt mortui nec in situ inababantur, iuxta illud psalmi. 104. Non erat in tribibus eorum in firmus. Et deuter. 8. Vestimentum tuum nequam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus. Ecce quadragesimus annus est. Quod secundum Nicolaum intelligitur de bonis, & de his qui in deserto nati sunt.

DUBITATVR Septimo, an non obstante periculo mortis, deberent circumcidere pueri iudeorum octauo die, an ita stricte octaua dies seruanda erat.

A D H O C dico quod non. Sed licite poterat parentes non circumcidere puerum in octaua die propter periculum illud. Sed postea cu^m bene haberet, erat circumcidendus. Et ex quacunque causa puer in octaua die circumcisus non erat, postea erat circumcidendus.

S E C U N D O si in die octaua propter malam dispositionem non circumcidebatur puer. Et postea semper crescebat illa mala dispositio propter quam non poterat circumcidere & moriebatur ita, in saluaretur. DICO quod peribat sicut nunc non baptizatus. Et sicut supra diximus quod nullus cum periculo vitae baptizandus erat, esto sine baptismi moriarit ita nullus cum periculo vitae circumcidendus erat, esto esset moriturus sine circumcisione.

DE alijs autem alienigenis volentibus se aut pueros suos circumcidere: dico quod non oportebat octauum diem expectare, licet possent expectare si vellent. Rationes quare expectabatur dies octaua erant. Prima, ne puer pereclitaretur. Et alia alegorica erat: quia octaua dies significabat octauam etatem, i.e. tempus perfectionis.

DUBITATVR octauo, an puer mortuus an-

Dubium octauum.

it: quia nunc etiam mortuus ante baptismum perit.

Sed contra. Videtur quod esset contra diuinam miseri-

misericordiam.

AD HOC dixit magister sententiarum in ultimo cap. Prima. d. 4. quod peribant. Sed ut supradixi non tenetur in hoc. Ideo dico prius, quod non statim peribant: sed habebant illud remedium quod habebant in lege naturæ. Probatur hoc, prius consensu omniū. Secundo, quia fuit in præcep to circumcisionis limitatus octauus dies: & non in baptismo.

DUBIUM nonum. **V**BITATVR quod remedium erat illud. Etest difficultas an sufficiebat sola fides, vel an requirebatur aliquod signum sensibile determinatum ad hoc quod puer ille saluaretur.

AD HOC dicit S. Thom. in. 4. d. 1. q. 2. art. ultimo, quod semper fuit sufficiens sola fides ad salutem in lege naturæ, & in scripta ante octauum dicem, in adultis propria & in parvulis parem. Et idem dicit in hac prima. 4. in hac questione. art. 4. d. 2. vbi sic dicit. Ad secundum dicendum, quod sicut ante institutionem circumcisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros quam adul tos: ita etiam & circumcisione data. Sed ante non requirebatur aliquod signum protestatiuum huius fidei, quia nondum fideles homines seorsum ab infidelibus adunai coepерant ad cultum unius dei. Probabile tamen est, quod parentes fideles pro parvulis natis, & maxime in periculo existentibus aliquas preces deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti pro se ipsis preces & sacrificia offerebant. Hæc sanct. Tho. Tertio dicit probabile esse, quod parentes ex voto suo & con gruitate aliquas preces pro pueris fundebant. Et hoc est verum, quod sufficiebat fides applicata, etiam solo actu interiori.

SED contra hoc est: quia sanct. Thom. supra. q. 9. art. 1. ad primum dicit, quod sufficiebat fides cum oblationibus & sacrificiis. Ergo requirebant si gna exteriora.

DICO quod intelligit (vt iam diximus) quod illa sacrificia & oblationes erant ex congruitate & voluntate parentum: non autem ex obligatione aut dei institutione. Et hoc totum dicit Gregorius in illo cap. Quod apud nos, de consecra. d. 4. Allii tamen doctores dicunt op. positum. Et prius Durandus in. 4. d. 1. q. 8. dicit, quod adulti per proprium actum poterant iustificari. Secundo dicit, quod pro parvulis requirebatur signum exterius. Probat, quia puer non saluabatur in fide propria sed aliena. scilicet ecclesia. Et ad hoc quod vniatur quis ecclesia requiritur aetius vel signum aliquod exterius. Idem dicit Scotus in eadem prima. d. q. 7. Et probat, quia oportebat ut puer remedium salutis haberet: & si non esset aliquod signum exterius, nunquam parentes fitissent certi quod pueri habebant remedium contra originale. Et ita semper essent solliciti de salute pueri. Difserit Scotus a Durando: quia Scotus dicit quod requirebatur certum signum determinatum, & Durandus dicit

quod requirebatur aliquod signum: sed hoc vel illud indeterminate.

PALVIDANVS in. 4. d. 1. q. 5. dicit, quod tam per adultis quam pro parvulis requirebatur aliquod signum determinatum. Et si queratur ab eo, quod erat illud signum dicit quod nihil de hoc habemus scriptum. Idem tenet Marsilius. d. 1. q. 2. quod pro parvulis & pro adultis requirebatur aliquod signum exterius determinatum & communiter alij. Et test in hoc apparentia: quia legitimus quod patres in veteri lege, & in lege naturæ sacrificabant. Ergo faciebant illud ex mandato dei, cum illud non esset notum lumine naturali.

MAGISTER sententiarum tenet cum S. Thom. quod nullum signum exterius requirebatur. Et per bat testimonio Gregorij. 4. moral. cap. 2. quod habetur de consecra. d. 4. cap. quod apud nos Vbi tex tus sic habet. Quod apud nos valet aqua baptismatis: hoc egit apud veteres, vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij: vel per his qui de Abraham stirpe prodierunt mysterium circumcisionis. Hæc textus. Idem tenet Richar. 4. d. 1. q. 3. Sed ad Gregorium dicit Durandus quod est dimittendus in hoc. Et Scotus & alij dicunt, quod Gregorius per illa verba non intendebat exclude re signa exteriora: sed volebat dicere, quod non requirebatur determinate unum. Sed hi non satis faciunt dictis Gregorij: quia ipse expresse dicit: quod pro parvulis sola fides sufficiebat in lege naturæ. Et comparabat ad circumcisionem quam requirebatur pro his qui erant de familia Abraham. EGO dico duo. Primum est, quod probabilis est dicere cum Magistro & sancto Thom. quia quod alij dicunt non habetur in scriptura. Et cum hæc grauia scribatur in scriptura, scriberetur & illud si esset verum.

SECUNDO dico, quod omnes in hoc conueniunt, quod fides requiritur ad salutem tam adultorum quam parvolorum in lege naturæ, & in lege scripta ante octauum diem.

SED quæ fides requirebatur, an fides parvorum? Dubium. Dico quod non & si sufficiebat. Sed sufficiebat decimum fides cuiuscunque ordinata ad salutem pueri. Dicimus cuiuscunque scilicet fidelis de populo iudaeorum inter iudaeos: & alius fidelis inter gentiles. Nam si erat in fidelis, probabile est, quod non erat minister circumcisionis. Et licet aliqui dicant, quod requirebatur fides parentum, non probat. Ideo melius est dicere, quod sufficiebat fides cuiuscunque fidelis. Dubium. **S**ED an requirebatur fides actualis, vel an sufficiebat habitualis. Ad hoc dicit: S. Thom. quod non sufficiebat habitualis, sed requirebatur actualis relata ad salutem pueri. scilicet quod aliquis actualiter applicaret assensum suum ad puerum vel eius salutem. Idem dicit Durandus. Et probat, quia vel puer saluabitur fide aliena tanquam per sacramentum: & hoc non. Vel tanquam per meritum vel suffragium: & ad hoc non sufficiebat fides cuiuscunque, sed ecclesia, quæ erat fides formata. Et ita

decongruo impetrabatur gratia pueri.

SED contra dicit Paludanus nunc non requirebatur fides actualis cum baptismo. Ergo nec tunc cum circuncisio erat sacramentum, ut dicit Durandus SECUNDO. Quia etsi nunc omnes fideles incidunt in heresim possent baptizare pueros suos. Ergo & tunc sine qua non fide nec actuali nec habituali.

TERTIO. Illud quod dicit Durandus: quod fides impetrabatur gratiam pueri de congruo est falsum: quia ad illud requiritur aliqua dispositio in recipiente gratiam. Ergo. &c.

QUOD VOMODO ergo intelligitur, quod requirebatur fides? Dico quod sanct. Tho. vult dicere, quod requirebatur actualis fides relata ad salutem pueri. scilicet quod eliceretur aetius quo quis intenderet applicare fidem ecclesiæ ad salutem pueri. Et hoc sufficiebat, nec requirebatur fides interior alicuius vera: sed sufficiebat quod fidelis vellet applicare fidem ecclesiæ in salutem pueri: quia (vt dixi) probabile est, quod esto in fidelis vellet applicare fidem ecclesiæ in salutem pueri, non faciebat sacramentum: quia non erat minister.

SED tunc ad questionem principalem, an. scilicet sola sufficiebat sine signo exteriori dico, quod utraque opinio est probabilis. Tamē cum de hoc non habeatur expressum aliquid in scriptura sacra, verior videtur opinio Gregorij & Magistri sententiarum, & S. Thom. maxime cum argumenta aliorum nihil probent.

SECUNDO. Quia illi qui oppositum dicunt, relinquunt suum principium scilicet quod frusta fit per plura quod potest fieri per pauciora. Ergo cum fides sufficiebat, non oportebat ponere alia signa.

TERTIO arguo hoc modo. Si quis recederet alicuius hominibus solum sciens quod deus est prouisor orbis, & hoc solum credebat, & nihil aliud credebat aut sciebat de signis exterioribus. Talis sola fide saluaretur, & prouideret pueris suis, nec tenebatur credere alicuius dicentibus quod tale signum ad saluandos pueros requirebatur, cu non esset revelatum.

QUADRATO contra dicentes quod pro parvulis requirebatur signum exterius & non pro adultis arguo hoc modo. Illud quod requirebatur pro parvulis etiam requirebatur pro adultis. vt patet quia ita est in lege gratia, & erat in lege scripta. Ergo. &c.

QUINTO. Si deus non instituisset sacramentum poenitentiae, sola contritio sufficeret. Ergo in legem naturæ sola fides sufficiebat, vbi deus non constituit signum exterius.

SEXTO. Cum secundum Durandum requiretur aliquod indeterminatum signum. Ergo sufficiebat quodcumque. Et ita sufficeret mouere digitum: quod ridiculum est dicere. Ergo dicendum est quod non requirebatur ad salutem hominum in lege naturæ aliquid signum exterius, quod esset sacramentum necessarium ex divina institutione

aue mandato, nec in lege scripta propueris ante octauum diem: sed sola fides sufficiebat.

DUBIUM. Octaua die, postea posset saluari per fidem. Videtur quod non, quia dicitur Genes. 17. Cuius prepucium caro circumcisæ non fuerit peribit anima illa de populo suo. Nec valet dicere (ut aliqui iudicabant) quod illud intelligitur corporaliter scilicet quod non esset de populo iudeorum: quia non nisi spiritaliter intelligitur, scilicet non habebit beatitudinem, ut communiter sancti interpretantur. SECUNDO. Translatio septuaginta interpretatur, quod caro quæ non fuerit circumcisæ octaua die, peribit.

SED contra est. Quia fides conferebat gratiam ex opere operato, & non per modum meriti. Et hoc etiam magis secundum illos qui dicunt, quod requirebatur cum fide aliquod signum exterius.

AD HOC omnes dicunt, quod non saluabantur in circuncisio post octauam diem, sine circuncisione. scilicet non sufficiebat fides post diem illam octauam: quia erat lex quæ iam currebat post illum octauum diem, quod nisi esset circuncisus periret. Et ad argumentum in contrarium: quia fides erat sacramentum & operabatur ex opere operato, dico quod non habebat vir uteri post diem octauum.

DUBIUM. **V**BITATVR an pueri mortui in lege naturæ, & in lege veteri, in veteri matrum salvabantur. Dicit S. Thom. in. 4. d. 1. q. 2. art. ultimum ad 2. quod non salvabantur de lege ecclesiæ, scilicet nec nunc in lege evangelica. Sed dimittendi etant domino deo quo solo mundari poterant. Idem dicit Marsilius in. 4. q. 19. art. 2. Catechismus. 3. p. q. 58. art. 11. (vt vidimus) dicit, quod salvabantur in fide parentum. Sed hoc iam late disputauimus supra in hac prima. 4. q. 9. art. 11. vide ibi.

Articul. quartus.

Vtrum circuncisio conferret gratiam iustificantem.

DICATUR TVM sic proceditur. Videtur quod circuncisio non conferret gratiam iustificantem. Dicit enim Apostolus Galath. 2. Si ex lege est iustitia Christi gratia mortui est. i. sine causa. Sed circuncisio erat quedam obligatio legis implemandæ: secundum illud Galat. 6. Testificor omnibus in circuncisio se, quoniam debitor est coniunctæ legis facienda. Ergo si ex circuncisione est iustitia Christi gratia. i. sine causa mortui est. Sed hoc est inconveniens. Non ergo

ergo ex circuncisione erat gratia iustificans à peccato.

PRAETEREA. Ante institutionem circuncisionis, sola fides ad iustificationem sufficiebat. Dicit enim Gregorius in moralibus. Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres p parvulis sola fides. Sed virtus fidei nō est immutata per mādā tū circuncisionis. Ergo sola fides parvulos iustificabat, & non circuncisio.

PRAETEREA. Iosue. s. legitur, quod populus qui natus est in deserto per quadraginta annos, in circuncisus fuit. Si ergo per circuncisionem conferebatur peccatum originale, videtur quod omnes qui in deserto mortui sunt, tā parvuli quā adulti fuerint damnati. Et eadem obiectio est, de pueris qui moriebātur ante octauum diem circuncisionis: qui præueniri non debebat, ut dictum est.

PRAETEREA. Nihil impedit introitum regni celestis, nisi peccatum. Sed circuncisi ante passionem Christi impediebantur ab intritu regni celistis. Non ergo per circuncisionem homines iustificabantur à peccato.

PRAETEREA. Peccatum originale non dimittitur sine actuali: quia impium est à deo dimidiare sperare veniam, ut Augustinus dicit. Sed nusquā legitur, quod per circuncisionem remitteretur actuale peccatum.

Ergo etiā neque originale peccatum dimittebatur. **SED CONTRA** est, quod Augustinus dicit ad Valerium cōtra Iulianum. Ex quo instituta est circuncisio in populo dei (quae erat signaculum fidei iustitiae) ad sanctificationē purgationis valebat parvulis originalis veteris que peccati: sicut & baptismus ex illa cōpet valere tempore ad innovationē hominis, ex quo institutus est.

RESPONDEO dicendum, quod ab omnibus communiter ponitur quod in circuncisione peccatum originale remittet. Quidam tamen dixerunt quod non conferebatur gratia, sed solum auferrebat peccatum: quod Magister ponit in prima distinctione quarti

sententiarum, & Rom. 4. in glos. Sed hoc nō potest esse, quia culpa nō remittitur nisi per gratiam: secundum illud Rom. 3. iustificari gratis per gratia. &c.

ET IDEO alij dixerunt, quod per circuncisionem conferebatur gratia quantum ad effectus remissionis culpæ, sed non quātum ad effectus positiuus: ne cogarentur dicere, quod gratia in circuncisione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superfluus fuerit aduentus Christi. Sed hæc etiam positio stare non potest. Primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore perueniendi ad gloriam, qua est ut simus effectus positius gratiae. Secundo quia priores sunt naturaliter, secundum ordinem causæ formalis effectus positivus quam prout iuri, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso. Forma enim non excludit prout iure, nisi informando subiectum.

ET ideo alij dixerunt, quod in circuncisione conferebatur gratia, etiam quantum ad aliquem effectum positivum, qui est facere dignum vita eterna, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fornicis, nec ad implendum mandatum legis. Quod etiam aliquando mihi videntur. Sed diligenter consideranti appareat hoc non esse verum: quia minima gratia potest resistere cui libet concupiscentiæ, & vita omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis. Minima enim charitas plus diligit deum, quam cupiditas millia aurum & argenti.

ET IDEO dicendum est, quod in circuncisione conferebatur gratia quātum ad omnes gratiae effectus: aliter tamen quam in baptismo. Nam in baptismo confertur gratia ex virtute ipsius baptismi: quā habet in quātū est instrumentum passionis Christi ī perfecte. In circuncisione autem conferebatur gratia ex virtute circuncisionis: sed ex virtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio. ita s. quod homo qui accipiebat circuncisitionem

onem, profitebatur se suscipere talam fidem: vel adulterus pro se, vel alius p parvulis. Unde & Apostolus dicit Rom. 4. qđ Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiae fidei: quia s. iustitia erat ex fide significata, non ex circuncisione significante. Et quia baptismus operatur instrumentaliter in virtute passionis Christi, nō autē circuncisio, ideo baptismus imprimet characterem incorporantem hominē Christo, & copiosiorem gratiam cōfert quam circuncisio. Maior est enim effectus rei iam praesentis, quam spei.

AD PRIMVM ergo dicendum quod ratio illa procederet, si ex circuncisione esset iustitia aliter quam per fidem passionis Christi.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut āte institutionē circuncisionis sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros quam adultos: ita etiam & circuncisio data. Sed antea nō requirebatur aliquod signum protestationis huius fidei: quia nondum homines fideles, seorsum ab infidelibus cōperant adunari ad cultū unius dei. Probabile tamē est, quod parentes fideles pro parvulis natūs, et maxime in periculo existētibus, aliquas preces deo funderet, vel aliquā benedictionē eis adhiberet (quod erat quoddā signaculum fidei) sicut adulteri pro seip̄is preces & sacrificia offerebant.

AD TERTIVM dicendum, quod populus in deserto prætermis mandatum circuncisionis, excusabatur: tū quia nescibat quādo casta mouenda erat: tum quia (ut Damascenus dicit) non neceſſe erat eos aliquod signum distinctionis habere, cum seorsum ab alijs populis habitabant. Et tamen (ut Augustinus dicit) in obedientiam incurribant, qui ex contemptu prætermissem. Videntur tamen, quod nulli in circuncisi mortui fuerint in deserto, quia, ut in psalmo dicitur. Nō erat in tribubus eorum infirmus. Sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerāt in Egypto circuncisi. Si tamen aliqui in circuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de his qui moriebantur ante circuncisionis institutionem.

Quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebātur ante octauum diem tempore legis.

AD QUARTVM dicendum, quod in circuncisione auferrebat peccatum originale ex parte personæ. Remanebat tamen impenitentum intrandi in regnum calorum ex parte totius naturæ: quod fuit sublatum per passionem Christi. Et ideo etiam baptismus ante passionem Christi nō introducebat in regnum. Sed & circuncisio si haberet locum post passionem Christi, introduceret in regnum.

AD QUINTVM dicendum, quod adulti quando circuncidebantur, consequebantur remissionem non solum originalis peccati, sed etiam actualium peccatorum. Non tamē ita quod liberarentur ab omni reatu pœni, si cut fit in baptismo, in quo confertur copiosior gratia.

HOC dubium quod hic mouet. S. th. an circuncisio gratia, tractamus ī supra. in hac prima. 4. q. 3. ar. i. & 6. ad. 3. argumentū: S. th. Ideo ī hac materia de circuncisione solū relinquunt tractadū de cessatione, quando s. cessavit circuncisio, & alia legalia.

DUBITATVR igitur, quando cessavit circuncisio, & legalia omnia veteris legis. Hac quæstio tractatur in. 4. d. i. & ibi à S. th. q. 2. ar. 5. & i. Secūdū. q. 10. ar. 3. & 4. Et sententia August. & S. Tho. de hoc continetur quatuor propositionibus quarum prima est. Ante passionē domini circuncisio & alia legalia fuerōt semper sub præcepto, & habuerunt virtutē suam.

SECUNDA propositio est. In passione domini omnia legalia fuerunt extincta, & quādū ad præceptū, & quādū ad virtutē: ita quod statim ā passione domini non habebant virtutē quā antea habebant, nec ī erant sub præcepto: sed sublatuerat præceptum, quod antea fuerat de eis.

TERTIA propositio est. Ante sufficiētē p mulgationē euangeliī legalia nō erant mortifera, id est, ad huic licebat illa obseruare, etiam scienti & decessenti legē Christi.

QUARTA propositio est. Post sufficientem p mulgationem euangeliī, legalia sunt mortifera: ita quod qui ea vel aliquid ex eis seruat peccat mortaliter. Sicut qui se circuncideret, aut imolare agnum paschale, peccat mortaliter. Has propositiones probat. S. Tho. in locis supra citatis, quas & nos cum illo inferius probabimus.

DUBITATVR quā sūt ista legalia? Cū in lege veteri erat quādā præcepta moralia quā Dubium nō cessauerūt & alia erant ceremonialia quā cessāt secundū, uerū.

uerunt. Et de illis erant positæ illæ quatuor propositiones. Moralia dicuntur quæ sunt de iure naturali ut præcepta decalogi. Legalia erant leges dætæ à deo ad gubernandum populum. Ceremonialia dicebantur illa quæ erant ad colendum deum & significandum Christum venturum. Moralia vero, quia sunt de iure naturæ, semper manent. Legalia & ceremonialia cessauerunt in passione Christi: vt dictum est. Et nunc appellatione legalium intelligimus etiam ceremonialia.

PRO quo est notandum, quod tria ponuntur tempora quo ad observationem legalium. Primum est ab abraham, a tempore, s. quo data fuit circuncisio; vsque ad passionem Christi. Secundum erat, a morte Christi vsque ad sufficientem promulgationem euangelij. Tertium vero tempus est: a sufficienti promulgatione euangelij vsque nunc, & vsque ad finem seculi. Hunc etiam modum loquendi habet Durandus in. 4. d. 1. q. 9. Idem Richar. d. 1. art. 6. q. 4. Idem Adria. 4. q. 1. Idem Maior. d. 3. q. 1. Scotus vero in. 4. d. 3. q. 4. non haber hunc modum loquendi: & cum eo Gabriel. d. 1. q. 4. & Iohannes derubione. d. 3.

SED oportet examinare illas propositiones. Et prius dico quod illa. 4. propositio. s. quod est peccatum mortale seruare legalia a sufficienti promulgatione euangelij vsque nunc, est ita certa: quod est omnium fideliū doctorū nullo excepto. Et est de fide, ita quod oppositum est hereticum. Probatur extra de baptismo & eius effect. cap. M. iōres, vbi textus sic habet. Absit vt in illam damnatam heresim incidamus, quæ perperam affirmabat, legem cum euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam. Secundo. Iea determinatur etiam in concilio florentino sub Eugenio. 4.

IN prima propositione. s. quod ante passionem domini circuncisio & omnia legalia erant sub præcepto, & habuerunt virtutem suam: non conueniunt omnes. Sed Scotus vbi supra dicit, quod baptismus fuit institutus ante passionem Christi. Et in hoc bene dicit, & cum. S. Thom. vt nos supra probauimus in. q. 7. art. 2. Secundo dicit, quod statim post illam institutionē baptismi cessavit circuncisio quo ad præceptum, apud eos qui sciebant baptismum esse institutum: ita quod tam baptismus quam circuncisio habebat virtutem sanctificandi, non tamen erant sub præcepto, sed ambo erant sub consilio quo ad iudeos. Tertio dicit, quod hoc tempus durauit a prima institutione baptismi, vsque ad sufficientem promulgationē euangelij. s. vsque ad Penthecostē: ita quod qui erat circuncisus non tenebatur baptizari: & qui erat baptizatus non tenebatur circuncidari. Et probat, qui præceptum baptismi reuocauit præceptum circuncisionis. Ergo etiam consilium de baptismō tollebat præceptum circuncisionis. Ad hoc negatur consequētia: quia idem oportet dicere de alijs legalibus: quod est falsum.

SECVNDO probat, quia iam post institutionē

baptismi non tenebatur iudeus circuncidere puerū: quia iam non proderat circuncisio post baptismum, cum non tolleret peccatum originale. Poterat enim baptizare puerum, & per baptismum remitteretur ei peccatum originale.

AD HOC dico quod ad hoc tenebatur ad circuncisionem, propter præceptum de circuncisione quod ad hoc durabat, esto iam non haberent peccatum originale: sicut fecit Abrahamus, qui propter dei præceptum tenebatur se & suos circuncidere, cum iam non haberet peccatum originale. Et tenebantur presentare pueros suos in templo, & alias legis ceremonias seruare: quia non cessa-uerat lex ante passionem domini.

ET IDEO dico, quod hæc opinio male potest defendi. Prius, quia Apostolus dicit ad Hebræ. 7. & 9. quod Christus per mortem abstulit & antiquavit priorem legem & fæderotium. Ergo ante mortem erat lex in sua virtute.

SECVNDO. Christus venit ad implere legem, & non soluere. Matth. 5. At ante passionem non dū erat lex adimplēta. Ergo adhuc obligabat ad sui observationem.

TER TIO. Illi qui necdum audierant euangeliū tenebantur ad omnia et iā post passionē domini, sicut ipse Scotus fatetur. Ergo adhuc obligabantur. Q VAR TO. Sequeretur quod post quam iudeus erat liber a præcepto circuncisionis, quod iterū obligaretur ad circuncisionem. Probatur sequella. Quia inuincibiliter poterat postea ignorare baptismū Christi. Ergo assumpta verū. Nā poteramus quod quis iudeus crederet alicui Apostolo prædicanti baptismum ante passionem domini. Et postea reprehenderebatur ab alijs iudeis, quia cito credidit: cum non viderat opera quæ nullus alius fecit, vt dicit dominus. Ergo talis iterū obligatur ad legem a qua erat solutus.

Q VINTO. Puer proquo ante octauum diē offerebatur sacrificium, erat in gratia. Et tamen tenebatur ad circuncisionem si postea viueret. Ergo probatio Scoti nihil valet. Hæc quinque argumenta probant primam nostram conclusionem, ex illis quatuor quas posuimus.

SECVNDA etiam propositio, quod in passionē domini omnia legalia fuerūt extincta: potest duplīciter intelligi. Prius quod non obligabant sub præcepto. Secundo, quod non habebant iam illa virtutem, quam antea habebant. Et in utroque sensu intelligit. S. Thom. & est vera propositio.

SED oppositum etiam tenet Scotus, & probat. Quia iudei ad quos nōdum peruererat lex Christi, tenebantur ad legem, alia etiam post passionē dominii, quia tenebatur adhibere remedia puerū suo & non habebant aliud nisi circuncisionem.

AD HOC nego prius antecedens. Et ad probationem nego minorem: quia habebant baptismum. Poterat enim iudeus venire Hierosolimam & scire, & baptizare puerum suum.

SECVNDO. Concedo quod tenebantur iudei,

illæ

illi qui ignorabant legē Christi, circuncidere pueros suos. Non propter præceptū circuncisionis: sed propter hoc, non ager contra conscientiam: Quia omne quod non est ex fide, peccatum est: vt ait Apostolus ad Roma. i. 4. id est, quod est contra conscientiam. Et probatur quod sit ita dicendum. Quia si esset præceptum circuncisionis sub hac forma, vsq; ad passionem domini tātū, sicut erat, licet sub tali forma non fuisset. s. vsq; ad passionem Christi, & non amplius. Post passionē tale præceptum non obligaret, quanvis nesciens teneret seruare illud, vt contra conscientiam non ageret. Ergo etiam nunc sub alia forma sic intelligitur. s. vsq; ad passionem domini, & non amplius.

PROBAT secundo Scotus. Quia si iudeus post passionem domini ignorans legem Baptismi, & Christi, circuncideret puerum suū, haberet puer gratiam. Quam non habebat nisi ex vi circuncisionis. Ergo adhuc durabat vis circuncisionis. Negatur minor. Quia ille puer si habebat gratiam, non habebat virtute circuncisionis, sed per fidem parentum, sicut si essent in lege naturæ: quia faciebant parentes quod poterant pro puerō.

ET ex hoc potest argui, contra dicentes quod nō sufficiebat sola fides ad salutē in lege naturæ, sed qd requirebatur signum exterius. Quia post passionē domini pueri circuncisi saluabantur in sola fide, apud illos qui ignorabant legem Christicū circuncisio iam non obligaret. Est igitur vera nostra secunda propositio.

DE tercia propositione. s. quod ante sufficientem promulgationē euangelij, licebat iudeo fidelis seruare omnia legalia: est maior difficultas. Sed dico cum August. & S. th. quod est vera. Et probatur: quia Paulus circuncidit Timotheū post passionem domini. Actuum. 16.

SECVNDO. Idem Apostolus purificauit se in templo actuum. 21. Ergo licebat seruare legalia: quia alias Apostolus non fecisset. Verū est, quod non seruabantur in significationē alicuius futuri quia iam non erāt talia mysteria futura, sed præterita: sed ad protestandum quod lex illa fuerat sancta & iusta: & esto esset mortua, non erat sepulta, aut mortifera. Nec illi qui tunc seruabant legalia, ponebant spem in illis: confidentes quod habebant aliquam virtutem ad salutē cōsequendā:

NOTA tamen quod de hac propositione inter Hieronymum & Augustinum magna fuit cōtentio. Nam Hieronymus dicens, quod statim post passionem fuerunt legalia mortifera: sed Paulus circuncidit Timotheum simulās propter scandala lūn, ne. scālū scandalizaretur, & alias peccaret mortaliter. Augustinus autē dicit, quod vere circuncidit: quia vsq; ad sufficientem promulgationē euangelij, licet erat seruare legalia. Et probat. Quia si esset mortiferum seruare legalia, nec propter scandala liceret seruare: & ita Paulus peccaret.

SECVNDO. Apostolus dicit ad Galas. 5. Circumcidimini

DUBITATVR igitur circa quartā propo- Dubium sitionem: quando legalia incooperunt esse tertium. mortiferi, vel quando fuit sufficienter promulgatum euangelium.

AD HOC dico quod non est certū. Nā non potest dici quod statim post penthecostē: quia Paulus circuncidit Timotheū, & purificauit se in templo. Secundo. Petrus actuū. 10. dicebat. Absit à me domine: quia commune & immundū non māducaui, cum dominus dixisset occide & manduca, ostendens lintheū plenum animalibus. Ergo ad huc Petrus seruabat legalia, & erat post penthecostē. Nec potest dici, quod cessauerunt legalia immediate post conciliū. Apostolorum actuū. 15. quia postea purificauit se Paulus in templo Actuum. 21. Secundo in ipso concilio determinatum fuit ut seruarentur aliqua legalia: quia Petrus dixit, vobis est Spū sancto & nobis, hoc onus solū imponere vobis: vt abstineatis à sanguine, & suffocato, & fornicatione.

IDEO quidā dicunt, quod legalia fuerunt mortifera, & sc̄auerūt post quadragesima annos, postquam s. Vespasianus & Titus destruxerunt Hierusalem. Hoc est probabile: quia iam videbāt Iudei, quod legalia erant extinta, cum iā non seruarentur. Sed adhuc nō est certū quod tunc ces̄auerunt. Certum tamen est, quod iam nunc legalia ita sunt exticta: vt illa seruare non liceat, nec ad protestandum quod lex illa fuit à Deo: quia iā esset mendaciū perniciosum, cum sufficiēter promulgātū sit, quod fuerit a Deo.

DUBITATVR an liceat seruare legalia materialiter: ita quod nō propter significatiōnē nec propter legē veterē, s. ad probandum eam a Deo fuisse: sed solū ad imitationē Christi, vt faciūt isti AEthiopes Preste Ioannis, qui se circumcidēt, dicēt, quod faciunt ad imitationē Christi. Videatur quod ita: quia ecclesia videtur posse reinstituere circuncisionem, & agnum pachalē, vel aliquod aliud legale, in honorem & imitationē Christi.

AD HOC dico, & sic prima propositio. Seruare aliquod tale legale materialiter, nō esset peccatum: sicut iugulare galinam quia melius sapit, non est peccatum, & alia id genus.

SECVNDO propositio est. Aliquæ sunt ceremoniae veteris legis: quæ nihil significabāt futurum. Et tales possent restituī in Dei cultum: vt thurifacere, & soluere decimas. Sed nullo modo ad imitationē veteris legis.

TER TIA propositio. Aliæ erant ceremoniae & legalia, quæ significabāt aliquod futurū circa Christum. Et talia legalia sunt mortifera, id est, est peccatum mortale illa seruare, etiam materialiter, nec possunt restituī ab ecclesia, quātū est de se. Probatur, quia semper ibi esset mendacium perniciōsum, significetur aliquid futurum circa Christum futurum, quod est falsum.

SECVNDO. Apostolus dicit ad Galas. 5. Circumcidimini

cidimini Christus vobis nihil p̄derit.
TERTIO. Ecclesia determinauit in cōcilio Flo
rētino sub Eugenio.4. &c. ip. Maiores causas eccl
esiæ extra de baptis. & eius effectu, qđ est hæresis
dicere circūcisionem currere cum baptismō.
QVARTO. Christus fuit circuncisus ad imi
tandum & seruandū legalia. Ergo qui nunc se cir
cundunt ad imitationē Christi, etiam faciunt
ad imitandum & seruandum legalia.
VNDE de se male faciūt insulani preste Iohānis
circūcidētes se, & credo qđ peccat mortaliter pro
pter dictas rationes. Tum etiam quia ipsi cōcilio
Florentino interfuerūt: & scīunt quod ecclesia p
hibet ne seruetur circūcisio, & non parent. Secū
do. Si ad imitationem Christi licet seruare circū
cisionem. Ergo etiam alia legalia: quia etiā Chris
tus ea seruauit, & ita liceret sacrificare thauros
& agnos, quod falsum est, & cōtra Paulum dicē
tem vñ tantum esse sacrificium in ecclesia. Lice
ret etiam (eadem ratione) seruare totā legē ludao
rum. Ideo hoc est securius. quā quod dicit Caius.3.
p.q.37.ar.1. quod non sunt damnandi, sed cōsulē
da est ecclesia Romana. Tertio. Signum est, quod
putant ipsi circūcisionem ad salutē esse necessa
riam: cum in ea persistant ab ecclesia reprehensi
Quod falsum est. Dico tamen secundo, quod for
te multi illorum ignorātia excusantur, & nō pec
cant, quia faciunt ex vī suorum antiquorū. Sed
nescirem excusare maiores & prælatos eorū: qui
sciūt aut debēt scire, quid in hoc habeat Roma
na ecclesia.

S E D contra prædictas quatuor propositiones
sunt argumenta apparentia. Primo, contra secun
dam propositionem arguitur sic. Actuum.10. legi
tur de Petro Apostolo, quod cum ascendisset ad
orandum vidit lintheum plenum animalibus: &
audiuit vocem dicentē: Occide & manduca. Qui
respondit. Absit a me dominie cōmune & immū
dum nūquā manducaui. Et rursus audiuit. Quod
dominus creauit, tu ne inādū dixeris. Ergo vī
ad illud verbum obligabāt ceremonialia: quia
Petrus id significauit sua responsione.

A D H O C aliqui cōcedunt totum. Sed ego dico
esse erroneum dicere hec. Nam Apostolus ad he
braeos.7 dicit. Trāslato sacerdotio, necesse est vt
translatio legis fiat. Sed in passione domini trans
latum fuit sacerdotium. Ergo & ibi lex vetus fuit
translata. Ideo ego dico, quod Petrus dixit illud
ignorās & credes quod ad huc legalia obligabāt.

S E D contra. Iam venerat Spūs sanctus. Ergo nō
ignorabat. Nam Spūs sanctus docebat Apostolos
omnia. Ad hōc dico, quod Spūs sanctus non docu
it statim Apostolos omnia: quia multa dubia eis
māserunt. Et probatur. Post adūctum Spūs sancti
conuenerunt Apostoli hierosolymis: vt decerne
rent an legalia obligarent. Ergo non docuit eos
Spūs sanctus omnia in instati: sed successiue. Se
cūdo. Quādo Petrus dixit abſit a me domine &c.
dictū ei fuit a Deo (quasi reprehēdēte cū de igno

rātia) quod dominus creauit, tu immundū ne di
xeris.
SECVNDO principaliter arguitur ex illo con
cilio Apostolorum actuum.15. vbi dictum est, &
scriptum fuit gentilibus. Visum est Spūi sancto et
nobis, nihil aliud vobis oneris imponerenī vt
abstineatis ab immolatis simulachrorum: & san
guine suffocato, & fornicatione. Et hæc erant ne
cessaria. At istorum aliquid erat legale: vt absti
nere a suffocato. Ergo erat præceptum de aliquo
legali. Ergo ad huc post passionem domini lega
lia obligabant.
A D H O C respōdet. S.th.1. Secūda. q.103.ar.4.ad
3. &.in.4. d.1.q.2.ar.5.q.4 quod Apostoli illa &
non alia mādauerūt, non quia legalia obligarent
sed propter alias causas. Primum (vt s. gentes
ab immolatis abstinerent) mandauerunt: vt cōf
tarer omnibus, quod ritum gentilium reliquerāt,
& erant veri Christiani. Fornicatio autē fuit pro
hibita: quia ipsi putabant simplice fornicationem
esse licitā. Abstinere autē à sanguine & suffocato
mandatur ibi, propter pacificum coniunctū Iude
orum & gentilium: quia Iudei adhuc non poter
rant comedere sanguinem & suffocatum propter
disuertinē. Et vt omnes conuenirent illa māda
uerūt Apostoli: qā legalia erant. Quod vero
illa de se nō esset prohibita, pbatur qā dominus
Math.15. dicit. Nō quod intrat per os coquiat
hominē. Ergo de se vel propter legem iā non erat
prohibita. Secundo. Paulus.1.ad Timot.4. di
cit. Nihil est reiiciendū, quod cum gratiarū acti
one percipitur. Ergo nihil iam erat prohibitum
ex vi veteris legis.

S E D contra (dicit Adria. in.4.q.1) quia illa non
fuerunt ordinata ad tempus. Nam Apostoli fue
runt congregati in prædicto concilio, ad respon
dendum quibusdam necessarijs ad salutē: vt erat
illud an essent circūcidendi. Et dicit Paulus ad
Galath.5. Si circūcidimini Christus vobis nihil
proderit.

SECVNDO. Quia eadem ratione quia fuit mā
datum gentilibus, vt asuffocato abstinerent; debe
ret mādari, vt abstineret a carnibus porcinis: quia
etiā Iudei illas abominabāt. Ergo nō erat illa
intentio Apostolorum.

TER TIO. Si illa nō erat de se mala: nō deberet
prohibi, ab Apostolis tanquā necessarijs: sed essent
gentiles admonendi, vt corā Iudeis abstinerent
& non alias.

QVARTO. Si non erant de se mala, non erat
prohibendum, vt ab illis abstinerent, sed vt non
immolare. Maxime quia Apostolus dicit.1.ad
Corinth.8. Quod si māducauerimus nō abūda
bitus: nec si non māducauerimus deficiens.
S E D prosolutione ad hæc omnia: vide Aposto
lū.1.ad Corinth.8. quia ibi exponit optimè conci
liū illud. Dicit enim quod propter scandalū ali
orum est ab illis abstinentia: & non propter
vī legis sicut antea.

Sed

S E D cōtra. In decretis. d.30. cap. Si quis carnē ex
concilio Gangreni, sic dicitur. Si quis carnem
manducantem ex fide cum religione (præter san
guinem, & idolo immolatā, & suffocatam) credi
derit condamnandum, tanquam spem non habē
tem, quod eas manducat. Anathema sit. Ergo nō
licet comedere sanguinem, & suffocatum, nec iā
molatura idolis: que Apostoli prohibit. & per
consequens adhuc sunt prohibita.

A D hoc dico, quod intelligitur (sicut præceptum
Apostolorum) propter scandalum aliorum, non
autem de se, vel propter legem.

SE D contra. Glosa ibi dicit quod adhuc nō
licet comedere carnē immolatā idolis. Ergo &c.
Dico quod errat illa glosa, & non est teneta in
hoc. Et probatur: Apostolus.1.ad Corinth.10. ait.
Si quis infidelium vocat vos ad coenātōne quod
vobis apponit māducatur nihil interrogātes &c.
Ergo glosa dicit contra Paulum.

T E R T I O principaliter arguitur. Si aliquis Iude
us nollet credere Apostolo prædicanti quod cessa
vit circūcisio, & circūcideret puerā. Ille puer
haberet gratiam, & non in fide parentum, cum pa
rens non haberet fidem. Ergo virtute circūcisio
nis saluaretur.

SECVNDO. Si ille Iudeus ignoraret invincibi
liter legem Christi, saluaretur ille puer per circū
cisioñem, etiam post passionem Christi. Ergo ad
huc habebant legalia vim.

TER TIO. Puer circūcisus post passionem Chri
sti, ante sufficientem promulgationem euange
lii saluabatur ergo ad huc habebat circūcisioñis
vī. **A D H A E C** dico, quod est dubium, quomodo in
his eventib[us] pueri saluarentur. Sed verius vide
tur, quod non saluabuntur per circūcisioñem: quia
idem iudicium erat tunc, quod tunc. Sed nūc esto
circūcideret quis puerum suum invincibiliter
ignorans: non saluaretur puer ille propter præ
peum domini. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
spū sancto &c. Iohann.3. Ergo nec tunc.

SECVNDO. Dico quod quandiu pater Iudeus
ignoraret invincibiliter puer circūcisus saluare
tur. Non ratione virtutis circūcisioñis: sed per
ā deo virtualem quam habebat, quia paratus erat
ad recipiendum Christum, nec assisterat veram
fideni: quia non peccauerat.

C O N T R A tertiam conclusionem arguitur sic.
ex facto Pauli ad galath.2. Vbi habetur quoniam
Petrus esset antiochiae conidebatur cum gentilibus,
ea quā erant legalibus prohibiti: Iando non ad
erant Iudei conuersi ad fidem. Quando vero ade
rāt aliqui conuersi a iudaismo, abstinerat & no
lebat ea comedere coram Iudeis conuersis. Et re
prehendit Paulus Petrum: quia illo facto Petri
inducebantur gentes ad obſeruandum legalia. Et
non dum erat sufficiens promulgatio euangelij.
Erant ergo mortifera legalia ante sufficientem
promulgationem euangelij.

A D H O C dicit Major in.4.d.3.q.1. quod Paulus

non reprehēdit Petrum, eo quod Petrus in hoc
peccauerit: sed quia non faciebat id quod etat me
lius. s. non sic abstinerre quando aderat iudei con
uersi ad fidem, vt faciebat. Sed hoc non potest di
ci: quia est contra ipsum textum scripturæ. Nam
Apostolus dicit. Restici ei in faciem, quia reprehē
sibilis erat. Hieronymus dicit, quod Paulus non
vere reprehēdit Petrum: sed siculabat se illum
reprehendere. Sed nec hoc satissimū: quia etiam
videtur cōtra textū. Ideo Augustinus dicit, qđ vere
erat reprehēsibilis, & Paulus vere cū reprehēdit.
SE D contra. Ergo Petrus peccabat seruans lega
lia, & per consequens iam erant mortifera, etiam
ante sufficientem promulgationem evangeli.

A D hoc dico, quod Petrus peccauit venialiter!
Non quia seruabat legalia, sed propter scandalū.
Et non peccauit mortaliter, esto esset materia gra
vis: quia non aduertebat ipse. quod alij scandaliza
bantur. In hoc tamen quod non aduertebat fuit
aliqua negligētia leui, quā erat māla venialiter.
SECVNDO principaliter arguitur. Apostolus
dicit ad Galath.5. Si circūcidimini Christus vo
bis nihil p̄derit. Ergo legalia erāt mortifera ante
promulgationem evangeli sufficientem.

A D hoc dico, quod ipse Apostolus declarat. Di
cebatur enim de illis qui spei in circūcisione po
nebant. i. credebat, quod per circūcisionem ha
bebant salutem. Non autem dicebat de illis, qui se
circūcidebant, ad protestandum legem fuisse
sanctam, & a Deo datam.

SE D cōtra. Qā gentilibus nec ad protestādum
legem a Deo fuisse datam permittebatur circūci
sio. Ergo nullo modo licet. Ad hoc nego conse
quentiam: quia gentilibus non erat nec fuerat vī
quam opus circūcisioñis. Ideo non est simile de
gentib[us] & Iudeis.

TER TIO principaliter arguitur. Eadem ratione
qua dicitur nūc legalia esse mortifera, erant
tunc. Nam nūc sunt mortifera; quia est mendaci
um perniciosum, cum significant Christum vē
tūrū. Sed etiam erat mendacium perniciosum
immediate post passionem Christi. Ergo &c.

AD H O C nego quod immediate post passionē
Christi esset mendacium perniciolum sicut nūc.
Vnde duo habebant legalia. Vnum erat quod si
gnificant futura circa Christū. Et in tali signifi
catione fieri legale: semper post Christi passionē
fuit mortiferum. Aliud erat, quod fierent in pro
testationē quod lex fuit a Deo. Et quantum ad
hoc non erat simile tunc, & nūc. Tunc enim nō
erat sufficiens promulgatio euangelij: nec suffi
cienter promulgatum erat, quod lex quā cessabat
fuerat sancta & a Deo.

SECVNDO dico, quod tunc adhuc licet ser
uare legalia ad intentionem veteris legis: quia illa
intentionē nō fuit nisi qđ illa fuerat significativa Ch
risti vētūrū. Ettūc solū seruabatur ad p̄bādū ea si
guificatiua fuisse Christi vētūrū, licet iā nō erant
quia res iam vēnerant;

CONTRA
Nij

C O N T R A quartā propositionē arguitur sic. Post conciliū Apostolorū in Hierusalē erat sufficiēter promulgata lex Christi. Et tamē adhuc non erāt legalia mortifera: quia post hoc Paulus purificauit se in templo cū Iudeis, & circuncidit Timotheum. Ergo &c.

A D H O C dico, quod nō erat sufficiēter promulgata lex Christi simpliciter: i. non erat sufficiēter approbatū legē fuisse sanctam & à Deo datā &c. **S E C V N D O**. Idē Apostolus ad Roma. i. 4. consu lait quod licet omnia sint mundata: tamen propter fratris offendiculū dicit abstinendū esse à carne & vino. Ergo adhuc post sufficientē promulgationē euangelij legalia non erāt mortifera.

A D Hoc nego: consequētiā: quia post sufficientē promulgationē euangelij poterat scandalū tolli verbis, puta quod quis diceret, iā nō licet seruare legalia quia cessauerunt. Et iā lex erat satis probata, quod suo tempore fuerat à Deo & sacerdoti: & iam tunc cessauerat.



D P R I M U M sic proceditur. Videtur quod cathecismus non debeat praecedere baptismum. Per baptismū enim regenerātur homines in vitam spiritualem. Sed prius homo accipit vitam quam doctrinam. Non ergo prius debeat homo cathecizari. i. doceri quam baptizari.

P R A E T E R E A. Baptismus exhibetur non solum adultis sed etiā pueris, qui non sunt doctrinā perceptibiles. eo quod non habent usum rationis. Ergo ridiculum est eos cathecizare.

P R A E T E R E A. In cathecismo confitetur cathecizatus suam fidem. Sed pueri non possunt suam fidē confiteri neq; per se ipsos, neq; etiam aliquis alius pro eis: tum quia nullus potest alium ad aliquid obligare: tum etiam quia non potest aliquis scire, utrum pueri cum ad legitimā etatem peruerenter, assentiant fidei. Non ergo debeat cathecismus praecedere baptismum.

S E D C O N T R A E S T quod Rabanus de inst. clie. dicit. Ante baptismum cathecandi debet hominem praeuenire officium, ut fidei primum cathecuminus accipiat: rudimentum.

R E S P O N D E O dicendū, quod (sicut supra dictū est) baptismus est fidei sacramentū: cū sit quadā pfectio fidei christiana. Ad hoc autē quod aliquis fidē accipiat, requiritur qđ de fide instruatur: secūdū illud **R o m a. 10**. Quomodo credent ei, quē nō audierunt? Quo modo autē audient sine prædicante? Et ideo ante baptismū conuenienter præedit cathecismus. Vnde et dominus præceptū baptizandi discipulis tradēs, premittit doctrinā baptismū dicens. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod vita gratia in qua regeneratur aliquis per baptismum, præsupponit vitam natura rationalis: in qua homo potest esse particeps

esse particeps doctrinae.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sicut mater ecclesia (ut supra dictum est) accommodat pueris baptizādis aliorum pedes ut veniant, & aliorum cor ut credant: ita etiam accommodat eis illorum aures ut audiānt, & intellectum ut per alios instruantur. Et ideo eadem ratione sunt cathecandi, quas sunt baptizandi.

A D T E R T I U M dicendum, quod ille qui pro puerobaptizato responderet, credet nō prædictum puerum crediturum, cum ad legitimos annos peruerenter: alioquin diceret, credet Sed pfitetur fidē ecclesia in persona pueri, cui cōmunicatur, cuius sacramentum tribuitur, & ad quam obligatur per aliū. Non est enim inconueniens, quod aliquis obligetur per aliū in his quā sunt de necessitate salutis. Similiter etiam patrinus pro pueror respondens, promittit se operam daturum, ad hoc quod puer credat. Quod tamen non sufficeret in adultis usum rationis habentibus.

I N H A C quæstione duodecima intendit doct̄or agere de præparatorijs, quæ simul cum baptismō concurrunt: quorum unum est cathecismus, qui nihil aliud est quam doctrina fidei. Sed est notandum quod cathecismus est terminus cōnotatiuus, & non significat solum doctrinam fidei absolute, sive sic circa cōmunitia, sive circa particularia & subtelia fidei: sed significat doctrinā fidei circa cōmunitia & priora eius rudimenta. Alia præparatoria sunt ritus & ceremonie quæ sunt in baptismō.

P E T I T igit̄, s. Thomān cathecismus debeat præcedere baptismum, & responder cum omnibus doct̄oribus quod ita: Probat testimonio Rabani citato in argomento in contra. Secūdū probat si ratione ī corpore articuli. Baptismus est quādā protestatio fidei christiana. Sed ad hoc quod aliquis fidem accipiat, requiritur quod de fide instruatur, secundum illud ad Roma. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt, quomodo autē audient sine prædicante. Ergo antebaptizantū conuenienter præedit cathecismus. Tertio probatur Quia dominus Mat: h ultimo tradens præceptū baptizandi: præmitit doctrinā baptismū dicens Euntes docete omnes gentes baptizantes eos. &c. Vides quomodo prius dixit, docete, deinde baptizantes?

D U B I U M prius circa solutionem ad 3. an parvuli teneantur ex voto emiso in baptismo, ad seruandum fidem christianorum, &

mores eorū. Ad quod dico cū Paludano. 4. d. 6: q. 4. quod non. Probatur. Votum est actio persona lis. Et nullus obligatur ex voto ad illud quod ali⁹ us facit, quicquid faciat, si ipsemet nō voleat. Secundo dico cūta eodem Paludano, quod nec adulati obligantur ex voto emiso in baptismo, quia illud quod dicitur in cathecismo, promittis seruire Christo, & responderet baptizatus promitto: non est votum. Sed hoc inituit ecclēsia ad acceptati onem legis & ad profitendum fidem, vel confiten dum: non autem ad voulendum.

D U B I U M secundo in qui tenet bapti zandum in baptismō, quando iam ante fu it vere baptizatus sed rebaptizatur sub conditio ne: contrahat affinitatem. Dico quod nō: quia nō est sacramentum, & affinitas solum contrahitur quando est sacramentum.

Articul. secūdus.

Vtrum exorcismus debeat prædere baptismum.

D S E C V N D U M sic proce ditur. Videtur quod exorcismus non debeat præcedere baptismū.

Exorcismus enim cōtra energias. i. arreptitos ordinatur. Sed nō omnes baptizādi sunt tales. Ergo exorcismus non debet præcedere baptismum.

P R A E T E R E A. Quādiū homo subiectus peccato diabolus in eo habet potestatē: quia ut dicitur Ioan. 8. qui facit pēculū seruus est peccati. Sed pēculū tollitur per baptismū. Nō ergo āte baptismū sūt homines exorcisandi.

P R A E T E R E A. Ad arcendā dāmonū potestatē est introducta aqua benedicta. Non ergo ad hoc oportebat aliud remedium ad hiberi per exorcismos.

S E D C O N T R A est quod Cœlestinus Pa pa dicit. Siue parvuli, siue iuuenes, ad regens rationis veniant sacramentum: nō prius fonte vite ad eant, quā exorcismus & exufflatiōnibus clericorū spūs imūdus abeis abiciatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod quicquid sapienter aliquod opus facere proponit: prius remouet impedimenta sui operis. Vnde dicitur Hiero. 4. Innovate vobis nouale, & nolite ferre super spinas. Diabolus autem hostis est humanae salutis, quæ homini per

N iij baptis-

Quæstio. xij.

De præparatorijs quæ simul cōcurrunt cum baptismō.



E I N D E cōsiderādū est de præparatorijs quæ simul cōcurrunt cum baptismō. Et circa hoc quæ rūntur quatuor.

P R I M O. VTRVM cathecismus debeat præcedere baptismum.

S E C V N D O. VTRUM baptismum debeat præcedere exorcismus.

T E R T I O. VTRUM ea quæ aguntur in cathecismo & exorcismo aliquid efficiant, vel solum significant.

Q V A R T O. VTRUM baptizandi debeat cathecizari vel exorcizari per sacerdotes

Articulus primus

Vtrum cathecismus debeat prædere baptismum.

baptismū acquiritur: & habet potestatē ali- quā in homine, ex hoc ipso quod subditur ori- ginali peccato vel etiā actuali. Vnde conve- nienter āte baptismū expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediāt: quā quidē expulsionem significat exuffatio. Benedictio autē cū manus impositione præclu- dit expulso viā, ne redire pos̄it. Sal autē in os misum, & nariū & aurū fūto linitio, si gnificat receptionē doctrinæ fidei, quātū ad aures et app̄lationē quātū ad naras, & cōfe- ssionē quātū ad os. Olei vero munctio signi- ficat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ener- gumini dicuntur quasi interius laborantes, ex iī ū seca operatione diaboli. Et quāuis nō ōnes accedētes ad baptismū, corporaliter ab eo ve- xētur: ōnes tamēō baptizati potestati dæmo- nū subiūctūr: salte ūpter originali p̄ceptū reatu. **AD SECUNDUM** dicendū, quod in baptismō per ablutionē peccati excluditur po- testas dæmonis ab homine, quātū ad hoc, qđ impedit eum a perceptione glorie, sed exor- cismi excludunt potestatē dæmonū, in quā- tum impedit hominē a perceptione sacramēti. **AD TERTIUM** dicendū, quod aqua benedicta datur cōtra impugnations dæmo- num quae sunt ab exteriori. Sed exorcismus ordinatur cōtra impugnations dæmonū, quae sunt ab interiori: unde & energumini dicū- tur (quasi interius laborantes) illi qui exor- cizāt. Vel dicendum, quod sicut in reme- diū contra peccatū secundo datur pœnitēcia quia baptismus nō iteratur: ita in remediū cō- tra impugnations dæmonum, secundo da- tur aqua benedicta: quia exorcismi baptismi non iterantur.

IN HOC secundo articulo est conclusio. S. th (quae est etiam omniū) quod exorcismus debet præcedere baptismū. Probatur testimonio Celesti Papæ, quod habetur in decretis de cōsecrā. d. 4. cap. Siue, ubi textus sic habet. Siue parvuli siue iuuenes ad regenerationis veniant sacramentū: non fontem vitæ prius adeant, quā exorcismis &

exufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abiūciatur. Secundo probatur ratione hoc mo- do. Quicunq; sapienter aliquod opus facere p̄po- nit: prius remouet ī pedimentā, quā opus aggrediatur. At diabolus est hostis humanæ salutis, quæ homi- ni per baptismū acquiritur: & habet potestatē aliquid in homine ex hoc ipso quod subditur ori- ginali peccato vel actuali. Ergo conuenienter an- te baptismū expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediāt. Hanc expul- sionē significat exuffatio. Secūdo. Diuus thomas exponit quid significant alii ceremoniæ, quæ fūt in baptismō: ut app̄positio salis, & sputi, & linitio olei. Vide in litera. Tertio est notandum, quod di- ximus supra. q. 7. ar. 10. quod exorcismus idē est quod adiuratio dæmonis: & exorcizare idē est quod ad jurare dæmonē, ne impedit salutē bap- tandi vel dispositionē ad illam.

Articul. tertius

Vtrum ea quae aguntur in exorcis- mo aliquid efficiant.

D T E R T I V M sic p̄ceditur. Videtur quod ea quae agūt in exorcismo nō efficiāt aliquid, sed solum significet. Si enī puer post exorcismos moriatur āte baptismū, salutēnō consequitur. Sed ad hoc ordinatur effectus eoru, quae in sacramēti aguntur, ut homo cō- sequatur salutē: vnde & Marci ultimo, dicitur. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo ea quae agūt in exorcismo nō efficiunt: sed solum significant.

P R A E T E R E A. Hoc solum requiri- tur ad sacramētum nouæ legis, ut sit signū & causa. Ut supra dictū est. Si ergo ea quae aguntur in exorcismo aliquid efficiant: vi- detur quod singula sint quādā sacramēta.

P R A E T E R E A. Sicut exorcismus or- dinatur ad baptismū: ita etiam si aliquid in exorcismo efficitur ordinatur ad effectū bap- tismi. Sed dispositio ex necessitate præcedit formā perfectā: quia forma non recipiūr nisi in materia disposita. Sequeretur ergo quod nullus posset cōsequi effectū baptismi, nisi prius exorcizetur, quod patet esse falsum. Non ergo ea quae aguntur in exorcismis aliquē effe- ctū habent.

P R A E T E R E A

P R A E T E R E A. Sicut quēdam aguntur in exorcismo āte baptismū: ita etiā quēdam aguntur post baptismū, sicut qđ sacerdos baptizatū chrismate vngit in vertice. Sed ea quae post baptismum aguntur, non viden- tur aliquid efficere: quia secundum hoc effe- ctus baptismi ē set imperfectus. Ergo nec ea quae ante baptismum aguntur in exorcismo.

S E D C O N T R A est, quod Augustinus dicit in lib. de symbolo. Parvuli exuffiantur et exorcizantur: ut pellatur ab eis diaboli poe- stas inimica, quae decipit hominem. Nihil au- tem agitur frustra per ecclesiam. Ergo per hu- iusmodi exufflationes hoc agitur: ut dæmo- num potestas expellatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod quidā dixerunt ea quae in exorcismo aguntur, nihil efficere: sed solum significare. Sed hoc patet es-

se falsum per hoc quod ecclesia in exorcismis imperatiwis verbis vtitur, ad expellendum dæmonis potestatē: puta cum dicit, ergo ma- ledicē diabole exi ab eo. &c. Et ideo dicendū est, quod aliquem effectum habent: differēter tamen ab ipso baptismō. Nam per baptismū datur homini gratia ad plenam remissionem culparum. Per ea vero quae in exorcismo agū- tur, excluditur duplex impedimentū saluta- ris gratiae percipiendae: quorum unum est im- pedimentum extrinsecum, prout dæmones ho- minis salutem impeditre conātur. Et hoc im- pedimentum excluditur per exufflationes, qui- bus potestas dæmonis pellitur: ut patet ex in- ducta authoritate August. quantum. s. ad hoc quod non præstet impedimentum sacra- mento suscipiendo. Manet tamē potestas dæ- monis in homine, quantum ad maculam pec- cati & reatum pene: quousque peccatū per baptismum tollatur. Et secundum hoc Cyprianus dicit: Scias diaboli nequitiam posse re- manere usque ad aquam salutarem: in bap- tismo autem omniem nequitiam amittere. Aliud impedimentum est intrinsecum: prout s. homo ex infectione originalis peccati, habet sensus præclusos ad percipidā salutis myste-

ria. Unde rabanus de institutione clericorū dicit, quod per saluam typā, et sacerdotis tactis sapientia & virtus diuina salutē cathe- cuminis operatur: ut aperiāntur eis vares ad recipiendū odore notitiae dei: ut aperiāntur aures ad audiendū mandata dei, ut aperiāntur illis sensus ī intimo corde ad respōdēdū. **AD PRIMVM** ergo dicendū, quod p̄ ea quae agūt in exorcismo nō tollitur culta propter quā homo puniatur post mortem: sed so- lu tolluntur impedimenta recipiendi remissio- ne culpe per sacramentū. Vnde post mortem exorcismus non valet sine baptismō. Preposi- tiū autem dicit, quod pueri exorcizatisimo riāntur ante baptismū, minores tenebras pa- tientur. Sed hoc non videretur verū: quia te- nebrae illi sunt carentia diuine visionis, que non recipit magis & minus.

AD SECUNDUM dicendū, quod de ratione sacramenti est, quod perficiat p̄mei patē effectū, qui est gratia remittēculpā: vel supplens aliquē hominis defectū. Quod qui dē non fit p̄ ea quae agūt in exorcismo: sed solū huiusmodi impedimenta collūctur. & ideo nō sūt sacramēta, sed sacramentalia quādā.

AD TERTIUM dicendū, quod dis- positio sufficiēt ad suscipiendū gratiā baptis- malē est fides & intentio: vel propria eius qui baptizatur si sit aultus, vel ipsius ecclesie si sit parvulus. Ea vero quae agūt in exorcis- mo ordinātur ad remouendū impedimenta: et ideo sine eo potest aliquis consequi effectū bap- tismi. Nō tamē sunt huiusmodi pretermittēda: nisi in necessitatē articulo, & tunc cessan- te periculo debent suppleri: ut seruetur vni- formis in baptismō. Nec frustra suppletur post baptismū: quia sicut impeditur effectus baptismi ante quā percipiatur, ita potest im- pediri postquam fuerit perceptus.

AD QUARTUM dicendū, qđ eorū quae agūt post baptismū circa baptizatū, ali- quid est, qđ nō solū significat sed efficit: puta ī vnello quae sit in vertice, que operatur cōser- nationē gratiae baptismalis. Aliquid autē est,

N iiiij quod

quod nihil efficit sed solum significat: sicut quod datur ei vestis candida, ad significandum munitatem vite.

IN HOC articulo tertio dicit: S.th. quod exorcismi non solù significant (ut quidā dicebāt) sed etiam efficiunt aliquid. Quod distincte probat diuinus thomas, & nos supra tractauimus. q.7. ar. 10. Vide ibi ne sit opus eadē repetere. Conclusio. S. th. est etiam sanctorū. ut ipse citat: hic & in ar. 4 sequenti in arguento in contra.

Articul. quartus

Vtrū sit officium sacerdotis cathecizare, & exorcizare baptizandū.

DQVARTVM. Sic pceditur. Videtur quod non sit officium sacerdotis cathecizare, et exorcizare baptizandū. Ad officium enim ministeriorū pertinet habere operationem super immundos: ut Dionysi. dicit. s. cap. Ecclesiasti. Hierarch. Sed cathecumini qui instruuntur in cathecismo, & energumini qui purgantur in exorcismo, computantur inter immundos: ut ibidem Dionysius dicit. Ergo cathecizare & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis: sed potius ministrorum.

PRÆTEREA. Cathecumini instruuntur de fide per sacram scripturam, quæ in ecclesia per ministros recitatur, sicut enim prelectores in ecclesia legitur. Vetus testamentum, ita etiam per diacones & subdiacones legitur nonum, & sic ad ministros pertinet cathecizare. Similiter etiam exorcizare (ut videtur) ad ministros pertinet. Dicit enim Isidorus in quadam epistola. Ad exorcistam pertinet, exorcismos memoriter retinere: manusque super energuminos & cathecuminos in exorcismo imponere. Non ergo pertinet ad officium sacerdotis cathecizare & exorcizare.

PRÆTEREA. Cathecizare id est quod docere. Et hoc idem est quod perficere, quod ad officium episcoporum pertinet: ut dicit Dionysius. s. cap. ecclesiast. Hierarchia.

Non ergo pertinet ad officium sacerdotis. **S**ED CONTRA est, quod Nicolaus Papa dicit. Cathecismi baptizandorum à sacerdotibus unius cuiusq; ecclesiae fieri possunt. Vnde Gregorius etiam super Ezechie. dicit. Sacerdotes cum per exorcismi gratiam magnum credentibus imponunt, quid aliud faciunt, nisi quod demonia ejiciunt?

RESPONDEO dicendum, quod minister comparatur ad sacerdotem sicut secundarius & instrumentale agens ad principale: ut indicat ipsum nomen ministri. Agens autem secundarium, non agit sine principali agente: sed cooperatur principali agenti in operando. Quanto autem potior est operatio: tanto principale agens paucioribus indiget instrumentis seu ministris. Potior autem est operatio sacerdotis, inquantum confert ipsum sacramentum, quā in preparatorijs ad sacramentum. Et ideo si premi ministri qui dicuntur diacones, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum. Dicit enim Isidorus, quod ad diaconem pertinet assistere sacerdotibus: & ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis Christi: in baptismo, & in chrismate, patena, & calice. Inferiores autem ministri cooperantur sacerdotibus in his que sunt preparatoria ad sacramentum: sicut lectors in cathecismo, & exorcista in exorcismo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod super immundos ministri habent operationem ministeriale, & quasi instrumentalem: sed sacerdos principalem.

AD SECUNDVM dicendum, quod lectors & exorcistæ habent officium cathecizandi & exorcizandi, non quidem principali: sed sicut in his sacerdoti ministrantes.

AD TERTIVM dicendum, quod multiplex est instructio. Una cōuersua ad fidem: quā Dionysius tribuit episcopo in. 2. cap. Ecclesiast. Hierarch. & potest competere cūlibet prædicatori, vel etiam cūlibet fidelis. Secunda est instructio, qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter se debeat habere in susceptione

ceptione, sacramentorum. Ethoc pertinet secundario quidem ad ministros: principaliter autem ad sacerdotes. Tertiæ est instructio de cōversatione christiane vite. & hæc pertinet ad patrinos. Quartæ est instructio de profundi mysterijs fidei, & perfectione christiana vite: & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

HIC articulus quartus solum mouetur ad declarandum officia ecclesiastica. Nam cathecizare pertinet etiam ad lectors: & ministros qui seruiunt sacerdotibus in administratione sacramentorum: sed non eodem modo quo pertinet sacerdotibus. Quæ omnia luculenter exponit sanct. Thom. in corpore articuli, & in solutione ad 3. vide ibi.

Quæstio. XIII.

Defactum est confirmationis.

CONSEVENTER considerandum est de sacramento confirmationis. Et circa hoc queruntur duodecim.

PRIMO. Vtrum confirmationis sit sacramentum.

SECUNDO. De materia eius.

TERTIO. Vtrum sit de necessitate sacramenti, quod chrisma fuerit prius per epis copum consecratum.

QUARTO. De forma ipsius.

QVINTO. Utrum imprimatur characterem.

SEXTO. Vtrum character confirmationis praesupponat characterem baptismale.

SEPTIMO. Vtrum conferat gratiam.

OCTOBVO. Cui competit recipere hoc sacramentum.

NONO. In quaparte.

DECIMO. Vtrum requiratur aliquis quietus neat confirmandum.

VNDECIMO. Utrum hoc sacramentum per solos episcopos detur.

DUODECIMO. Derit uerius.

Articul. primus.

Vtrum confirmationis sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod confirmationis sit sacramentum. Sacramenta enim ex diuina institutione efficaciam habent: sicut supradictum est. Sed confirmationis non legitur a christo instituta. Ergo non est sacramentum.

PRÆTEREA. Sacra menta nouæ legis in veteri lege prefigurata fuerunt: unde Apostolus dicit. i. Corinth. 10. quod osses in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, et omnes eandem escam spirituali manducauerunt, & omnes eundem potū spiritualem biberunt. Sed confirmationis non fuit prefigurata in veteri testamento. Non ergo est sacramentum.

PRÆTEREA. Sacra menta ordinantur ad hominum salutem. Sed sine confirmatione potest esse salus. Nam pueri baptizati sine confirmatione decedentes salvantur. Ergo confirmationis non est sacramentum.

PRÆTEREA. Per omnia sacramenta ecclesie homo Christo conformatur: qui est sacramentorum auctor. Sed per confirmationem non videtur homo Christo conformari: qui non legitur esse confirmatus.

SED CONTRA est, quod Melchias Papa scribit Hispaniarum episcopis. De his super quibus rogasti nos, vos informari, utrum maius sit sacramentum manus impositionis episcoporum, an baptismus. Scitote utrumque magnum esse sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod sacramenta nouæ legis ordinantur ad speciales gratiae effectus. Et ideo ubi occurrit aliquis speciale effectus gratiae: ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia vero sensibilia corporalia gerunt spiritualium & intelligibilium similitudinem, ex his que in vita corporali specialiter aguntur: percipere possumus quid in spirituali vita gratiae, speciale existat. Manifestum autem est, quod in vita corporali specialis quadam perfectio est, quod homo ad perfectam etatem perueniat: et perfectas actiones

actiones hominis agere posset. Vnde Apostolus dicit. 1. Corinth. 13. Cum autem factus sum vir, euacuari que erant parvuli. Et inde est etiam, quod præter motum generationis quo quis accipit vitam corporalem est motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam etatem. Sic igitur & vitam spiritualis homo accipit per baptismum: qui est spiritualis regenerationis. In confirmatione autem homo accipit, quasi quandam perfectam etatē spiritualis vita. Vnde Melchiades Papa dicit. Spiritus sanctus qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu in fonte pleniter dinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum prestat ad gratiam. In baptismi regeneramur ad vitam: post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismi ablui nūr: post baptismū roboramur. Et ideo manifestum est quod confirmationē est speciale sacramentum.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod circa institutionem huius sacramenti est triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod hoc sacramentum non fuit institutum nec a Christo nec ab Apostolis: sed post apocrysū temporis in quadam concilio. Alij vero dicunt, quod fuit institutum ab Apostolis. Sed hoc non potest esse, quia instituere nouum sacramentum pertinet ad potestatem excelentiae que competit soli Christo. Et ideo dicendum est, quod Christus instituit hoc sacramentum non exhibendo sed promittendo: secundum illud Iohann. 15. si non abierto paracletus non veniet ad vos, si autem abierto mittam eum ad vos. Et hoc ideo, quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat danda ante christi resurrectionem & ascensionem: secundum illud Iohann. 7. Nōdum erat Spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus.

AD SECUNDVM dicendum, quod confirmationē est sacramentū plenitudinis gratiae: ideo non potuit habere aliquid respondēs in veteri testamento: quia nihil ad perfectū

adduxit lex, ut habetur Hebreo 7. AD TERTIUM dicendum, quod (sic supra dictum est) omnia sacramenta sunt aliquid necessaria ad salutem. Sed quædam sunt sine quibus non est salus: quædam vero sunt quæ operantur ad perfectionem salutis. Et hoc modo confirmationē est de necessitate salutis: quanvis sine ea possit esse salus, dummodo non prætermittatur ex contemptu sacramenti.

AD QUARTVM dicendum, quod hi qui confirmationē accipiunt (quæ est sacramentum plenitudinis gratiae) Christo conformantur: in quantum ipse a primo instanti sue conceptionis fuit plenus gratiae & veritatis: ut dicitur Iohann. 1. Quæ plenitudo declarata est in baptismo: quando Spiritus sanctus descendit corporalis specie super eum. Unde Luce. 4. dicitur, quod Iesus plenus Spiritu sancto regressus est a Iordanē. Non autem conueniebat dignitati Christi (qui est sacramentorū author) ut a sacramento plenitudinem gratiae acciperet.

IN HOC primo articulo notandum est, quod hæc materia tractatur a Magistro sententiā in. 4. d. 7. & ibidem ab Scholasticis. Sed a magistro perfectorie satis libatur aliquis pauca: quæ & alii multa pressius sunt expendenda.

DUBITATVR tamen (antequam hæc materiali de confirmatione examinemus) an primum licet dare pecuniam aut rem temporalem pro baptismo, vel alio sacramento. Ut si solus sacerdos habeat aquam: & non vult baptizare puerum nisi det ei simoniace virus aureus, an pater pueri baptizandi possit dare illi aureum: ut baptizet puerum suum.

AD HOC dicit. S. Thom. in. 4. d. 5. q. 2. art. 2. q. 5. ad. 2. quod si baptizandus est adultus, nō debet dare pecuniam pro baptismo: sed petat baptismū, & si non datur ei saluabitur baptismo flaminis. Etsi baptizandus est puer, baptizer eum pater ipse, vel ille qui curat eius habet. Etsi opus est emat aqua a sacerdote: quia aqua est quid temporale & potest emi. Alij (inquit) dicunt quod potest ille baptizandus, vel qui habet curam pueri, dare pecuniam pro baptismo: quia hoc non est simoniam committere, sed vexationem redimere. Sed prius miles est. Hæc sanct. Tho. Sed si sacerdos sit adeo nequam, ut dicat nolo vendere aquam, sed ego loquar: nec baptizabo, nisi deo pro ipso baptismo aureum. Tunc dico (ut dicebant illi quos recordat)

cit. S. th.) quod ille potest licite dare illa pecuniam probaptismo. Non ea intentione ut emat baptismū: sed ut redimat vexationē suam. Probatur. Quia habebat ius ad baptismū iā acquisitū, & sacerdos impedit. ideo redimit vexationē suā. Sed de hoc multo plura dicemus infra in. d. 25. vbi tractabimus materiā de simonia.

SECVNDO est aduertendum, quod de confirmatione tractatur à doctoribus in secundo loco in materia sacramentorum propter duo. Tū pppter effectum, quia habet roborare, & firmare baptizatum in fide, quā in baptismo recepit, vbi regeneratus est: etiam quia ordinatur ad eucharistiam, confirmans & roborans baptizatum in fide & gratia, ut digne eam suscipiat.

TER TIO est notandum, quod de conclusione nūquā fuit inter catholicos dubitatum quin confirmationē sit, & fuerit sacramētū (licet hoc lutherani negent) sed est conclusio de fide qā in cap. Ad abolendā extra dehære, dicitur, quod est hereticum sentire aliter de sacramentis, quā sentiat ecclesia. At ecclesia dicit esse sacramētū: ut patet in cōcilio Florentino, & ritu ecclesiæ. Est etiā determinatū in concilio Tridentino.

HAEC tamen quæstio videtur pendere ex alia, an scōfirmatio fuerit instituta a Christo. Ad quod dicit Alexand. 4. p. q. 24. menbro. i. quod non, nec ab apostolis: sed postea ab ecclesia in quedā concilio Meldensis. Idem dicit diuinus Bona ventura. 4. d. 7. Id est etiā Iohannes deaconis. s. quod confirmationē fuit instituta ab ecclesia in quedā cōcilio. Sed. S. th. & omnes alij dicunt etiam cū Magistro sententiā, quod confirmationē est a Deo instituta

SED, an alia opinio sit heretica: Dico quod tépore Alexandri & aliorū dicentium quod fuit ab ecclesia instituta cōfirmatio, nō erat hereticū: qā doctores isti non dicunt, confirmationē non esse sacramētū: quia esset aliter sentire de sacramētis, quā sentiat Romana ecclesia, quod est hereticū ut habetur extra de hæret. cap. ad Abolendā, & in cōcilio Florēntino sub Eugenio. 4. Sed illi doctores concedunt, quod est sacramētū, negabāt tamen quod sit a Christo: qā Christus (inquit) dedit potestatem ecclesiæ instituendi sacramēta. Et hoc dicere non erat tunc hereticū. Sic etiam dicit. S. th. in 4. quod probabilius videtur dicere: cōfirmationē a christo fuisse institutam: quia nō dū erat ab ecclesia diffinitū oppositū. s. quod omnia sacramēta erāt a Christo. Ideo dico, quod tépore. S. th. & horū doctorū, nō erat illa opinio heretica, sed iam nunc esset heretica, quia determinatū est in cōcilio Tridentino sessione, 7. ar. i. quod omnia sacramēta fuerint a Christo instituta.

AD VBITATVR tertio quomodo scimus quod Christus instituit hoc sacramētū vel ybi instituit.

AD HOC dicit Marsilius in. 4. d. 7. prius: quod ante penthecostem non fuit data apostolis confir-

matio: Probat ex illo Luce 24. Manete in civitate donec induamini virtute ex alto. Si enim erant iā confirmati, & sacramētū confirmationis insti tutū, ad quid confirmabātur? Secundo. Quia nō erat opus illis alia cōfirmatione, ab illa qua cōfirmati sunt adventu spūs sc̄ti actuum. i.

SECVNDO. Si cōfirmatio eslet data ante penthecostem, maxime pueris quibus christus imponebat manus: ut quid dicunt. Sed tunc non: quia non datur nisi baptizatis, & illi pueri nō erāt baptizati. Nec valet, si dicas quod erāt baptizati: quia nec christus pueros baptizabat nec Iohannes baptista eos baptizabat baptismo Christi. Nec etiam valet dicere, quod ad minus baptizati erant baptismo flaminis: quia hoc non sufficit nec cathecumino est danda cōfirmatio sine baptismo aqua. Et si daretur ante baptismū, non est validū sacramentum: sed postea repetendū.

DICES forte, quod clariſtus habebat potestatem excellentiæ, & ideo potuit confirmare sine baptismo aqua. Sed hoc (& si sic verū quod christus potuit hoc facere) non constat. Maxime quia spūs sanctus dabatur visibiliter per manū impositionē. vt dicit. S. th. hic ad. 3. & i. 4. d. 7. q. i. & atē penthecostem nō dabatur sic spūs sanctus visibiliter, vel signo sensibili. Ergo nō cōfirmabat sine baptismo. RVRVS quod christus instituit cōfirmationē dicit Scotus in. d. 7. quod licet nō constet ex scripta supponendū est. Ego autem dico, quod cōfīrat Christum instituisse cōfirmationē per hoc quod non est memoria quando incœpit cōfirmatio post christū. Si ecclesia institueret, haberetur quando vel ybi. Cum enim sit res grauis, non est verisimile quod non scriberetur quādō instituta est. Secundo. Apostoli confirmabant imponendo manus, & dabatur visibiliter spūs sanctus actuū. Ergo illudā magnū factū nō erat a solis apostolis TER TIO. De cōscra. d. 5. cap. de his vero Melchiades papa dicit quod est magnū sacramētū: & videtur quod nō tātū magnificaret, si nō esset a Christo institutū. Quarto. Fabianus papa iūs decretis dicit, qđ mādatū de circūcisione est a Christo & ab apostolis. Quinto. Clemens in epistola 7. ad vniuersos episcopos dicit multa de cōfirmatione, tanquā de re a christo instituta. Sexto. Cyprianus in sermone de vñctio chrisnatis dicit quod vñctio chrisnatis est diuinitus instituta. Et sic dicitur sancti communiter.

SED ybi instituit christus? Dicit. S. th. hic ad. i. quod instituit promittendo & non exhibendo, quando. s. Iohann. 16. dixit. Si non abierto paracletus non veniet ad vos: si autem abierto mittam eum ad vos. Ratio est. Quia in confirmatione datur plenitudo spūs sancti: quæ non debebat dari ante Christi resurrectionē & ascensionē. Et ideo sic per promissionem spūs sancti: hoc sacramētū fuit institutum. Et probatur quod christus instituit sacramētū confirmationis. Quia si ecclesia instituit possit tollere, quod est falsum. Ergo non instituit ecclesia.

SED cōtra, quia Dionysius scripsit librum de sacramentis. Et non meminuit huius. Ergo non erat suo tempore. Ad hoc nego minorē. Sed in. 2. Cap. et. 4. ecclesiasticæ hierarchiæ meminuit hanc sacramentum, & maxime in. 4. Et ita dicit Faber Stapulensis, & Armachanus lib. ii. de quest. armenorū. Cap. 4. & Dionysius carthusiensis super Dionysium. Cap. 4. In secūdo capite, credo quod solū loquitur de baptismo: quia solum loquitur de tribus vocationibus quibus vngit baptismatus in pectoro. scapulis, & vertice.

ET probatur ex verbis ipsius Dionysij in locis scientiis: quia dicit, quod qui baptizabantur statim vngabantur, quia restabat magna decertatio. si in fideli defensione. Secundo. Quia statim post baptismum dabatur baptismatis eucharistia: quæ non deberet dari sine confirmatione ut patet ex ordine sacramentorum. Ergo eccl. Tertio. In antiquis libris ministeriorum ecclesiæ dicitur, Debet confirmari statim post baptismum, si episcopus adsit. Ergo tam antiquæ est confirmationis sicut baptismi. Et esto Dionysius de confirmatione nō loqueretur, non valeret quod non fuerit a Christo instituta: quia illi sancti antiquissimi loquuntur ut probatum est, & omnes dicunt, quod fuit a Christo instituta. Et nūc iā est de fidei deductum ex cōcilio Tridentino: sed quamdiu instituit non omnino constat. M' tamen probabile est quod dicit diuus Thomas, i. titulā fuisse p' Christi p'missionē Iohann. 16

Articul⁹ secūdus

Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod chrisma non sit conueniens materia huius sacramenti. Hoc enim sacramentum (ut dicti est) institutum est a Christo promovente discipulis spiritum sanctum. Sed ipse misit eis spiritum sanctum absque omni chrismati inunctione, ipsi etiam Apostoli hoc sacramentum conferebant per solam manus unius suionem absque chrismate. Dicitur enim act. viii. 8. quod Apostoli imponebant manus super baptizatos & accipiebant spiritum sanctum. Ergo chrisma nō est materia huius sacramenti, quia materia est de necessitate sacramenti.

PRAETER E. A. Confirmatio quedā.

modo perficit sacramentum baptismi (sicut sua predicta est) & ita debet ei cōfirmari sicut perfectio perfectibili. Sed in baptismō est materia simplex elementū s. aqua. Ergo huius sacramenti nō est conueniens materia chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo.

PRAETER E. A. Oleum assumitur in materia huius sacramenti ad inungendum. Sed quolibet oleo potest fieri muratio, puta oleo quod fit ex nucibus, vel ex quibuscumque alijs rebus. Non ergo solum oleum olivarium debet assumi ad huiusmodi sacramentum.

PRAETER E. A. Supradictū est, quod aqua assumitur ut materia ad baptizādū: quia ubiq' de facili inuenitur. Sed oleum olivarium non ubiq' inuenitur, & multo minus balsamū. Non ergo chrisma quod ex his cōficitur, est conueniens materia huius sacramenti.

SED CONTRA EST, qd Gregorius dicit in registro. Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro chrismate non presumant. Ergo chrisma est materia huius sacramenti.

RESPONDEO dicendū, quod chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Sicut enim dictū est, in hoc sacramento datur plenitudo sp̄i sancti ad robur sp̄uale, quod cōpetit per fidei etati Homo autē cū ad perfectā etatē peruererit, incipit iam cōmunicare actiones suas ad alios, antea vero quasi singulariter sibi ipsi vivit. Gratia vero sp̄i sancti in oleo de signatur: unde christus dicitur esse unctus oleo leticie, propter plenitudinem sp̄i sancti quā habuit. Et ideo oleum cōpetit materia huius sacramenti. Admiseretur autē balsamū propter fragratiā odoris, quæ redūdat ad alios, unde apostolus dicit. 2 Corinthi 2. Christi bonus odor sumus deo &c. Et lices multa alia sint odorifera: tamen praecipue accepitur balsamū propter hoc quod habet praeceps odore, & quia etiā in corruptione praefat. Vnde ecclesiast. 24. dicitur. Quasi balsamum non mixtum odor meus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus

Christus ex potestate excellētia, quā habet in sacramētis, contulit Apostolis rem huius sacramenti. i. plenitudinem sp̄i sancti, sine sacra mēto, eo qd ipsi primitias sp̄i sancti accēperūt: sicut dicitur R̄gma. 8: Nihil minus tamen aliquid cōforme materia huius sacramēti exhibitū fuit Apostolis sensibiliter in collatione sp̄i sancti. Quod enim sensibiliter sp̄i sanctus super eos descendit in specie ignis ad eandē significationem refertur, ad quā refertur oleum: nisi quod ignis habet vim actiū, oleum autē habet passiū, in quātū est materia & fomentū ignis. Et hoc satis competebat: nā per Apostolos gratia sp̄i sancti erat ad alios deriuāda. Super Apostolos etiā sp̄i sanctus descendit in figura lingue, quod ad idē significandū refertur, quod significat balsamū: nisi quod lingua per locutionē est cōmunicativa ad alterū, balsamū vero operodo rem: quia s. Apostoli replebantur sp̄i sancto, ut fidei doctores, alij autē fideles, ut operatores eorū, quæ pertinent ad ædificationē fidelium.

SIMILITER etiam ad impositionē manus Apostolorū, et etiā ad eorū prædicationē descendebat plenitudo sp̄i sancti super fideles sub visibilibus signis: sicut & à principio descendebat super Apostolos. Vnde Petrus dicit actuū. 11. Cūq' cœpisset loqui cecidit sp̄i sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Et ideo non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis, ut sensibilia signa miraculoſe exhibebatur diuinitus. Ut ebantur tamen Apostoli cōmuniciter chrismate i exhibitione sacramēti, quando huiusmodi visibilia signa non exhibebantur. Dicit enim Dionysius. 4. cap. ecclesiast. hierarch. Est quædā perfectiua operatio, quā duces nostri. i. Apostoli, chrismatis hostiam nominant.

AD SECUNDUM dicendum, quod baptismus datur ad sp̄ualē vitā simpliciter consequendā: & ideo competit illi sacramēto materia sp̄plex. Sed hoc sacramētu datur ad plenitudinem cōsequendā sp̄i sancti, cuius est multi formis operatio: secundū illud sapient. 7.

Est enim in illa sp̄ū sacerdoti virtus multiplex. Et. 1. ad Corinth. 12. dicuntur. Divisores gratiarum sunt, idē autem sp̄ū. Et ideo cōuenienter huius sacramenti est materia composita. **AD TERTIUM** dicendum, quod proprietates olei quibus significatur sp̄ū sacerdotis, magis inueniuntur in oleo olivarum, quā in quo cūq' alio oleo. Vnde & ipsa oliva semper frōdibus virens, virorem & misericordiam sp̄ū sacerdotis significat. Hoc etiā oleum proprium dicitur oleum, & maxime habetur in vsu, ubi haberi potest. Quilibet autē alijs liquor, ex similitudine huius oleū nominatur, nec est in usu communi, nisi in supplementū apud eos quibus deest oleum olivarū. Et ideo hoc oleū solū assumitur in usu huius & quorundam aliorū sacramentorum.

AD QUARTUM dicendum, quod baptismus est sacramētu absolute necessitatis: et ideo eius materia debet inueniri ubiq'. Sufficit autē quod materia huius sacramenti (qd non est tanta necessitatis) possit de facili ad omnia loca terrarū deferri.

IN HOC secūdo articulo prius nota, quod est differentia inter oleum benedictum & chrisma. Nā oleū est simplex, illud. s. quo vngūtur baptizati: chrisma vero est vngūtū confectū ex oleo & balsamo, quo vnguntur in fronte illi qui confirmantur secundū usum ecclesiæ: ut habetur extra de sacra. vñcti. cap. vñco. Et balsamū est arbor quādā odorifera, vel succus illius: Chrisma igitur absolute significat vngūtū apud græcos, & chrisi vñctio, & chrisi vngō.

DUBITATVR an ad substantiam huius dubium sacramenti confirmationis, vel manus imprimū positionis, necessario requiratur aliqua materia. AD HOC responderet Marsilius in. 4. q. 5. qd (vt refert Aureolus) quidā iure consulti dicunt, quod non: & ecclesia posset tollere illā materialē, quia non est nisi ad solemnitatem sacramenti. Sed his relictis (quia non appetet qui sunt illi, aut quam habeant probabilitatem, facilius illius dictū contemnitur, quā dicatur: cum sine ratione & autoritate affirmetur) dico cum. S. th. & cū communis sententia theologorū, quod aliqua materia est de substantia huius sacramenti confirmationis. Quæ conclusio licet non possit probari per sacrā scripturam: probatur tamen ex antiquissimo ecclesiast. ritu, quia non est memoria quando incepit in ecclesia. Ergo a Christo & ab Apostolis habetur. **SECUNDO**. In alijs sacramentis ponitur materialē necessario

requisita ad substantiam sacramentorum. Ergo in hec sacramento est materia necessaria ad substantiam sacramenti, ita quod sine illa non esset sacramentum: quia nulla est ratio vel apparentia qua re sacramentum hoc excipiatur, & ad omnia alia materia requiratur.

Dubium secundum.

DUBITATVR secundo, an sit certum de fide, ita ut oppositum sit hereticum, quod ad substantiam huius sacramenti necessario aliqua materia requiratur. Videlur quod non: quia non habetur in scriptura, nec ecclesia hoc haec tenus determinauit tanquam de fide: sed solum dicit, quod debet ibi esse materia: Nec etiam sancti asserunt tanquam de fide, materia huius sacramenti esse necessario requisita: sed scilicet dicit, quod debet ibi esse materia. SED licet hoc posset defendi, vñq; ad ecclesie determinationem dico cum S. th. & Gabriele & Maiore & Scoto in d. 7. q. vñica, tñquam de fide, quod aliqua materia requiritur de necessitate huius sacramenti. Et probatur. Omnia sacramenta necessario requirunt aliquam formam de fide. Ergo & hoc Sed in forma huius sacramenti significatur materia. Ergo necessario requiritur materia. Minor probatur: quia forma est, consigno te signo crucis & confirmo te chrismate salutis: vbi explicatur chrisma propter materia. Ergo illa est necessaria: quia alias forma esset falsa.

Dubium tertium.

DUBITATVR tertio, quae est necessaria materia huius sacramenti, an sit chrisma, id est, vnguentum illud ex oleo balsamo: cõfessum. AD HOC respondet S. th. hic & in d. 7. quod chrisma est conueniens materia huius sacramenti: credo quod etiam intelligit quod est necessaria ita quod sine illa non esset sacramentum. Et ita communiter dicunt alii doctores in d. 7. vt Gabri. ibidem. q. vñica, & Maior etiam ibi. q. vñica, & illis subscribo, quod necessaria materia huius sacramenti est chrisma: ita quod sine chrismate nū quam fuit sacramentum confirmationis.

SED contra. Hoc sacramentum est conferendum omnibus christianis. Ergo balsamum non est materia necessaria illius: quia non potest haberi nisi raro & cum magna difficultate. Ideo respondeo aliquibus propositionibus.

PRIMA prepositio est. Certum est quod chrisma requiritur ad hoc sacramentum de necessitate præcepti. Probatur ex illo cap. vñico, extra de sacra vñct. vbi refertur, quod quidam episcopus bracharensis non fuit vñctus chrismate, & dicitur quod iterum vngatur. Et secundo dicitur quod confirmatione debet esse cum vñctione chrismati in fronte. Secundo probatur ex vsu & ritu ecclesie, quae hoc semper seruavit in confirmatione: vt confirmati vngantur chrismate in fronte. Tertio probatur ex cap. i. extra de sacra, non iterandis, vbi dicitur, quod quidam erat confirmatus sine chrismate cum oleo tatum: & iubet Papa quod iterum vngatur chrismate. Ergo chrisma est de necessitate præcepti.

SECUNDA propositio. Probabile est, quod balsamum non est de necessitate confirmationis: sed habet se in chrismate ad sacramentum, sicut aqua in vino respectu eucharistie. Et hoc est Caietani hic. Probatur per illud cap. i. de sacramentis non iterandis, quod incipit Pastoralis. Vbi refertur quod quidam sine chrismate fuit confirmatus, & dicit p̄t̄fex: quod nihil est reiterandum, sed caute ponendum est id, quod incaute fuit omissum. Ergo balsamum non est de necessitate sacramenti. Et probatur: quia si prius fuit sacramentum sine balsamo. Ergo non erat iterandum. Si autem prius non fuit sacramentum. Ergo papadecepit illū, & respondit nihil iterandum esse, sed supplēdū quod omissum fuerat. Secundo probatur per illud cap. vñicum de sacra vñctione, vbi dicitur, quod quidam episcopus bracharensis non fuit vñctus chrismate in sua consecratione, & iubet papa quod vngatur: & non dicit quod non fuit verus episcopus consecratus. Ergo balsamum non est necessarium ad confirmationem, nec ad ordinem episcopalē, & ita nec ad alios ordines. Propter hanc argumentationem est probabilis ista sententia Caietani quousq; ecclesia aliud diffiniat!

TERTIO propositio est. Securius & probabilitus est dicere, quod chrisma & balsamum in chrismate est de necessitate sacramenti, cōtra Caietanū. Hac est Gabri. 4. d. 7. q. vñica, & aliquorū aliorū. Probatur ex antiquissimo ritu ecclie. Nam non videlur quod ecclesia ita ab antiquo hoc servasset semper, quin diceretur non esse necessarium ad sacramentum, si ita esset. Ergo est materia necessaria ad sacramentum. Probatur a simili de aqua quae ponitur in calice cū vino, definitum est, quod non est de substantia sacramenti eucharistie: ita esset de balsamo, si nō esset materia ad confirmationem necessaria.

SECUNDO probatur ex illo cap. Pastoralis extra de sacramentis non iterandis, vbi dicitur de illo qui fuit confirmatus sine balsamo, quod caute suppleatur quod in caute fuit omissum. Et non debet apotribalbasmum sine oleo: quia non est consecratum balsamum ad hoc sacramentum sine oleo. Ergo deberet inungi chrismate. Sed non licet aliquid inungi chrismate quod est materia huius sacramenti sine forma: quia non potest apponi materia sine forma. Ergo prius non fuit sacramentum ex defectu balsami. Ergo balsamum est de necessitate huius sacramenti.

TER TIO. Apostoli vtebantur chrismate in hoc sacramento: vt dicit Dionysius. 4. cap. ecclie. hierarch. & dicit quod illud chrisma erat odoriferum, quod non videlur intelligi nisi de odore balsami. Dicit enim Dionys. Duces nostri cōficiēbāt hostiā chrismati: & exponit Dionysius carthagiensis. Apostoli cōficiēbāt sacramentū confirmationis.

SED contra. In illo cap. pastoralis extra defacra non iterant, queritur ab Ianoctio, 3. an sit reiteranda confirmatione, in illo qui fuit confirmatus cū solo oleo.

oleo sine chrismate: & responder, quod in his nibil reiterandum est, sed caute supplēdū quod in caute omissum est. Et omissū fuerat solum balsamum. Ergo dicit Papa quod solum illud suppleatur. Ergo fuit verum sacramentum sine balsamo. AD hoc responder Adrianus, & holtientis, & Pannormitanus, quod Papa dicit, vt suppleatur quod in caute omissum est: id est, quod rursus ille vngatur cum forma: quia nihil reiteratur, cū antea nō fuerit sacramentum, id est, intelligit quod repeatatur extum. Sed verum est quod obscurē respōdet SECUNDO. In sacramento ordinis non requiriatur chrisma de necessitate sacramenti. Ergo nec in confirmatione, cum eadem videatur ratio. Antecedens probatur ex illo cap. vñico de sacra vñctione: vbi dicitur quod quidam episcopus bracharensis in sua consecratione non fuit vñctus chrismate, & Papa dicit, quod rursus vngatur, & non dicit, quod non fuerit ordinatus.

AD hoc prius nego cōsequentiam. Qui in vñctio chrismati includitur in forma confirmationis, & non in forma ordinis. Secundo dico, quod latius de hoc videbimus infra de sacramento ordinis: Tertio. Nego antecedens. In illo enim cap. nō dicatur, quod non requiratur vñctio chrismati ad presbyterum: sed dicitur quod non requiratur ad episcopum, & ille erat episcopus. Ergo ex hoc nō habetur, quod non requiratur chrisma ad sacramentum ordinis, & consecratio episcopi nō est ordo. D

Dubium quartum.

Dicitur in vita sua contulerit hoc sacramentum alicui. AD HOC habetur ex S. Th. hic ad. i. & in articulo præcedenti ad. i. & in articulo 4. sequenti ad. i. & ex d. 7. q. i. ar. 2. & 3. quod non, nec vñctus fuit materia nec forma huius sacramenti sed instituit promittendo Iohan. 16. Si non abiero (inquit) paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittā eum ad vos. Dedit tamen sepe huius sacramenti effectum sine sacramento.

Dubium quintum.

DUBITATVR quinto, an apostoli aliquan-

do confecerint hoc sacramentum sine chrismate, & sine hac forma, consigno te signo crucis: & confirmo te chrismate salutis.

DICO ex eodem. S. th. in locis citatis quod non quia non habebat potestatem nisi ad vtendum & docendum sacramenta a Christo instituta. Secundo dico, quod miraculose aliquando ad impositionem manus apostolorum, vel ad eorum prædicationem dabatur effectus huius sacramenti sine sacramento, vt dicit Petrus, actuum. ii. Cum coepisset Iesus qui cecidit spiritus sanctus super eos sic cut super nos in initio. Et in actibus apostolorum cap. 8. dicitur, quod ad impositionem manuū Petri & Iohannis super Samaritanos dabatur spiritus sanctus. Si tunc conferebant sacramentum confirmationis, dicendum est quod vtebantur chrismate. Vel dicendum est quod non conferebant tunc sacramentum: sed quod ad impositionem ma-

nū dabatur effectus huius sacramenti.

Articulus tertius.

Vtrū sit de necessitate huius sacramenti quod chrisma fuerit prius perepiscopum consecratum.

DTERTIVM sic procedit. Videlur quod nō sit de necessitate huius sacramenti, quod chrisma (quod est materia huius sacramenti) fuerit prius per episcopū cōsecratum. Baptismus enim in quo fit plena remissio peccatorum, non est minoris efficacie, quam hoc sacramentum. Sed licet quodam sanctificatio adhibetur aqua baptinali ante baptismum, non tamē est de necessitate sacramenti: quia in articulo necessitatis prætermitti potest. Ergo nō est de necessitate huius sacramenti quod chrisma fuerit prius p̄ episcopū cōsecratū.

PR AETER E A. Idem non debet bis consecrari. Sed materia sacramenti sanctificatur in ipsa collatione sacramenti, per formam verborum qua confertur sacramentum. Unde C. August. dicit super Ioh. Accedit verbū ad elemenū C. fit sacramentū. Nō ergo debet prius chrisma consecrari, quā hoc sacramentum tradatur.

PR AETER E A. Omnis consecratio quae fit in sacramentis, ad consequitionem gratiae ordinatur. Sed materia sensibilis cōfecta ex oleo & balsamo non est capax gratiae. Ergo non debet ei aliqua consecratio adhiberi.

SED CONTRA EST, quod Innocentius papa dicit. Presbyteris cum baptizant, chrismate baptizatos vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratū: non tamen fronte ex eodem oleo signare, quo il solum debetur episopis, cum tradunt paracletum. Quod quidem in hoc sacramenti.

RE SPONDEO dicendū, quod tota sacramentorum sanctificatio à Christo derivatur: ut supra

ut supradictum est. Est autem considerandum, quod quibusdam sacramentis habentibus materiae corpoream, Christus est unus. s. Baptismo et Eucharistia. Et ideo ex ipso et uno Christi, materiae horum sacramentorum aperte iudicem acceperunt ad perfectionem sacramenti. Vnde Chrysostomus dicit, quod nonquam aqua baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificatae fuissent. Et similiter ipse dominus accipiens patrem, benedixit, similiter autem calice: Ut habetur Matth. 26. Et Luce. 22. Et propter hoc non est de necessitate horum sacramentorum, quod materia prius benedicatur: quia sufficit benedictio Christi. Si qua vero benedictio adhibetur, pertinet ad solemnitatem sacramenti: non autem ad necessitatem. Vnde in omnibus autem visibilibus Christus non est unus: ne fieret iniuria in visibili ratione, quae est unicus praeconsortibus suis. Et ideo tanta christma quam oleum sanctum infirmorum, prius benedicatur, quam adhibetur ad unum sacramenti. AD PRIMVM ergo patet responsio ex dictis.

AD SECUNDUM dicendum, quod utrumque consecratio chrisma non refertur ad idem. Sicut enim instrumentum virtute instrumentalē acquirit duplum. s. quando accipit formam instrumenti, et quando mouetur a principali agente ad effectum: ita etiam materia sacramenti duplice sanctificatione indiget, per quarum unam fit propria materia sacramenti, per aliam vero applicatur ad effectum. AD TERTIVM dicendum, quod materia corporalis non est capax gratiae, quasi gratia subiectum, sed solus sicut gratia instrumentum. ut supradictum est. Et ad hoc materia sacramenti consecratur: vel ab ipso Christo, vel ab episcopo qui gerit in ecclesia personam Christi.

IN HOC tertio articulo diu Thomas videtur dicere, quod ad substantiam huius sacramenti confirmationis requiritur necessario ex Christi institutione: ut materia sit ab episcopo benedicta. Et ego tanquam probabilius dico, quod non erit sacramentum: si chrisma non sit ab epis-

copo consecratum. Hoc Paludanus in. 4. d. 7. q. i. Idem Gab. d. 7. q. vniuersaliter. Idem Scot. d. 7. q. vniuersaliter. S. Th. in. 4. d. 7. q. i. ar. 2. q. 2. & hic, ut in litera constat. Hac conclusio probatur antiquissimo ecclesie ritu. Vnde est eni semper ecclesia christmate consecrato ab episcopo, tanquam re necessaria ad substantiam huius sacramenti: & non solum quantum ad solenitatem. Secundo Probatur testimonio Fabiani Papae in epistola. 2. quae habetur in. i. tomo conciliorum. Vbi sic ait. Christma quotannis debet consecrari. Hoc nanque ab Apostolis accepit ecclesia romana, & antiochenorum, & ipsi Apostoli tradiderunt, quod post coenam dominus docuit christma consecrari. Ergo requiritur consecratio materiae ad substantiam huius sacramenti.

SED Cur requiritur christma ab episcopo consecratum? In assignanda ratione non omnes conueniunt Nam quidam dicunt, quod est ritus ecclesie ab eius initio: & ita habetur traditione Dionysij & aliquorum patrum, Apostolos confirmasse imponendo manus, & vngendo christmate. Quare autem requiratur in confirmatione christma ab episcopo consecratum, & non aqua in baptismo: dicit S. Th. quod est, quia sacramenta sunt sancta, ideo oportet ut eorum materia sit sancta. Sed non eodem modo sunt sanctae, vel sanctificant omnes materiae sacramentorum: quia aqua fuit sanctificata quando Christus eam tergit in baptismo, christma vero non fuit sanctificata auctu Christi, ideo oportet quod nunc sanctificetur.

SED contra dicit Durad. 4. d. 7. q. 2) Si aqua esset a Christo suo tactu sanctificata, non deberet nunc a ministris benedic: quia fit iniuria Christo qui iam benedixit. Oppositum tamen fit nunc: quia benedicitur aqua in Baptismo. Secundo. Christus fuit unicus oleo & balsamo a Magdalena & Nicodemus. Ergo etiam christma fuit a Christo consecratum. Ergo non debet nunc ab episcopo consecrari. IDEO Duradus assignat aliam rationem. s. quia sacramenta sunt sancta, ideo oportet, ut eorum materiae sint sanctae: quae est etiam ratio. S. Th. Sed non sufficit: quia Eucharistia est sancta, & tamen materia eius non sanctificatur a ministro. AD primum argumentum Durad. nego antecedens: quia non sunt illae benedictiones eiusdem rationis. Nam sanctificatio Christi fuit ad hunc finem, nempe ad dandum effectum spiritualem. s. gratiam baptismalem in sacramento, & ad faciendum materiam sacramenti: benedictio autem qua a ministris benedicitur, est ad reuerentiam & solennitatem sacramenti. Ideo non fit iniuria Christo: sed potius exhibetur reuerentia. Et hoc dicit S. Th. in. 4. d. 7. q. i. ar. 2. q. 3. ad. 3.

AD secundum dico, quod Christus non tetigit oleum aut vnguentum aliquod in administracione sacramentorum ad effectum spiritualem: sicut tetigit aquam & panem, idest, non tetigit vnguentum, ad faciendum materiam alicuius sacramenti. Ideo non est cadere ratio de his, & de illis vnguentis quibus

Dubium
unicum.

quibus unicus fuit.

DUBITATVR an ex commissione Papa simplex sacerdos possit consecrare christma: quia diximus quod ex officio soli episcopi poterat consecrare christma. AD HOC dicit Paludanus in. 4. d. 7. q. i. quod non: sed necessario debet ab episcopo consecrari. Idem dicit Gabr. d. 7. q. vniuersaliter. Sed verius est & nra gis de mente, S. Th. quod simplex sacerdos potest consecrare christma ex commissione Papa: & ita dicit Cajetanus, hic, & probatur. Quia (ut inferiorius diceimus cum S. Th. ar. 11.) ex commissione papae simplex sacerdos potest confidere & admittere ipsum confirmationis sacramentum. Ergo etiam benedicere vel consecrare material illius, quod minus est. Secundo in concilio Toletano. i. c. 20. dicitur, quod in aliquibus locis clerici presbyteri christma conficiebant: & prohibebat ne faciant, sed non irritatur factum. Ergo ex commissione possunt illud facere quia verisimile est, quod illi faciebant commissione papae, vel episcoporum. &c. Et rursus in eodem concilio subiungitur. Christma omni tempore potest episcopus confidere, & sine conscientia episcopi nihil penitus presbyteri agere presumant. Ergo cum conscientia, idest, sciente & committente episcopo poterant presbyteri confidere hoc sacramentum.

Articul. quartus.

Vtrum haec sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis. &c.

DQVARTVM sic procedit. Videtur quod haec non sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis, et confirmo te christmate salutis. in nomine patris. & filii. & Spiritus sancti amē. Usus enim sacramentorum a Christo ab Apostolis derivatur. Sed neque Christus haec formam instituit, nec Apelles causa legitur. Ergo haec non est conueniens forma huius sacram.

PRAETEREA. Sicut sacramentum est idem apud omnes, ita etiam forma debet esse eadem, quia qualibet res habet unitatem: sicut esse a sua forma. Sed haec forma non omnes continentur: quidam enim dicunt confirmo te christmate sanctificationis. Ergo haec non est conueniens forma huius sacramenti.

PRAETEREA. Sacramentum hoc debet conformari baptismo, sicut perfectio per

fectibili: ut supra dictum est. Sed in forma baptismi non fit mentio de consignatione characteris, nec etiam de cruce Christi (cum tamen per baptismū homo Christo commoratur, ut Apostolus dicit. Roma. 6.) nec etiam fit mentio de effectu salutis, cum tamen baptismus sit de necessitate salutis. In forma etiam baptismi ponitur unus actus tantum: exprimitur persona baptizantis, cum dicitur ego te baptizo. Cuius contrarium appareat in forma predicta. Non ergo est conueniens forma huius sacramenti.

SED CONTRA EST authoritas ecclesie: quae hac forma communiter vitetur.

RESPONDEO dicendum, quod predicta forma est conueniens huic sacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei speciem: ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciem sacramenti. Sicut autem ex supradictis patet, in hoc sacramento datur Spus sanctus ad robur spiritualem pugna. Et ideo in hoc sacramento tria sunt necessaria, quae continentur in forma predicta. Quorum primum est causa conferens plenitudinem robur spiritualem, quae est sancta Trinitas, quae exprimitur, cum dicitur, in nomine patris. &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini non confertur per sacramentum materiae visibilis ad salutem. Quod quidem tangitur cum dicitur, confirmote christmate salutis. Tertius est signum quod pugnatoris datur: sicut et in pugna corporali, milites insignijs ducum insignuntur. Et quantum ad hoc dicitur, confirmo te signo crucis, in quo s. rex noster triumpavit: ut dicitur Colo. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (si cut supradictum est) per ministerium Apostolorum quandoque dabatur effectus huius sacramenti. s. plenitudo Spus sancti: quibus si visibili bus signis miraculose a Deo effectus: qui potest effectus sacramenti sine sacramento conferre. Et tunc non erat necessaria nec materia nec forma huius sacramenti. Quandoque autem tanquam ministri sacramentorum

O
hoc

hoc sacramentum præbebant: & tunc sicut materia ita et forma ex mandato Christi vtebantur. Multa enim seruabant. Apostoli in sacramentorum collatione: quæ in scriptis communiter propositis, non sunt tradita. Vnde Dionysius dicit in fine ecclesiastice hie rach. Consummatuas iuocationes. i. verba quibus perficiuntur sacramenta, non est iustus scripturas interpretatibus, neq; mysticum eorum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio, sine popa, idest occulte, eas edo eet. Vnde & Apostolus dicit loquens de celeratione Eucharistie. i. Corin. ii. 1. Cetera cum venero disponam.

AD SECUNDVM dicendum, quod sanctitas est salutis causa. Et ideo in idem redit quod dicitur chrismate salutis, & sanctificationis.

AD TERTIVM dicendum, quod baptismus est regeneratio in spirituali vitâ, qua homo vivit in se ipso: & ideo non ponitur in forma baptismi nisi unus actus, ad ipsum hominem sanctificandum pertinens. Sed hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc quod homo sanctificetur in se ipso, sed exponitur cuidam pugna exteriori. Et ideo non solum significatio de interiori sanctificatione, cum dicitur confirmatio te chrismate salutis: sed etiam consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnâ spiritualem, quod significatur cum dicitur, consigno te signo crucis.

IN ipso autem verbo baptizâdi (quod ablutione significat) potest intelligi & materia, que est aqua abluiens, & effectus salutis, que non intelliguntur in verbo confirmandi: & ideo oportuit hoc ponere.

DICTVM est autem supra, quod hoc quod dicitur, ego, non est de necessitate forme baptismalis: quia intelligitur in verbo prime personæ: apponitur tamen ad exprimendam intentionem. Quod non est ita necessarium in confirmatione: quæ non exhibetur nisi ab excellenti ministro, ut infra dicetur.

IN HOC quarto articulo ponit S. T. conclusione, nempe, quod hæc oratio consigno te signo crucis, & confirmo te christmate salutis est conueniens forma sacramenti confirmationis. Probatur prius auctoritate ecclesie, quæ iam antiquo sine memoria in contrarium ea vtitur. Ergo est conueniens. Secundo. Illa est conueniens forma, quæ continet omnia pertinentia ad substantiam sacramenti. Sed hæc prædicta est huiusmodi. Ergo est conueniens forma. Minor explicatur in textu.

DEBITATVR tamen an illa sit forma necessaria ad quidditatem sacramenti. Vide vnicum quod non, quia illa forma qua Christus non fuit vslus ad coñciendum aliquod sacramentum, nec Apostoli leguntur cum ea confecisse: non est necessaria ad illud sacramentum. Sed nec Christus nec Apostoli vsl si fuerunt ista forma ad conficiendam confirmationem. Ergo non est necessaria.

AD HOC respondet S. Th. hic ad primū, quod Christus non fuit vsl prædicta forma, quia nec administravit hoc sacramentum: sed instituit illud promittendo solum, vt supra diximus. Apostoli autem quando administrabant hoc sacramentum, vtebantur prædicta forma. Et si hoc in scripturis non habeatur: habetur tamen in ecclesia ex ipsorum Apostolorum traditione. Ita etiā dicitur in concilio Florentino: quod hæc oratio est forma huius sacramenti.

SED contra. Constantinus imperator dicit in quodam suo edicto, quod habetur in principio concilij Niceni, quod cum diu Silvester eum confirmaret, dixit. Signat te Deus sigillo fidei sue: in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti, in consignatione fidei. Ergo prædicta forma consigno te signo crucis. &c. non est necessaria ad sacramentum confirmationis.

AD HOC dico, qd Constantinus non est præcipiū infallibile. Secundo dico, quod esto Silvester illud dixisset: non dixit quando sacramentum conficiebat, sed ante, vel post confessionem sacramenti: in qua confessione vslus est prædicta forma. &c. Consigno te signo crucis. &c. Et ita non dicit Constantinus Silvestrum fuisse vslum illa propositione (nempe signat te Deus, &c.) pro forma sacramenti: sed quod inter confirmandum dixerit illa verba. Ideo ex illo dicto nihil habetur contra nostram conclusionem.

Articul. quintus.

Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

AD

DQVINTVM sic procedit. Videtur quod sacramentum confirmationis non imprimit characterem. Character enim importat quoddam signum distinctum. Sed per sacramentum confirmationis non distinguitur homo ab infidelibus (hoc enim fit per baptismum) neq; etiam ab alijs fidelibus: quia hoc sacramentum ordinatur ad pugnam spirituale, quæ omnibus fidelibus indicitur. Non ergo in hoc sacramento imprimitur aliquis character.

PRÆTEREA. Supradictum est, quod character est quedam potentia spiritualis. Potentia autem non est nisi activa vel passiva. Potentia autem activa in sacramentis confertur per sacramentum ordinis: potentia autem passiva sive receptiva per sacramentum baptismi. Ergo per sacramentum confirmationis nullus character imprimitur.

PRÆTEREA. In circuncisione (que est character corporalis) non imprimitur aliquis spiritualis character. Sed in hoc sacramento imprimitur quedam character corporalis: dñ. s. homo chrismate signatur signo crucis in fronte. Non ergo imprimitur in hoc sacramento character spiritualis.

SED CONTRA. In omni sacramento quod non iteratur imprimitur character. Sed hoc sacramentum non iteratur, dicit enim Gregorius de homine qui a pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibita est. Ergo in confirmatione imprimitur character.

RESPONDEO dicendum quod (sicut super dictum est) character est quædam spiritualis aliquas potestas ad alias sacras actiones ordinata. Dicitur est autem supra, quod sicut baptimus est quædam spiritualis regeneratione in vita Christiana: ita etiā confirmatione est quædam spirituale augmentum, promouens hominem in spiritualem etatem perfectam. Manifestum est autem ex similitudine corporalis vita, quod alia est actio hominis statim natu, et alia actio quæ competit ei cum ad perfectam

etatem peruererit. Et ideo per sacramentum confirmationis datur homini potestas spiritualis ad quædam alias actiones sacras, preter illas ad quæ datur ei potestas in baptismate. Nam in baptismate accipit homo potestatem ad ea agenda, que ad propriam pertinet salutem: prout s. secundum seipsum vivit. Sed in confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Sicut pareat ex exemplo Apostolorum: qui antequam plenitudinem spiritus sancti acciperent erant in cænaculo perseverantes in oratione: post modum vero egressi non verebantur publice fidem fateri, etiam coram inimicis fidei Christiane. Et ideo manifestum est, quod in sacramento confirmationis imprimitur character.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd pugna spiritualis contra hostes invisibilis, omnibus competit. Sed contra hostes visibilis, idest, contra persecutores fides pugnare, nomen Christi publice confitendo, est confirmatorum, qui iam sunt perducti spiritualiter ad virilem etatem: secundum quod dicitur i. Ioh. 2. Scribo vobis iuvenes: quoniam fortes esatis et verbum Dei in vobis manet, & vici hostis malignum. Et ideo character confirmationis est signum distinctum, non infideliū à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur. Sicut modo geniti infantes:

AD SECUNDUM dicendum, quod omnia sacramenta sunt quædam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualis ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi verbis profitendi quasi ex officio.

AD TERTIVM dicendum, quod sacramenta veteris legis dicuntur iustitiae carnis, (ut patet Hebræ. 9. quia s. interius nihil efficiebant. Et ideo in circuncisione imprimebatur character solum in corpore, non autem in anima. Sed in confirmatione cū character

O ij ractere

racere corporali, imprimuntur simul characteris spūalis: eo qđ est sacramētū nouæ legis.

DUBIUM prima. IN HOC quinto articulo nota, quod cōclūsio est omnium dōctorum. Sic etiam habetur in concilio Florentino, quod tria sacramenta imprimunt characterem, nempe baptismus, cōfirmatio & ordo. Et iam nūc hāc conclusio est de fide: quia ita determinatur in concilio Tridētino. art. 9. in decreto de sacramentis in communione. Vnde sequitur quod non potest reiterari hoc sacramentum.

DUBIUM secundū. VBITA TVR quam poenā incurruunt rei terantes hoc sacramentum. Ad hoc dicat aliqui iure consulti, quod efficiuntur irregulares sicut reiterantes baptismū: quia videtur eadem ratio. Sed oppositum (& melius) tenet Scotus in 4. d. 7. q. vñica. Et Paludanus. q. 2. Et Gabriele. d. 7. q. vñica. s. quod reconfirmantes non incurruunt irregularitatem: Probatur: quia hoc non habetur in aliquo textu alicuius pontificis. Vnde dicta dōctorum iure consultorum: non sunt tanquā pontificum dicta tenenda. Secundo. De consecr. d. 5. c. Dicatum dicitur quod non reiteretur sacramentū confirmationis: non tamen apponitur aliqua poena. Cum ergo poenæ modificantur sint: non est dicendum reconfirmantes irregulares esse post quā non est in iure notatum. Et ad argumentum quia est eadem ratio de confirmatione & baptismō, concedo quo ad culpā. Sed noluit ius punire hoc, & punit aliud.

DUBIUM tertium. VBITA TVR an in dubio sit aliquis reconfirmandus. Dico quod ita, licet non sit ita necessarium sicut de baptismō. Et tunc non est opus apponere conditionem, nec etiam in baptismō, quoad Deum: quia bene scit Deus, si est baptizatus aut non. Sed latis est, quod minister intēdat interius baptizare aut confirmare, si nō est confirmatus, aut baptizatus, & non aliās. In dubio tamen ponitur conditio in baptismō propter haereticos rebaptizātes: vt denotetur, quod Christiani differunt ab illis: in confirmatione vero sufficit intentio episcopi.

Articulus sextus.

Vtrum character cōfirmationis præsupponat characterem baptismi

DUBIUM. SEXTUM sic proceditur. Videlur quod character cōfirmationis non præsupponat ex necessitate characterem baptismalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendum publice fidem Christi. Sed multi etiam ante baptismum



sunt fidē Christi publice confessi, sanguinē fūdetes profide. Ergo character cōfirmatio- nius non presupponit characterē baptismale. PRÆTEREA. De Apostolis nō legi- tur, quod fuerint baptizati, præsentim cum dicatur. Ioh. 4. quod ipse Christus non bapti- zabat, sed discipuli eius. Ettamen postea fue- runt confirmati per aduentum Spiritus san- eti. Ergo similiter alij possunt confirmari antequam baptizentur.

PRÆTEREA. Actuum. 10. dicitur, quod adhuc loquente Petro cecidit Spūs san- etus super eos qui audiebant verbum: & au- diebant eos loquentes linguis. Et postea Pe- trus iusserit eos baptizari. Ergo pari ratione possunt alij prius cōfirmari, quā baptizētur. SED CONTRA EST, quod Rabanus dicit in lib. de insti. cleri. Nouissime à su- mo sacerdote per impositionē manus paracle- tus traditur baptizato: vt roboretur per Spi- ritum sanctum ad prædicandum.

RESPONDEO dicendum, quod chara- cter cōfirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem: ita s. quod si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil recipieret: sed oporteret iterato ipsū confirma- ri post baptismum. Cuius ratio est. Quia si- cut se habet confirmatio ad baptismum, ita augmentum ad generationem: vt ex supra- dictis patet. Manifestum est autem quod nullus potest promoueri in aetatem perfectam nisi primo fuerit natus. Et similiter nisi pri- mo aliquis fuerit baptizatus, non potest sa- cramentum confirmationis accipere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod virtus diuina non est alligata sacramētis. Vnde potest cōferre homini spirituale robur ad confitendā publice fidem Christi absque sa- cramento confirmationis: sicut etiam potest consequi remissionē peccatorū sine baptismō. Sicut tamen nullus consequitur effectū ba- ptismi sine baptismi voto: ita nullus cōsequi- tur effectū confirmationis sine voto ipsius. Qđ potest haberi et ante susceptionē baptismi.

AD

AD SECUNDVM dicendum, qđ sicut Augu. dicit, sex hoc qđ dñs dicit. 10. 13. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: intelli- gimus Petru & alios Christi discipulos fuisse baptizatos: sive baptismō Iohānis (sicut non nulli arbitrātur) sive, quod magis credibile est, baptismō Christi. Neq; enim renuit mini- sterium baptizandi: vt haberet baptizatos seruos per quos ceteros baptizaret.

AD TERTIVM dicendum, quod au- dientes prædicationem Petri acceperunt effec- tum confirmationis miraculose: non tamen confirmationis sacramentum. Dicatum est au- tem, quod effectus confirmationis potest alicui conferri ante baptismum: non autem sacra- mentum confirmationis. Sicut enim effectus confirmationis qui est robur spūale, præsuppo- nit effectum baptismi, qui est iustificatio. ita sacramentum confirmationis præsupponit sa- cramentum baptismi.

IN HOC sexto articulo est conclusio. S. Thi- quod ad confirmationem adeo necessario præsupponitur character baptismalis: vt si quis ante baptismū confirmetur, tanquā non confir- matus reconfirmandus sit post baptismū, quantū cūque fuerit cathecuminus. Hoc conclusio (præ- terquā quod omniū est) probatur ex cap. Si quis presbyter extra de presb. nō bapt. & ibidē cap. Ve- niens. Vbi dicitur, quod baptizatus est ianu & pri- ciū omniū sacramentorum, & si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non baptizatā: bapti- zetur, & iterum ordinetur.

SED cōtra. Non requiritur baptismus ad sumē- dam Eucharistiam: quia sine baptismō recipit quis verum sacramentum Eucharistie. Ergo nec ad confirmationem.

AD hoc nego consequentiā. Quia Eucharistia conficitur priusquam sumatur: & non conficitur in ipsa sumptione, sicut confirmationis. Ideo qualis cunque sit dispositio in suscipiente Eucharistia suscipit verum sacramentum: quia etiam si mis- comedat hostiā consecratā comedit sacramētū.

DUBIUM. VBITA TVR an licite possit quis recipere Eucharistia sine confirmatione. Ad hoc dico, qđ est conueniens, vt nullus sine confirmatione recipiat Eucharistia. Probatur. Baptismus & cōfir- matio ordinantur ad Eucharistia. Ergo conueni- ens est, vt ante Eucharistiam sumantur ambo: vt cum omni extrinseca dispositione ad hoc ordi- nata sumatur Eucharistia.

SECVND A proposicio est: Non tenentur aliquo præcepto homines sumere confirmationē

ante Eucharistia. Probatur. Quia nō habetur tā le præceptum. Secundo. Homines tenētur quo tānis communicare: episcopi tamen aliquando multis annis non confirmant. Ergo non tenētur sumere confirmationē ante Eucharistiam.

Tertio Antiquitus esto nō adesset episcopus qui confirmaret, statim vt quis baptizabatur cōmu- nicabat. Ergo. &c.

TER TIA propositio. Idem dicendum est de sa- cramento ordinis, quod si quis ante confirmationem ordinetur tenet sacramētū: & est vere or- dinatus. Ex vī tamen ecclesia nō debet quis an- tequā confirmetur ordinari. Si quis vero sine cō- firmatione ordinetur, non ideo est irregularis: quia non habetur textus, vbi poena irregularita- tis puniatur, qui sine confirmatione initiatur sa- cramento ordinis: sicut puniuntur qui prius cre- antur diaconi quam subdiaconi, aut superiorē ordinem ante inferiorem recipiunt.

Articulus septimus

Vtrum per sacramētū cōfirmati- onis conferatur gratia gratū faciēs.

D SEPTIMVM sic proce- ditur. Videlur quod per hoc sa- cramentum, gratia gratum fa- ciens non conferatur. Gratia enī gratum faciens ordinatur contraculpā. Sed hoc sacramentum (sicut dictum est) non ex- habetur nisi baptizatis, qui sunt à culpa mū- dati. Ergo per hoc sacramentum gratia gra- tum faciens non confertur.

PRÆTEREA. Peccatores maxime indigent gratia gratum faciente, per quam solam iustificari possunt. Si ergo per hoc sa- cramentū gratia gratum faciens confertur, videtur quod deberet dari hominibus in pe- ccato existentibus. Quod tamē nō est verū.

PRÆTEREA. Gratia gratum faci- ens specie nō differt, cum ad unum effectum ordinetur. Sed due forme eius de specie nō possunt esse in eodem subiecto. Cum ergo gra- tia gratum faciens conferatur homini per baptismum, videtur quod per sacramen- tu confirmationis, quod non exhibetur nisi baptizato, gratia gratum faciens non con- feratur.

O ij SED

SE D CONTRA est, quod Melchiades papa dicit. *Spiritus sanctus in fonte baptismi, plenitudine tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam.*

R E S P O N D E O dicendum, quod in hoc sacramento (sicut dictu est) datur baptizato *Spiritus sanctus ad robur: sicut Apostolis datus est in die Pentecostes (ut legitur Act. 2.) Et sicut dabatur baptizatis per impositionem manus. A postorū: ut dicitur Act. 8: Ostēsum est autem in prima parte, quod missio seu datio Spiritus sancti non est nisi cum gratia gratum faciat. Unde manifestum est, quod gratia gratum faciens confertur in hoc sacramento.*

A D P R I M U M ergo dicēdum, quod gratia gratum faciens primus effectus est remissio culpe. Habet tamen alios effectus: quia sufficit ad hoc quod promoueat hominem per omnes gradus usque in vitā eternā: secundū illud Rom. 6. *Gratia Dei vita eterna. Unde et Paulo dicitū est. 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse dicit. 1. Corinth. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpe, sed etiam ad augmentum firmitatem iustitiae. Et sic confertur in hoc sacramento.*

A D S E C V N D U M dicēdū, quod sicut ex ipso nomine appareat, *Hoc sacramētū datur ad confirmandum quod prius inuenierit, et ideo nō debet dari his qui in eis habent gratiā. Et propter hoc, sicut nō datur nō baptizatis, ita nō debet dari adultis peccatoribus, nisi per penitentiā reparatis. Unde dicitur in Aurelia re: si concilio, ut ieuniū ad confirmationem veniant: ut moneantur confessionem facere prius, ut mūdi donum Spiritus sancti valeant accipere. Et tunc per hoc sacramētū perficitur penitentiā effectus, sicut et baptismi: quia per gratiam collatā in hoc sacramento, consequitur penitens pleniorē remissionem peccatorum.*

A D H O C dico, quod aliquando dabatur in linguis igneis: sicut dicit Petrus Act. 11. de Cæsariensi, quo s. cum ipse allocutus fuisset, cecidit spūs

habet, vel si etiam non perfecte contritus decedat, (du modo non fietus accedit) per gratiam collatam in hoc sacramento, cōsequetur remissionem peccatorum.

A D T E R T I U M dicēdum, quod (sicut dictum est) gratia sacramētū addit super gratiam gratum facientem cōmuniter sumptā, aliquid effectuum specialis effectus, ad quod ordinatur sacramētū. Si ergo consideretur gratia in hoc sacramento collata quantū ad id quod est cōmune, sic per hoc sacramētū non confertur aliqua alia gratia quam per baptismū: sed quā prius inerat augetur. Si autem consideretur quantū ad illud speciale quod superadditur: sic non est eiusdem specie cum ipsa.

I N H O C septimo articulo non potest de cōclusione dubitari (nempe quod confirmatione gratiam conferat) quia iam in Concilio Tridentino in decretis de sacramētis in cōmuni tanquā de fide definita est.

Dubitatur tamē, an detur maior gratia in cōfirmatione quam in baptismō. Dico quod primum ita. Probatur de concr. d. 5 c. De his vero vbi dicuntur quod maiori veneratione habendū est hec sacramētū quam baptismus. Et ratio est: quia datur ibi maior effectus, cuius detur Spiritus sanctus ad robur vitæ spiritualis. Secundo probatur ex dictis. S. Th. Qui hic & in 4. d. 7. q. 2. ar. 2. dicit quod sacramētū confirmationis perficit sacramētū baptismi: & gratia confirmationis, gratiā baptismi. Sacramētum etiā hoc dat robur in vita spūli. Ergo plus requiritur ad robur & perfectionē: quā ad inceptionē quā facit baptismus.

Dubitatur secundo, an in primitiua ecclēsia dabatur Spiritus sanctus visibiliter secundū, ex opere operato in sacramento confirmationis: Dico quod probabile est quod ita. Probabilista men videtur mihi quod non: sed miraculose, & ex peculiari concursu Dei, non ex sola virtute sacramēti, dabatur Spiritus sanctus sic visibiliter ut homines venirent in agnitionē spūs sancti. Nam si daretur ex opere operato semper daretur. Ergo quādo in primitiua ecclēsia dabatur Spiritus sanctus visibiliter: non erat ex lege sacramēti.

Dubitatur tertio, quando dabatur Spiritus sanctus signo sensibili, an dabatur tertium, semper in figura columbae, sicut descendit super Christum, vel an in linguis igneis sicut venit super Apostolos.

A D H O C dico, quod aliquando dabatur in linguis igneis: sicut dicit Petrus Act. 11. de Cæsariensi, quo s. cum ipse allocutus fuisset, cecidit spūs

Spūs sanctus super eos. sicut ab initio super ipsos Apostolos, prout ibi expressè dicitur. Secūdo. Dico, quod vt in plurimum cognoscatur quod dabatur Spūs sanctus: quia illi super quos descendebat, loquebantur varijs linguis, vel prophetabant.

Dubitum. **D**in primitiua ecclēsia Spūs sanctus sic visibiliter in hoc sacramēto. Dicit Beda in actib. Apostolorum cap. 10. quod solum ex gentibus cōuersis dabatur Spūs sanctus sensibili signis: Ratio est (inquit) quia gentiles nunquā habuerūt aliquas prophetias: ideo oportebat, vt Spūs sanctus sensibili signis daretur: vt cognosceret Spūm sanctum. Idem dicit Thomas vñldens. lib. de sacramētis cap. 11. Et probatur. Nam Paulus dicit. 1. ad Corin. h. 14. quod lingua sunt in signum nō fidelibus, sed infidelibus: prophetix autem non infidelibus sed fidelibus. Ergo illud signum linguarum solūm dabatur gentilibus, qui erant infideles, & nō iudeis qui erant fideles. Secundo probatur. Quia non legitimus in sacra scriptura, quod Spūs sanctus daretur sic iudeis in signo aliquo sensibili: sed tantum gentibus.

SE D CONTRA Actuum. 2. dicit Petrus iudeis. Poenitentiā agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipieis dominū Spūs sancti. Ergo etiam iudeis dabatur Spūs sanctus visibili signo: quia illud videtur Petrum intellexisse cum dixit, accipietis donum Spūs sancti. signo viibili.

S E C V N D O. In actib. Apostolorum cap. 4. dicitur quod orātibus Apostolos cum omnibus aliis fidelibus, simul motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spūs sancto, & loquebatur verbum Dei cū fiduci. Vbi notū est, quod erat cōuersi ex iudeis: Ergo nō solum gentilibus sed etiam iudeis Spūs sanctus visibiliter dabatur.

T E R T I O. Samaritani non erant gentiles, sed ex populo iudeorū: segregauerant tamē se ab illis, & habebantur tanquā hæretici. At super illos ad impositionē manus Apostolorū cecidit Spiritus sanctus in signis visibili signis: vt dicitur in actib. Apostolorum cap. 9. Ergo non solum gentilibus dabatur Spiritus sanctus visibiliter.

I D E O Scotus in 4. d. 7. q. vñca videtur dicere, quod generaliter omnibus tam iudeis, quam gentilibus dabatur Spiritus sanctus visibiliter per impositionem manus Apostolorum. Nā (inquit) ideo non vñli sunt ista materia chrismati: quia habebant signa mirabiliora. s. descensum Spūs sancti, vnde videtur sentire, quod semper Spiritus sanctus descendebat visibiliter.

S E D ego de mente. S. Th. in hac. q. ar. 2. ad. 1. & arti. 4. ad. 1. respondeo aliquibus propositionibus: quarum prima est. Non semper Spiritus sanctus descendebat super omnes visibiliter. Probatur ex S. Thom. in locis citatis: quia ibi dicit, quod vtebantur Apostoli chrismate, quan-

do dabatur effectus confirmationis, & visibilia signa non sequebantur. Ergo manifeste dicit, quod non semper descendebat Spiritus sanctus visibiliter ad collationem huius sacramēti.

S E C V N D O probatur quia non habetur quod semper Spiritus sanctus daretur sic visibiliter. Ergo non est assendum sine sufficienti auctoritate scripturæ: postquā aliter hoc constare non potest.

T E R T I O Apostolus dicit. 1. ad Corinth. 12. Vnicuique datur Spiritus sanctus ad utilitatem. Alij datur prophētia & alijs singularum genit. Sed nec omnes qui confirmabant prophētabant, nec omnes loquebantur varijs linguis. Ergo nō semper recipiebāt Spūm sanctū visibiliter.

S E C V N D A propositio est. Non solum gentili bus, sed etiam iudeis dabatur aliquando Spūs sanctus visibiliter. Hac probatur per illa testimonia scriptura, quæ citauimus contra Bedā: quæ manifeste hinc secundā conclusionē probant.

T E R T I A propositio est. Non dabatur Spūs sanctus visibiliter etiam in toto tempore Apostolorū: sed tantū in initio, vt aperiretur ianu ad prædicationem. Probatur. Quia non legitimus quod semper daretur Spiritus sanctus visibiliter, etiā per impositionē manus Apostolorū, vt bene notat. S. Th. qui dicit, quod quando non sequebantur alijs signi, Apostoli vtebantur chrismate. Ergo etiam tempore Apostolorū non semper dabatur Spūs sanctus visibiliter cū signis sensibili bus.

Dubitum. **D**cofirmandus sit ieunius & confessus: ita vt si præsus & nō confessus cōfirmetur peccati mortali ter. Videtur quod ita ex concilio Aurelianensi cito a S. Th. ad. 2. Vbi dicitur quod confirmandi debet esse ieunii, & confessi peccata sua:

A D H O C dico, & sit prima propositio. Decens est, vt confessus quis & ieunius veniat ad confirmationem: postquā est sacramētum, & datur ibi Spiritus sanctus ad robur vitæ spiritualis.

S E C V N D A propositio. Quicunque recipit hoc vel aliud sacramētū in peccato mortali, peccat mortaliter, vt supra diximus: quia notabiliter irreuerēter accedit ad rē sanctā, q̄lis est sacramētū.

T E R T I A propositio. Non peccat qui præsus aut solum contritus sine confessione accedit ad confirmationis sacramētū. Probatur. Quia nō est tale preceptum, nec in iure diuino, nec humano. Secundo. Non est tanta irreuerētia accēdere præsus aut solū contritus ad confirmationē vt ad mortale peccatum sufficiat. Tertio. Ad omnia alia sacramēta (excepto sacramento Eucharistie, & sacramēto ordinis propter Eucharistiā quæ ibi confertur, & non propter ipsum sacramētum ordinis) non requiritur præcedens confessio sub pena peccati. Ergo nec ad confirmationē.

N O T A præterea ex solutione ad. 2. quod peccatori manenti in peccato mortali, id est, in cōfessione

su peccati mortalis: non est danda confirmatio. Secundo nota, quod confirmatio aliquando dat primam gratiam, nempe quando bona fide accedit quis ad confirmationem, purans se contritum, & non est nisi attritus: vel purat vincibiliter quod non habet peccatum, & habet aliquid mortale. Et ad consilium Aurelianense dicto, quod illud est optimum consilium, & nimis decens, ac rationabile: non autem præceptum:

Articul. octauus.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramentum ad quandam excellentiam datur: ut dictum est. Sed id quod ad excellentiam pertinet, non competit omnibus. Ergo hoc sacramentum non debet omnibus dari.

PRAETEREA. Per hoc sacramentum augetur aliquis spiritualiter in perfectam etatem. Sed perfecta etas repugnat etati pueri. Ergo ad minus pueris dari non debet.

PRAETEREA. Sicut Melchiades Papa dicit, post baptismum confirmamur ad pugnam. Sed pugnare non competit mulieribus, propter fragilitatem sexus. Ergo nec mulieribus hoc sacramentum dari debet.

PRAETEREA. Melchiades papa dicit, quod quamvis continuo transituris sufficientia regenerationis beneficia, victuris tamen confirmationis beneficia necessaria sunt: quia confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia, resuandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia imaculatus peruererit ad mortem, confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. Ergo statim morituris non debet hoc sacramentum conferri, & sic non debet omnibus dari.

SED CONTRA est, quod Actu. 2.

Spiritus sanctus adueniens replevit totam dominum (per quam significatur ecclesia) & postea subditur, quod repletus sunt omnes spiritu sancto. Sed ad illam plenitudinem consequendam hoc sacramentum datur. Ergo est omnibus qui sunt in ecclesia exhibendum.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) per hoc sacramentum promovetur homo spiritualiter in etatem perfectam. Hoc autem est de intentione natura, ut omnis qui corporaliter nascitur, ad perfectam etatem perueniat: sed hoc quandoque impeditur propter corruptibilitatem corporis, quod morte preuenitur. Multo autem magis de intentione Dei est, omnia ad perfectionem perducere: ex cuius imitatione hoc natura participat. Vnde & Deutero. 32. dicitur. Dei perfecta sunt opera. Anima autem ad quam pertinet & spiritualis nativitas, & spiritualis etatis perfectio, immortalis est, & potest sicut tempore senectutis spualem rationitatem consequi: ita tempore iuuentutis vel pueritiae consequi perfectam etatem: quia huiusmodi corporales etates anima non praedicant. Et ideo hoc sacramentum debet omnibus exhiberi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem unius hominis ad alium (sicut sacramentum ordinis) sed hominis ad seipsum. Sicut idem perfectus vir existens, habet excellentiam ad se puerum.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut dictum est) etas corporalis non praedicit anima. Vnde etiam in puerili etate homo potest consequi perfectionem spiritualis etatis: de qua dicitur Sapient. 4. Senectus venerabilis est, non diuotia, nec numero annorum copulata. Et inde est, quod multi in puerili etate propter robur spiritus sancti perceptum, usque ad sanguinem fortiter certauerunt pro Christo.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit in homilia de Ma-

chobris, in mundanis agonibus, etatis, ac forme, generisq; dignitas requiritur, & ideo feruis ac mulieribus, et sensibus ac pueris ad eos aditus denegatur. In celestibus autem omnibus persona, & etati ac sexui, indiscreta facultate stadium patet. Et in homilia de militia spirituali dicit. Apud Deum feminis etiam militat sexus. Multaque feminae animo virili spiritualis militiam gerunt. Quadam enim interioris hominis virtute viri equauerunt in agonibus martyrum: quadam etiam fortiores viri exticerunt. Et ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est.

AD QUARTVM dicendum, quod (sicut dictum est) anima ad quam pertinet spiritualis etas, immortalis est. Et ideo etiam morituris hoc sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant secundum illud Ephe. 4. Donec occurramus in viru perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Et ideo Hugo de sancto Victore dicit. Omnino periculum est, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingere. Non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pataretur. Unde etiam pueri confirmati decadentes, maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiam. Authoritas autem illa intelligitur: quantum ad hoc quod morituris non est necessarium hoc sacramentum propter periculum pugne presentis.

TITULUS huius octaui articuli (an. 5. omibus sit sacramentum hoc administrandum intelligitur de omnibus, cuiuscunque sint etatis sexus, vel conditionis. Hoc est, an pueris ante vocationis, foeminis, masculis, servis: & liberis. Ad quod responderet. S. Th. & omnes scholastici in. 4. d. 7. cum Magistro sent. quod omnibus est admistrandum nisi probabilitate moraliter constat, quod est in complacentia peccati mortalis. Quæ cœclusio sic a S. Th. probatur. Hoc sacramentum est ad perficiendum hominem quæcumque in vita spirituali. At omnes hac perfectione indigent. Ergo omnibus est exhibendum. Secundo De cosecr. d. 5. cap. Omnes fideles, sic dicitur. Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, spiritu sanctum post baptismum accipere debent: vt pleni Christiani.

ni inueniantur. Et est Urbani Papa. Tertio confirmatur ritu primituæ ecclesiæ: in qua statim post baptismum confirmabantur baptizati, etiam pueri, ut refert Cyprianus in sermone de lapis, & alijs antiqui doctores. Nunc autem expectatur primi septenium, antequam pueri confirmantur, & rationabiliter: ut recordentur postea quod sunt confirmati.

DUBITATVR primo, an omnes adultitatem neantur ad confirmationem sub poena peccati mortalis.

AD HOC respondet, & sit prima propositione. Negligentia vel omissione huius sacramenti sine contemptu nunquam est peccatum mortale, stando in iure divino. Hanc ponit formaliter. S. Th. in ista questione art. 1. ad. 3. & in isto octauo articulo ad. 4. Probatur. In lege divina solus datur preceptum de baptismis Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: & de Eucharistia Ioh. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & bibaveritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

SECUNDA propositione est. Etiam nec lege humana præceptum est de sumptione huius sacramenti: quia in toto corpore iuris non habetur talis præceptum.

SED contra Melchiades papa dicit in Decretis suis (& habetur de cosecr. d. 5. c. Sp. sc. 5) quod morituris non est sacramentum hoc necessarium: sed diu viciuris. Ergo viciuri tenentur hoc sacramentum suscipere sub poena peccati mortalis.

AD HOC dicit, S. Th. ad. 4. quod intelligit, vi etiæ esse necessarium sacramentum hoc, non ad consequendam felicitatem: sed ad pugnandum pro fide. Viciuri etiam, & morituris (dicit Hugo de sancto Victore) sacramentum hoc ad perfectio nem necessarium est, licet non ad salutem.

SECUNDO. Dicit idem Hugo, quod periculum omnino esset, si ab hac vita sine hoc sacramentum migrare contigeret. Ergo est peccatum non accipere hoc sacramentum ex negligentia.

AD HOC dicit, S. Th. ad. 4. q. intelligit, non quod non consequeretur salutem: sed non esset sine confirmatione perfectus, sicut esset cum illa.

DUBITATVR an saltem in aliquo casu te neatur quis confirmari. Ut si inimice pugna & conflictus contra infideles pro fide, ita ut sit vetus tyrannus, & quasi sturis ab isto an sit Christianus, vel cum hereticis disputandum sit.

AD HOC dicit Paludanus in. 4. d. 7. q. 4. quod tunc talis teneretur confirmari, quia alias exponebat se periculo, cum confirmationis sit robur ad defensionem fidem. Idem dicit Maior. d. 7. q. vñca, quod in casu necessitatis est sacramentum hoc de praeprecepto. Et probat: quia dictum est Apostolis. Sede et in ciuitate quædam, induamini virtute ex alto. Luce. 24. Idem dicit Scotus. 4. d. 7. q. 2. Dicit enim, quod iudicaretur quis huius sacramenti temporis omni modo oportunitate oblati, non illud

illud susciperet.

HIS non obstatibus, dico quod etiam in illo casu non tenetur quis confirmari sub pena peccati mortalis (secluso contemptu) quantunque negligat. Hæc est sententia. S. Th. vbi supra. Et probatur. Quia nullū p̄ceptū est de confirmatione: nec rationes in oppositū probant, quod in aliquo casu teneatur quis sub pena peccati mortalis confirmari, sed solum quod tenetur non contemnere sacramentum, quod si contemnit peccat mortali ter. Hæc est sententia. S. Tho. (vt diximus) & Adriani. d. 7. q. vñica in. 4.

Dubium tertium:

SED dubitatur, quando est contemptus in omniis sistorie confirmationis? Ad hoc dico, qd ex sola negligentia quantunque offeratur opportunitas recipiendi sacramentum, non est contemptus, esto sit casus in quo tenetur coram tyranno cōfiteri fidem: & est a tyranno interficiendus si Christū confitetur. robatur hæc conclusio cōtra Scotū, Paludanum, & alios: quia in his ad quæ quis non tenetur, sola negligentia (quantunque negligat) non est contemptus: vt patet à simili. Nā esto quis non audiat missam in diebus operosis in quibus non tenetur, ex quacunque negligentia: nō est contemptus aliquis. Ergo cum nō teneatur quis sub p̄cepto confirmari: quantunque negligat nō est contemptus: sicut etiam quantunque quis negligat dare elemosynam quando nō tenetur nō peccat. Et hoc dicit diuus Thomas supra. q. 5. arti. 4. ad. 3. vbi licet sic habet. Ad tertium dicendum, quod licet omnium sacramentorum cōtemptus sit salutis contrarius: non tamen est contemptus sacramenti ex hoc, quod aliquis non curat accipere sacramentum, quod non est de necessitate salutis. Alioquin omnes qui nō acciperet ordinem: & qui non contraheret matrimonia, contemerent huiusmodi sacramenta.

Dubium quartum:

SED an pecet venialiter omittens sacramētū confirmationis ex negligentia? Dico, quod probabilitas est qd ita. Probatur. Quia sunt multa statuta, quod omnes confirmentur: vt de consecr. d. 5. cap. Omnes fideles, & ibidem in alijs capitulis. Secundo. Deus & ecclesia nihil faciūt frustra. Sed Deus instituit hoc sacramentum, & ecclesia admonet quod omnes confirmentur. Ergo ex negligentia omittens peccat venialiter.

TERTIA propositio est. Tunc est contemptus sacramentum confirmationis omittere: quādo illa omissione est cum iniuria sacramenti. Ut si omittat quis sumere confirmationem, putas quod nihil valer, aut quod non est sacramentum: aut quod ipse suis habebit viribus, quod per sacramētum dari dicitur.

Dubium quintum:

VBITATVR quinto, an cōfirmatio sit dāda pueris. Ad hoc dicit Marsi. in. 4. d. 7. q. 5. quod non, sed tantum hominibns ad perfectā aetatem venientibus. Probat ex illo quod habetur de cosecr. d. 5. cap. Vt ieuni. Vbi dicitur ex concilio Aurelianensi cap. 3. quod ieuni & perfectæ statis

veniant ad hoc sacramentum: & admoneantur prius, vt confiteantur peccata sua. Ergo non est danda confirmatio pueris, qui non possunt hoc facere. Secundo dicit, quod amentes non sunt cōfirmandi: quia cōfirmatio datur ad pugnandum spūaliter, quod nec a mētes nec pueri facere possunt. EGO tamen dico, quod omnes (etiam pueri ante usum rationis, & amentes, qui non sunt in peccato mortali, & moritur) cōfirmandi sunt. Hoc videtur sentire. S. Th. in isto articulo: quia nullum excipit, sed absolute dicit omnes esse confirmandos: vt patet in solutione ad. 2. & ad. 4. Idem dicit Gab. d. 7. q. vñica. Idē Sylvester in summa verb. confirmatio. Et hæc est communis sententia theologorum. Probatur etiam: quia ita siebat in primiua ecclesia, vt dicit Dionysius cap. 4. de ecclesiast hierarch. & Cyprianus sermone 5. de lapsis, & in alijs locis.

ANTONINV S vero & Paludanus dicūt, cōueniens esse vt septimus expectetur annus: ppter periculum reiterationis sacramenti: quia non recordabitur puer an fuerit confirmatus, & poterit esse quod nō sit alius qui recordetur. Ideo vt ipse confirmatus recordetur, opus est quod ad minus in septenio. Sed ratio hæc solum probat, quod est conueniens vt confirmationis sacramentū differatur usq; ad tempus, in quo possit puer recordari, quod sit confirmatus: quod est de per accidens. Et secundum hos doctores si illi periculo prouideatur, possunt pueri ante usum rationis cōfirmari. Sed quia hoc erat p accidēs nō excipi. ut. a. S. T. AD argumenta in oppositum iam diximus ex. S. Th. hic ad. 4. quod illud concilium loquitur de consilio, pensatis circumstantijs: non autem de necessitate. Immo aliquando si pueri non confirmantur, defraudantur: quia non habebunt tātam gloriam, quantā alias haberent si confirmarentur.

AD secundum, concedo antecedens, quod cōfirmatio datur ad pugnandum spūaliter, id est, ad hoc quod anima sit bene disposita ad pugnandum spiritu aliter, licet contingat potentias sensitivas impediiri. Nam alias si omnes essent Christiani, ita vt non timeremus hostem fidei, nullus esset confirmādus: quia nullus vñquā pugnabit spūaliter.

Articulus nonus

Vtrum hoc sacramētū sit conferendum homini in fronte.

AND NONV M sic proceditur. Videtur quod hoc sacramētū non sit conferendum homini in fronte. Hoc enim sacramētum est perfectuum baptismi: vt supra dictū est. Sed

Sed sacramētum baptismi confertur homini in toto corpore. Ergo hoc sacramētū non debet conferri solum in fronte.

PRÆTEREA. Hoc sacramētū datur ad robur spūale: vt supra dictū est. Sed spūale robur maxime cōsistit in corde. Ergo hoc sacramētum magis debet conferri supra cor, quam in fronte.

PRÆTEREA. Hoc sacramētū datur homini, ad hoc quod libere fidem Christi confiteatur. Sed ore fit confessio ad salutē: vt dicitur Roma. 10. Ergo hoc sacramētū nā agis debet conferri circa os, quam in fronte.

SED CONTRA EST, quod Rabanus dicit in lib. de institutione clericorū. Signatur baptizatus christmate in summitate capitis per sacerdotem: per pontificem vero in frōte R. ESPONDEO dicendum, quod (sicut supra dictum est) in hoc sacramento homo accipit Spūm sanctum ad robur spūalis pugnae: vt fortiter etiā inter aduersarios fidei, Christi fidem confiteatur. Vnde conueniēter signatur christmate, signo crucis in frōte, propter duo. Primo quidē: quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis. Quod quidē debet esse evidens & manifestum. Inter omnia autē loca corporis humani, maxime frōes manifesta est: quae quasi nunquam obtegitur.

Et ideo linitur confirmatus christmate in frōte, vt in manifesto demonstret se esse christianum: sicut & Apostoli post acceptum Spūm sanctum, se manifestauerunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundo. Quia aliquis impeditur à libera confessione nominis Christi propter duo. s. propter timorem & propter verecundiam. Vt iusq; autem horū signum maxime manifestatur in fronte ppter duo. s. propter propinquitatē imaginationis: & ppter hoc quod spūs à corde directe ad frontem ascendunt. Vnde verecundati erubescunt, timites autē pallescit: vt dicitur. 4. Eth. Et ideo in fronte signatur christmate: vt neq; propter timorem, neq; propter erubescitiam, non men Christi confiteri pratermittat.

DECIMVS sic procedit. Videtur quod ille qui cōfirmatur, debet teneri ab alio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per baptismū regeneramur ad vitā spūalem quæ ad totum hominem pertinet. Sed in confirmatione roboramur ad pugnā: cuius signū ferendum est in fronte, quasi in euidēti loco.

AD SECUNDVM dicendum, quod principium fortitudinis est in corde. sed signū apparet in fronte. Vnde dicitur Ezech. 3.

Ecce dedi frōtem tuam duriorē frontibus eorum. Et ideo sacramētum eucharistiae, quo homo in se ipso confirmatur, periret ad cor: secundum illud: salmi. Pax cor hominis cōfirmet. Sed ad sacramētum confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios, & ideo exhibetur in fronte.

ADTERTIUM dicendum, quod hoc sacramētum datur ad libere confitendum, nō autem ad confitendum simpliciter: quia hoc fit etiam in baptismō. Et ideo non debet dāri in ore: sed in fronte, ubi apparet signa passionis, quibus libera cōfessio impeditur.


IN HOC articulo. s. probat diuus Thomas cōueniētiā affirmatiā cōclusiōis ex Rabano, & conuenientibus rationib; s. vt habes in litera.

DVBITATVR tamen, an sit de necessitate sacramēti, quod confirmatus liniatur christmate in fronte. Credo quod non: quia non habetur hoc in scriptura, nec apud sanctos, nec appetit ratio, quæ hoc probet. Secundo. Dico quod est de necessitate ppter ecclesiae. Probatur. Extra de sacra vñtione. cap. vñico, & in multis alijs locis. & ex antiquo ritu ecclesiae sine memoria in contrarium. Vnde colligitur, quod quoq; loco vel parte corporis admittetur, tenebit factū: sed peccabunt mutantes ecclesie ritum Rationes vero congruentes. S. Th. & aliorum probat, quod sit conueniens, vt in facie sacramētum hoc administretur: quia in facie, maxime in maxillis appetit illi effectus, quos diuus Thomas ponit.

Articul. decimus

Vtrum ille qui cōfirmatur, debet teneri ab alio.

DECLIVM sic procedit. Videtur quod ille qui cōfirmatur, non debet ab alio teneri ad confirmationē. Hoc enim



sacramētū non solus pueris, sed etiā adul-
tis exhibetur. Adulti autē per se ipsos stare
posunt. Ergo ridiculum est, quod ab alio te-
neantur.

PRAETER EA. Ille qui iam est de ec-
clesia, liberū habet accessum ad ecclesie pri-
cipem, qui est episcopus. Sed hoc sacramētū
(sicut dictum est) non exhibetur nisi baptiza-
to, qui iam est membrum ecclesiæ. Videtur
ergo, quod nō debet per alium exhiberi epis-
copo, ad hoc sacramētū recipiendum.

PRAETER EA. Hoc sacramētū da-
tur ad robur spūale, quod magis viget in ui-
ris quam in mulieribus; secundum illud pro-
verb. ultimo. Mulierem fortē quis inueni-
et. Ergo ad minus mulier non debet tenere
virum ad confirmationem.

SED CONTRA EST, quod Innocen-
tius papa dicit, et habetur in decretis. 30 q.
4. Si quis ex coniugio filium aut filiam alte-
rius, de sacro fonte suscepit, aut ad chris-
matenuerit et cetera. Ergo sicut requiritur, quod
aliquis baptizatum de sacro fonte leuet: ita
debet aliquis teneri ad sacramētū confir-
mationis accipiendo.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut di-
ctum est) hoc sacramētū exhibetur homi-
ni ad robur pugnæ spūalis. Sicut autē aliquis
de novo natus, indiget instructore in his
quæ pertinent ad cōseruationē vita (scđum
illud Hebræ. 12. Pares quidem carnis nostræ
habuimus eruditores, et reuerebamur eos)
ita illi qui assumuntur ad pugnam, indigent
eruditöribus à quibus instruantur de his quæ
pertinent admodum certaminis. Et ideo in
bellis materialibus constituantur duces et
Centuriones, per quos alijs gubernentur. Et pro-
pter hoc etiam ille qui accipit hoc sacramētū,
ab alio tenetur, quasi per aliū impugna spūali
erudiendus. Similiter etiam, quia per hoc
sacramētū confertur homini perfectio spi-
ritualis et ceteris (sicut dictum est) ideo ille qui
ad hoc sacramētū accedit, substitetur: qua-
si adhuc spūaliter imbecillis et puer.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod
licet ille qui confirmatur, sit adultus corpora-
liter, nondum tamen est adultus spūaliter.

AD SECUNDUM dicendum, quod
licet baptizatus sit effectus membrum ecclesiæ:
nondum tamen est a scriptus militie Christi
anæ. Et ideo episcopo tanquam duci exercitus
per aliū exhibetur iam militie Christianæ
ascriptum. Non enim debet alium ad confir-
mationē tenere, qui nondum est confirmatus.

AD TERTIUM dicendum, quod si-
cut dicitur ad Colo. 3. in Christo Iesu nō est
masculus et fœmina. Et ideo non differt
vtrū masculus vel fœminateneat aliquem
in confirmatione.

IN HOC articulo 10. aduentum est, quod
licet non sit de essentia sacramenti, ut cōfir-
mādus teneatur ab alio, sicut nec qđ baptizādus:
cōueniens tamē est, qđ teneatur, vt. S. Th. pbat.
NOTA secūdo, quod ille qui tenet aliū ad cōfir-
mationē debet esse confirmatus, alias peccaret: vt
hic ad. 2. dicit. S. T. eset nihilominus cōfirmatus.

NOTA tertio, quod contrahitur affinitas sicut
in baptismo: vt habetur. 30. q. 4. c. Si quis ex uno:
Si vero ille qui confirmatur erat iam cōfirmatus
nō contrahitur affinitas. Non enim contrahitur
affinitas, nisi quando est sacramētū. Sed tunc,
non est sacramētū. Ergo, &cetera.

AN fœmina possit tenere aliquem in confirma-
tiōe? Dicit. S. T. hic ad. 3, quod ita. De monachis
autem dicendū est, quod nō possunt tenere ali-
quē ad confirmationem: sicut nec leuare aliquem
à fonte baptismatis: vt supra diximus. q. 8. art. 7.
Nec proprii parentes possunt tenere filium ad
confirmationem, sicut nec ad baptismū: vt in præ-
dicta. q. 8. art. 7. diximus.

Art. vndecimius

Vtrum solus episcopus hoc sacra-
mentum conferre possit.

DUNDÉCIMVM sic p-
ceditur. Videtur quod non so-
lum episcopus hoc sacramētū
cōferre possit. Gregorius enim
scribens ianuario episcopo dicit. Peruenit ad
nos, quosdā scādalizatos fuīsē, quod pres-
byteros chrismate tangere eos qui baptizati
sunt

sunt prohibuiimus. Et nos quidem secundū
veterem usum nostræ ecclesia fecimus. Sed
si omnino hac de reali contristantur, ubi
episcopi desunt, vt presbyteri etiam, in fron-
tibus baptizatos chrismate tangere debeant,
concedimus. Sed illud quod pertinet ad neces-
sitatem sacramentorum, non est propter vi-
tandum scandalum immutandū. Ergo vi-
detur quod non sit de necessitate huius sacra-
menti, quod ab episcopo conferatur.

PRAETER EA. Sacramētū baptis-
mi videtur maioris efficacia quā sacra-
mentū confirmationis: quia per baptismū fit ple-
na remissio peccatorū, et quantum ad cul-
pam quantum ad paenam, quod non sit in hoc
sacramento. Sed simplex sacerdos ex suo
officio potest tradere sacramētū baptismi:
et in necessitate quilibet, etiam non ordina-
tus, potest baptizare. Ergo nō est de necessitate
huius sacramenti, qđ ab episcopo cōferatur.

PRAETER EA. Summa capit. ubi
secundum medicos est locus rationis. s. parti-
cularis (quæ dicitur virtus cogitativa) est
nobilior frōte, ubi est locus imaginativa vir-
tutis. Sed simplex sacerdos potest baptizatos
ungere chrismate in vertice: Ergo multo
magis potest eos chrismate signare in fronte,
quod pertinet ad hoc sacramētū.

SED CONTRA EST, quod Euse-
bius Papa dicit. Manus impositionis sacra-
mentū, magna veneratione tenendum est:
quod ab alijs perfici nō potest, nisi à summis
sacerdotibus, nec tempore Apostolorū ab alijs
quā ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur
per actum esse: nec ab alijs quam quicunque
locum tenent, unquam perfici, potest aut sue-
ri debet. Nam si aliter præsumptū fuerit, rr
ritum habeatur et vacuum, nec inter ecclē-
siastica unquā reputabitur sacramēta. Est
igitur de necessitate huius sacramenti (quod
dicitur sacramētū manus impositionis)
quod ab episcopo tradatur.

RESPONDEO dicendum, quod in quo-
libet opere, ultima consumatio suprema ar-

ti aut virtuti reseruatur: sicut preparatio ma-
terie pertinet ad inferiores artifices, supe-
rior autem dat formā, supremus autem est
ad quem pertinet usus, qui est finis artifica-
toris, et epistola quæ à Notario scribitur, à
domino Papa signatur. Fideles autem Chri-
sti sunt quoddā diuinū opus (secundū. 1. ad
Corint. 3. Dei adificatio estis) sunt etiā quasi
quædam epistola spiritu Dei scripta: sicut di-
citur. 2. Ad Corinth. 3. Hoc autē cōfirmatio
nis sacramētū est quasi ultima cōsumatio
sacramēti baptismi: u. s. quod per baptismū
adificatur homo in domū spirituale, et con-
scribitur quædam quasi spiritualis epistola: sed p-
sacramētū cōfirmationis, quasi domus adi-
ficata dedicatur in tēplū spūis sancti, et quasi
epistola conscripta signatur signo Crucis. Et
ideo collatio huius sacramēti epis reseruatur,
qui obtinet summā potestate in ecclesia: sicut
et in primitiva ecclesia per impositionē ma-
nus Apostolorū (quoru uicē gerunt epis copi)
pleniudo spūs sc̄bi dabatur: ut habetur actus
8. unde Urbanus papa dicit. Omnes fideles
per manus impositionē epis coporū Spūm san-
ctūm post baptismū accipere debent: ut plene
Christiani inueniantur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod
Papa in ecclesia habet plenitudine potestatis,
ex qua potest quædā quæ sunt superiorū ordi-
nū, cōmittere quibusdā in inferioribus: sicut qui-
busdā presbyteris concedit conferre minores
ordinēs, quod pertinet ad potestatem epis copa-
lem. Et ex hac plenitudine potestatis cōce-
beatus Gregorius. Papa, quod simplices sa-
cerdotes hoc sacramētū conferrēt, quan-
diu scandalum tolleretur.

AD SECUNDŪ dicendum, quod sacramētū
baptismi est efficacius quā hoc sacramētū,
quoniam ad remotionē mali: eo qđ est spūalis ge-
neratio, quæ est mutatio de nō esse in esse. Hoc
autē sacramētū est efficacius ad perficiendū
in bono: quia est quoddā spūale augmentū de-
esse imperfecto ad esse perfectū. Et ideo hoc
sacramētū digniori ministro cōmittitur.

AD TERTIVM dicendum, quod si-
cuit Rabanus dicit in lib. de institutione cle-
ricorū. Signatur baptizatus chrismate in su-
mitate capitis per sacerdotem, per pontificem
vero in fronte: ut in priore unctione signi-
ficetur super ipsum Spiritus sancti descen-
sio, ad habitationē Deo consecrandā: in secun-
da quoq; ut eiusdē Spū sancti septiformis
gratia, cum omni plenitudine sanctitatis, &
scientiae, & virtutis, venire in hocē decla-
retur. Nō ergo propter digniorē partē, sed pro-
pter potiore effectu, hac unctione episcopū reseruatur.

N HOC.ii.artic.nota, quod S. Th. tractauit
etiam hanc questionē in.4.d.7.q.3. ar. i. q.2.
& semper dicit, quod ex officio solus episcopus est
minister huius sacramēti: ita vt si simplex sacer-
dos confirmare tentet, nihil faciat, si ex sola sacer-
dotali potestate absque cōmissione Papæ hoc fa-
ciat. Hæc est etiam sententia Magistri in.4.d.7. Et
omnes scholastici in hac conclusione cōueniunt
SECUNDΟ hoc probat. A&tu.8. legitur,
quod Petrus & Iohannes missi fuerunt ad Samari-
tanos, qui à Philippo baptizati erant: & Apostoli
eos confirmauerunt imponentes manus. Ergo Phi-
lippus (qui unus erat de septē diaconib⁹) nō po-
terat confirmare. Et ecclesia intelligit, quod Petrus
& Iohannes fuerunt missi ad confirmandū.

TER TIO hoc idem (nēpe quod simplex sacer-
dos non potest confirmare) dicit Innoc.3.c. Quā-
to extra de consuetudine. Et addit, quod nec con-
suetudine hoc possunt obtinere. Idē dicitur de cō-
fecr. d.5.c. Manus, &c. De his. Idē dicitur de cōfēse.
d.4.c. Presbyteris, & d.2.i.c. Clericos, & d.68.c.
Quanis. & d.95.c. Presbyteros. Hoc etiā dicit
Hugo de S. Vict.lib.2.de sacramentis pag.7.c.2.

DUBIUM
vnicum.
DUBITATVR tamen, an cōclusio hæc sit
certa & de fide. Ad quod dico, de hoc dubio
tres esse opinones. Prima tenet, quod stādo in solo
iure diuino (humano secluso) quilibet simplex sa-
cerdos confirmare potest, & si quis simplex sacer-
dos cōfirmeret, teneret sacramentum, licet pro-
pter prohibitionem Papæ peccaret. Hæc est senten-
tia armachani in li.11.de questio. Armenorū.c.4.
Et probat: quia in græca ecclesia & in Armenia
ita fiebat, vt Innocent.3.refert in illo.c. Quāto. ex
tra de cōsuetudine Secundo probat: quia A&tu
9. Ananias (qui episcopus non erat) manus impo-
suit Paulo: vt acciperet Spū sanctū. Ergo cōfir-
mauit illum: qui alias nec impositio manus Apo-
stolorum esset sacramentū cōfirmationis. Cum
non hebeamus Apostolos confirmasse, nisi impo-
nendo manus. Et hoc tenebat Vuiclephus hære-
ticus: estque opinio hæretorum.

ALIA est opinio tenens alterum extremū, nem
pe, quod simplex sacerdos nec ex officio, nec ex

cōmissione Papæ, sacramentū cōfirmationi: cō-
ficere potest. Hæc est sententia Durandi. 4.d.7.
q.4. Idem tenet Scot. d.7.q.1. Idem Gabr. d.7.q.
vnica. Idem Adri. in.4.q. propriā de confirmatione
Idem Maior. d.7.q.vnica. Idem Ioannes de
rubione. d.7.

TER TIA opinio est. S. Th. & aliorū aliquorū
quæ dicit duo. Primi est. Sacerdos simplex, id-
est, quoniam est episcopus, (omnes enim tales vo-
cimus simplices sacerdotes) propriā authorita-
te & officio non potest confirmare, adeo quod si
ficerit non confert sacramentū. Et hoc dicit. S.
Th. in isto articulo. Secundū dictum est. Quili-
bet simplex sacerdos ex cōmissione Papæ po-
test confirmare licite & valide. Hæc dicit. S. Th.
hic & in.4.d.7.q.3.art.i.q.3. Idem Palud. d.7.q.4.
Idem Petrus de tarantasia problemate.2.q.2. Idem
Mirilius. d.7.q.5. Idem Capre. 4.d.7. q.1. Idem te-
net Richardus. d.7.q.1. Idem Alex. de ales. 4.p. in
propria hac materia. Vnde opinio. S. Th. est co-
muniōr, quā etiam tenet gl. in. c. Quāto, extra de
consuetudine. Paludanus opinionem Durandi
nouitatis nota inuitat.

Oportet examinare has opiniones. Et de prima
(Armachani, s.) dico quod non probatur. Nā ar-
machanus dicit, quod ecclesia græca & Armeni
habent, quod simplices sacerdotes confirmant.

A D HOC facile respondet, quod nō est cer-
tum græcos hoc facere: cum id nō legimus in ali-
qua authēticā scriptura. Ideo ipse Armachanus
errat, hoc illis imponēs. Secundo dico, quod si Ar-
meni & Graci hoc faciebāt, errabant: sicut & in
alijs, qui se ab ecclesia Romana separauerant. Et
ita dicit Guido Carmelita: qui Armenorum er-
rores collegit.

SECVNDO aducit ex Dionysio, quod in pri-
mitiva ecclesia statim post baptis̄mū pueri con-
firmabantur. Ad hoc dico quod est verum: non ta-
men à simplici sacerdote. Sed ferebantur baptiza-
ti ad episcopū: & ab illo confirmabātur. Maxime
quia tunc episcopi vigilantes erant: & baptis-
mus administrabatur solemniter in aliquo se-
stītutatis, & episcopi aderant.

TER TIO. Ad id quod dicit, Paulum ab Anania
fuisse confirmatū (vt in actibus Apostolorū. c.9.
habetur, quod Ananias Paulo manus imposuit) qui
tamen non erat episcopus. Dico quod illa manus
impositio nō erat sacramētū: aliquod: sed solū
propter sanitatem corporalem, vt manifeste in
textu patet: quia dicitur vt visum reciperet. Secū-
do. Nego minorē immo dico, quod forte Ananias
erat episcopus: vt videtur dicere Augustinus in
questiōnib⁹ super Lucā. q.42.

ET arguitur hoc modo cōtra hunc errore. Quia
non est aliqua ratio, qua ecclesia prohibuerit ne
simplex sacerdos confirmaret: si ille de iure diu-
no confirmare poterat. Maxime cū omnes Chri-
stiani confirmandi essent, & facilius sic cōfirma-
rentur, quam quod episcopū expectare deberent
Et

Et qd illa prohibitio antiquitus facta fuerit, in
multis capitib⁹ appetet. Primo de consecr. d.5.
cap. Manus, & in concilio Toletano. i. cap. 20. &
extra de consuetudine. cap. Quāto.

HOC autem quod soli episcopi sint huius sacra-
menti ministri: multis sanctorū testimonijs pba-
tor. Et præter ea quæ in principio citauit, est etiā
Beda super illud Actuum.9. Misericordia Apostoli
Petrum & Iohannē. &c. Secundo. Authoritas Ar-
machani non est recipiēda: quia Romæ coactus
fuit multa retiocare corā summō pontifice, ideo
de Romana ecclesia non bene sentiebat. Relin-
quenda est igitur eius opinio. Tertio. Iā post cō-
ciliū Tridentinum hæc sententia Armachani est
hæretica: quia in sessione.7.eiusdem concilij c.de
confirmatione. ar.3.determinatur, quod ordinarii
minister s̄cē confirmationis est episcopus solus.
SECVNDO opinio (quæ est Durādi) probatur
per argumenta quæ sunt contra tertiam opinionē,
quæ est. S. Th. quæ station formabimus.

TER TIA opinio dicebat, quod ex officio solum
conuenit episcopis confirmare, & in hoc cōuenit
etiam secunda opinio. Secundū dictū erat, quod
ex cōmissione Papæ simplex sacerdos cōfirma-
re potest, ita quod authoritate Papæ de non mi-
nistro fit minister illius sacramēti. Probatur per
Gregorium.95. d. cap. Peruenit, Vbi Gregorius
scribens ad Ianuarium episcopum Carolitanum
prohibuit ne simplices sacerdotes confirmarēt,
propter quod illi scandalizati sunt: & vt Grego-
rius scandalū tollerez, rursus dixit, quod cōfirma-
rent vt solebant. Ergo ex cōmissione papæ potest
simplex sacerdos confirmare.

A D HOC dicit Scotus, quod Papa fecit illos
presbyteros episcopos quo ad illum effectū. Sed
contra. Potestas episcopalis non potest diuidi, si-
cūt nec potestas sacerdotalis, vt absoluunt sacer-
dotes & non confirment Secundo. Ad ordinādū
vel consecrandū aliquem requiritur contactus.
At Gregorius non tangebat illos. Ergo non or-
dinavit, aut consecravit eos episcopos. Tertio.
Gregorius non dedit illam potestate solū pre-
sentibus, sed etiā futuri: quia dixit, quod fieret vt
solebat fieri. Ergo nō creauit illos episcopos.

IDEO Adrianus aliter respondet ad factū Gre-
gorij, & dicit, quod Gregorius non cōcessit vt cō-
firmarent sed vt vngereat in fronte: Sed hoc ni-
hil est dicere: quia illi sacerdotes anteā confir-
mant, & intendebant confirmare, & illud ex intē-
tione prohibuit Gregorius. Ergo illud etiā cōces-
sit postea. s. quod vere confirmarent. Secūdo pro-
batur, quod Gregorius verū reputauit sacra-
mentū. Nam dicit, absente episcopo faciatis quod an-
te faciebatis. Ergo.

SECVNDO dicit Adrianus quod Gregorius
nō concessit potestatem confirmandi: sed permi-
tit illud malum fieri propter scandalū. Sed hoc
etiā est falsum: quia Gregorius dedit vt faceret
quod ante faciebant. Quod non potest intelligi.

de permissione, quæ solum esset non punire & nō
esset approbare sicut fecit Gregorius, dicens asser-
tiue faciatis quod ante faciebatis.

IDEO Durandus & Maior dicūt audīcius quæ
dōptorēt, quod Gregorius errauit. Sed ego dico,
quod Durandus errat: quia Papa in his quæ sunt
fidei, aut pertinet ad bonos mores, errare nō pōt.
Secundo, dico quod est peccatum mortale nō cre-
dere papæ determinanti tanq; Papa aliquid de
fide tenendū: nī forte conciliū opositū deter-
minasset. Quid non faciet vñq;: quia nunq; per-
missit nec permettit Spiritus sanctus. Tertio
dico, Falsum esse quod dicit Maior, diuī Petruū er-
rasse in aliquo de fide: si illud determinabat fāq; papi.
Sic us si vt persona priuata aliquid diceret.

OPINIO. S. Th. probatur. & credo quod iam est
de fide, ita vt aliae defendi non possint. Prius quia
in concilio Florentino sub Eugenio. 4. cap. de vni-
one Armenorū ad ecclesiā determinavit, quod
ordinarii minister cōfirmationis est solus epis-
copus. Et dicitur ibi, quod legitur sedem Apōsto-
licā aliquando dispensasse: vt simplices sacerdo-
tes confirmarent. Ergo Papa potest dispensare cā
simplice sacerdote, vt confirmet. Secūdo. In cōci-
lio Tridentino sessione.7. cap. de sacramento cō-
firmationis. ar.3. dicitur tanq; de fide tenendū.
Si quis dixerit sancte confirmationis ordinariū
ministrum, non esse solus episcopū, sed quemvis
simplicem sacerdotem: anathema sit.

VNDE sequitur quod sententia Armachani est
iam hæretica. Notandum etiam est, quā vera &
secura est Theologia. S. Th. quia in conciliis com-
muniter determinavit, quod habet. S. Th. Sicut
in concilio Florentino & Tridentino de hac ma-
teria sacramentorum, & de iustificatione impij,
ad literā probati sunt multa, quæ. S. Th. docuerat.
Nō quia Tho. dixerat: sed quia Spiritus sanctus
id docuit, & ecclesiā suam & sanctū suū Thomā,
quem doctorem in ecclesia posuit.

SEU contra. S. Th. argumentatur Durandus &
alij: quod si simplex sacerdos nec ex cōmissione
Papæ potest administrare sacramentum cōfir-
mationis. Prior quia minister est de essentia sa-
cramenti. Ergo Papa nō potest mutare ministrū:
sicut nec materiā aut formā sacramenti. Nec va-
let si dicas, quod minister est de integritate sacra-
menti, & non de essentia: quia etiā illud quod est
de integritate non potest Papa mutare, sicut non
posset facere quod mulieres ordinarentur, & es-
sent sacerdotiæ.

A D HOC concedo, quod Papa nō potest mu-
tare ministrū: nez mutat cōmittēdo simplicibus
sacerdotibus quod cōfirmant: quia minister con-
firmationis est episcopus ex proprio officio, & cō-
missus a Papa ex Christi institutione. Sicut mini-
ster sacramenti confessionis est episcopus, vel sa-
cerdos cōmissus ab episcopo.

SECVNDO. Conferre sacramentū confirma-
tionis aut pertinet ad potestatem ordinis, aut ad
potenz

potestate ordinis, aut ad potestatem iurisdictionis. Non ad potestatem iurisdictionis: quia Papa electus & non consecratus habet potestate iurisdictionis. Et episcopus confirmatus antequam consecratur, habet potestatem iurisdictionis. Et non potest conferre sacramentum ordinis. Ergo conferre sacramentum confirmationis, pertinet ad potestatem ordinis. Sed Papa non potest mutare ea quae sunt potestatis ordinis: quia non potest prohibere (erit per degradationem) quod episcopus vel sacerdos simplex non vere conficiat corpus Christi, si tentet illud facere, quicquid dicat Panormitanus & Innocentius. Quanto de consuetudine: quia omnes Theologi tenet oppositum. ET confirmatur. Quia Papa non potest prohibere, quin laicus vere baptizet si tentet facere. Ergo nec sacerdoti, quod non consecret Eucharistiam, si tentet facere.

CONFIRMATVR secundo. Quia qui semel fuit iniciatus ordine sacro, semper est iniciatus. Ergo semper habet potestatem conficiendi Eucharistiam. Ergo si simplex sacerdos potest confirmare, habet potestatem ordinis. Ergo Papa non potest illud impedire. Ergo semper posset confirmare.

AD hoc concessa maiore, quod confirmare est ordinis & non iurisdictionis, distinguo minorē. scilicet quod Papa non possit mutare ea quae sunt ordinis. Totaliter verum est. Sed potest impedire aliquem effectum ordinis, & postea committere: sicut est ille effectus. s. confirmare.

SECVNDO (& melius) dico, quod Papa non mutat, nec potest mutare ea quae sunt potestatis ordinis. Sed facit secundum quod Christus instituit. scilicet quod conferre sacramentum confirmationis spectet de per se & ordinarie ad ordinem episcopalem, & dependenter a commissione Papae spectet etiam ad potestatem ordinis sacerdotalis. Vnde papa nihil mutat. Et si dicas. Vnde habes hoc? Dico quod ex traditione patrum & ex factis pontificum, qui in his scriptantibus ad fidem & bonos mores Christianorum, non possunt errare. Et qui dicunt, quod in his potest Papa errare: loquuntur audacius quam deberent. Vnde colligitur quod confirmare non est de per se annexum sacerdotiorum: sed ex Christi institutione potest annecti a Papa.

TER TIO arguitur sic. Papa non habet maiorem potestatem in sacramento confirmationis quam episcopus. Sed episcopus non potest committere sacerdoti simplici, ut confirmet. Ergo nec Papa.

AD HOC prius distinguo antecedens. Ad administrandum sacramentum confirmationis non habet Papa maiorem potestatem quam episcopus. Sed ad committendum alteri habet maiorem potestatem: quia hoc relictum est a Christo vicario suo, & non episcopis. Secundo (& melius) dico, quod episcopus poterat in sua prouincia committere simplici sacerdoti quod conferat sacramentum confirmationis, scilicet in iure diuino, nisi Papa prohiberet: quia habet tantam potestatem in sua prouincia

sicut Papa in toto orbe. ET probatur quod episcopus possit committere simplici sacerdoti quod confirmet, si Papa non restringeret: quia in concilio Toletano primo. c. 20 dicitur. Non christmare diachonum statum est sed presbyterum absente episcopo, praesente vero non nisi ab ipso fuerit praecipsum. Ergo ex precepto episcopi simplex sacerdos potest confirmare. Et forte (ut dicebat Armachanus) in Gracia sic ex commissione episcoporum confirmabant simplices sacerdotes, antequam a Papa prohiberentur & in Armenia & in Aegypto. Et quod ex commissione episcopi simplices sacerdotes poterant confirmare, videtur: quia Papa non dicit, quod non teneret sacramentum collatum ab illis sacerdotibus sed quod non ficerent amplius.

QVARTO arguitur sic. Quando una potestas ordinatur ad aliam: non potest alia ad quam ordinatur committi sine illa. Sed potestas episcopalis ordinatur ad potestatem confirmationis. Ergo non potest haec committi sine illa. Ut dicebamus quod character confirmationis presupponit characterem baptismi.

AD HOC dico, quod antecedens est verum, quia do illa potestas quae ordinatur ad aliam, est passiva quae habet habilitate subiectum ad aliam, non autem quando est activa: sicut potestas Papae est ad committendum.

QVINTO Papa electus & non consecratus: non potest confirmare, esto sit sacerdos. Ergo nec committere simplici sacerdoti, licet possit committere episcopo. Sicut unus episcopus confirmatus & non consecratus, potest committere alteri episcopo: quod confirmet, & det ordines in sua prouincia: sed non potest hoc committere non episcopo: Ergo haec commissio non spectat ad potestatem iurisdictionis: sed ordinis aut consecrationis. Antecedens probatur. Quia non est vero simile, quod papa possit ante consecrationem committere simplici sacerdoti quod confirmet, & quod ipse non possit facere cum sit etiam sacerdos.

AD HOC dico primū, quod papa ante consecrationem non potest committere simplici sacerdoti quod confirmet, sicut nec ipse potest facere. Et nego consequentiam: quia illud committere est iurisdictionis perfecta cum consecratione, vel per consecrationem.

Articul. duodec.

Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

ID DUODECIMVM sic proceditur. Videtur quod ritus huius sacramenti non sit conueniens, Sacramentum enim baptis-

ptismi est maioris necessitatis quam hoc sacramentum: ut supra dictum est. Sed baptis mode deputantur certa tempora. scilicet Pascha & Pentecoste. Ergo etiam huic sacramento aliquod certum tempus debet praesigi.

PRAETEREA. Sicut hoc sacramentum requirit devotionem, & dantis & recipientis, ita etiam huic sacramentum baptismi. Sed in sacramento baptismi non requiritur quod aieunus sumatur vel conferatur. Ergo videatur in conueniens statum in concilio Aurelianensi, ut ieiuni ad confirmationem veniat & in concilio Meldensi, ut episcopi non nisi ieiuni, per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant.

PRAETEREA. Chrisma est quoddam signum plenitudinis Spus sancti: ut supra dictum est. Sed plenitudo Spus sancti data est fidelibus Christum die Pentecostes: ut habeatur actu. 2. Magis ergo debet chrisma confici et benedici in Pentecoste quam in cena domini.

SED CONTRA EST usus ecclesiae: quae a Spu sancto gubernatur.

RESPONDEO dicendum, quod dominus Matth. 8. fidelibus suis promisit dicens. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et ideo firmiter tenendum est, quod ordinationes ecclesiae dirigantur secundum sapientiam Christi. Et propter hoc certum esse debet, ritus quo es ecclesia obseruat in hoc & in alijs sacramentis, esse conuenientes.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Melchiades Papa dicit, ita coniuncta sunt haec duo sacramenta (scilicet baptismi & confirmationis) ut ab iniuvem nisi morte praeueniente nullatenus possint segregari, & unum sine altero rite perfici non possit. Et ideo eadem tempora sunt praefixa a baptismi solenniter celebrando & huic sacramento. Sed quia hoc sacramentum a solis episcopis datur, qui non sunt semper presentes ubi presbyteri baptizant, oportet quantum ad coem usum, sacramentum confirmationis etiam in alia tempora differri.

AD SECUNDUM dicendum, quod ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis conciliij legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium: & propter pericula imminentia, sustinetur, ut hoc sacramentum (quod non nisi ab episcopis dari potest) etiam a non ieiuniis decur, vel accipiat: quia unus episcopus praecepit in magna diocesi, non sufficeret ad tot hoies confirmandos, si ei tempus arcta retur. Vbi tamen congrue obseruari potest, conuenientius est ut a ieiuniis decur & accipiat.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut ex concilio Martini. Papa habetur, omni tempore licebat chrisma confidere. Sed quia solennis baptismus ad quem requiritur usus chrismae, in vigilia pasche celebratur: congrue ordinatur est, ut per biduum ante ab episcopo chrisma benedicatur, ut possit per diocesim destinari. Dies etiam ille satis congruit ad materias sacramentorum benedicendas, in quo fuit Eucharistie sacramentum institutum ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur: sicut supra dictum est.

IN HOC. articulo solū nota, quod puto, non esse de substantia sacramenti confirmationis, ut in fronte conferatur: sed teneret factum, esto in alia principali parte conferretur: peccaret tandem Episcopus, quia ritum ecclesie mutaret.

SECVNDO. Dico quod signum Crucis est de substantia huius sacramenti: quia explicatur in forma, cum dicitur, consigno te signo Crucis, & confirmo te christmate salutis.

TER TIO dico, quod confirmatus ex antiqua consuetudine ecclesiae, non debet lauari per septem dies a confirmatione.

QVARTO. Circa secundum argumentum vbi definit. S. Tho. quod confirmans & confirmingi debent esse ieiuni, dico (ut notat hic Caietanus) quod in hoc seruanda est consuetudo cuiuscunque ecclesiae. Et si in aliqua ecclesia adhuc est consuetudo, quod predicti sint ieiuni ad administrandum & recipiendum confirmationem, tenetur illam seruare. Sed credo, quod hodie nulli est talis consuetudo propter rationes. S. Tho.

Quæstio, xiiij.

P De

De sacramento Eucharistiae.

ONSEQUEVENTER considerandum est de sacramento Eucharistiae. Et primo de ipso sacramento. Secundo de materia. Tertio de forma. Quartu de effectibus. Quinto de recipientibus hoc sacramentu. Sexto de ministro. Septimo de ritu.

CIRCA primum queruntur sex.

PRIMO. Utrum Eucharistia sit sacramentum.

SECONDUM. Vtrum sit unum vel plura.

TERTHO. Vtrum sit de necessitate salutis.

QUARTO. De nominibus eius.

QUINTO. De institutione ipsius.


SEXTO. De figuris eius.

Articulus primus

Vtrum Eucharistia sit sacramentum.

DPRIMUM. sic proceditur. Videtur quod Eucharistia non sit sacramentum. Ad id enim non debent ordinari duo sacramenta: quia unum quodque sacramentum efficax est ad suum effectum producendum. Cum ergo ad perfectionem ordinetur et confirmationem Eucharistia: ut dicit Dionysius. 4.c. Ecclesiastica Hierarchie uidetur Eucharistia non esse sacramentum, cum confirmatio sit sacramentum: ut prius habitum est.

PRAETER EA. In quolibet sacramento nouae legis, id quod visibiliter subjicitur sensui, efficit inuisibilis effectus sacramenti: sicut ablutionis aqua causat et characterem baptismale, et ablutionis spirituale: sicut supradictum est. Sed species panis et vini que subjiciuntur sensui in hoc sacramento, non efficiunt nec ipsum corpus Christi verum, quod est res sacramentum, neque corpus mysticum, quod est restantum in Eucharistia. Ergo uidetur quod Eucharistia non sit sacramentum nouae legis.



PRAETER EA. Sacraenta nouae legis habentia materiam, in usu materiae perficiuntur: sicut baptismus in ablutione, et confirmatione in chrismati consignatione. Si ergo Eucharistia sit sacramentum, perficietur in usu materiae non in consecratione ipsius materiae. Quod patet esse falsum: quia formae huius sacramenti sunt verba que in consecratione materiae dicuntur: ut infra patebit. Ergo Eucharistia non est sacramentum.

SEND CONTRA est, quod in collecta dicitur. Hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad paenam.

RESPONDEO dicendum, quod sacramenta ecclesie ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali. Vita autem spiritualis vita corporali conformatur: eo quod corporalia spiritualium similitudinem gerunt. Manifestum est autem, quod sicut ad vitam corporalem requiritur generatio, per quam homo vitam accipit, et augmentationem quo homo perducitur ad perfectionem vitae: ita etiam requiritur alimentum quo homo conseruatur in vita. Et ideo sicut ad vitam spiritualis oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generationem, et confirmationem, quae est spirituale augmentum: ita oportuit esse sacramentum Eucharistiae: quod est spirituale alimentum.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quod duplex est perfectio. Vna quae est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentationem. Et talis perfectio competit confirmationi. Alia autem est perfectio quam homo consequitur ex adiunctione alicuius extrinseci hominem conservantis: puta ex adiunctione cibi, vel indumenti, vel alicuius huiusmodi. Et talis perfectio competit Eucharistiae: quae est spiritualis refectio.

AD SECUNDUM. dicendum, quod aqua baptismi non causat aliquem spirituale esse. Et ideo propter ipsam aquam: sed propter virtutem spiritus sancti in aqua existentem. Vnde Chrysostomus dicit super illud Ioh. s. c. Angelus Domini secundum tempus. Et c. In bapti-

zatis

zati non simpliciter aqua operatur: sed cum spiritu sancti suscepit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Sicut autem se habet virtus spiritus sancti ad aquam baptismi, ita se habet corpus Christi: verum ad species panis et vini. Vnde species panis et vini non efficiunt ali quid, nisi virtute corporis Christi veri.

AD TERTIUM. dicendum, quod sacramentum dicitur ex eo quod continet aliquid sacram. Potest autem aliquid esse sacram duplice: s. absolute et in ordine ad aliud. **HAEC** autem est differentia, inter Eucharistiam et alia sacramenta habentia materialis sensibilem: quod Eucharistia continet aliquid sacram absolute: s. ipsum Christum: aqua vero baptismi continet aliquid sacram in ordine ad aliud: s. virtutem ad sanctificandum, et eadem ratio est de chrismate et similibus. Et ideo sacramentum Eucharistiae perficitur in ipsa consecratione materiae: alia vero sacramenta perficiuntur in applicatione materiae ad hominem sanctificandum.

ET ex hoc etiam consequitur alia differentia. Nam in sacramento Eucharistiae, id quod est res sacramentum, est in ipsa materia, id autem quod est resonatum, est in suscipiente: s. gratia quae conficitur: in baptismate autem utrumque est in suscipiente s. et charactere qui est res et sacramentum, et gratiarumissionis peccatorum, quae est resonatum. Et eadem ratio est de alijs sacramentis.

PRIMVM nota, quod haec materia de sacramento Eucharistiae tractatur a Magistro sententiis in 4. per sex distinctiones, nempe, ab octaua inclusione usque ad tertiam decimam inclusione.

SECVNDVM nota, quod distinctione octaua diuiditur a Magistro in tres partes. In quarum prima agit de nominibus, quibus s. nominibus vocatur vel denominatur Eucharistia. In secunda autem agit de materia et forma Eucharistiae. In tertia vero agit de contentis et significatis in Eucharistia.

PRIMA quaestio circa hanc distinctionem Magistri est, an Eucharistia sit sacramentum. Et est conclusio de fide, quod ita. Et ita dicitur in concilio Tridentino, & Florentino, & in multis alijs. Adeo etiam est certa conclusio, quod & heretici semper cum fidelibus hoc habuerunt, quod Eucharistia est sacramentum. Et ita frequenter cantat ecclesia in

collecta: ut dicit S. Th. in argomento in contra.

DUBUITA TVR prius, quibus nominibus non minatur hoc sacramentum.

DICO quod multis. Num vocatur Eucharistia hostia, sacrificium, communio & viaticum. Et haec nomina non inveniuntur in scriptura sacra sic sumptu pro hoc sacramento: sed ecclesia & sancti antiqui sic appellaverunt propter diuersas proprietates, quas habet sacramentum. Vnde Eucharistia est nomen usurpatum a gratis, & est campo situm ab eo, quod est bona vel bona, & charis, gratia, id est bona gratia. Et ita habetur. I. q. i. capit. Multi, ubi sic habetur. Panis & calix sacramentum, grecce Eucharistia dicitur, latine vero bona gratia interpretatur. Et licet apud Grecos Euχαριστία id est quod bona gratia, vel actio gratiarum, a latinis accipitur pro hoc sacramento: quia est bona gratia, aut quia ea continet s. corpus Christi ve rum. Hostia vocatur: quia Deo patri offertur. Sacrificium vocatur secundum quod est signum remembrance passionis Christi: ut ipse commendavit in coena. Hoc facite in mea commemoratione. Vocatur etiam communio secundum quod est signum demonstrativum unitatis ecclesie, quae in ipso Christi sacramento adunatur. Dicitur etiam viaticum secundum quod est signum prefiguratum divinae fruitionis in patria: eo quia praebet nobis viam veniendo ad patriam. Frequentius tandem vocatur Eucharistia quam alijs nominibus. Et ideo sic nos vocatur illo nomine communiter, in toto hoc tractatu de Eucharistia.

DUBUITA TVR secundo, quid est hoc sacramentum Eucharistiae, an sit ipsa consecratio, secundum,

sicut sunt alia sacramenta ipsa consecrationes, vel an sit illud quod remanet in altari post ipsam consecrationem, vel an sit sumptus ipsa. Nam non videatur quod aliud possit esse entitatis nisi horum aliud.

AD HOC dicit Gabriel in 4. d. s. q. i. dub. 2. Et est valde ipeditus circa hoc. Et dicit duo. Primus est. Sacramentum Eucharistiae non est ipsa consecratio nec sumptus: quia haec non sunt ipsa Eucharistia. Secundo. Quia alias essent plura quam septem sacramenta: quia iam hic essent tria: s. consecratio, sumptus, & quod remanet post consecrationem.

SECVNDVM dictum eius est, quod licet consecratio Eucharistiae & sumptus non sint Eucharistiae: sunt tamen sacramentum.

TERTIUM dicit, quod de rigore plura sunt quam septem sacramenta specie distincta. Et probat quia ordo continet plura sacramenta. Et dicit quod licet ecclesia non annumeret nisi septem sacramenta facit ob hoc: quia licet sint plura sacramenta in ordine, tamen quia ordinatur ad unum, eccllesia vocat ordinem unum sacramentum. Et dicit, quod haec asserit cum timore.

MAIOR in eadem d. s. q. vniuersa irrideret metum Gabrielis, & ponit quasdam ludicas propositiones in quibus dicit, quod consecratio & sumptus non differunt realiter a specie panis & vini consecratis.

p. 45 ideo

ideo non sunt plura sacramenta; sed omnia illa sunt Eucharistia.

SED Major non respondet sufficienter ut theologus: quia non sufficit dicere sunt idem realiter. Si enim Christus institueret, ut quicunque comedere panem esset sacerdos, & qui moueret panem haberet gratiam ex opere operato, essent duo diuersa sacramenta, esto essent idem realiter, ne per idem panis, vel idem homo comedens & mouens panem. Ideo esto concedatur quod sumptio & consecratio sacramenti sunt sacramentum, non sequitur quod sint distincta sacramenta, sed unum tantum: quia omnia ordinantur ad unum sacramentum, s. ad corpus Christi consecrandum vel sumendum.

SECUNDО Dico, quod melius dicit S. Th. in 4. d. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. ad. 4. & hic ad. 3. & infra. q. 19. art. 1. ad. 2. quod nec consecratio nec sumptio Eucharistiae est sacramentum: sed sunt consecratio & sumptio sacramenti, & Eucharistia vel sacramentum Eucharistiae est illud, quod remanet post consecrationem, & sumptio est usus Eucharistiae, & consecratio est consecratio Eucharistiae & non sacramentum. Sicut etiam est dicendum, quod sumptio vel receptio baptismi non est sacramentum, sed usus sacramenti. Vnde sicut non vertitur in dubium, an sumptio baptismi sit sacramentum: ita non est vertendum in dubium, an sumptio Eucharistiae sit sacramentum.

SED contra. Sumptio Eucharistiae confert gratiam ex opere operato, & est signum sensibile. Ergo est sacramentum. Ad hoc nego antecedens: sed ipsa Eucharistia quae sumitur confert gratiam ex opere operato. Et id est de sumptio baptismi vel alterius sacramenti. Et est exemplum in naturalibus. Quia applicatio ignis non producit calorem in passo: sed ignis est qui producit. Si autem ignis non applicaretur, non produceret calorem in passo. Ita ipsa Eucharistia confert gratiam: quam non conferet, si non sumatur. Ideo opus est quod sumatur, id est, applicetur: ut conficerat gratiam.

SED contra (dicit Aureolus) quia Eucharistia non confert effectum quoque sumatur. Ergo antequam sumatur, etiam post consecrationem, non est sacramentum. Probatur antecedens. Quia effectus Eucharistiae est unitas, quae non fit quoque sumatur ipsa Eucharistia.

AD HOC Capreolus negat consequentiam. Quia non debet sacramentum conferre gratiam ubi non est, vel facere effectum, sed quando applicatur, nunc producit gratiam, vel suum facit effectum. Immo per hoc probatur, quod Eucharistia sit sacramentum: quia cum applicatur, effectum efficit spirituali, sicut & alia sacramenta.

SED contra Sacramentum constat ex rebus & verbis. Sed post consecrationem non sunt verba. Ergo non est sacramentum.

AD HOC dico, quod dicuntur sacramenta consistere ex rebus & verbis, non quod semper debet manere verba, sed quia requiruntur verba ad con-

secrandum sacramentum. Et verba dicuntur forma sacramenti, quia dant esse sacramentum: quia efficiunt instrumentum, quod corpus & sanguis Christi ponantur sub speciebus panis & vini.

SED postquam diximus, quod Eucharistiae sacramentum est id, quod remanet post consecrationem, & post consecrationem remanet multa. species panis & vini, & corpus Christi verum, & sanguis quid istorum est sacramentum eucharistiae? Species panis & vini, an Christi corpus?

AD hoc dicit Magister sententiarum in d. 8. c. 4. quod species panis & vini sunt sacramentum tantum, & corpus Christi est sacramentum & res sacramenti simul, & gratia vel unitas est res tantum. Ego dico, quod hoc dubium videtur de nomine: & quod dicit Magister vera & bene dicta sunt.

SED difficultas in re est, an detur gratia alicui eo quia recipit spiritus, vel quia sumit corpus Christi. Quia si datur gratia eo quod recipit corpus Christi: sequitur quod illud corpus erit formaliter & proprium sacramentum. Et contra. Si datur gratia eo quia recipiuntur species: species erunt formaliter & proprii sacramentum.

AD quod dicit Aureolus, quod datur gratia: quia sumit species panis, & non quia sumit corpus Christi: quia corpus nec sanguis Christi est sacramentum. Et probatur. Quia significatum sacramenti non est sacramentum ipsum. Sed corpus Christi significatur per species panis, quae sunt sacramentum. Ergo corpus Christi non est sacramentum. Major probatur ex t. de celebr. missarum. Cū Martha. vbi dicitur, quod species significat corpus Christi. Idem dicit Marsilius. q. 6. i. 4. ar. 2. Idem Gabr. d. 8. q. 1. Idem Major. d. 8. q. vnica.

SED melius dicit S. Th. 4. d. 8. q. 1. ar. 1. q. 2. ad. 4. quod species panis & vini sunt sacramentum tantum, & non solum species, sed etiam corpus & sanguis domini sunt sacramentum. Idem dicit S. Th. hic ad. 3. quod corpus Christi est sacramentum & res sacramenti. Idem dicit Magister sententiarum d. 8. & probatur. i. q. 1. cap. Multi (et est Gregorij) vbi dicitur. Sunt autem sacramenta. Baptisma & confirmatione & corpus & sanguis domini. Vnde haec copulativa est vera. Species panis & vini sunt sacramentum, & corpus Christi est sacramentum. Et probatur, quia adoratur adoratione latriæ: & confertur gratia propter illud Corpus Christi, & corporis ipsum confert gratiam instrumentaliter.

SED an corpus Christi sit totum & perfectum sacramentum, vel an sit pars sacramenti & species totum sacramentum, vel an species sint etiam pars, & aggregatum ex corpore Christi, & speciesbus sit solum sacramentum perfectum.

AD HOC dico, quod Eucharistia aliquando capit pro speciesbus tantum, aliquam autem capit pro aggregato ex corpore Christi & ex speciesbus.

SECUNDО Dico quod gratia datur ex opere operato, eo quia sumitur corpus Christi cum speciesbus, vel sub speciebus. Et ita dicitur Iohann. 6.

Nisi

Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibieritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo habetur vita: quia sumitur caro Christi, & non quia species, licet etiam requirantur species. Itaque facta est promissio sumentibus carne Christi formaliter, id est, quod propter sumptionem carnis dabitur gratia. Et in sacramento non datur gratia ex opere operato, nisi propter sacramentum. In sumptione Eucharistiae datur gratia propter corpus sumptum. Ergo corpus sumptum est sacramentum. Tamen requiritur quod sumatur cum speciebus, vel sub speciebus.

Articul. secundus.

Vtrum hoc sacramentum sit unum vel plura.

DSECUNDVM. Sic proceditur. Videtur quod Eucharistia non sit unum sacramentum: sed plura. Dicitur enim in collecta. Purificent nos domine sacramenta quae sumimus. Quod quidem dicitur propter Eucharistie susceptionem. Ergo Eucharistia non est unum sacramentum sed plura.

PRÆTEREA. Impossibile est multiplicato genere non multiplicari speciem: sicut quod unus homo sic plura animalia. Sed signum est genus sacramenti: ut supradictum est. Cū igitur in Eucharistia sint plura signa. s. panis & vini, videtur consequere quod sint plura sacramenta.

PRÆTEREA. Hoc sacramentum conficitur in consecratione materie: sicut dictum est. Sed in hoc sacramento est duplex materie consecratio. Ergo est duplex sacramentum. **S**ED CONTRA est, quod Apostolus dicit. 1. Corinth. 10. Vnus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Ex quo patet, quod Eucharistia est sacramentum Ecclesiasticae unitatis. Sed sacramentum similitudinem gerit rei cuius est sacramentum. Ergo Eucharistia est unum sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dicitur i. M. 6.) unum dicitur, non solum

quod est indivisible, vel quod est continuus, sed etiam quod est perfectum: sicut dicitur una domus & unus homo. Est autem unus in perfectione, ad cuius integratem concurrent omnia quae requiruntur ad finem eiusdem: sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animae. Unus in teatur alem refectionem, quae corporali conformatur. Ad corporalem autem refectionem duo requiruntur. scilicet cibus qui est alimentum siccum, & potus qui est alimentum humidum. Et ideo etiam ad integratem huius sacramenti duo cocurrunt. scilicet spiculicibus, & spiculis potus: secundum illud Iohann. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ergo hoc sacramentum multa quidem est materialiter: sed unum formaliter & perfectum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in eadem collecta & pluraliter dicitur primo, purificent nos sacramenta quae sumimus: & postea singulariter subditur, hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad panem, ad ostendendum, quod hoc sacramentum quodammodo est multa, simpliciter autem unum.

AD SECUNDUM dicendum, quod panis & vini materialiter quidem sunt plura signa: formaliter vero & perfectum unum, in quantu ex eis perficitur una refectio.

AD TERTIUM dicendum, quod ex hoc quod est duplex consecratio materie huius sacramenti, non potest plus haberi nisi quod hoc sacramentum materialiter est multa: ut dictum est.

IN HOC. articulo doctor scribit conclusionem. Hac. Eucharistia est unum sacramentum. Non quia in divisibile: sed perfectione, & finitate probatur prius. Eucharistia ordinatur ad unum spiculare refectionem: quae corporali refectioni conformatur. Sed ad corporalem refectionem requiriatur cibus, qui est alimentum siccum: & potus qui est alimentum humidum. Ergo ad integratem & perfectionem huius sacramenti requiritur & concurrent spiculicibus, & spiculis potus: secundum illud Iohann. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ergo hoc sacramentum est unum

P. iii per

perfectione, & finis unitate. Alias enim si haec duo non concurrant non esset perfecta refectio (sicut non est perfecta refectio cum solo cibo sine potu) ideo nec perfectum sacramentum, & ita nec unum perfectione.

SECVNDO probat doctor conclusionem ex Paulo priore ad Corinth. cap. 10. Quia Eucharistia est sacramentum unitatis, cum omnes fidèles fiant unum corpus mysticum per Eucharistia. Ergo Eucharistia est unum. Probatur consequentia. Quia sacramentum assimilatur rei cuius est sacramentum. Sed est sacramentum unitatis. Ergo est unum.

TERTIO probatur eadem conclusio alijs rationibus præter ratiōes. S. Th. Bene sequitur. Tātū differunt duæ partes hostiæ, vel duæ hostiæ inter se, sicut species panis & vini. At partes eiusdem hostiæ vel duæ hostiæ non sunt diuersa sacramenta species. Ergo nec species panis & vini. Minor constat: quia aliás qui sumeret duas hostias consecratas sumeret duo sacramenta, & per consequationem recipere duas gratias, quod non habet apparentiam aliquam.

QVARTO. Si species panis & vini sunt plura sacramenta. Ergo cōmunicantes sub utraque specie reciperent duas gratias: quod inferius falsum esse ostendemus. Pro hoc est conciliū Florentinū, qd Eucharistiā vocat unum sacramentū. Est etiam concilium Tridentinum in decretis de sacra, in cōmuni. art. i. diffiniens tanquam de fide tenendū, tantū esse. 7. ecclesiæ sacramenta, quorum unum (inquit) est Eucharistia. Ergo est certa conclusio S. T. qua asserit Eucharistiæ sacramentū unum esse. Ex quibus omnibus sequitur, quod non conuenienter Gabriel & Aureolus in. 4. d. 8. q. i. dicunt species panis & vini esse unum: quia habent unum effectum, & unitatem sacramenti, & nihilominus quod species panis & vini sunt distincta sacramenta. Et Aureolus addit, quod sumens species panis tantū sumit verum sacramentū: sed imperfectū. Ideo dicendum est longe melius cum S. Thom. hic, quod sumens species panis tantum, sumit verum sacramentū: sed imperfectum: quia tunc est imperfecta refectio. Et qui sumit species vini tantum, sumit verum sacramentū: sed imperfectū. Idem dicit S. Tho. in. 4. d. 8. Idem Capreolus in. 4. d. 8. Et multi alij. Et probatur hoc. Quia si species panis esset perfectum sacramentum, non institeret Christus etiam species vini: quia super vacaneum esset. Ergo sola species panis, aut sola species vini non sunt perfectum sacramentum.

PRAETEREA. Ex vi verborum horum, hoc est corpus meum, non est sub speciebus panis nisi corpus Christi. Et ex vi aliorū verborum, Hic est calix sanguinis mei. &c. non est sub speciebus vini nisi sanguis Christi. Ergo species panis per se quidem sunt verum sacramentum: sed imperfectum. Et ita de speciebus vini, quod per se sunt sacramentum, sed imperfectum. Et hoc dicit Du-

randus in. 4. d. 8. q. i. ad. i. Hoc Marsilius in. 4. q. 4. Idem Paludanus in. 4. d. 8. q. i. art. i. cōclusionē. SED contra hanc resolutionem arguo hoc modo. In Eucharistia sunt plures formæ & plures materiae, quarum una non dependet ab aliis, & sunt plures consecrationes. Ergo Eucharistia est plura sacramenta.


AD HOC respondet S. Th. in corpore articuli (& est. 2. conclusio in. S. Th.) distinguendo antecedens. Sunt in Eucharistia plures materiae, & plures formæ, & consecrationes materialiter, non tamen formaliter. Ideo consequentia non valebat: quia omnes illæ res ordinatae sunt ad faciendam unam perfectam refectionem.

SED cōtra. Ibi sunt plures partes formales: quia plures formæ. Ergo non omnia ibi sunt materialia. AD HOC respondet hic Caietanus, & bene concedendo antecedens, & negando consequentiam. Quia omnia illa multa quæ in Eucharistia sumuntur, ordinantur ad unam refectionem spiritualem: sicut quædam integrantia unum. Ac ius refectionis spiritualis unitate & perfectione, Eucharistia unum dicitur sacramentum: significans & corpus & sanguinem Christi sub specie cibi & potus.

EX quibus colligitur, quod non est hic requirenda res extrinseca, quæ integratur velut quædam tertia res ex corpore & sanguine Christi sub speciebus panis & vini, sicut dominus integratur ex suis partibus: sed aduertendum est ad finem, & ex unitate proprii, qui est spiritualis refectio, unitate sumitur sacramenti. Et ideo S. Tho. unitatem & perfectionem illius finis vocat formam, vel formale in Eucharistia: unde habet esse unum sacramentum, vel unam refractionem.

Articul. tertius.

Vtrum Eucharistia sit de necessitate salutis.



D TERTIVM sic pro ceditur. Videatur quod hoc sacramentum sit de necessitate salutis. Dicit enim dominus Ioh. 6. Nisi man ducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in eis. Sed in hoc sacramento manducatur caro Christi, & bibitur sanguis eius. Ergo sine hoc sacramento non potest homo habere salutem spirituali vita.

PR.

PRAETEREA Hoc sacramentum est quoddam spūale alimentum. Sed alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis. Ergo etiam hoc sacramentum est de necessitate spūalis salutis.

PRAETEREA. Sicut baptismus est sacramentum dominicae passionis sine quam non est salus: ita et Eucharistia: dicit enim Apositolus. 1. Corinth. u. Quotiescumq; māducabitis panē hunc, & calicē bibitis, mortē dñi annūciabitis donec ueniat. Ergo sicut baptismus est de necessitate salutis, ita etiā hoc sacramentum.

SED CONTRA EST quod Augustinus scribit Bonifacio contra Pelagianos. Nec illud cogite, parvulos uitā habere non posse, qui sūt expertes corporis & sanguinis Christi. RESPONDEO dicendum, quod in hoc sacramento duo est considerare. scilicet sum sacramentū & rem sacramenti. Dictū est autem, quod res huius sacramenti est unitas corporis mystici, sine quam non potest esse salus. Nulli enim pacet aditus salutis extra ecclesiam: sicut nec in diluvio absq; archa Noe, quæ significat ecclesiam: ut habetur 1. Petri. 3. Dictū est autem supra, quod res aliius sacramenti haberi potest ante perceptionem sacramenti, ex ipso voto sacramenti percipiendi. Unde ante perceptionem huius sacramenti potest homo habere salutem ex voto percipiendi hoc sacramentum: sicut & ante baptismū ex voto baptismi, ut supra dictum est.

EST tamen differentia quantū ad duo. Primo quidem, quia baptismus est principiū spiritualis vite, & ianua sacramentorū: Eucharistia vero est quasi cōsummatio spūalis vite, & omniū sacramentorū finis: ut supra dictum est. Per sanctificationem enim omniū sacramentorum, sit præparatio ad suscipiendā, vel consecrandā Eucharistiam. Et ideo perceptio baptismi est necessaria ad inchoandā spiritualē vitam: perceptio autē Eucharistie est necessaria ad cōsummāndā ipsam. Non ad hoc quod simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in voto: sicut & finis habetur in

esiderio & intentione. ALIA differentia est: quia per baptismū ordinatur homo ad Eucharistia. Et ideo ex hoc ipso quod pueri baptizantur: ordinantur per ecclesiā ad Eucharistia. Et sic sicut ex fidē ecclesiæ credunt, sic ex intentione ecclesiæ desiderant Eucharistia: & per consequens recipiunt rem ipsius. Sed ad baptismū non ordinatur per aliud præcedēs sacramentū. Et ideo ante susceptionē baptismi non habent pueri & liquo modo baptis̄mū in voto: sed soli adulti. Unde rem sacramenti non possunt percipere sine perceptione sacramenti. Et ideo hoc sacramentum non hoc modo est de necessitate salutis, sicut baptismus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit exponēs illud verbis Ioh. Hunc cibū & potū s. carnis sue & sanguinis, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est ecclesia in prædictiū, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis, sanctis & fidelibus eius. Unde sicut ipse dicit in epistola ad Bonifacium, nulli est aliqua tenus ambigendū, tunc unūquemq; fidelium corporis, sanguinisque domini participē fierē quando in baptismate membris corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque confortio, etiam si antequā panem illius comedat. & calicē bibat ds hoc seculo in unione corporis Christi constitutus abscedat.

AD SECUNDU dicendum, quod hec est differentia inter alimento corporale & spirituale, quod alimento corporale cōcūrctur in substātiā eius qui nutritur: & ideo non potest homini valere ad vitā & conservationem alimenti corporale, nisi realiter sumatur. Sed alimento spūale conuertit hominem in seipsum: secundum id quod Aug. dicit in lib. confess. quod quasi audiuit vocem Christi dicens sibi, nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue, sed tu mutaberis in me. Potest autem aliquis in Christum mutari, & ei incorporari voto mentis, etiā sine huīus sacramenti perceptione. Et ideo non est simile.

P III
AD

AD TERTIUM dicendum, quod baptismus est sacramentum mortis & passionis Christi, prout homo regeneratur in Christo & virtute passionis eius: sed Eucharistia est sacramentum passionis Christi, prout homo perficitur in visione ad Christum patrem. Vnde sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quae est fundamentum spiritualis vita: ita Eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quae est vinculum perfectionis: ut dicitur Coloc. 3.

IN HOC tertio articulo diuus Thomas ponit unam distinctionem bimembri: & secundo respondet questioni iuxta vtrumque membrum. Quod ad primum est distinctio. In sacramento Eucharistiae sunt duo: alterum est sacramentum, & alterum res sacramenti. Quid autem sit sacramentum Eucharistiae diximus in articulo immediate precedentem. Res autem sacramenti Eucharistiae est unitas ecclesiae seu corporis mystici, sine qua unitate nullus potest esse saluus. Resolutio autem. S. Th. consistit in tribus propositionibus, quirum prima est. Sacmentum Eucharistiae, quo ad rem sacramenti, est de necessitate salutis. Probatur. Res sacramenti est unitas corporis Christi mystici, sine qua non potest esse salus, sicut nec in diluvio sine archa Noe, quae significat ecclesia, vt habetur. I. Petri. 3. Ergo. &c. Antecedens probatur: quia nullus potest salvare extra ecclesiam Christi.

SECUNDA conclusio est. Ante perceptionem sacramenti Eucharistiae, potest haberi res sacramenti Eucharistiae: & ita salus. Probatur. Prius ex universalis regula, quia ex voto sacramenti potest haberi res sacramenti. Sed Eucharistia potest sumi in voto, ante quam sumatur in re. Ergo: &c. Secundo probatur a simili de baptismo: quia ante sumptum ne baptismi habetur eius effectus, per votum ipsius baptismi.

TERTIA conclusio est. Sacmentum Eucharistiae non est de necessitate salutis eo modo quo baptismus. Probatur. Prius, quia perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spirituale: perceptio vero Eucharistiae est necessaria ad consummandam vitam spiritualem. Ergo baptismus est necessarius ut principium, & Eucharistia ut finis, nepe in voto. Secundo probatur: quia baptismus non potest haberi in voto per aliud sacramentum: Eucharistia autem potest haberi in voto per aliud sacramentum. Ergo pueri non possunt habere rem sacramenti baptismi: sine perceptione sacramenti baptismi: possunt autem habere rem sacramenti Eucharistiae, absq; perceptione sacramenti Eucharistiae. SED videtur, quod in sufficienter respondeat S. Th. Dicit enim quod sacramentum Eucharistiae est necessarium quo ad rem, ad consequendam salutem & non dicit de ipso sacramento, quo ad sacramentum.

AD HOC dico, quod in tertia propositione respondet, cum dicit, quod Eucharistia non eo modo est necessarium sacramentum, sicut baptismus, & intelligit quo ad sacramentum: quia in prima propositione & in secunda intellexit quo ad rem. Itaque vult. S. Th. Eucharistiam non esse necessariū sacramentū pueris ante usum rationis: quia cum solo baptismo saluantur. Sed contra. Sicut Iohā. 3. dicitur. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei: ita dicitur Iohā. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo ita est sacramentum Eucharistiae, necessarium, sicut sacramentum baptismi.

AD HOC dico primū, quod infra. q. 21. ar. 1. & 11. dicitur sumus de sacramenti huius necessitate Secundo. Concesso antecedente, nego consequentiā: quia sacramentum baptismi est necessarium necessitate pracepti diuini quo ad adultos, nisi excusentur per impossibilitatem recipiendi realiter: Et tenentur recipere quo ad votum propriū: quia alias non salvabuntur adulti sine voto proprio & formalib; baptisni. Et est necessarium quo ad omnes etiā pueros ante usum rationis, necessitate finis & remedij: quia remedium necessarium est ad consequendā beatitudinem, ita qd nec puer ante usum rationis sine baptismo realiter sumpro salvabitur. At Eucharistia solum est de necessitate pracepti quo ad adultos: quia pueri non tenentur sumere Eucharistia nec re, nec voto proprio, quia praceptū non potest pueris imponi, qui illud cognoscere non possunt. Adultus vero non tenetur ad Eucharistia nisi necessitate pracepti. i. quotiescumque excusatur a peccato mortali, eo quod realiter non sumit Eucharistiam: salvatur sine illa. Vt si quis putans inuincibiliter quod non tenetur ad Eucharistia, non sumat, salvatur sine Eucharistia: & si non sit sacerdos qui eā administret salvabitur sine Eucharistia in re, sufficit votum eius. Ergo vera est conclusio. S. Th. quod non est eucharistia eodem modo necessaria, sicut baptismus.

DUBITATVR an pueris sit Eucharistia de necessitate salutis. Dubium secundum.

AD HOC dicunt Graci & Bohemij quod ita. primum. Et quod illud verbū Iohā. 6. Nisi manducaveritis &c. etiam intelligitur de pueris. Probat. Quia in primitiva ecclesia statim post baptismū dabatur Eucharistia pueris baptizatis.

SECUNDO probat. Quia ita dicit Dionysius in multis locis, quod omnis perceptio cuiuscumque sacramenti debet consumari in cōmunione Eucharistiae. Ergo cum pueri sint baptizandi ante usum rationis, debent statim cōmunicari: vt consumetur perceptio baptismi.

HIS tamen non obstantibus dico, quod Graci & Bohemij errant in hoc, & pueri ante usum rationis non tenentur nec re, nec voto proprio sumere Eucharistia: sed cum solo baptismo salvantur. Nec debet dari eis Eucharistia. Hac conclusio est. S.

Est. S. Th. super Ioh. c. 6. Et probatur. Apostolus priori ad Corinth. 11. dicit, quod non debet dari Eu charistia, nisi scientibus discernere aut iudicare inter cibū prophānū, & hunc cibū spūleū. Sed pueri ante usum rationis & amentes nesciūt hoc facere. Ergo nec tenentur: nec debet illis dari Eu charistia.

SECUNDΟ. In sumentibus Eucharistiā exiguntur actualis reuerentia, & deuotio. Sed pueri & amentes non possunt habere reuerentia & deuotionē ad hoc sacramentū. Ergo illis non est dādū. ET ad argumenta hæreticorum dico ad primū, quod verū est, quod in aliquibus ecclesijs dabatur Eucharistia pueris statim post baptismū: sed credo quod non fuit vniuersalis consuetudo in tota ecclesia romana. Et esto illud fieret, non siebat tā quā necessarium: sed de bene esse.

AD SECUNDVM dico quod nec Dionysius dicit necessarium esse, quod pueris detur Eucharistia statim post baptismū. Sed intendit quod consumantur susceptiones sacramentorū in susceptione Eucharistiae: non statim sed postea, vel quando fuerint debitæ circumstātiae.

SEQ. VITVR igitur ex dictis, quod Eucharistia est in pracepto adultis, licet non tam arcto pracepto sicut baptismus.

SED quando obligat? Dico quod infra dicens. q. 21. Sed pro nūc dico quod de pracepto ecclesiæ semel in anno. Extra de baptis. & eius effectu. c. Maiores. Et in multis regionibus tempore Paschali: & per tempus Paschale intelligitur illud spatium quindecim dierum, à dominica in ramis palmarū usque ad dominicā in octaua paschæ, & ita observatur in regno Castellæ.

Sed de qua mandatione intelligitur illud Iohā. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis. &c. (quod citatur in. 1. arg. S. Th.) Dico quodde sacramentali reali: quia illud est manducare. Credere autem non est manducare.

SED contra. Ergo adulti tenentur sumere Eucharistia sub utraque specie: quia dicitur etiam & biberitis.

AD HOC nego sequellā. Quia satis est, quod adultus sumit corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis, licet sumat corpus ex vi verborū ibi existens, & sanguinem existentem ibi per concomitantiam. Vnde sumendo species panis manducatur corpus & bibetur sanguinem.

Articul. quartus

Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur

DQVARTVM sic proceditur. Videatur quod in conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina enim debent responderebus. Sed hoc sacramentum est vnum: ut dictum est. Ergo non debet pluribus nominibus nominari.

PRAETER E. A. Species non notificatur conuenienter, per id quod est commune toti generi. Sed Eucharistia est sacramentum noua legis. Omnibus autem sacramentis commune est, quod in eis confertur gratia: quod significat nomen Eucharistiae, quod est idem quod bona gratia. Omnia etiam sacramenta remedium nobis afferunt in via presentis vita: quod pertinet ad rationem viatici. In omnibus certam sacramentis fit aliquid sacramentum quod pertinet ad rationem sacrificij. Et per omnia sacramenta sibi inuicem communicant fideles quod significat hoc nomen synaxis in græco, vel communio in latino. Ergo haec nomina non conuenienter adaptatur huic sacramento.

PRAETER E. A hostia videtur esse idem quod sacrificium. Sicut ergo non proprie dicitur sacrificium, ita nec proprie dicitur hostia. **S**ED CONTRA est, quod unus fidelis habet. **R**ESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum habet triplicem significationem. **V**nam quidem respectu præteriti: in quantū. s. est cōmemoratum dominice passionis, quae fuit verū sacrificium: ut supra dictū est. Et secundum hoc nominatur communio, vel synaxis. Dicit enim Damascenus lib. 4. quod dicitur communio, quia communicamus per ipsā Christo, & quis participamus eius carne & deitate: & quia communicamus & conimur ad inuicem per ipsam.

TERTIAM significationem habet respectu futuri, in quantū. s. hoc sacramentum est præ-

præfiguratiū frumentis Dei, quæ erit in patria. Et secundum hoc dicitur viaticū: quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi. Et secundum hoc etiam dicitur Eucharistia. i. bona gratia: quia gratia Dei uita eterna (ut dicitur Roma. 9.) vel quia realiter continet Christū qui est plenus gratia. Dicitur etiam in greco metalepsis. i. assumptio: quia (ut Damascenus dicit) p̄ hoc filij deitatem assumimus. AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, secundū diversas proprietas uel effectus.

AD SECUNDVM dicendum, quod id quod est commune omnibus sacramentis, attribuitur anthonomatice ei propter eius excellentiam.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc sacramentum dicitur sacrificium, in quantum reperit ipsam passionē Christi. Dicitur autem hostia, in quantum continet ipsū Christū, qui est hostia salutaris: ut dicitur Ephes.

IN HOC. 4. artic. nota prius, qđ hæc nomina sunt antiquissima. Dionytius vocat hoc sacramentū simaxis, quod idem est latine, quod cōmunionio. & non vtitur alijs nominibus. Tertullianus in lib. de corona militis, vtitur hoc nomine Eucharistia, & non alijs. Cyprianus in 2. lib. suarū epistolarū, epistola. 2. vtitur his duobus nominibus Eucharistia & cōmunionio, pro hoc sacramento. Et aliquando pro eodem sacramento vtitur hoc nomine pax.

SED hæretici vt lutherus in lib. de abroganda missa priuata dicit, quod hoc sacramentū non debet dici, nec est sacrificium nec hostia; sed est solum sacramentū sumptionis sicut baptismus. Et dicit quod est nouū inuentum, quod vocetur sacrificium à sacerdotibus propter questū. Et facit argumentū contra se: quia in canone missæ vocatur sacrificium. Dicit quod est dānandus ille canō.

EGO autem dico cum ecclesia sancta Romana & cōmunitate, quod est sacrificium: & quod nullū aliud est sacrificium proprie dictum, & signo exteriore oblatum in ecclesia, nisi hoc sacramentum. Et ille sublatu mansisset Christiani sine sacrificio. Et magna pars hæretici lutheri pēdet ex hoc quod negant rem diuinā (quam missam vocant) esse sacrificium.

CONTRA Lutherū scripserunt multi catholici & viri docti: quorum uis fuit Iodocus Clitoeus in suo 2. lib. ante Lutherū. Et adducit prius Augustinū. 10. de ciuitate Dei. c. 20. vbi dicit. Ipse

Christus est sacerdos offerens in cruce, & ipse est oblationis cuius sacramentum quotidianum uoluit esse ecclesiæ sacrificium.

SECVNDO. Idem Augustinus dicit, quod ipse Christus est assuetus offerri per ipsam ecclesiā.

TER TIO. Idem dicit Augustinus. lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 10. vbi dicit. Nō dicamus tēpla martyrum in quorum memoria fiunt: sed dicamus tēpla Dei, cui in ipsis tēplis sacrificamus.

QVAR TO. Idem dicit August. in inchiridion.

QVINTO. Idem Cypria. lib. 2. epistolarū, epist. 3. ad Ceciliū, vbi vocat Eucharistiā sacrificium.

SEXTO. Ita vocatur hoc sacramētū in decretis ex cōcilio Niceno. d. 93. c. Peruenit. primo.

SEPTIMO. Ita ecclesiastica historia lib. 10. c. 6. vocat sacramentum hoc sacrificium.

OCTAVO. De consecr. d. 2. c. In Christo. & defūctū est ex Ambrosio, vbi dicitur: Semel oblatā est hostia. &c.

NONO. De consecratione. d. 2. c. Panis est.

DECIMO. de consecr. d. 1. cap. Sicut non alijs. & defūctū est ex decretis Foelicis antiqui pōificis.

VNDECIMO. Alex. primus de cōf. d. 2. cap.

Nihil, idem dicit.

DVODECIMO. Paulus ad Hebr. 7. dicit quod necesse fuit, vt sacerdotiū veteris legis transferratur: & quod aliud sequeretur. Sed nunc in novo sacerdotio debet esse sacrificium: & non est aliud sacrificiū noui sacerdotij, nisi hoc sacramentum. Ergo. &c. CAIETANVS scripsit opusculum cōtra Lutherum, quod est iu fine tertiae partis. S. Th. vbi fideliter, & Christiane satis ac ingeniose exponit & probat hec sacramētum esse sacrificiū. Recedant ergo Lutherani aut nobiscū sentiat, & confiteantur Eucharistiā esse verā hostiam & sacrificium: quod fide catholica verum esse manifestum est, & semper fuit, vñanimi fidelium ac sanctorum patrum consensu.

Articul. quintus.

Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.

DQVINTVM sic procedit. Videlur quod non fuerit conueniens institutio istius sacramenti. Vt enim philosophus dicit in 2. de generatione ex eisdem nutritur ex quibus sumus. Sed per baptismum, qui est spiritualis regeneratione, accipimus esse spiritualem: vt Dionytius dicit. 2. c. Ecclesiast. Hierarch. Ergo per baptismū etiam nutritur. Nō ergo fuit necessarium instituere hoc sacramen-

tum,

sū, quasi spirituale nutrimentum.

PRÆTEREA. Per hoc sacramentum homines Christo cōiuncti sicut mēbra capiti. Sed Christus est caput omnium hominum, sc̄iam qui fuerunt ab initio mundi: vt supra dictum est. Ergo non debuit institutio huius sacramenti differri: vsq; ad canā dñi.

PRÆTEREA. Hoc sacramentum dicitur esse memoriale dominice passionis: secundum illud Luce. 23. Hoc facite in meam commemorationem. Sed memoria est præteritorum. Ergo hoc sacramentum non debuit insiticui ante Christi passionem.

PRÆTEREA. Per baptismum aliquis ordinatur ad Eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet. Sed baptismus institutus fuit post Christi passionem & resurrectionem: vt patet Matth. ultimo. Ergo inconvenienter hoc sacramentum fuit ante passionē Christi institutum.

SED CONTRA EST, quod hoc sacramentum est institutum à Christo, de quo dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit.

RESPONDEO dicendum, quod conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cōna: in qua. s. Christus ultimo cum suis discipulis fuit conuersatus.

PRIMO quidem, ratione continentia huius sacramenti. Cōmetur enim ipse Christus in Eucharistia, sicut in sacramento. Et ideo quando ipse Christus in propria specie à discipulis discensus erat, in sacramentali specie se ipsum eu reliquit: sicut in absentia imperatoris exhibetur veneranda eius imago. Vnde Eusebius Emilianus dicit. Quia corpus assūptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat vt die cōne sacramentū corporis & sanguinis sui cōsecraret nobis: vt coleretur iugiter per mōsterium, quod sensel offerebatur in precium.

SECUNDO. Quia sine fide passionis Christi nū potuit esse salus: secundum illud Roma. 3. Quem p̄posuit Deus propriatorem per fidem in sanguine ipsius. Et ideo

oportuit omni tempore apud homines esse aliquid representatiū dominice passionis. Cuī in veteri quidem testamento p̄cipiū sacramentum erat agnus paschalē. Vnde t̄l Apostolus dicit. 1. Corinth. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus. Successit autem ei in nouo testamento Eucharistiā sacramentū: quod est rememoratiū p̄terit & passionis, sicut t̄l illud fuit præfiguratiū futura. Et ideo conueniens fuit, vt iminēte passionē celebriato priori sacramento, nouum sacramentū institueret. Vnde Leo Papa dicit, qđ vt r̄m br̄cederent corporis, antiqua obseruantia nō excluditur sacramento. Hostia in hostiā transit, sanguine sanguis auferitur: t̄l legalis festivitas dum mutatur impletur.

TER TIO. Quia ea quæ ultimum dicuntur, maxime ab amicis recedētibus, magis memoria cōmēdatur: p̄fertī quia tūc magis inflamat affectus ad amicos. Ea vero ad quæ magis afficiuntur, profundius animo impinguuntur: Quia igitur (vt beatus Alexander Papadict) nihil in sacrificijs maius esse potest, quā corpus & sanguis Christi, nec ullā oblatio hac potior est: ideo vt in maiori cōversatione haberetur, dominus in ultimo discipulis suo à discipulis, hoc sacramentum instituit. Et hoc est quod Augustinus dicit in lib. responsionū ad Ianuarium. Saluator quo cōbene mentius cōmendaret mōsterij huius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus et memorie discipulorum, à quibus ad passionē digressurū erat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex eisdem nutritur ex quibus sumus: non tamē eodem modo nobis aduenientibus. Nam ea ex quibus sumus nobis adueniunt per generationem: eadem autem in quantum ex eis nutritur, nobis adueniunt per mandationē. Vnde t̄l sicut per baptismum regeneramur in Christo: ita per Eucharistiam manducamus Christum.

AD SECUNDUM dicendum, quod Eucharistia est sacramentum perfectum domi-

minice passionis, tanquam continens ipsum Christum passum. Et ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, quae erat tantum prefigura tua dominica passionis.

AD TERTIVM dicendum, quod sacramentum istud fuit institutum in cena: ut in futurum esset memoriale dominice passionis ea perfecta. Vnde signanter dicit, hoc quod escunque feceritis, de futuro loquens.

AD QVARTVM dicendum, quod institutio respondet ordini intentionis. Sacramentum autem Eucharistiae quamvis sit posterior baptismu in perceptione, est tamquam prius in intentione. Et ideo debuit prius institui.

VEL potest dici, quod baptismus iam erat aliquatenus institutus in ipso Christi baptismo. Vnde etiam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati: ut legitur Ioh. 3.

Dubium unicum. IN HOC. s. articulo nullum dubium est de conclusione. S. Th. nempe, quod convenienter hoc sacramentum sit institutum. Reddit etiam doctor rationes, quibus probat illam convenientiam: quas & sancti de eadem conclusione reddere solent.

EST tamen dubium circa secundum argumentum. S. Th. an potuit sacramentum hoc institui ante incarnationem Christi. Dicit diuinus Th. Hic ad. 2. quod non. Quia Eucharistia (inquit) est sacramentum perfectum dominicae passionis, tamen continet ipsum Christum passum. Et sic dicit Caiet. in. 3. p. q. 76. ar. 2. Ego autem respondeo aliis propositionibus.

PRIMA propositio est. Christus potuit habere esse in sacramento eo modo quo nunc habet, etiam si non haberet esse extra sacramentum ante incarnationem. Hec propositio est. Sciri in. 4. d. 10. q. 4. & Gabrielis in canone lect. 47. litera d. & deinceps. Et est contra Caiet. vbi supra. Probatur. Esse reale quod habet Christus in sacramento: non dependet ab alio esse extra sacramentum. Ergo potest hoc esse, vel hic habere esse sine alio, vel non illuc. Antecedens probatur. Quia si deus poneret corpus Christi circumscripere in duobus locis: in uno non dependeret ab alio. Ergo nec hoc esse in sacramento reale dependet ab alio esse extra sacramentum: cum unum esse sit sacramentale & reale, & aliud reale extra sacramentum.

SECVNDO. Potest Deus ponere lapidem aliquem penetratiue in pane, ita quod sit totus in toto, & totus in qualibet parte panis, & quod non sit illa lapis alibi extra panem. Ergo potuit etiam posse Christi corpus penetratiue in pane: & quod

non esset extra panem. Ergo etiam potuit ponere ibi corpus Christi, definiens substantia panis, in accidentibus, ita si quod sit totum corpus Christi, in toto accidente, & totum in qualibet parte: & non sit extra ipsum sacramentum.

TER TIO. Quia possibile est, quod verbū diuinum prius assumeret humanitatem in Eucharistia, quam extra. Ergo. &c. Antecedens probatur. Quia illa materia prima ex qua formatum fuit corpus Christi in utero virginis, fuit antequam esset virgo Maria. Ergo tunc potuit Deus ex illa formare corpus suum benedictum in sacramento sub speciebus panis, antequam in utero virginis.

SED contra, dicit Caiet. vbi supra. Non potest res aliqua habere esse relatum quin habeat esse reale, sicut non potest habere esse album, quin sit naturaliter: quia esse respectuum est accidens. Sed in sacramento corpus Christi habet esse respectuum. Ergo non potest hoc esse, quin habeat esse naturale.

Ad hoc dico, quod distinguenda est minor. Quia in sacramento Corpus Christi habet esse respectuum in ordine ad species: & habet esse absolute in ordine ad se. i. ad partes suas. Et ita ego intelligo, quod esse corporis Christi, vel eius existentia absolute, habet se indifferenter ad esse naturale, id est sine habitudine ad species: & ad esse cum habitudine ad species. &c. Et credo quod ita intelligit Scotus.

SECVNDA propositio. Non potuit corpus Christi ponere in hoc sacramento, ut nunc est: quin haberet esse reale & naturale, in ipso sacramento ad minus. Probatur. Non potest Deus ponere Angelum aut animam rationalem sic, quod sit totus in toto, & totus in qualibet parte: quin haberet esse naturale. Ergo nec corpus suum. Antecedens probatur. Quia Angelus per hoc quod ponetur in pane (sicut dictum est) penetratiue, non desineret esse naturaliter: quia esto ibi esset, intelligere. Ergo si non potest hic ponere Angelum, quin habeat esse naturale: ita nec corpus suum sacramentum esse potest in sacramento eo modo quo nunc est, quin habeat esse naturale.

SED est notandum, quod aliud est habere esse naturale: & aliud habere esse naturaliter. Et corpus Christi in Eucharistia habet esse naturale, & naturaliter in ordine ad se & ad suas partes: quia ibi habet vitam & longitudinem, & latitudinem, sicut in celo. Ergo &c. Sed in ordine ad species habet esse naturale: sed non naturaliter, sed super naturaliter. Est enim ibi uno alio modo, qui vocatur sacramentaliter in ordine ad species sub quibus continetur.

SECVNDO nota, quod habere modum naturalem est habere se eo modo quo naturaliter habet esse. Vnde si Deus poneret Petrum penetratiue cum alia re, non perderet Petrus esse naturalem: sed perderet modum essendi naturaliter. Vnde in hoc dicit bene Caietanus, quod non potest cor-

pus Christi esse sacramentaliter, quin haberet esse naturale. Nec credo quod Scotus id negaret. Vnde de hac consequentia bona est, & ad mentem. S. Th. Corpus Christi habet suas partes & proprietates in sacramento. Ergo habet illas in esse naturali. Sed hanc non valet. Corpus Christi habet suas partes & proprietates in sacramento. Ergo habet illas extra sacramentum. Quia (ut dictum est) poterat Deus absoluere ponere corpus suum in sacramento, non ponendo extra sacramentum.

TER TIA propositio est, quæ videtur contra Scottum. Esto quod ita sit (ut diximus per alias propositiones) quod corpus Christi potuit esse in hoc sacramento antequam esset extra sacramentum: non tamen potuit Christus esse sacramentaliter (nempe per conuersationem alterius rei in ipsum quam est in hoc sacramento) quin esset etiam prius, ad minus natura extra sacramentum. Probatur. Quia modus essendi sacramentalis, non est esse penetrativus: sed est, quod ex vi verborum conuertatur substantia panis & vini in verum corpus & verum sanguinem Christi. Sed ad hoc quod aliquod totum conuertatur in aliud totum: oportet quod id in quod conuertitur sit prius, ad minus natura: quia non est imaginabilis alia conuersio, vel quomodo alio modo fiat conuersio.

SECVNDO probatur: quia oportet quod accidentia quæ conueniunt Christo secundum esse naturale: conuenient ei in sacramento. Sed si Christus non existeret, non haberet ad quod terminatur transmutatio panis & vini, quæ tamen transsubstanciatio terminatur ad corpus Christi existens, vel ad existentiam corporis sub his speciebus. Et hoc intendit. S. Th. s. quod sic sacramentaliter per transmutationem, vel transubstantiationem panis & vini, non poterat ponere corpus Christi: quia esset prius extra sacramentum. Quod verum est: nec credo quod Scotus hoc negaret. Sed nec S. Th. puto negaret, quod asseruimus cum Scotto & Gabriele in prima conclusione, s. quod absolute potuit corpus Christi habere esse in sacramento priusquam incarnaretur, aut haberet esse extra sacramentum. Sed non esset per conuersationem alterius rei in ipsum: ut nunc est.

Articulus sextus.

Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

AD SEXTUM. Sic proceditur. Videtur quod agnus paschalis non fuerit præcipua figura huius sacramenti. Christus enim dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, propter hoc quod Melchisedech

gesit figuram sacrificij Christi offerens panem & vinum. Sed expressio similitudinis facit, quod unum ab alio denominetur. Ergo videtur, quod oblatio Melchisedech fuerit potissima figura huius sacramenti.

PRÆTERERA. Transitus maris rubri fuit figura baptismi: secundum illud. i. Corinth. 10. Omnes baptizati sunt innubet in mari. Sed immolatio agni paschalis processit transitum maris rubri, quæ subsequetur est manna, sicut Eucharistia sequitur baptismum. Ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quam agnus paschalis.

PRÆTERERA. Potissima uirtus huius sacramenti est, quod introducit nos in regnum celorum, sicut quoddam viaticum. Sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiations, quando pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum: sicut Apost. probat Hebr. 9. Ergo videtur, quod illud sacrificium fuerit expressior figura huius sacramenti, quam agnus paschalis.

SED CONTRA. A est, quod Apostolus dicit. i. Corinth. s. Paschanostri immolatus est Christus: itaque epulemur in azimis sinceritatis & veritatis.

RESPONDENDO dicendum, quod in hoc sacramento tria considerare possumus. s. id quod est sacramentum tantum, quod est panis & vinum. & id quod est res & sacramentum. s. corpus Christi verum, & id quod est res tantum, s. effectus huius sacramenti. Quantum igitur ad id quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & uinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figura eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti: præcipue sacrificium expiationis, quod erat solemnissimum. Quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnium saporis suavitatem (ut dicitur sapientie. 10) sicut & gratia huius sacramenti quantum ad omnia reficit mentem.

SED

SED agnus paschalis quantum ad hanc tria prefigurabat hoc sacramentum. Quantum enim ad primum, quia manducabatur cum panibus azimis secundum illud Exodi. 12. Edet carnes et azimos panes. Quantum vero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudo filiorum Israël quarta decima luna, quod fuit figura passionis Christi: qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis precessi sunt filii Israël à deuastatione Angelorum educti de Aegyptiaca servitio. Et quatum ad hoc ponitur præcipua figura huius sacramenti agnus paschalis: quia secundum omnia ipsum representat. Et per hoc patet responsum ad obiecta.

IN HOC. articulo doctor sanctus ponit unam distinctionem trimembrum, & tres conclusiones, quarum ultima: quia ad dubium hoc respondetur, est. Agnus paschalis fuit potissima figura huius sacramenti Eucharistie, quo ad omnia illa tria quae sunt in ipso sacramento, nempe, quo ad sacramentum tantum, & quo ad sacramentum & rem sacramenti; & quo ad rem tantum. Quo ad sacramentum tantum (quod est species panis & vini) agnus paschalis fuit potissima figura huius sacramenti: quia comedebatur cum pane azimo, ut præcipitur Exodi. 12. Quo ad sacramentum simul & rem: quia agnus paschalis vere realiter immolabatur, sicut Christus immolandus erat. Quo ad rem tantum (nempe quo ad effectum) quia per sanguinem agni paschalis liberati sunt filii Israël de Aegyptiaca servitio.

Dubium
unicum.

Factatur solum unum potest dubium submodum. Postquam ita est, quod agnus paschalis est potissima figura huius sacramenti, quare non ponitur in canone rei diuinae, cura ponatur alia figura, quae non erant potissimum. Ad quod dico, quod non ponitur in canone missæ: quia ibi non ponuntur nisi illa peculiaria sacrificia sanctorum patrum, sicut Abel, Melchisedech, & quia a solis illis partibus fuerunt oblata, & quia semper accepta fuerunt domino Deo. Agnus vero paschalis offerebatur ab omnibus, & erat communis omnibus. Ideo non ponitur in canone: quia in canone non ponuntur, nisi illæ figurae quae raro fuerunt inueniæ: quia rariora videntur preciosiora; & magis estimantur & venerantur, & magis excitant ad deuotionem & contemplationem, quando sunt spiritualia: ut illa sacrificia sunt, quae in canone missæ ponuntur.

SECUNDUM dico, quod in canone non ponuntur nisi figurae sacramenti Eucharistie, quae fuerunt

sacrificia legis naturæ, quæ sacrificia debebat semper durare: ut oblatio Melchisedech in pane & vino, & sacerdotum secundum ordinem Melchisedech. Sacrificia autem veteris legis, sicut & eiusdem legis sacerdotum, non deberet durare nec erat perfecta: ideo non ponuntur in canone.

Quæstio. XV.

De materia Eucharistie quantum ad speciem.



EINDE Considerandum est de materia huius sacramenti. Et Primo de specie materiae. Secundo. De conversione panis et vini in corporis Christi. Tertio. De modo existendi corpus Christi in hoc sacramento. Quarto. De accidentibus panis et vini, quae in hoc sacramento remanent. Circa primum queritur obiectum.

PRIMO. Utrum panis et vinum sint materia huius sacramenti.

SECUNDUM. Utrum ad materiam huius sacramenti requiratur determinata quantitas.

TERTIO. Utrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.

QUARTO. Utrum sit panis azimus, vel fermentatus.

QVINTO. Utrum materia huius sacramenti sit vinum de vite.

SEXTO. Utrum se admiscenda aqua.

SEPTIMO. Utrum aqua sit de necessitate huius sacramenti.

OCTO. De quantitate aqua que apponitur.

Articulus primius

Utrum materia huius sacramenti sit panis & vina.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod materia huius sacramenti non sit panis et vinum. Hoc enim sacramentum perfectius debet representare passionem Christi quam

sacmenta veteris legis. Sed carnes animalium, que erant materia sacramentorum veteris legis, expressius representant passionem Christi, quam panis et vinum. Ergo materia huius sacramenti magis debet esse carnes animalium, quam panis et vinum.

PRAETEREA. Hoc sacramentum est ubique celebrandum. Sed in multis terris non inuenitur panis, et in aliquibus non inuenitur vinum. Ergo panis et vinum non sunt conuenientes materia huius sacramenti.

PRAETEREA. Hoc sacramentum competit sanis et infirmis. Sed vinum nocet qui busdam infirmis. Ergo videtur quod vinum non debat esse materia huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod Alexander Papa dicit. In sacramentorum oblationibus patientium, et vinum aqua permixtum, in sacrificium offerantur.

RESPONDEO dicendum, quod circa materiam huius sacramenti aliqui multipliciter erraverunt. Quidam enim qui dicuntur Artوريæ (ut Augustinus dicit in lib. de heresis) offerunt panem et caseum in hoc sacramento: dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terræ et cunctis fuisse celebratas ALII vero s. Cataphrygus et Pepuziani, de infantis sanguine, quæ de toto eius corpore minutis punctiorum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiæ suæ confidere perhibentur, miscentes eum farine, panique inde facientes.

QUIDAM vero qui dicuntur Aquarij aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramento offerunt.

OMNES autem hi errores et similes excluduntur, per hoc quod Christus hoc sacramentum sub specie panis et vini instituit: ut patet Matth. 26. Unde panis et vinum sunt materia coueniens huius sacramenti. Et hoc rationabiliter.

PRIMO quidem, quantum ad unum sacramenti, qui est manducatio. Sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi ad unum spiritualem ablutionem, quia corporalis ablutionem communiter facit aqua: ita panis et vi-

num quibus communius homines reficiuntur. assumuntur in hoc sacramento, ad usum spiritualis manducationis.

SECUNDUM quantum ad passionem Christi in qua sanguis est a corpore separatus. Et ideo in hoc sacramento quod est memoriale domini et passionis, seorsum sumitur panis ut sacra mentum corporis, et vinum ut sacramentum sanguinis.

TERTIO quancum ad effectum consideratur in unoquoque sumendum: quia (ut Ambrosius dicit super epistolam ad Corint.) hoc sacramentum valet ad tuitionem anime corporis. Et ideo corpus Christi sub specie panis, pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini, pro salute animæ offertur sicut dicitur Leui. 17. quod anima carnis in sanguine est.

QUARTO quantum ad effectum respectu tuis ecclesiis, que constituitur ex diversis fideli bus, sicut panis conficitur ex diversis granis, et vinum fluit ex diversis vini: ut dicit glossa super illud illud prime Corinth. 10. Multi vnum corpus sumus. etc.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet carnes animalium occisorum, expressius representent Christi passionem: tamen minus competit ad communem usum huius sacramenti, et ad ecclesiasticam unitatem significandum.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet non in omnibus terris nascatur triticum, vel vinum: tam de facili ad omnes terras deferri potest, quantum sufficit ad usum huius sacramenti. Nec propter defectum alterius, est unum tantum sine altero consecrandum: quia non est perfectum sacramentum.

ADTERTIVM dicendum, quod unum in modica quantitate sumptum: non potest multum agrotanti nocere. Et tamen si non cumentum timeatur, non est neceſſe quod omnes accipientes corpus Christi, etiam accipiunt sanguinem: ut infra dicetur.

IN HOC primo articulo, recitatis prius quibusdam erroribus, dicens Thomas ponit conclusionem quæ semper fuit & est omnium fidium, nempe, quod materia huius sacramenti sit

sit panis & vinum tantum. Est etiam de fide. Probatur. Math. 26. Marci. 14. Luke. 22. Vbi sic dicitur. Coenantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicentes. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

SECUNDO. Hoc dicit Paulus primae ad Corin. 11. dicens, quod debet se quis probare, ante quam edat de illo pane consecrato: & ate quam bibat de illo vino.

TER TIO. Ita dicitur de consecratione. d. 2. cap. In sacramentorum oblationibus, quod est primus cap. in illa. 2. distinctio, & citat illud. S. Th. in argumento in contra. Idem dicit ibidem. cap. In sacramento corporis, & est desumptum ex concilio Carthaginensi. 3.

Q. VAR TO Idem determinatur extra de summa Trinitate & fide catholica.

Q. VINTO. Ita dicitur de consecr. d. 2. cap. Cum omne. Vbi damnantur omnes offerentes aquam, vel lac pro vino.

SEXTO. Ita dicitur extra de celebratione missarum c. Cum Martha.

SEPTIMO. Ita dicitur in concilio Florentino, vbi declarantur Armeniis formae & materiae sacramentorum. Et de congruentia, quod congruuntur sit panem & vinum esse in materiam, vide hic litera doctoris, vbi ad hoc opimiae rationes ponuntur: quas etiam ponit Magister in. 4. d. 1. & Gabriel super Canonem lectione. 35.

Sed dicet forte aliquis, ex Evangelio bene haberi, quod Christus hoc sacramentum in pane consecrit, sed non haberi quod consecrit in vino.

AD HOC dico prius, quod non valet. Non habetur hoc in Evangelio. Ergo non est ita, aut non est de fide. Multa enim tenemus tanquam de fide, quia in scriptura non habentur: sed sufficit traditio patrum.

SECUNDO. Dico quod habetur: quia habetur quod Christus bibebat vinum, quia a phariseis vocabatur potator vini.

TER TIO. Quia Christus dixit. Amen dico vobis, non bibat amplius de hoc genimine vitis, quo usque illud bibat novum vobiscum, in regno patris mei. Et euangelistae referunt hoc, scribentes historiam de coena Domini.

Dubium primum. **D**UBITATVR prius, quid intelligitur per panem an si massa vel pasta sit panis, ita quod in illa possit confici hoc sacramentum.

AD HOC responderet Scotus. d. 11. q. 6. 4. & ponit aliqua dicta: quorū primū est. Probabile est, quod pasta & panis non differunt specie. Probat, quia pasta solum sit ex farina & aqua, & ex eisdem solum sit panis: & per hoc quod coquitur non differt specie a pasta. Secundo. Probat quod pasta non differat specie a pane: quia ita dicit Damascenus libro. 4. cap. 5.

SECVNDA propositione Scotti est. Licet pasta & panis non differant specie: non tamē potest hoc sacramentum confici in massā vel pasta.

SED arguit contra se. Quia ex pane recenti facile sit massā. Et illa iam erat panis. Ergo potest consacrari illa missa. Ad hoc respondet, quod hoc probat pastum non differre specie a pane. Secundo dicit, quod pasta facta ex pane potest consacrari quia iā constat nobis quod fuit panis. Et ideo si manifeste nō desinat esse panis, est consecrabilis. Et confirmatur, quia in hyeme aliquād hostia videtur missa: & nihilominus consecramus eam.

CONFIRMATVR secundo, quia in particula quae mittitur in calicem, manet corpus domini, & sit pasta. Ergo &c. Et formatur argumentū hoc modo. In omni illa materia potest confici denovo corpus Christi: in qua manet post consecrationem. Sed in pasta post consecrationē (vt diximus de particula missa in calice) manet corpus Christi. Ergo ibi potest prius confici.

SED contra. Illa pasta antequā fuisset panis, nō erat consecrabilis, secundum ipsum Scotum. Ergo nec postquam facta est panis. Ad hoc dicit, quod si illa pasta quae sit ex pane, esset otanino similis cum priore non esset consecrabilis. Sed quia nō est ita, cum ibi maneant proprietates panis, est consecrabilis. Et hæc omnia habet Gabriel in. 4. d. 11. q. 2. & in canone lectione. 35.

IOHANNES autem Maior in. 4. d. 11. q. 2. tenet

quod pasta & panis sunt eiusdem specie: nō tamē dicit, an sit, vel non sit consecrabilis ipsa pasta. Pa ludanus. d. 11. q. 1. dicit, quod in pasta nō potest fieri consecratio.

EGO autem ex sententiā. S. Th. pono alias propostiones: quarum prima est. In pasta nō potest confici hoc sacramentum Eucharistie: quia nō est materia huius sacramenti. Probatur. Pasta nō est panis. Probatur. Ex pasta sit panis. Ergo pasta nō est panis. Sicut ferrum non est cultellus, & sic ferro fiat cultellus.

SECVNDA conclusio est. Pasta & panis differunt specie. Hæc est. S. Th. in quarto. d. 11. q. 2. art. 2. q. 2. ad. 2. vbi. S. Th. facit argumentū. Si admisceatur ordeum cū triticō potest fieri consecratio, in illo saltem quod est triticum. Et dicit. S. Th. quod non manet eadem species quæ anteā erat.

Et ita dicendum est de pasta & pane, quod quādo est panis, non manet species quæ anteā erat,

quando erat pasta. Hæc. S. Th. Et probatur quod ita sit dicendum. Quia alijs si fieret panis ex fa-

rina fabarū cū uno solo grano triticī, esset panis consecrabilis: quod manifeste est falsum. Ergo dicendum est ut dicit. S. Th. quod si misceatur ordeum in partu qualitate cū triticō, mutat speciem,

& sit triticū: & tunc est materia consecrabilis.

SECVNDO. Confirmatur hoc. s. quod panis triticus, esto habeat admixtū a liquido ordei, sit consecrabilis. Quia alijs sequitur quod raro aut nunquā daretur panis consecrabilis, quia semper ma-

net

niet sit triticō aliquod granum tiphe, vel ordei. Ergo dicendum est, quod postquam sit panis, conuertitur illud granum ordei in triticum: & sic est alterius speciei. Et ita dico, quod postquam ex pasta sit panis, est alterius speciei.

TER TIO. Hoc etiam videtur dicere. S. Th. in ar. 3. ad. 3. & 4. vbi dicit, quod modica permixtio alterius frumenti non soluit speciem tritici, cui admiscetur. Secus si esset admixtio in magna quantitate.

Q. VAR TO. Idem dicit Silvester in summa verbo Eucharistia. 1. Et in verbo Alchimia. q. 5. nōmpe, pastam differre specie a pane. Et probatur. Per hoc cognoscimus quod una res differat specie ab alia: quia habent diuersas proprietates. Sed panis & pasta habent diuersas proprietates. Ergo differunt specie.

SED contra. Res artificialis non differt specie a naturali, ex qua sit. Sed panis est res artificialis. Ergo non differt specie a farina vel pasta, ex qua sit.

AD HOC respondet. S. Th. in .2. d. 7. q. 3. quod quando artifex vitetur a gentibus naturalibus, differt illud artificiatum, quod fit cum agentibus naturalibus specie, ab alijs ex quibus fit, vel conflatur. Secus autem quando artifex non applicat agentia naturalia ad suum artificiatum: sed vitetur alijs instrumentis artis.

TER TIA propositione est. Esto pasta nō differt a pane specie, non sequitur quod pasta sit consecrabilis. Et dico, quod hæc consequentia nō valet. Panis est consecrabilis. Ergo omnis materia eiusdem speciei est consecrabilis. Sicut non valeret. Potest sacramentum confici in pâno, si sic esset institutum a Christo. Ergo & in lana potest, esto lana & pânu sint eiusdem speciei. Ratio huius est: quia Christus non curauit nec obligauit nos ad inquirendū specieis metaphysicas pro materia sacramentorum: sed illud quod communiter est vere panis, est materia Eucharistie, & nihil aliud est materia corporis Christi.

DUBIUM secundum. **D**UBITATVR an amidum sit materia sacramenti consecrabilis. Dicit Paulinus vbi supra quod sic. Idem dicit Maior, quia fit ex triticō, & seruat species.

SED S. Th. ar. 3. Sequenti ad. 4. dicit quod non est materia consecrabilis. Idem dicit Scotus vbi supra. Ratio est. Quia sunt magnæ transmutationes: ita quod non manet panis. Et hoc est verius: quia iam post illas transmutationes quibus fit amidum, non manent proprietates panis &c.


DUBIUM tertium. **D**UBITATVR tertio, si alicubi nō inueniatur vinum, sed solus panis, vel contra non inueniatur panis sed solum vinum, an poterit confici licite sacramentum Eucharistie in solo pane, vel in solo vino.

Pico quod si fiat, erit vera consecratio. Secun-

do. Dico quod non est licitum. Et hoc dicit. S. Thom. hic ad. 2. & Caiet. ibidem. Idem dicit Paulinus in. 4. d. 11. q. 1. art. 1. conclusio. 3. Et probatur. Quia nunquam est licitum inferre aliquā irreuerentiam Sacramento. At conficerre sola vnam speciem, est conficerre imperfectura sacramentum. Ergo est irreuerentia consecrare immperfectum sacramentum. Ergo in nullo carent debet fieri.

Articul. secundus

Vtrū requiratur determinata quātus panis & vini ad materiam huius sacramenti.



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod requiratur determinata quātus panis & vini ad materiam huius sacramen-

ti. Effectus enim gratie non sunt minus ordinati quam effectus naturæ. Sed sicut dicitur in. 2. de anima, omnium natura constantium positus est terminus, & ratio magnitudinis & augmenti. Ergo multo magis in hoc sacramento (quod dicitur Eucharistia, id est bona gratia) requiritur determinata quantitas panis & vini.

PRAETEREA. Ministeris ecclesie nō est a Christo data potestas, ad ea quae pertinent ad irmissionem fidei & sacramentorum eius: secundum illud prima Corinth. 10. Secundum potestatem quam dedit nobis Deus, in adificationem, & non in destructionem.

Sed hoc esset ad irmissionem huius sacramenti, si sacerdos vellet consecrare totum panem qui venditur in foro, & totum vnum quod est in cellario. Ergo hoc facere non potest.

PRAETEREA. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris sanctificatur per formam baptismi: sed solū aqua illaqua corporis baptizati abluitur. Ergo nec in hoc sacramento, superflua quantitas panis & vi-

ni

ni consecrari potest.

SED contra est, quod multum opponitur paucis, et magnum parvo. Sed nulla est ita parua quantitas panis aut vini, quae non possit consecrari. Ergo etiam nulla est ita magna, quae consecrari non possit.

RE SPO NDE O dicendum, quod quidam dixerunt, quod sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis aut vini: puta totum panem qui venditur in foro, aut totum vimum quod est in dolio. Sed hoc non videatur esse verum: quia in omnibus habentibus materia, ratio determinationis materiae sumitur ex ordine ad finem: sicut materia ferrae est ferrum, ut sit apta sectioni. Fons autem huius sacramenti est usus fidelium. Unde oportet, quod quantitas materie huius sacramenti determinetur per comparationem ad usum fidelium. Non autem potest esse, quod determinetur ad usum fidelium qui nunc occurunt: alioquin sacerdos paucos parochianos habens, non posset consecrare multis hostias. Unde relinquatur, quod materia huius sacramenti determinetur per comparationem ad usum fidelium absolute. Numerus autem fidelium est indeterminatus. Unde non potest dici, quod quantitas materiae huius sacramenti si determinatur.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod cuiuslibet rei naturalis materia, accipit determinatam quantitatem secundum comparationem ad formam determinatam. Sed numerus fidelium, ad quorum usum ordinatur hoc sacramentum, non est determinatus. Unde non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod potestas ministrorum ecclesiae ad duo ordinatur. Primo quidem ad effectum proprium. Secundo ad finem effectus. Secundum autem non collig primum. Unde si sacerdos intentat consecrare Corpus Christi propter aliquem malum finem (puta ut irrideat vel beneficia faciat) propter intentionem mali si-

nis peccat: nihilominus tamen propter potestem sibi datam perficit sacramentum.

ADTERTIVM dicendum, quod baptismi sacramentum perficitur in usu materiae. Et ideo per formam baptismi non plus de aqua sanctificatur, quam quantum venit in usum. Sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiae. Et ideo non est simile.

IN HOC secundo articulo. S. Tho. dicit duo. Prius, refert opinionem dicentium, quod non possunt sacerdotes consecrare quantitatem materiae quam voluerint. Sed hoc reprobatur Doctor sanctus hac ratione. In omnibus habentibus materia, ratio determinationis materiae sumitur ex fine. At finis huius sacramenti est usus fidelium. Ergo oportet quod quantitas materiae huius sacramenti determinetur per comparationem ad usum fidelium. Sed numerus fidelium est indeterminatus: quia possunt esse multi fides, & non tot quin plures. Ergo etiam quantitas materiae huius sacramenti erit indeterminata, id est, non tanta quin possit esse maior.

SECUNDUM probatur. Nulla est tam parua quantitas panis aut vini, quae non possit consecrari. Ergo nec est ita magna etiam quae non possit consecrari. Ideo secundo concludit diu Thomas, quod nec in magnitudine nec in paritate, materia huius sacramenti est determinata. Quod verum simpliciter est, & communiter receptum. Unde si sacerdos aliquis tentaret consecrare totum panem, qui est in foro, factum teneret: ut infra latius probabimus.

DUBITATVR primo (vt pressius hoc trahimus) an sit tanta quantitas panis & vi prima ni, quae non possit consecrari a sacerdote. Ad quod dicit Paludanus in .4.d.ii.q.1.ar.3, conclusione, i. quod omnino est dare aliquam determinatam quantitatem (etiam apud Deum qui illam nouit) ultra quam sacerdos non potest consecrare.

SECUNDA propositionis eius est. Quod haec quantitas non est nobis nota: quia in Evangelio non habetur.

TERTIA propositionis est. Quod aliquando possumus determinare illam quantitatem: quia oportet quod materia sit praesens. Et non est praesens omnis quantitas materiae huius sacramenti. Ergo.

QVARTA propositionis est. Adhuc de hac praesentia non est certum, quanta quantitas debet esse praesens. Vnde concludit, quod licet apud Deum sit determinata quantitas: tamen apud nos non est certum quanta sit illa. Ideo nullus debet exponere se pericolo: ut tentet consecrare contra con-

suetudinem & ritum ecclesiae. Sed tanquam certum potius tenendum est, cum S. Tho.

EST tamen communior opinio Theologorum, quod non est determinata quantitas materiae huius sacramenti. Hoc tenet S. Th. hic, & in .4.d.ii. q.2.ar.1.q.3. Et probat. Quia in nulla alia re determinatur quantitas materiae, nisi ratione finis: ut patet in domo, vel statua. Ergo ad communicandum non determinatur materia, nisi ex parte finis. Et maior quantitas requiritur ad communicandum multos, quam ad communicandum paucos. Ergo sicut numerus communicantium non est determinatus, sed quocunque dato potest dari maior: ita quocunque materia huius sacramenti consecretur, potest consecrari minor.

SECUNDUM. Nulla est materia, quae in aliquo casu non potest consecrari: quia si detur magna materia, possunt esse tota communicantur: ut requiratur tota. Ergo potestas erat absolute ad consecrandum omnem materiam indifferentem: quia illa magna est nunc in tali euentu necessaria, ad communicandum fideles qui nunc occurunt.

SED arguit Caiet. hic, quod ad minus materiae vini sit determinata. Probatur. Quia in forma consecrationis vini determinatur quantitas materiae: quia dicitur, hic est calix sanguinis mei &c. Sed in calice non capitur magna quantitas vini. Ergo non potest consecrari, nisi illa quantitas que capitur in calice.

AD HOC. dicit Caietus. Prius quod ex hoc non habetur Christus determinare quantitatem vini: sed ex natura rei calix ita se habet, quod non capit magnam quantitatem vini. Si autem calix esset tam capax sicut magnum dolium, & que bene consecraretur.

SECUNDUM. dicit, quod si essent multi calices, nihilominus possent consecrari.

TERTIO. potest dici, quod quando sacerdos dicit formam, nihil demonstrat: & ideo non est ibi falsitas. Ideo potest consecrare magnum dolium vini. VNDE Si sacerdos intendat consecrare totum panem, qui venditur in foro: tenebit facilius, ut supra diximus. Et ita si intendat consecrare totum vinum, quod est in dolio.

DUBITATVR secundo, an materia Eucharistie debeat esse praesens, ipsi sacerdoti, qui debet consecrare, de necessitate sacramenti, vel an possit sacerdos qui est Conimbricæ, consecrare panem & vinum quae sunt in India, vel post parietem.

Et videtur quod non requiritur praesentia materiae: quia non habetur in Evangelio.

SECUNDUM. Quia sacerdos cæcus potest consecrare Eucharistiam. Et non habet materiam praesentem: quia non videret illam. Ergo.

AD HOC. dico cum communis sententia Theologorum, quod materia huius sacramenti debet esse praesens sacerdoti consecrati, alijs non consecrati. Probatur hoc ex facto Christi, qui solus fecit in materia praesente. Sed hoc non concludit.

quia Christus fecit, quia habebat ibi materiam. **S**ECUNDUM. Eodem modo est dicendum, quod requiritur ut materia habeatur in manibus: quia Christus habuit in manibus. Quod non requiri manifestum est.

IDEO. Secundo probatur conclusio. Quia in forma dicitur hoc, vel hic. Ergo demonstratur materia. Ergo est præsens: quia alias formæ essent falsæ, quam non esset ita, sicut significant. Et significant quod materia est præsens: quoniam demonstratur. Ergo requiritur præsentia materiae.

SED hoc etiam non concludit: quia posset quis dicere, quod sacerdos nihil demonstrat. Secundo.

Quia potest demonstrari res absens. Ideo dico quod licet haec rationes non concludant, sunt tandem apparentes.

TERTIO probatur conclusio. Quia hic est ritus, & fuit semper in Ecclesia, quod nunquam quis tentauit consecrare materiam, nisi presentem.

QVARTA. Quia ad conficiendum sacramentum aliquod (ut supra diximus) requiritur intentio in ministro sacramenti. Ergo requiritur quod dicente & singulariter feratur illa intentio in materia. Quod non posset esse, nisi esset præsens. Ergo requiritur quod sit materia præsens.

DUBITATVR tertio, qualis præsentia requiritur, an requiratur contactus.

DICO quod non requiritur contactus: quia Pappa consecrat sine contactu. Et sacerdotes quotidianie consecrant multas formas, in die communio- nis plurim: quas non tangunt. Nec requiritur quod videat: quia cæcus potest consecrare. Nec requiritur quod si haberet oculos, posset videre: quia esto una hostia sit super aliam, & sic non posset videri: posset consecrari. Propter hoc dicit M. ior. 4.d.ii.q.3, quod potest sacerdos consecrare hostiam positam a tergo, vel post parietem. Probatur. Quia potest sacerdos consecrare plures hostias existentes super se inuicem. Ergo existentes a tergo, vel potest parietem.

EGO autem respondeo aliquibus propositionibus, quarum prima est. Requiritur præsentia materia ad conficiendam Eucharistiam. Hac est probata & communiter recepta.

SECUNDA propositionis est. Aliqua præsentia est nobis nota, quod sufficit: sicut est haec, qua communiter utuntur sacerdotes, quia consecrant habentes hostiam in manibus.

TERTIA propositionis. Certum est de aliqua præsentia, quod non sufficit: ut si hostia vel materia sit post parietem, vel in India, & sacerdos sit Conimbricæ.

QVARTA propositionis. Non potest nobis via humana constare in puncto quanta distantia requiritur, aut sufficiat ad consecrandum Eu- charistiam: quia non stat hoc in punto.

QVINTA. propositionis. Dico quod illa præsen- tia quam communiter omnes vocat præsentia,

Qui requiri

requiritur & sufficit: siue materia tangatur a sacerdote, vel videatur vel non.

Vnde falsum est quod dicit Maior, quod a tergo, vel post parietem potest panis consecrari: quia illud quod atergo est, vel post parietem, non vocatur communiter præsens. Ideo non sufficit ad consecrandum.

DUBIUM quartum. VBITATVR quarto, an sittam parua materia, quæ non possit consecrari.

AD HOC Maior in. 4. d. 11. q. 3. dicit quod potest esse tā parua materia panis & vini, quod non possit consecrari. Probat. Quia sacramentum est signum sensibile. Ergo materia debet esse sensibilis. Sed potest esse tam parua materia, quod non sit sensibilis. Ergo nec consecrabilis.

SECVNDO. Quia ad consecrandū hoc sacramētū requiritur præsentia. Sed pōt̄ essetā parua materia, quod non sentiatur. Ergo talis non dicetur præsens. Ergo non potest consecrari. Idē dicit Paulinus. 4. d. 12. q. 2. Idē Capreō. in. 4. d. 13. Sed op̄ positum tenet. S. Th. hic, & in. 4. vbi supra. Dicit enim quod nec paruitas, nec magnitudo materiae impedit, quin possit consecrari.

ET arguo hoc modo contra Maiorem. Quia si dividatur hic panis per partes proportionales minores versus nos, concedit Maior, quod potest sacerdos consecrare partes impares, manib⁹ paribus non consecratis. Sed quælibet pars par est per se totalis panis. Ergo potest consecrari. Et cū inter illas partes sit aliqua in sensibili, potest illa consecrari. Ergo, aliqua insensibilis potest consecrari.

AD HOC concedit ille totum, & dicit quod sufficit ut sint illæ partes sensibles in toto. Secundo dicit quod sufficit ut sint continuæ secundum cōlōrem. Sed non soluit argumentum. Quia esto illæ partes per diuinā potentiam separantur, poterant consecrari: quia est verus panis & vinum.

SECVNDO. Sequeretur quod corpus Christi desinaret esse in aliquo (nempe in hostia) sine corruptione alicuius accidentis. Probatur. Si hostia consecrata diuideretur in illas partes insensibiles.

TERTIO. Sequitur quod corpus Christi est in aliqua parte, in qua non potest consecrari: ut in illa in sensibili parte.

QVARTO. Quæritur à Maiore, quid vocatur pars insensibilis. Dicit Maior quod illa est pars insensibilis: quā nō potest videre perfectissimus visus, ut visus Adami. Sed contra. Si miraculo se derur alius visus perfectior, qui posset illam videre esset consecrabilis.

QVINTO. Arguitur sic. Possunt consecrari omnes illæ partes insensibiles simul in suo toto. Ergo etiam una illarum.

ET ad primum argumentum Maioris, nego quod sit aliqua pars insensibilis, ad minus impotentia propinqua, idest, per solam mutationem potentia poterit sentiri: ita quod si non sentitur ab ista

potētia imperfectiori, sentietur ab alia perfectiori. Probatur hcc. Omne coloratum est sensibile. Sed quælibet pars colorati, est colorata. Ergo omnis talis potest videri.

AD Secundū dico, quod paruitas vel magnitudo nihil facit ad præsentiam. Quia quod talis pars non sit præsens, non est ex parte sua: sed ex defetu potentiae. Et ideo cōcess⁹ quod requiritur præsentia: negatur quod talis pars non sit consecrabili. Quia etiam panis qui est in India, non est præsens sacerdotibus qui sunt Conimbricæ: tame est absolute consecrabili. Et ita pars illa insensibilis ab hac potentia, non consecrabitur ab hoc sacerdote, qui non potest illam sentire: sed consecrabitur ab alio perfectioris potentiae, qui potest illum sentire.

DUBIUM quintum, an una pars panis Dubium vel hostiæ possit sine alia consecrari.

DICO quod ita. Sicut si quis habet panem in manu, & aduertit ad unam partem, vel medietatem de qua habet distinctam notitiam, & illam consecrat: illa māsisset consecrata, & alia non, esto sint continua. Secus si indifferenter & non determinate vellet sacerdos consecrare unam vel aliam medietatem, non se determinādo magis ad unam quam ad aliam. quia tunc nulla est consecrata. Vnde sequitur, quod potest consecrari medietas minimi.

SED contra. Quia datur minus minimus. Nā si consecratur medietas minimi, iam definit esse substantia in illa medietate. Ergo non manet nisi in alia medietate panis minimi. Ergo datur minus minimus naturaliter: quia circa illam partem quæ remanet, nullum fit miraculum.

DICO quod concedo dari minus minimus quantum ad substantiam: sed non quantum ad quantitatē & alias dispositiones quæ remanent, quæ sufficiunt ad conseruandum illud: sicut sufficiunt ad conseruandum totum minimum, & ibi manent continua sicut erant ante. Secus si non essent continua dispositiones sufficientes ad conseruandum totum minimum.

Articulus tertius,

Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti quod sit panis triticeus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod non requiratur ad materiam huius sacramenti quod sit panis triticeus. Hoc enim sacramentum est remenoratum dominica

minica passionis. Sed magis videtur esse consonū dominicae passioni panis ordeaceus, qui est anterior, & de quo etiam Christus pauit turbas in monte (ut dicitur Iohannis. 6.) quam panis triticeus. Ergo panis triticeus nō est propria materia huius sacramenti.

PRÆTEREA. Figura est signū speciei in naturalibus rebus. Sed quadam frumenta sunt quae habent similem figurā granō tritici, sicut far & spelta, de qua etiam in quibusdam locis panis conficitur, ad usum huius sacramenti. Ergo panis triticeus nō est propria materia huius sacramenti.

PRÆTEREA. Permixtio speciem soluit. Sed vix inuenitur farina triticea, quæ alterius frumenti permixtionem nō habeat, nisi forte de electis granis studiose fiat. Non ergo videtur quod panis triticeus sit propria materia huius sacramenti.

PRÆTEREA. Illud quod est corruptum, videtur esse alterius speciei. Sed aliqui conficiunt in pane corrupto, qui iam non videtur esse panis triticeus. Ergo videtur quod talis panis non sit propria materia huius sacramenti.

SED CONTRA. est, quod in hoc sacramento continetur Christus, qui se grano frumenti comparat Iohā. 12. dicens. Nisi granū frumenti cadens in terra mortuū fuerit, ipsū solum manet. Ergo panis frumenti, siue triticeus, est materia huius sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) ad usum sacramentorum assumitur talis materia, quæ communius apud homines in tale usum venit. Inter alios autem panes communius homines utuntur pane triticeo. Nam alijs panes videntur esse introduciti in huius panis defectū. Et ideo Christus creditur in huius panis specie, hoc sacramentum iustificare.

QVI etiam panis magis confortat hominem: ita conuenientius significat effectum huius sacramenti. Et ideo propria materia huius sacramenti est panis triticeus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod panis ordeaceus competit ad significandum duriciem veteris legis. Tum propter duriciem panis: tum etiā quia (ut Augustinus dicit in lib. 33. questionū) ordei medulla quæ tenacissima palea regitur, vel ipsam legem significat quæ ita data erat, ut in ea vitale anima alimentum corporalibus sacramentis obtegetur, vel ipsum populum non dum expoliatis carnali desiderio: quod tanquam palea cordis eius inhærebat. Hoc autem sacramentū pertinet ad suave iugū Christi, & ad veritatem iam manifestatam, & ad populum spiritualem. Vnde non esset materia conueniens huius sacramenti, panis ordeaceus.

AD SECUNDUM dicendum, quod generans generali simile in specie. Fit tamen aliqua dissimilitudo generantis ad genitum, quantum ad accidentia, vel propter materiam, vel propter debitatem virtutis generativæ. Et ideo si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt (sicut ex grano tritici seminato in malis terris nascitur filigo) ex tali frumento panis confectus potest esse materia huius sacramenti. Quid tamen non videtur habere locum neque in ordeo, neque in spelta, neque etiam in farre, quod inter omnia est grano tritici similius.

Similitudo autem figuræ in talibus magis videtur significare propinquitatē quam idē titatē speciei: sicut ex similitudine figuræ manifestatur, quod canis & lupus sunt propinquæ speciei, non autem eiusdem. Vnde ex talibus frumentis que nullo modo possunt ex semine generari non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quod modica permixtio non soluit speciem: quia id quod est modicum, quodammodo assumitur a plurimo. Ideo si sit modica admixtio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatē tritici, poterit ex inde confici panis, qui est materia huius sacramenti. Si vero sit magna permixtio (puta ex aequo vel quasi) talis

QVI permix-

permixtio speciem mutat. Vnde panis exinde consecutus non erit debita materia huius sacramenti.

A D Q V A R T V M dicendum, quod aliquando est tanta corruptio panis, quod soluitur species panis: sicut cum continuitas soluitur, & sapor, & color, & alia accidentia mutantur. Vnde ex tali materia non potest confici corpus Christi. Aliquando vero non est tanta corruptio quae speciem soluat: sed est aliqua dispositio ad corruptionem, quod declarat aliqualis immutatio saporis. Et ex tali pane potest confici corpus Christi: sed peccat conficiens, propter irreuerentiam sacramenti. ET quia amygdalu est extritico corrupto, non videtur quod panis ex eo consecutus possit fieri corpus Christi: quanvis quidam contrarium dicant.

CIRCA hunc articulum tertium est primū aduertendum, quod hoc dubium tractauit Magister sententiarū in. 4. d. ii. & ibi eius interpres. At diuī Thomas ponit conclusionē affirmatiū hoc verborū tenore. Panis triticeus est materia sacramenti Eucharistiae. Probatur ad hūc modū. Ad vsum sacramentorum assumitur materia, quæ communius apud homines in tale vsum venit. At inter alios panes communius homines utuntur pane triticeo. Ergo Christus creditur, in panis triticeis specie sacramētum hoc instituisse. **SECVNDO.** Ille panis est materia huius sacramenti, qui magis significat effectum huius sacramenti, qui est cordis humani spiritualis conformatio. Hoc autem plus facit panis triticeus, quam aliis. Ergo, &c. Et hanc est communis Theologorū sententia. Hoc tenet Scotus in. 4. d. ii. Hoc Durā. ibidem. Idē Alex. 4. p. q. 32. Albertus autē magnus in. 4. d. ii. dicit, quod etiam spelta est materia huius sacramenti: quia est quædā species frumenti. **SED contra.** In omnibus alijs sacramentis requiritur materia vniū speciei, & non sufficit genus. Ergo etiam in isto requiritur sola vna species: & non sufficit quæcumque species frumenti.

SECVNDO. Christus consecravit in vna specie solium, nēpe, in tritico. Ergo solus panis illius speciei est consecrabilis.

V NDE Durandus & Paludanus iū. 4. d. ii. q. n. dicunt, quod in solo triticeo pane licet cōsecrare. Et quia spelta est eiusdem speciei cum tritico: in illa potest confici hoc sacramētum. Quod autem spelta eiusdem sit speciei cū tritico, probant: quia ex tritico generatur spelta. Vnde hi conueniunt eam Alberto magno, in hoc quod dicunt, sacramētū hoc in spelta cōfici posse. Differunt tamē,

in hoc quod dicunt spelta eiusdem esse speciem cū tritico, quia Albertus dicit, quod differentiā specie, sed sunt eiusdem generis.

T H O M A S de argentiniā dicit, quod non debent esse opinione de tanta re. Secundo. Dicit quod est temerarium consecrare in alio pane quā triticeo. Tertio. Dicit, quod non potest probari, quod materia huius sacramenti sit solum panis triticeus: quia non est determinatum ab ecclesia, nec sancti hoc dixerunt. Et de consecr. d. 2. cap. In sacramento nō coarctatur materia huius sacramenti ad triticeū panē: sed absolute dicitur ibi, quod materia huius sacramenti est panis.

S E D omis̄is opinionibus quæ in hac materia sunt: est prima propositio certa. In omni vero pane potest confici hoc sacramētum. Hęc luculentior est, quam probatione inducere. Vnde in pane castaneorum, & fabarum, non potest cōfici: quia non est verus panis. **S E D** quomodo cognoscimus, quod aliquis est verus panis? Dico quod duplīciter, Vno modo, ex ritu ecclesiae. Et quia tota ecclesia consecrat in pane triticeo: ideo dicimus, quod ille solus est verus panis. Secundo. Dicit S. Th. quod cognoscitur verus panis ex fine. s. quia est cōmuniter in alimentum hominum: vt habetur Ecclesiast. 39. Initium vitæ hominis panis, & aqua. Vnde ex ordeo non fit verus panis: quia nō est cōcreatū in cōmunitē hominum cibum: sed potius brutorum. Tertio. Cognoscitur panis ex simplici denominatione: vt dicit Caietanus h̄c. Itaque illud quod cōmuniter dicitur panis sine addito, est verus panis. Vnde milium non est verus panis, sicut nec ordeum: quia non dicitur panis absolute, sed panis milaceus: vel ordeaceus.

I N spelta autem & in farre dicit. S. Th. hic ad. 2. quod non potest confici Eucharistia: quia nō sunt eiusdem speciei cum pane triticeo, esto in figura & accidentibus assimilantur tritico. Durādus & Palud. dicūt quod ita: quia sunt eiusdem speciei cū tritico. Verū securius est quod dicit. S. Th. Tum quia cōmuniter in ecclesia nō conficitur Eucharistia nisi in tritico. Tum quia spelta & far nō dicuntur simpliciter panis, aut tritici: sed habent distincta nomina. Tum etiam quia in multis accidentibus differunt à tritico. Vnde far, & spelta sunt quædā species frumenti: quæ in aliquibus acciētibus assimilantur tritico, & in aliquibus orize. **I N** amydo etiam nō licet, nec tenet factum si in eo fiat consecratio: quia esto amygdalu fit ex tritico, fit per tot & tam grandes transmutationēs, quod non reminet panis. Ideo vocatur alio nomine, s. amygdalu, & habet aliū saporem: quia fit ex tritico saepe madefacto, & sole curato.

D U B I U M articulū quartū, an in filigine possit confici Eucharistia.

A D H O C dico, quod filigo est nōmē equitū cū Antonius nibricensis & aliqui latini dicunt, quod filigo non significat illud frumentū, quod vulgariter vocant (centeno) sed p̄fēctissimū triticeū quod

Dubium
vnicum.

mentato.

P R A E T E R E A. Legalia non sunt obseruanda tempore gratiae. Sed ut in azymis fuit quedam legalis ceremonia: vt patet Exod 12. Ergo in hoc sacramento gratiae, non debemus azymis uti.

P R A E T E R E A. Sicut supra dictū est, Eucharistia est sacramētū charitatis, sicut Baptismus fidic: vt supra dictum est. Sed feruor charitatis significatur per fermentū: vt patet in glosa super illud Matt. 13. Simile est regnum cōlorum fermento. &c. Ergo hoc sacramētū debet cōfici ex pane fermentato. **P R A E T E R E A.** Azymum & fermentatum sunt accidentia panis, non variantia eius speciem. Sed in materia Baptismi nulla discretio adhibetur circa differentiam accidentium aquæ: putasi sit falsa vel dulcis, calida, vel frigida. Ergo in hoc sacramento aliquis discretio adhiberi nō debet, utrum panis sit azymus vel fermentatus.

S E D C O N T R A. est, quod extra de celebrazione missarum. cap. Literas, punitur sacerdos, qui in pane fermentato, & cipho ligneo, missarum solennia celebrare præsumpsit. **R E S P O N D E O** dicendum, quod circa materiam huius sacramenti duo possunt considerari. s. quid sit necessarium, & quid convenientius. Necessarium quidem est ut sit panis triticeus (sicut dictum est) sine quo non perficiatur sacramētum: quia in uno quoq; confici potest.

C O N V E N I E N S autem est, ut unusquisque seruet ritum sua ecclesie in sacramētū celebrationē. Super hoc autem sunt diuersa eccliarum consuetudines. Dicit enim beatus Gregorius in registro. Romana ecclesia offerit azymos panes, propterea quod dominus sine volla comixtione suscepit carnem: sed certe ecclesie offerunt fermentatum, pro eo quod verbum patris induitum est carne, sicut fermentum miscetur farina. Unde siue peccat presbyter in Ecclesia Latino-

rum

Articul quartus.

Vtrum hoc sacramētum debeat confici ex pane azymo

A **D Q V A R T V M** sic procedit. Videtur quod hoc sacramētum non debeat confici ex pane azymo. Debemus enim in hoc sacramētū imitari institutionē Christi. Sed Christus videtur hoc sacramētum instituisse in pane fermentato: quia sic legitur Ex od. 12. Iudei secundum legem incipiebant uti azymis in die paschæ (quod celebratur 14. Iuna) Christus autem instituit hoc sacramētū in cena, quam celebravit ante diem festum paschæ: ut habetur Iohā. 13. Ergo & nos debemus hoc sacramētum celebrare in pane fer-

rum celebrās de pane fermentato. ita peccare p̄byter gr̄ecus, in ecclesia gr̄ecorū celebrās de pane azymo, quasi perueritēs ecclesiæ suæ ritū. ET tamen consuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior est. Primo quidem, propter institutionem Christi: qui hoc sacramentum instituit prima die azymorum (ut habetur Matth. 26. & Marci. 14. & Luke 22.) quia dienibil fermentatū in domibus Iudeorum esse debet: ut habetur Exod. 12. SECUNDО. Quia panis est proprium sacramentum corporis Christi (quod sine corruptione conceptum est) magis quam diuinitatis ipsius: ut infra patet.

TER TIO. Quia hoc magis cōpetit sinceritati fidelium, quae requiritur ad usum huius sacramenti: secundū illud prima Corm. s. Pascha nostrū immolatus est Christus, itaq; epulemur in azymis sinceritatis et ueritatis. HABET tamen hęc consuetudo gr̄ecorū aliquam rationē: & propter significationē quā tangit Gregorius, & in detestationē h̄eresis nazarecorum, qui legalia euangelio miscerat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut legitur Exodi. 12.) solennitas pascha incipiebat in vespere. 14. luna: & tūc Christus, post immolationem agni paschalis, hoc sacramentum instituit. Vnde hęc dies à Iohanne dicitur præcedere sequentem diem paschæ: & à tribus alijs euangelistis dicitur primæ dies azymorum, quando fermentatū in domibus Iudeorum non inueniebatur: ut dictum est. Et de hoc supranotatum est plenius in tractatu dominice passionis.

AD SECVNDVM dicendum, quod cōfidentes ex azymo, non intendunt ceremoniam legis seruare: sed conformare se institutioni Christi, & ideo non iudaizant. Alioquin & celebrantes in pane fermentato iudaizarent: quia Iudei panes primituarū fermentatos offerebant.

AD TERTIUM dicendum, quod fermentum significat charitatem propter aliquem effectum: quia si panē facit sapidiorē,

& maiorem. Sed corruptionem significat ex ipsaratione sua speciei.

AD QUARTVM dicendum, quod quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non potest confici hoc sacramentum (ut dictum est) ideo magis attēditur circa panem differentia azymi & fermentati, quam circa aquam Baptismi difference calidi & frigidī. Posset enim tantasse corruptio fermenti, quod ex eo non posset confici sacramentum.

IN HOC articulo. 4. diuus Thomas luculentiter distinguit, & respondet aliquibus propositionibus. Distinctio est. Cum querimus an hoc sacramentum debeat confici in pane azymo distinguendum est. Velenim illud verbum debeat dicit debitum necessitatis, id est, quod necessario ad veritatem, vel substantiam sacramenti, requiritur panis azymus: vel dicit debitum decetia: i. quod decēs est & conueniens, ut sit panis azymus ille, in quo sacramentum hoc debet confici.

Q. VLBVS suppositis, est prima conclusio. S. T. Necessarium est ad veritatem & substaniā huius sacramenti, quod sit panis triticeus: ut in præcedenti articulo dicitur, ita quod sine illo non perficietur sacramentum.

SECVNDA conclusio est. Non est de necessitate sacramenti, quod sit azymus panis, aut fermentatus. Probatur. Quia in omni vero pane potest confici hoc sacramentum. Sed si est verus panis. Ergo in illo potest confici sacramentum, siue sit azymus siue fermentatus.

TER TIA conclusio est. Conueniens est, quod quilibet sacerdos seruat ritum suæ ecclesiæ in administratione sacramenti. Hęc probatur testimonio diuini Gregorij dicētis. Romana ecclesia offert azymos panes: propterea quod dominus sine villa comixtione suscepit carnem. Sed certæ ecclesiæ offerunt fermentatum: pro eo quod verbū patris induitum est carne, sicut fermentum miscetur farina. Vnde colligit, quod sicut peccat presbyter in ecclesia latina celebrās in pane fermentato: ita peccat presbyter gr̄ecus, in ecclesia gr̄ecorum celebrans in pane azymo. Probatur. Quia talis presbyter peruerit ritum suæ ecclesiæ.

Q. VAR TA ppositio. S. Th. est. Rationabilior est consuetudo celebrandi in pane azymo. Quam probat doct̄or sanctus in litera satis distincte. Vide ibi.

DEINDE Hic prius notandum est, quod: S. Th. & alij dant rationē, quare gr̄eci cōficiunt hoc sacramentum in fermentato: & dicunt quod faciunt ad significandū verbū diuinū latere sub humanitate assumpta, sicut fermentum in farina & pasta. SED Gabriel & Maior in. 4. d. 11. q. 2. & aliqui moder-

moderni dicunt, quod gr̄eci hoc faciunt: quia putant, Christum hoc fecisse.

SECUNDО. Dicit quod est secunda ratio (que ex prima seq̄itur) quia putant, quod hoc sacramentum non potest confici in azymo: postquam (ut supponunt) Christus confecit in fermentato. Hoc dicit Scotus in. 4. d. 1. q. 6. Et dicit, quod in his duobus errant Gr̄eci.

EGO vero credo, quod Gr̄eci non habent hos duos errores, & quod hi doctores impingunt eis quia. S. Th. diligenter perscrutatus est causam hāc & non dicit quod errat in hoc. Immo dicit, quod licite faciunt, & quod peccant, qui in sua ecclesia non seruant ritū ipsius. Gr̄ecus in Gracia, & Latinus in latina ecclesia. Idem dicit Gregorius: ut citat hic. S. Th. Et datur conueniens ratio. Quia faciunt ad significandum, quod verbū diuinum later sub humanitate: sicut fermentum sub farina vel pasta. Hoc etiam tractat. S. Th. supra in. 3. p. q. 46. art. 9. Et in hoc nunquam dicit quod Gr̄eci errant, sed quod licite hoc faciunt.

JOHANNES Maior in. 4. d. 13. q. 1. dicit, quod in principio ecclesiæ omnes conficiebant in azymo, tam Gr̄eci quam Latini. Sed postea surrexere quidam hæretici Ebionitæ: qui dixerūt quod erat necessariū ad salutem seruare legalia, & comedere azymos panes, & celebrare pascha Iudeorum. Ecclesia ad extirpandū istum errorem iussit, ut omnes celebrarent in fermentato. Et breui tempore, errore Ebionitarum extincto, latina Ecclesia rediit ad celebrandum in azymo: & Gr̄eci manserunt in fermentato.

Dubium primum. DVBITATVR, an peccet mortaliter presbyter Latinus, vel Gr̄ecus, q̄ in ecclesia Latini celebrat in fermentato: & Gr̄ecus vel Latinus qui in ecclesia gr̄eca celebrat in azymo. Videtur quod non: quia. S. Th. solum dicit, quod peccant huiusmodi, & non dicit, quod peccat mortaliter. Sed dico, quod peccat mortaliter. Et hoc dicit Iohā. maior. 4. d. 13. q. 1. Et probatur. Quia agit contra præceptū ecclesiæ habitū declaratiōe prælatorū.

SECVNDO. Extra de celebratione missarū. c. Literas tuas. mādatur, quod deponatur sacerdos qui in fermentato & cipho ligneo cōficiet Eucharistiam. Ergo est præceptū ecclesiæ, quod sacerdotes latini conficiant in azymo. Ergo peccat mortaliter faciens oppositum.

TER TIO. Est contra vniuersalē ecclesiæ consuetudinem. Ergo in materia graui peccat mortaliter, oppositum faciens.

SED contra. Gr̄eci sunt Scismatici & non conueniunt cum ecclesia Romana. Ergo non peccat sacerdos, qui non conformatur cū illis in haccerimonia. s. q. quod est conficere in fermentato.

DIC O quod in his in quibus sunt scismatici nullus debet cōformari cum illis. Sed in hoc non sunt scismatici: ideo sacerdos siue scismaticus, siue non scismaticus debet inter illos hoc seruare, quod cōsecret in fermentato.

DVBITATVR secundo, si non sit alius pa- Dubium nis nisi fermentatus, et est aliquis in proxī secundū. mo moriturus, an liceret cōficerere Eucharistiam in fermentato, propter illam necessitatem.

DICO quod non propter reuerentiam ecclesiæ: quia habet illam cōsuetudinem. Melius est enim quod seruetur illa vniuersalis cōsuetudo ecclesiæ: quam quod ille infirmus sumat viaticū, cum non sit de necessitate salutis, ut baptismus: sicut su prædictum est a. S. Th. Ita etiā elto aliquis sit in proximo moriturus, nō liceret conficerere sacramē tum hoc sine vestibus sacrīs, aut nō ieuuus ob reuerentia sacramenti, & ecclesiæ præcipientis.

SEQ VI TVR ex dictis. S. Th. quod presbyter Latino in ecclesia Gr̄eca non licet cōficerere in azymo, nec gr̄eco in ecclesia latina in fermentato quia ja reputatur illius ecclesiæ oportet seruare laudabiles cōsuetudines ecclesiæ illius in qua sūt.

ARGVITVR tamen cōtra ultimā cōclusionē S. Th. in qua dicit, quod consuetudo cōficiendi in pane azymo rationabilior est. Christus cōfecit sacramentum hoc in fermentato. Ergo rationabilius est (ut gr̄aci faciunt) conficerere in fermentato. Probo antecedens. Christus confecit. 13. luna. Sed tūc nō erant panes azymi apud Iudeos. Ergo cōfecit in fermentato. Quod Christus confecerit. 13. luna probatur. Quia confecit nocte præcedente ante pascha. Et tunc nō erat panis azymus, Ergo cōfecit in fermentato. Antecedens, quod Christus cōfecit nocte præcedente pascha, probatur Iohā. 13. Ante diē festū pascha, sciens Iesus quia venit hora eius: cum dilixisset suos, qui erant in mōdo, in finem dilexit eos. Et coena facta, cū diabolus misserit in cor, ut tradere Iudeum Iudas Simonis Iscariotes. &c. Et deinde scribit Iohānes totam coenā illa die, ubi Christus confecit, & tradidit discipulis: & tādem passionē sequenti die. Ergo ante pascha confecit: quando non erat azymus panis. Ergo in fermentato.

SECVNDO. Iohā. 18. habetur, quod Iudei adduxerūt Iesum ad Caiphām. Et dicit textus: Erat autē mane, postquam Iesus coenaverat agnum. Et sequitur, Non introierunt in prætorium, ne cōta minarentur: ut possint comedere pascha. Sed pascha (ut habetur Exodi. 12.) debet esse a Iudeis comedī. 14. luna ad vespere. Ergo illo die comedērunt agnum paschalem, quo Christus est crucifixus. Ergo 13. luna mensis primi. Et tunc non erat azymus panis. Ergo confecit in fermentato.

TER TIO. Matth. 26. dixerunt Iudei, quod nō occideretur Christus in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et Exodi. 12. & 13. & Leui. 23. dicitur, quod dies festus erat post Pascha. Et ibi dem dicitur. 14. Luna Pascha Domini est, & in 15. festum altissimo celebrabitur. Si Christus con fecit. 14. Lunā. Ergo mortuus fuit in die festo, qđ renuebāt Iudei. Ergo dicendū est, quod cōfecit. 13. luna ante diē festū, & mortuus fuit. 14. luna.

Q. VAR TO. Luke. 24. dicitur, quod mulieres reuer-

reuerentes à monumento parauerunt aromata: vt venientes vnguent: Iesum. Arguitur sic. Si Christus confecit. 14. luna, sequies. 15. luna erat festum solene. Si erat festum, quando parauerunt mulieres aromata: Non die Veneris: quia erat festum. Nec in Sabbato, quia erat maius festum. PROPTER hanc argumenta dicit. S. Tho. 3. p. q. 46. art. 9. quod quidam dixerunt, coenasse Christum tertia decima luna. id Mercurij, quem vocamus quartam feriam: & quod mortuus est die Iouis, quem vocamus quintam feriam, & Iudei vocabant. 14. lunam. Sed hi non possunt teneri: quia hoc esset contra ritum ecclesie.

IDEO pro solutione horum argumentorum, & pro veritate est prius notandum: pro quo accipitur pascha. Et dico quod pascha est nomen visitatum à græcis & hebraicis: sed in diuersis significationibus. Nam græce pascha dicitur à passione: ita quod festum hoc dicitur pascha, quia tunc celebratur passio dominica. Hebraice autem tantum vallet pascha, sicut phæse. i. transitus domini: vt dicitur Exod. 12. Quod dicitur propter duos transitus. Prior fuit antecedens: quando Angelus transiit percutiens primogenita Aegypti, & saluans primogenita hebraeorum. Alius transitus est qui sequitur, transitus s. filiorum Israel per mare rubrum. Unde pascha nostrum habet significationem utriusque linguae græcae & hebraicae. Et etiam conuenienter festum hoc dicitur pascha. i. phæse. i. transitus domini: quia in ipsa passione domini fuit transitus Christi ex hoc mundo ad patrem. Diximus igitur quod pascha significat transitum domini, & passionem, & tempus transitus, & tempus passionis domini.

SECUNDUM. Est notandum, quod pascha in sacris literis significat multa, & accipitur diuersimode. Prius accipitur pro illa sola prima die azymorum ad vesperam: quando Iudei comedebant pascha. i. Agnum paschalē. Hoc probatur Lucæ. 22. Appropiabant autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha: & quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo eum interficerent. Secundo. Pascha accipitur pro agno paschali. Probatur etiam Luke. 22. vbi sic dicitur. Venit autem dies azymorum: in qua necesse erat occidi Pascha. Tertio. Accipitur pascha pro panibus azymis, & pro illis cibis quibus vescebatur Iudei in illis septem diebus festis: in quibus non licebat eis habere fermentatum. Probatur. Ioh. 18. sic habetur. Erat autem mane, & ipsi Iudei non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur: sed ut manducaret Pascha. Et tunc iam manducauerunt agnum, vt ego probabo infra. Ergo ibi accipitur pascha pro azymis panibus, & alijs quibus illis diebus licitum erat vesco. Quarto accipitur pascha pro omnibus illis septem diebus azymorum, in quibus Iudei celebabant festū phæse. i. transitus vel Pascha. Probatur Actuum. 12. vbi sic habetur. Apposuit Herodes apprehendere & Petru. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehedisset, misit in carcerem, tra-

dens quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eū: volens post pascha producere eum populo. Ergo illud pascha non potest accipi, nisi pro omnibus illis diebus azymorum simul.

TERTIO est notandum, quod Iudei accipiebat dies naturales secundum cursum lunæ, & per lunam, ideo vocabant primam diem mensis, primam lunam, & secundam, secundam lunam, & ita consequenter. Et sic per 14. lunam intelligitur. 14. dies mensis, & per quintam decimam, quinta decima dies mensis. Tempore vero passionis Christi, quarta decima luna fuit in quinta feria: & quinta decima fuit in sexta feria, in qua Christus passus est, ut nunc celebrat ecclesia.

QVARTO. Est notandum, quod licet festa Iudeorum celebrarentur à vespera usque ad vesperam alterius diei, sicut nos facimus: dies tamē naturalis non erat à vespera in vesperam, sed vel à media nocte usque ad mediā noctem, vel à solis ortu usque ad ortū solis alterius diei. Sicut festa nostra incipiunt in vesperis: non tamen dicitur dies mercurij aut feria quarta in vespera feria tertia.

QUINTO. Est notandum, quod (ut dicit Gabriele in Canone le. 8. 14) aliud est pascha, & aliud est dies festus pascha. Nā pascha uno modo accipitur pro agno paschali, aut pro illa die ad vesperā quādū agnus comedebatur: et dies festus accipitur pro die sequenti immediate ad vesperā, in qua vespera pascha comedebatur. Et hacten damenta sunt vera & recepta, & per scripturas probata, ut constat.

HIS suppositis dicit Burgensis super Matth. c. 26. quod Christus cōfecit in quinta feria in quartū erat. 14. lunam: & passus est sicut ecclesia Romana tenet & celebret, in feria sexta, in qua erat quinta decima luna.

SECUNDUM. Dicit quod Iudei illo anno non celebauerūt pascha feria quīta, quæ erat quarta decima luna: sed feria sexta, quinta decima luna sequenti comedērunt agnum ad vesperā.

Vnde ex hoc responderet ad argumenta. Et prudens dicit ad illud Ioh. 13. Ante diē festū pascha: &c. quod intelligitur ante illū diem festū pascha, quod Iudei tunc celebrabant. i. in quinta feria: quia Iudei illo anno celebrabant in sexta feria.

SECUNDUM. Ad illud Ioh. 18. Non introierunt in prætorium ne contaminarentur: vt possent comedere pascha, dicit quod intelligitur in feria sexta (in qua ad vesperā habebat comedere pascha) nobis intrare prætorium: sed intrauerūt ad vesperā.

TERTIO. Ad illud de mulieribus. Lucæ. 24. quod

reuerentes à sepulchro parauerunt aromata, dicit quod poterat facere ante vesperā: quando incipiebat solēnitas paschalis in feria. 6. illo anno.

SED cōtra. Ergo Iudei non seruauerūt legē Exod. 12. vbi præcipitur quod seruarent & celebrarent pascha. 14. lunam. Dicit quod illo anno non debuerunt celebrare pascha feria quinta. s. quarta decima luna. sed feria sexta, quinta decima luna. Et ad p-

baudū

bandū hoc supponit multas propositiones.

PRIMA ppositio eius est. Dies naturalis apud Iudeos incipiebat ab occasu solis: & sic terminabatur ad occasum solis sequentis diei.

SECVNDA ppositio est. Iudei vtebātur mēsibus lunariis, quorum quilibet continebat. 29. dies & duodecim horas.

TERTIA ppositio: Iudei incipiebant annum suum mensē Martij, quando sol intrat in arietē. Et primā luna quæ immedie sequebatur, erat noui lunū, primā dies mensis & anni.

QVARTA ppositio. Neomenia. i. prima dies mensis lunaris, erat primū festum Iudeorum: & deinde in sexto mensē erat festum tubarū. Et hoc habetur Exod. 12. & Leui. 23.

QVINTA ppositio. Neomenia erat in prima coniunctione solis & lunæ. Ita quod in prima coniunctione solis & lunæ, proximior ad æquinoctium vernalē celebrabant Iudei neomenia, exceptis duobus casibus. Primus casus erat quādū illa coniunctio fiebat post decimam octauā horā diei naturalis. Ut si hodie erat coniunctio, & contingebat à mane usque ad meridiem, ibi fiebat festū neomenia: sed si coniunctio luminariū contingebat post meridiem, illo die non celebrabantur neomenia, sed sequenti, quæ vocabant primū diem anni. Secundus casus erat quando coniunctio luminariū caderet feria. 2. vel quarta, vel sexta non celebrabantur neomenia illa die, sed sequenti. Ratio erat: Quia si neomenia celebrarentur feria. 2. festum tubarū caderet feria. 6. & si feria quarta, idem inconveniens sequebatur de festo tabernaculorum, quod tunc in feria sexta esset celebrandum. Et hoc erat inconveniens. Quia cum in sabbatho non possent ex lege necessaria ad comedendum parare, nec etiam possent in feria sexta: quia etiam tunc erat festum, esset magnum gratiam non patere obsonia per duos dies. Ideo dicit quod tunc fiebant illæ dilations. Unde dicit Burgensis, quod illo anno quo Christus passus est, coniunctio luminariū fuit feria quinta post meridiem 19. hora dici, ideo Iudei illo anno non debuerūt comedere agnum paschalem feria quinta. Sed hoc quod dicit Burgensis nullam habet apparentiam: & est contra scripturam. Nam lex dicebat, quod quarta decima die mensis (quæ tunc fuit in feria. 5.) debebant ad vesperā comedere agnum paschale. Ergo agebant contra legem oppositum facientes. Et ipse non probat ea quæ dicit.

SECUNDUM. Arguo hoc modo. Exceptio regula debet esse, in paucis. Eset vero simile quod dicit Burgensis si continget in paucis. Sed si est verū quod ipse dicit, continget ut in plurimū, & possit contingere, quod ducentis annis non celebrarent pascha. 14. lunam. Semper transferendo in diem sequentem propter illa inconvenientia festorum occurserint. Ergo non est verū quod dicit

TERTIO. Hec opinio Burgensis est cōtra illud Matth. 26. vbi dicitur, quod prima die azymorum

accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, Vbi vis patremus tibi comedere pascha. Et prima dies azy morum est. 14. luna: ut constat Exod. 12. Ergo tunc Christus, & alij Iudei comedenterunt pascha. Et illo anno. 14. luna fuit feria. 5.

QVARTO pro hoc est illud Mathei. 14. Primo die azymorum quando Pascha immolabat.

QVINTO. Idem Lucas. 22. Venit dies azymorum, in quo necesse erat occidi pascha. Ergo idem quod prius.

ET ita reliquo Burgensi dico, quod Christus & alij Iudei manducauerunt pascha. 14. Luna ad vesperā conformiter ad legem, quæ illo anno fuit feria. 5. & ideo non erat iā fermentatum inter Iudeos.

AD argumentum in oppositum ex Iohā. 13. iā respondit. S. Th. hic ad. i. quod vocat Iohānes. Ante diem festum paschæ: quia in vespera præcedente diem festum (quæ erat. 14. dies, id est feria. 5.) & festū erat sexta feria sequenti, quæ erat. 15. luna.

AD secundum ex Iohā. 19. quod Iudei non intrauerunt in prætorium ne contaminarentur. &c. Dico quod Iudei nolebāt interficere Christum redemptorē in die festo. Sed tandem postposito cōfiliō reliquerunt ppositū, & interfecerunt ante vesperā in. 5. lunam, & comederant agnum iam in vespera præcedentis diei.

SECVNDO. Dico quod ipsi non renuebant tradere eum propter reterētam festi: sed quia timebant plebe. i. quod eriperetur à populo. Nec mirū quod tam impudentes fuissent festo: cū longe impudentiores fuerint erga Christum, post tot facta mirabilia. Nec habebant præceptum de festo illo quātū ad opera iudicialia: quia forte putabāt, quod opera iudicialia non erant servilia.

AD tertium argumentum patet responsio ex secundo. Quia verum est quod turnebant populū: sed tandem audacter fecerunt.

AD quartum ex illo Luke. 24. quādū mulieres parauerunt aromata. Dico quod parauerūt feria. 6. id est. 15. luna post quā Christus spirauit. Nec erat inconveniens, cum essent opéra pietatis, quæ non prohibebantur: vt Christus convicuit Iudeos probans eis Luke. 14. quod licet sabbatis bene facere. Et ipsi Iudei in sabbato abstrahebant asinū, vel bouem à fouea, si contingebat eos cadere. Et Christus redemptor Ioh. 5. sanavit paralyticum, & iussit eum tollere grabatum suum.

Articul. quintus

Vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.

QVINTUM sic protendit. Videtur quod non sit propria materia huius sacramenti vinum vitis. Sicut enim aqua est

est materia Baptismi, ita vinum est materia huius sacramenti. Sed in qualibet aqua potest fieri Baptismus. Ergo in quolibet vino (puta malorum granatorum, vel mororū, aut huiusmodi) potest confici hoc sacramentum: præsertim cum in quibusdam terris vites non crescant.

PRAETEREA. Acetū est quadā species vini, quod de vite sumitur. Et Isidorus dicit. Sed de aceto non potest confici hoc sacramentum. Ergo videtur quod vinum nō sit propria materia huius sacramenti.

PRAETEREA. Sicut de vite sumitur vinum depuratum, ita etiam agresta et mustum. Sed de his non videtur posse confici hoc sacramentum: secundum illud quod in sexta synodo legitur. Dicimus qd in quibusdam ecclesijs sacerdotes sacrificio oblationis coniungunt duas: & sic simul vtrumq; populo dispensant. Præcipimus igitur, vt nullus sacerdos hoc ulterius faciat. Et Iulius Papa reprehendit quosdam qui expressum vinum in sacramento dominici calicis offerunt. Ergo videtur quod vinum vitiis non sit propria materia huius sacramenti.

SED CONTRAEST. quod sicut dominus se comparauit frumenti, ita etiam se comparauit viti, dicens Iohā. 15. Ego sum viti vera. Sed solus panis de frumento est materia huius sacramenti: ut diētū est. Ergo solum vinum de vite est propria materia huius sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quod de solo vino vitiis potest confici hoc sacramentum. Primo quidem, propter institutionem Christi: qui in vino vitiis hoc sacramentum instituit: ut patet ex eo quod ipse dicit Matth. 26. circa institutionem huius sacramenti. Non bibam a modo de hoc genitine vitiis.

SECVNDO. Quia sicut dictū est, ad materiam sacramentorum assumitur id, quod proprie & communiter habet talem speciem. Proprie autem vimum dicitur quod de vite sumitur alij vero liquores vimum dicuntur.

secundum quandam similitudinem ad vim vitiis.

TERTIO. Quia vimum vitiis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis letitia: quia scriptum est, quod vinum laetificat cor hominis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illi liquores non dicuntur proprie vimum: sed secundum similitudinem. Potest autem verum vimum ad terras illas defiri, in quibus vites nō crescunt, quāc sufficit ad hoc sacramentum.

AD SECUNDUM dicendum, quod vimum sit acetum per corruptionem, unde non fit redditus de aceto in vimum ut dicitur. *S.* Metha. Et ideo sicut de pane totaliter corruptio non potest confici hoc sacramentum, ita nec de aceto. Potest tamen confici de vino acesceti, sicut et de pane qui est in via ad corruptionem: licet peccet conficiens, ut prius dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod agresta est in via generationis. *E* ideo non dum habet speciem vini, & propter hoc de eanor potest confici hoc sacramentum. Mustum autem iam habet speciem vini: nam eius dulcedo attestatur digestioni, quae est completio a naturali calore: ut dicitur in .4. meteo. *E* ideo de musto potest confici hoc sacramentum.

Non tamen debent vua integræ huic sacramento misceri: quia iam est ibi aliquid propter vimum. Prohibetur etiam ne mustum statim expressu de vua in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti, potest tamen in necessitate fieri. Dicitur enim ab eodem Iulio. Si necesse fuerit botrus in calice prematur.

NHOC. articulo scribit. *S. Th.* conclusionē hanc. De solo vino vitiis potest confici sacramentum hoc Eucharistia. Hac probatur in litera. Prius ex Christi institutione. Bene sequitur, Christus instituit sacramentum hoc in vino vitiis. Ergo in solo vino vitiis potest confici hoc sacramentum. Antecedens probatur Matth. 26. Non bibā a modo de hoc genitine vitiis, quousque vobis cū bibā illud nouū in regno patris mei. Quod Christus dixit in fine coenæ. Ergo in vino vitiis instituerat hoc sacramentum.

SECVNDO. Ad materiam aliquius sacramenti

assumitur id, quod proprie & communiter habet speciem illius rei, quæ sic assumitur in materiam illius sacramenti. Sed proprie solum vimum vitiis dicitur vimum: & si quid aliud dicatur aliquando vimum, appellatur sic secundum quandam similitudinem ad vimum vitiis. Ergo solum vimum vitiis est materia Eucharistie: quia solum tale vimum est vere & proprie vimum.

TERTIO. Vimum vitiis magis competit ad esse eternum huius sacramenti, qui est spiritualis letitia. Ergo vimum vitiis solum est materia huius sacramenti. Antecedens probatur Ecclesiastici. 40. Vimum & musica latificant cor. Et non potest de conclusione esse dubium, quæ est de fide. Ita dicitur in multis textibus in illo titulo de cōscreta. d. 2. vīnum vitiis solum esse materiam huius sacramenti. Ita in concilio Tridentino sessione. 7. Et in concilio Florentino de instructione Armenorum.

DUBIUM PRIMUM. **D**ubitum primo an in vino cōgelato confici possit hoc sacramentum. Et videtur quod ita: quia est verum vimum, & in omni vero vino potest confici hoc sacramentum.

AD HOC dico quod non, si totaliter sit cōgelatum: quia ad hoc quod sit materia huius sacramenti, debet esse vimum potabile in potentia propria. quia i. quod possit potari nulla mutatione facta circa ipsum vimum. Quod in perfecte cōgelato non contingit. Si autem non est perfecte cōgelatum, ita quod ad hoc possit bibi aut sumi per modū potus: est consecrabilis quantū est de se. Sed oportet, ut non interueniat peccatum, quod sit vimum sine indecentia aliqua. Vide si ex parte sit cōgelatum, & si possit cōficeri, est indecens: ideo oportet quare vimum decens sine aliqua cōgelatione.

DUBIUM SECUNDUM. **D**ubitum secundum, an in ipsa vua pos sit conficeri vimum.

DICENDVM quod non, propter candērationē quia illic non potest sumi per modū potus, sed magis per modū cibi. Et hoc dicit hic Caietanus. Et probatur. Quia propterea dicimus comedere vias, & non bibere vias.

MVSTVM autem est materia huius sacramenti: & in necessitate, etiam meritorie, potest quicōficeri sacramentum in musto: quia est verum vimum, & sumi potest per modū potus. Quod autem sit coctum vel defecatum, non est de substantia sacramenti: sed ad reuerentia & deceriam. AN, in aceto & agresta liceat consecrare hoc sacramentum, vide hic in argumentis. *S. Th.* qui omnia absolvit diserte. Et dicit quod in aceto nullo modo conficietur sacramentum, quia iam non est vimum, cum fuerit factum acetum per corruptionem vini. Agresta etiā nō est materia huius sacramenti: quia nondum est vimum, sed est in via ad vimum.

ARTICULUS SEXTUS.

Vtrum aqua sit vino permiscenda?

A D SEXTVM sic proceditur. Videatur quod aqua non sit vino permiscenda. Sacrificium enim Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech, qui Genes. 14. non legitur obculi Beni panem & vimum. Ergo videtur quod in hoc sacramento non debeat adiungi aqua.

PRAETEREA. Diuersorum sacramentū diuersa sunt materie. Sed aqua est materia baptisimi. Ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

PRAETEREA. Panis & vimum sūt materia huius sacramenti. Sed pani nihil adiungitur. Ergo nec vino debet aliquid adiungi.

SED CONTRA. est, quod Alexander Papa scribit. In sacramentorum oblationibus quæ inter missarum solennia domino offeruntur, panis tantum, & vimum aqua per mixtum in sacrificium offerantur.

RESPONDEO dicendum, quod vino quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primo quidem, propter institutionem: probabiliter enim creditur, quod dominus hoc sacramentum instituerit in vino aqua permixto, secundum morem illius terræ. Unde & proverbi. 9. dicitur. Bibite vimum quod miscui vobis.

SECVNDO. Quia hoc conuenit representationi dominicae passionis. Unde dicit Alexander Papa. Non debet in calice Domini, aut vimum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumq; per mixtum: quia vtrumq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur.

TERTIO. Quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramenti, qui est unitio populi Christiani ad Christum quia (ut Iulius Papa dicit) videmus in aqua populus intelligi, in vino vero ostendit sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur.

QUARTO. Quia hoc competit ad ultimum

cimum effectum huius sacramenti, qui est in troitus ad vitam eternam. Vnde Ambrosius dicit in lib. de sacramentis. Redundat aqua in calicem, & salit in vitam eternam. AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Ambrosius dicit ibidem, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchi sedech, ita etiam significatum est per aquam, que in heremo fluxit de petra: secundum illud 1. Corin. 10. Bibeant autem de puerali consequente eos Petra.

AD SECUNDUM dicendum, quod aqua assumitur in baptismo ad ipsum ablutionis. In hoc autem sacramento assumitur ad usum refectionis: secundum illud psal. Super aquam refectionis educavit me.

AD TERTIVM dicendum, quod panus ex aqua & farina conficitur. Et ideo cum vino aqua miscetur, neutrū sine aqua existit.

IN HOC Sexto articulo diuīs Thomas ponit conclusionem hanc. Vino quod offertur in hoc sacramento Eucharistie, debet aqua permisceri. Probat hanc conclusionem, prius ex definitione Alexandri papae, que habetur de consecr. d. 2. cap. i. vbi sic dicitur. In sacramentorum oblationibus que inter missarum solennia domino offeruntur: panis & vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum offeratur: quia utrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Hac Alexander. Ergo conclusio. S. Thom. est vera.

SECVNDO. Christus instituit hoc sacramentum in vino Limphato, aut aqua permixto. Ergo & sacerdotes debent in simili vino aqua permixto sacramentum hoc confidere. Antecedens probatur. Quia Christus confecit in vino, quod ipse & eius discipuli bibeant. Sed cum ipse esset temperatissimus, non erat verisimile quod veteretur temeto: sed vino aqua mixto. Ergo in illo confecit.

TER TIO. Sacramentum hoc est memoriale passionis domini. Sed melius representatur passio, si aqua vino admisceatur, quam si solum vinum conficiatur. Ergo &c. Antecedens pro minori probatur. Quia per hoc significatur melius aqua & sanguis, que fluxerunt a latere domini in passione, quam si solum vinum consecretur.

QVAR TO. Hoc sacramentum unit populum Christianum Christo. Ergo hoc unio debet significari, & significatur distinctius per hoc quod

aqua miscetur vino, quam si solum vinum consecratur quia aqua significat populum Apica. 17. Aquæ quæ vidisti populi sunt. Ergo aqua est vino miscenda.

QVINTO. Hoc sacramentum causat introitum ad vitam eternam. At hic effectus melius significatur, per hoc quod miscetur aqua vino, quam per solum vinum. Ergo debet misceri. Antecedens pro minori probatur. Quia aqua in spiritualibus salit in vitam eternam: vt dixit Christus Samaritanæ Ioh. 4. Tu forte petilles ab eo, & dedissem tibi aquam vivam. Et sequitur Fiet in eos fons aquæ salientis in vitam eternam.

SEXTO. Quia ita est ritus ecclesie antiquissimus: vt habetur in multis concilijs, sicut in Athensi. Ex quibus sunt desumpta multa iuria: vt de consecr. d. 2. capit. & 2. & in multis alijs. Et de celebratione missarum. cap. Cum Martha. Et hoc ordinavit ecclesia propter significaciones quas ponit. S. Thom.

SEPTIMO. Sic commendauerunt semper sancti & obseruauerunt: vt aqua misceretur vino in Eucharistia.

OCTAVO. In concilio Florentino sub Euge. 4. reprehenduntur Armenii, qui consecrabant solum vinum, non miscentes aquam: & iubetur eis quod se conforment cum Græcis & Latinis ecclesijs: vt apponant aquam in vino consecrando, vnde Græci nunquam cœcerunt sacramentum Eucharistie quin apponenter aquam vino: sed solum Armeni errauerunt in hoc. Vnde illi quidicunt quod Græci conficiebant Eucharistiam non apponendo aquam vino, à vero deuiait.

Articu, septimus

Vtrum permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quod permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti. Dicit enim cyprianus ad cecilium. Sic calix domini non est aqua sola, & vnum solum, nisi utrumque miscetur: quomodo nec corpus dominum potest esse farina sola, nisi utrumque. s. farina & aqua fuerit adunatum. Sed admixtio aquæ ad farinam est de necessitate huius sacramenti. Ergo participatione admixtio aquæ ad vnum.

PRÆTEREA. In passione domini cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere

latere eius exiuit sanguis, ita & aqua. Sed vnum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. Ergo participatione & aqua.

fusio sanguinis directe pertinebat ad ipsum Christi passionem. Est enim naturale corpori humano vulnerato, qd ex eo profluat sanguis. Sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis: sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutione peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentie. Et ideo aqua non seorsum offertur a vino in sacramento sicut vnum offertur seorsum a pane. Sed aqua offertur cum permixta: vt ostendatur, quod vnum per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens: aqua autem secundum quod adsuntur vino.

AD TERTIVM dicendum, qd quia admixtio aquæ ad vnum non est de necessitate sacramenti, non refert quantum ad sacramenti necessitatem quemque aqua misceatur vino sive naturalis, sive artificialis, & rosacea. Quantum quantum ad conuenientiam sacramenti, peccet qui aliam aquam miscet nisi naturalem & veram: quia de latere Christi pendens in cruce aqua vera profluxit (non humor flegmaticus: vt quidam dixerunt) ad ostendendum quod corpus Christi erat vere compositum ex quatuor humoribus: vt Innoc. 3. dicit in quadam decretali. Quia vero admixtio aquæ ad farinam est de necessitate huius sacramenti, vt pote constituerit substantiam panis, si farina admiscetur aquarosacea, vel quicunque alius liquor quam vera aqua, non posset ex eo confici sacramentum: quia non est verus panis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod verbum illud Cypriani est intelligendum, secundum quod dicitur illud esse non posse, quod conuenienter esse non potest. Et sic similitudo illa attenditur quantum ad id quod debet fieri non autem quantum ad necessitatem. Nam aqua est de essentia panis: non autem de essentia vini.

AD SECUNDUM dicendum quod est de

conclusionem hanc. Appositio aquæ non est de necessitate sacramenti. Probatur in argumento in contra dicto Cypriani Papæ: qd habetur de consecr. d. 2. cap. 3. qd incipit, Scriptura dicit &c. SECVNDO probat sic. Appositio aquæ ad vnum refertur ad significandum participationem huius sacramenti a fidelibus, quantum ad hoc quod per aquam mixtam vino significatur populus adunatus Christo: vt dictum est. Sed et hoc ipsum quod de latere Christi pendens in Cruce aqua profluxit, ad idem refertur: quia per aquam significatur ablutione peccatorum, que fiebat per passionem Christi. Dictum est autem supra, quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materia: vpus autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. Et ideo consequens est quod appositio aquæ non sit de necessitate sacramenti.

IN HOC Septimo articulo. S. Th. scribit conclusionem hanc. Appositio aquæ non est de necessitate sacramenti. Probatur in argumento in contra dicto Cypriani Papæ: qd habetur de consecr. d. 2. cap. 3. qd incipit, Scriptura dicit &c. SECVNDO probat sic. Appositio aquæ ad vnum refertur ad significandum participationem huius sacramenti a fidelibus, quantum ad hoc quod per aquam mixtam vino significatur populus adunatus Christo. At hoc sacramentum perficitur in consecratione materia, & vpus fidelium non est de necessitate sacramenti: sed est aliquid consequens ad sacramentum. Ergo appositio aquæ non est de

est de necessitate sacramenti. Antecedens pro Maiori probatur. Quia iudicium de aliquo signo an sit necessarium: sumitur ex eo quod significatur. Sed quod significatur non est necessarium ad substantiam sacramenti. Ergo nec signum, quod est aqua appositiō &c.

DUBIUM primum. VBITATVR Primo, an sit licitum apponere aquam rosarum, vel aliquem alium liquorem herbarum, vel florum, cum vino in sacramento Eucharistiae.

AD HOC respondet. S. Th. hic ad. 3. quod & si non esset contra substantiam sacramenti (quia esto apponetur vino aqua rosarum esset verum sacramentum) non tamen licet: quia esset contra ritum ecclesiae, & non significaretur aque bene quod ecclesia vult: quia à latere Christi luxit aqua vera, ideo vera aqua & naturalis est miscenda vino in sacramento Eucharistiae.

SECUNDA propositione. S. Th. ad. 3. est, quod de necessitate sacramenti est, ut panis verus consecrabilis, sit confectus cū vera aqua naturali: quia si conficiatur cum aqua rosarum, vel alio liquore non esset verus panis. Quod (ut hic dicit Caietanus) intelligendum est, si ille liquor esset talis, vel in tanta quantitate, quod non esset panis illud sic confectum, nec aliquid eiusdem speciei cura pane. Quod non facile iudicatur. Ideo videndum est, si confectum ex farina & aqua rosarum sit panis verus, erit consacrabile: aliter non. Et hoc cognoscetur per proprietates & accidentia. Sed nullus debet tentare confidere sacramentum in cōfecto ex farina & aqua rosarum: quia præter hoc quod faceret contra ritum ecclesiae, exponeret se periculo non faciendi sacramentum ex defectu materiae, & committeret graue sacrilegium.

ET hæc conclusio. S. Th. (nempe quod aqua non sit de necessitate sacramenti) est certa & ab omnibus recepta. Quam etiā scribit Magister in. 4. d. II. c. 7. Et Durandus ibidē q. 5. Et oēs alij scholastici. & habetur de consacr. d. 2. c. Cū omne crīmē.

DUBIUM secundum. VBITATVR secundo, an sit de necessitate præcepti apponere aquam in calice cum vi noita ut sacerdos qui in solo vino celebrat, peccet mortaliter.

DICO quod ita: ut constat ex textibus citatis hic, & in articulo præcedente; & ex declaratione prælatorum, qui communiter condeannant de peccato mortali confidere Eucharistiam in solo vino sine aqua. Et ratio est. Quia si non apponatur aqua, impeditur significatio, quæ ibi debet significari, nempe, debet significari, quod populus vñitur Christo per hoc sacrificium. Quod non bene fit si non misceatur aqua vino.

SECUNDO. Dico, quod si esset tanta necessitas, ut non inueniretur aqua, quod liceret consecrare in solo vino: quia non deberent priuari christiani perceptio sacramenti, ppter penuria aquæ. Sed nōqua dabitus talis casus; quia tā facile ad minus reperietur aqua sicut vīa, & si non facilis,

Dubium
primum.

DUBITATVR tertio, an sufficiat qd aqua Dubia ponatur ab aliquo alio in vino, vel an regni tertiarum quod apponatur à ministro ecclesiae s. à sacerdote. Ut si quando sacerdos venit ad celebandum, aliis apposuit iam aquam vino, an poterit sacerdos procedere vterius, & non apponere aliam aquam.

DICO quod nō sufficit, quod ab alio apponatur aqua vino: sed requiritur quod à sacerdote apponatur. Probatur. Quia alias non seruaretur intentione ecclesiae, quo ad significationem: quia nō significaret id qd ecclesia intēdit, vt iā explicuimus. SECUNDUM. Dico quod etiā non sufficeret, qd ipsem sacerdos misceret aquam vino domi, nec longo tempore ante missam. Probatur. Quia est ceremonia ecclesiae: spectans ad ministerium & officium ecclesiae. Ideo debet esse in ecclesia: & hora qua missarum solennia sunt celebranda: vt significantur illi effectus sacramenti, ad quos significandos institutum est in ecclesia: vt aqua vino misceatur in Eucharistia.

DUBITATVR quarto, si vinum sit Limpha Dubium, an possit in illo consecrari sacramentum quam DICO quod ita, quandiu manet vinum, quia nō est de necessitate sacramenti, quod vinum sit purum, sicut neque quod sit Limphatum, sicut nec quod apponatur illi aqua. Sed appositiō aquæ est de necessitate præcepti ecclesiae, non autem de necessitate sacramenti.

DUBITATVR si vinum sit Limphatum, an de Dubio beat sacerdos nihilominus apponere aquā, quinque DICO quod ita (vt diximus) vt seruetur significatio quā vult ecclesia. Et dixi quod debet aqua misceri vino à sacerdote, vel à diacono in praesencia sacerdotis: vt moris est, & ritus ecclesiae. Et debet misceri hora, & tempore, & loco consueto: vt possit illa ceremonia significare ea mysteria, quæ ecclesia ibi representare intendit.

Articul. octauus

Vtrum aqua debeat in magna quātate apponi.

ADVOCATIO OCTAVI sic procedit. Videlicet. Videtur quod oporteat aqua in magna quantitate apponi. Si autem enim sanguis de latere Christi fluxit, ita & aqua. Unde dicitur Iohā. 19. Qui videt, testimonium perhibuit. Sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacramento, nisi in magna quantitate poneatur. Ergo videtur quod aqua debeat apponi in magna quantitate.

PRÆ-

PRAETEREA. Parua aqua multo vino admixta corrūpitur. Quod autē corruptum est iam nō est. Ergo idē est apponere parvum de aqua in hoc sacramento, & nihil apponere. Sed non licet nihil apponere. Ergo non licet parum apponere.

PRAETEREA. Si sufficeret parum apponere, per cōsequēs esset sufficiēs, quod gesta aquæ in totum dolium proiecetur. Sed hoc videtur ridiculum. Ergo non sufficit, qd parua quantitas apponatur.

SED CONTRA est, quod extra de celebrazione missarum dicitur. Pernitosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet quod in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur quam de vino: cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiae generalis, plus in ipso sit de vino quam de aqua ponendum.

R ESPONDEO dicendum, quod circa aquā adiunctam vino (sicut Innocen. 3. dicit in quadam decretali) triplex est opinio. Quidā enim dicit qd aqua adiuncta vino per se manet vino cōuerso in sanguinem. Sed hac opinio stare nō potest: quia in sacramento altaris post consécrationem nihil est, nisi corpus & sanguis Christi (sicut enim Ambro. dicit in lib. de officijs, ante benedictionē illa species nominatur, post benedictionē corpus Christi significatur) alioquin non totum adoraretur cōveneratione latris.

ET ideo alij dixerūt, qd sicut vīnū cōvertitur ī sanguinem, ita aqua cōvertitur ī aquā quae de latere Christi fluxit. Sed nec hoc rationaliter dici potest: quia secundū hoc, aqua seorsim consecraretur à vīno, sicut vīnum à pane.

ET ideo sicut ipse dicit, aliorū opinio probabilior est: qui dicit aquā cōverti ī vīnū, & vīnū ī sanguinem. Hoc autē fieri nō posset, nisi adeo modicū apponetur de aqua, quod cōuerteretur ī vīnū. Et ideo semper tutius est parū de aqua apponere, & præcipue si vīnū sit debile, quia si tā fieret apposito aquæ: vt solueretur species vīni, nō posset perfici sacramentū. Unde Iulius Papa reprehendit quos-

dam: qui pannum lineum musto intinctū, per totum annum seruant, & in tempore sacrificij aqua partem eius lauant, & sic offerunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sufficit ad sacramenti huius significationem, quod sentiatur aqua cum apponitur vīno. Non autem oportet quod sit sensibilis post mixtionem.

AD SECUNDVM dicendum quod si aqua omnino nō apponetur, totaliter excludetur significatio. Sed cum aqua in vīnū conueretur, significatur quod populus Christo incorporatur.

AD TERTIUM dicendum, quod si aqua apponetur dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramenti. Sed oportet aquam vīno apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

HIC ARTICULVS mouetur 3. S. Th. propter aliquos pessimos ritus aliquorū hominū nouitatis & singularitatis amatorū, qui nobat ecclesiae cōsuetudinē tenere: que parua aquæ quantitatē vīno in Eucharistia apponit. Sed fuerūt qui in maiori quātate aquā apponebāt in Eucharistia quā vīnū. Quos arguit Honorius 3. extra de celebra. missa. cap. Pernitosus. Vbi sic ait. Pernitosus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet quod in maiori quātate de aqua ponitur in sacrificio quā de vīno: cū secundū rationabilem consuetudinem ecclesiae generalis, plus in ipso sit de vīno quā de aqua ponendū. Ideo fraternitati tua mādamus, quatenus id non facias: nec in provincia tua fieri patiaris. Hec Honorius 3. Vnde colligitur cōclusio. S. Th. quod aqua debet apponiri in Eucharistia in parua quātate. Quod etiā docet Innocentius 3. extra de celebra. missa. cap. Cū marthā. versiculo. Quæsiuisti. Alij autē pannū lineū habebāt madefactū musto per totū annū in A Egypto, & quotidie partē vīnam parua aqua lauātes, in illa ablutione Eucharistia conficiebant. Quos reprehendit Iulius Papa de conse. cra. d. 2. cap. Cū omne crīmē. Et conclusio probatur. Quia cum Eucharistia materia necessaria, (quo ad sanguinis consécrationē) sit tantū verū vīnū, qui apponere magnā quātate aquæ, exponit se periculo corrumpendi vīnum: & ita non faciendi sacramentum.

SECUNDA cōclusio. S. Th. hic est, qd aqua apponita in parua quātate conueretur in vīnū: & deinde vīnū in sanguinem Christi. Qd etiā pbac. Iuno. i illo ca. citato, Cū marthā. Et pbafratice, R. Quia

Quia vinum cum sit in maiori quantitate, cōuerit aquam in se: cum eius virtus excedat resistentiam aquae. Vnde colligitur, quod deberet omnes sacerdotes cōponere calicem in initio missæ, sicut sit in ordine fratrum Prædicatorum, ut sit tēpus quo natura possit agere; quia non potest agere in instāti. Et si vinum debet cōuertere aquam in se, indiget tempore. Ideo melius erit, ut præcedat notabilis morta temporis, ante quam sacerdos sacramentū cōficiat.

Quæstio .xvj.

De conuersione panis & vini, in corpus & sanguinem Christi.



EINDE. Considerandum est de conuersione panis & vini, in corpus & sanguinem Christi. Et circa hoc queruntur octo.

PRIMO. Virum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem, an solum secundum figuram, vel sicut in signo.

SECVNDO. Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis et vini post consecrationem.

TERTIO. Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinā materiā resoluatur.

QUARTO. Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.

VINTO. Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini.

SEXTO. Vtrum facta consecratio, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

SEPTIMO. Vtrum ista cōuersio fiat in instati.

OCTAVO. Vtrum hac sit falsa ex parte corpus Christi.

Articul. primus.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.



D PRIMM. Sic proceditur. Videtur, quod in hoc sacramento non sit corpus Christi secundum veritatem, sed solum secundum

figuram, vel sicut in signo. Dicitur enim Iohannes. 6. qd cū dominus dixisset. Nisi manducaueris carnem filij hominis, et biberis eius sanguinem, non es multi ex discipulis eius audiētes, dixerūt. Durus est hic sermo. Quibus ipse dixit. Spiritus est qui vivificat, caro non pdest quicquam, quasi diceret (secundū expositionē Augusti. super psalmū. 98.) spiritualiter intellige te quæ locutus sum. Non hoc corpus qd videtis manducaturi estis, et bibit uillū sanguinem, quē fusuri sūt, qui me crucifigēt. Sacramentū aliqd vobis cōmēdāui, spiritualiter intellectū vivificabit vos: caro autē non pdest quicquam.

PRÆTEREA. Dominus dicit Matth. ultimo. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationē seculi. Quod exponens Augustinus dicit. Donec seculū finiatur, sursum est dominus: sed tamen nobis cū est veritas domini. Corpus enim in quo surrexit, in uno loco oportet esse: veritas autem eius ubique diffusa est. Non ergo secundum veritatem est corpus Christi in hoc sacramento: sed solum sicut in signo.

PRÆTEREA. Nullū corpus potest esse simul in pluribus locis, cū nec angelo hoc cōueniat: tali enim ratio posset esse ubiq;. Sed corpus Christi est verū corpus, et est in celo. Ergo videtur quod nō sit secundū veritatem in sacramēto altaris: sed solū sicut in signo.

PRÆTEREA. Sacramenta ecclesia ad uelitatem fideliū ordinantur. Sed secundū Gregorii in quadā homilia, Centurio reprehēditur, quod querebat corporalē Christi presentiā, Apostoli etiā impediebātur recipere spiritū sanctū, ppter hoc quod affecti erāt ad eius praesentiā corporalē: ut August. dicit super illud Ioh. 16. Si nō abiero paracletus non veniet ad vos. Non ergo Christus secundū praesentiā corporalē est in sacramento alearis.

SED CONTRA. est. quod Hilarius dicit in s. de Trinitate. De veritate carnis & sanguinis Christi, non est relictus ambigendilocus: nunc enim & ipsius domini professione, fidei nostra, caro eius vere est cibus,

cibus, & sanguis eius vere est potus.

ET Ambrosius dicit. s. de sacramentis. Sicut verus Dei filius est dominus Iesus Christus: ita vera Christi caro est quā accipimus, & verus sanguis eius est potus.

RESPONDEO dicendum, quod verus corpus Christi & sanguinem esse in hoc sacramento, sensu deprehendi non potest: sed sola fide, que auctorati diuinæ insitetur. Unde super illud Luce. 22. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, dicit Cyrius. Non dubites an hoc verum sit: sed potius suscipe verba salvatoris in fide. Cum enim sit veritas: non mentitur.

HOC autē conuenies est. Primo quidē propter perfectionē noue legis. Sacramenta enim veteris legis illud verū sacrificium passionis Christi continebant solū in figura: secundum illud Hebre. 10. Umbra habēs lex futurorum honorū, non ipsam rerum imaginē. Et ideo oportuit, ut aliquid plus haberet sacramentū nouae legis à Christo instituū: ut scilicet contineret ipsum Christum passum, non solum in significacione vel figura, sed etiam in rei veritate. Et ideo hoc sacramētum quod ipsum Christum realiter cōtinet (ut Dionysius dicit. 4. cap. Ecclesiastice hierarchia) est perfectum omnium aliorum sacramentū, in quibus virtus Christi participatur.

SECVNDO. Hoc cōpetit charitati Christi, ex qua pro salute nostrā corpus verū nostrā naturā assumpit. Et quia maxime proprium amicitiae est cōiuovere amicos (ut philosophus dicit. 9. Ethic.) sui praesentiā corporalem nobis repromittit in primum, dicit Matth. 24. Ubi fuerit corpus, illuc cōgregabūtur & aquila. Interim tamē nec sua praesentia corporalē nos in hac peregrinatiō destituit: sed per veritatē corporis & sanguinis sui, nos sibi cōiungit in hoc sacramēto. Unde ipse dicit Iohannes. 6. Qui manducat meā carnem, et bibit meū sanguinem, in me manet, et ego in eo. Unde hoc sacramētū est maximā charitatis signū, et nostra spes subleuansē, ex tā-

familiari cōiunctione Christi ad nos.

TERTIO. Hoc cōpetit pfectiō fidei, quae sicut est de diuisitate Christi, ita est de eius humanitate: secundū illud Iohannes. i. 4. Creditis in Deū, et ī me credite. Et quia fides est inuisibilis, sicut diuinitatē suā nobis exhibet Christus inuisibiliter, ita et in hoc sacramento carnum suā nobis exhibet inuisibili modo.

QUARTO. quidā nō attendētes, posuerūt corpus & sanguinem Christi non esse in hoc sacramento, nisi sicut in signo: quod est tanquam hereticū abiiciendū, ut pote verbis Christi contrariū. Vnde & Berengarius qui prius huius erroris author fuerat, postea coactus est suum errorē revocare, & veritatē fidei cōficeri.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex hac auctoritate predicti heretici occasionē errādi sumserūt, male verba Augustini intelligētes. Cū enim Augustinus dicit, nō hoc corpus quod videtis manducaturi estis: non intendit excludere veritatē corporis Christi, sed quod nō erat manducandū in hac specie, in qua ab eis videbatur. Per hoc autē quod subdit, sacramētū vobis aliquod cōmendāsi, spiritualiter intellectū vivificabit vos, nō intendit quod corpus Christi sit in hoc sacramēto solū secundū mysticā significacionē, sed spiritualiter dici. in passibiliter, & per virtutē Spiritus sancti. Vnde super Iohannē, exponēs id quod dicitur, Caro nō potest quicquam dicit. Sed quomodo illi intellexerūt? Carnē quippe sic intellexerūt, quomodo incadare dilamatur, aut in macello venditurn: non quomodo spiritu vegetatur. Accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum. Nam si caroni bil prodebet, verbum caro non fieret: ut habitaret in nobis.

AD SECVNDVM dicendum, quod verbum illud Augustini et omnia similia, sunt intelligenda de corpore Christi, secundū quod videtur in propria specie (secundū quod etiam ipse dominus dicit Matth. 26. Me autem non semper habebitis) inuisibiliter tamen sub speciebus huius sacramenti

Rū est ubi-

est, & bicūque hoc sacramentum perficitur.
AD TERTIUM dicendum, quod corpus Christi non est eo modo in hoc sacramento sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuratur: sed quodam specia limodo, qui est proprius huic sacramento. Unde dicimus, quod corpus Christi est in diuersis altaribus: non sicut in diuersis locis, sed sicut in sacramento. Per quod non intelligimus, quod Christus sit ibi solum sicut in signo, licet sacramentū sit in genere signi: sed intelligimus corpus Christi hīc esse (sicut dictū est) secundū modū propriū huic sacramento.
AD QVARTVM dicendum, quod ratio illa procedit de præsentia corporis Christi, prout est præsens per modū corporis, id est, prout est in sua specie visibili: non autem prout est spiritualiter, id est invisibiliter, modo & virtute spiritus. Vnde Augustinus dicit super Iohā. Si intellexisti spiritualiter verba Christi de carne sua, spiritus & vita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & vita sunt: sed tibi non sunt.

IN HOC primo articulo diuus Thomas scribit tres conclusiones. Prima est in principio articuli, quæ sic habet. Verum corpus & sanguinem Christi esse in sacramento Eucharistie, non potest sensu deprehendi: sed sola fide. Hæc probatur statim testimonio diuī Cyrilli, qui super Lucā. 22. sic ait, super illud verbum Christi, Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Non dubites an hoc verū sit, sed potius suscipe verba salvatoris in fide: quia cum sit veritas non mentitur: **SECVNDA** conclusio est. Conueniens est corpus Christi esse in sacramento Eucharistie secundū modū veritatem. Hanc probat tribus rationibus distinctis satis, ideo vide eas in litera.

TERTIA conclusio est. Dicere quod corpus Christi & sanguis non sunt in hoc sacramento, nisi sicut in signo: est tanquam hæreticum abiiciendum. Probatur. Illud quod contrariatur verbis Christi: est tanquam hæreticum abiiciendum. At dicere corpus & sanguinem Christi esse in sacramento solum tanquam in signo, contrariatur verbis Christi. Ergo est tanquam hæreticum abiiciendum. Minor, quod contrarietur verbis Christi, probatur Iohā. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et in cena (ut referunt euagelistæ) Accipite & māduate, hoc est corpus meū. Quæ non poterat vera esse nisi ibi esset vere & realiter corpus Christi. Ergo hæreticū est dicere, quod est ibi solū sicut in signo.

SECVNDO. Probatur. Quia Berengarius habuit errorē illū, nēpe, quod corpus Christi nō est in sacramento, nisi sicut in signo, & fuit coactus à pontificib⁹, & viris pijs, & doctis reuocare illū errorē. Ergo hæreticū est dicere, quod corpus Christi est solū sicut in signo in Eucharistia. Ergo catholicum & de fide est, dicere quod est ibi vere & realiter. Et cōfiteretur Berengarius catholicam hanc veritatem. Ne cōsecre. d. 2. cap. Ego Berengarius, ut infra pres̄ius tractabimus.

HAEC q̄raestio tractatur à Magistro sententiarū in. 4. d. 10. cap. 1. Et mouetur ppter hæreticos, qui circa hoc errauerunt: & saepe, & à multis fuit hoc disputatū. Et hæretici dicebāt, quod Christus erat in hoc sacramento sicut in signo, & nō vere. E T prius hæresis incepit tépore Christi redemptoris, quādo Ioha. 6. dixit. Nisi māduaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitā in vobis. Dixerūt aliqui discipuli. Durus est sermo hic, & quis potest eum audire? Et recesserūt ab eo, & remāsit solū cum duodecim, quos instruxit. Et hoc dicit diuus Augustinus super psalmū. 54. & habetur de cons. cera. d. 2. cap. Prima quidem.

SECVNDO. Guido Carmelita in suo libro, vbi refert errores Armenorum: dicit quod Armeni habuerunt istum errorē. Nescio si hoc est verum: quia nullus aliud hanc hæresim impunit Armenis.

TERTIO. Anno millesimo post Christi aduentū, surrexit quidā Berengarius natione Gallus, diaconus ecclesiæ sancti Mauricii Andegauensis diocesis (& cōmūniter habetur ex historijs, quod post institutionē huius sacramenti, primus qui habuit istū errorē fuit hic Berengarius, & ita dicit S. Th. hic in fine huius articuli: quia illud quod retulimus de illis discipulis Christi, qui à domino recesserūt, fuit ante institutionē Eucharistie) quo errore multos Gallos infecit.

PROPTER hūc errorē Leo nonus tunc Pontifex maximus, cōgregauit cōcilium Vercelis provinciæ Sabandiaæ, & vocavit Berengariū & complices suos: & cū nollent venire, perpetuo eos damnauit Anathemate, nisi cito resipiscerent. Deinde paucō post modum interie&to spacio, mortuo Leone. 9. mansit Berengarius in suo errore: & successit Victor. 2. Qui propter eundem errorē Turonis concilium cōgregauit. Et vocatus Berengarius conuictus ibi fuit a viris doctis: sed inde exiens reuersus fuit ad suum errorē. Deinde mortuo Victore. 2. successit Nicolaus. 2. pontifex maximus in ecclesia. Qui propter eundem errorē Romæ congregauit conciliū, & vocavit Berengariū: qui a doctis viris conuictus reuocauit errorē suum publice & solēniter: ut habetur de cōsecr. d. 2. c. Ego Berengarius. Et dicit Gagninus historicus, quod iterū rediit ad errorē suum: & rursus fuit vocatus Romā, & rursus abiurauit hæresim, & tandem mansit in vera fide:

RVR-

RVRVS post annos centum dicit Bernardus de Luzeburgō, quod surrexit quidā Almaricus nomine: qui dicebat, quod non erat Christus in hoc sacramento plusquam in alijs creaturis. Deinde post alios centum annos surrexit Vuiclephus, qui suscitauit illum errorē: & condemnatur in cōcilio Constantiensi Sessione. 8.

TANDEM in isto nostro tépore surrexit OEcō Lampadius: qui suscitauit hunc errorē, iam à tot annis sepultum. Et dicit quod illud verbum, hoc est corpus meum, accipitur loco huius, hoc significat cōpus meum. Probat à simili, sicut Paulus dicit. 1. ad Corinth. 10. Petra autē erat Christus. Vbi Apostolus v̄sus est tropo. Et tantudem est dicere Petra autem erat Christus, id est Petra significabat Christus.

CONTRA istum errorē scripserunt multi vi-ri docti & pijs. Primo scripsit Iodocus Clitoueus in propria materia de sacramento Eucharistie. Secundo. Scripsit Thomas Vualdensis in lib. De sacramentis à cap. 21. per aliquot capita. Tertio. Scripsit Ioānes Driedonis lib. 4. cap. 5. & 6. Quar to. Scripsit Ioānes Echius in Inchiridio, in proprio titulo De sumptione Eucharistie sub vtrac specie. Est igitur cōclusio de fide, quod in sanctissimo sacramento Eucharistie est corpus Christi vere & realiter.

Dubium. primum. **S**ED an possit hoc probari ex sacris literis? Dicit Caietanus super hūc articulum quod non, sed ex ecclesia. Quia non appetet (inquit) coactuum aliquod ad intelligendum illa verba. Si hoc est corpus meum propriū: sed si proprie intelligantur est ex ecclesia.

EGO autē dico quod hoc est falsum, & male dictū. Probatur. Quia si sic interpretari licet hoc verbū, est, in scriptura, pro significat: daretur magna ansa hæreticis ad defendendas suas hæreses. Et ita Manichæi, & alij qui dicebant quod Christus non erat Deus, non possent conuinci à fideli bus: quia dicent ad illud, Deus erat verbū, & verbū caro factū est, & similia, id est, Deus significat verbū, & verbū significat carnē. Vnde nūquā haberemus sensu propriū in scriptura, aquo posse mus habere efficax argumētū ad aliqd pbandū.

SECVNDO. Dico quod ex scriptura probatur. Et unus locus est ille Lucā. 22. & Matth. 26. & Marci. 14. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Quem locū semper sic intellexerūt sancti in proprio sensu verbōrum, & non in Metaphorico. Et late Ambrosius. 8. libro De sacramentis.

SECVNDVS locus est Iohā. 6. dicit Christus. Ego sum panis viuus qui de cōelo descēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternū. Et rursus. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et rursus litigātibus Iudæis, & murmurantibus, quomodo potest hic dare nobis carnem suam. &c. dicit Christus: Amen dico vobis, nisi māduaueritis carnē filij hominis, & biberitis cius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Hæc verba, dabo, & manducabitis, non possum exponi per significat: quia sic esset torquere omnem scripturam, quod ridiculū esset. Et rursus ibidem (ne esset locus ad dicendū, quod adhuc caro non accipitur propriū) dicit Christus. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vbi etsi dedita opera vellet satisfacere huic questioni, & remouere has Amphibologias: non posset clarius dicere quā hoc modo. Caro māca vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quod si caro Christi tantum est significatiue in hoc sacramento: non est vere cibus; sed significatiue. Et ita non esset verum quod Christus dicit: Caro mea vere est cibus &c. Nec dabit nobis carnem suam vt promittet: sed tātum daret signū carnis sui. Ergo decepit nos, quod impium esset dicere. Nec esset verum quod comedimus carnē suam, vt ipse p̄cipit: sed signū carnis suae.

TERTIVS locus est Matth. 6. vbi in oratione dominica sic dicitur. Panem nostrū super substātiālē Danobis hodie. Quod nō potest intelligi nisi de corpore Christi. Et sic intelligunt sancti. Nā panis materialis non dicitur sup substātiālis. **QVARTO.** Paulus. i. ad Corinth. 10. reprehēdit eos qui irreuerēter tractant, eo quod in alijs non est Christus vere realiter, sicut in hoc sanctissimo sacramento Eucharistie.

QUINTO. Paulus. i. ad Corinth. 11. dicit; quod qui lāment hoc sacramentū: debet se probare. Et qui manducat non probati: non dijudicant corpus domini ab alijs cibis. Ergo vere est ibi. Quia si solū esset ibi tanquam in signo: manisset alijs cibis qui antea erat. Ergo nō reprehenderet Paulus illos, propterea quod nō dijudicabat, id est distinguebat corpus Domini ab alijs cibis prophanis.

SEXTO. Sic determinatur in cōcilio Cōstantiensi contra Vuiclephū. Et ita in prima synodo Ephesina. Quæ cōcilia semper intellexerūt predicta loca in ppria significatiue. Ergo ex scripturis sufficiēter probatur catholicā conclusio.

SEPTIMO. Sic habetur extra de summa Trinitate, & fide Catholica cap. Firmiter. Vbi dicitur, quod in Eucharistia corpus & sanguis Christi veraciter continentur.

OCTAVO. Sancti hoc idem sine aliqua contradictione semper confessi sunt.

NONO. Ita determinatur extra de celebra missa. cap. Cum Marthæ. Vbi verba Euangeliū proptere intelliguntur, & non Metaphorice.

SEUDO aliqui etiā inter fideles dubitant, quod illud Matth. 6. (Panē nostrū super substātiālē) intelligatur de corpore Christi in sacramento. Sed Hieronymus ita intelligit. Et Ambrosius lib. 5. De sacramentis. cap. 4. ait. Dixi vobis quod ante R. iiiij verbum

verbum Christi, quod offertur panis dicatur: post verba autem Christi, iam non panis, sed verum corpus Christi. Ita etiam intelligit Cyprianus in expositione orationis dominice super illum locum. Sic etiam intelligit Augustinus de sermone domini in monte. Licer sit probabile, quod ad literam habeat aliud sensum de pane materiali quotidiano. ALII autem dicunt, quod totum illum quod dicitur Iohannes 6. de hoc sacramento, intelligitur de mandatione spirituali, nempe per fidem, & per gratiam, & per deuotionem. Sed sancti semper intellexerunt sine controvèrsia locum illum de reali mandatione, & ecclesia etiam in locis citatis.

SECVNDO. Dicunt alii, quod illud quod dicit Iohannes in illo capitulo, intelligitur de quadam mandatione spirituali, scilicet illa qua quis adorat, & vult recipere hoc sacramentum: sed propter infirmitatem non potest.

SED quod illa quæ Iohannes dicit capitulo, intelligantur de mandatione reali Eucharistie: probatur. Quia alias multi manducarent hoc sacramentum ante eius institutionem: quia multi crediderunt ante institutionem huius sacramenti in ea quæ Christus dicebat. Et tamen non manducauerunt. Ergo. Minor probatur. Quia dominus dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est pro munere vita. Ergo nondum panis ille erat manducatus. Ergo nondum manducaverant.

SECVNDO. Quia si illa intelligebatur de spirituali mandatione: non scandalizarentur Iudei & Christi discipuli, cum dominus dixit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quia dominus non continebat discipulos suos, & declararet illis statim, quod de spiritu mandatione loquatur.

TER TIO. Si illa intelligitur spiritualiter. Ergo patres antiqui veteris legis manducauerunt spiritualiter carnem domini, sicut nos: quia etiam crediderunt. Quod tamē falsum est: quia dominus dicit Iohannes 6. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Ergo. &c.

QVARTO. Est nimis violenta exposicio dicere, quod credere est manducare: sicut si dices, bibere est amare, vel sperare.

QVINTO. Non esset differētia inter manducare & bibere, quia tamē ponit dominus dices. Ni si manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem. &c. Antecedens probatur: quia verumque est credere.

SEXTO. Deus potest ponere sic corpus suum sub speciebus panis. Et supposito quod fecit, quibus verbis melius illud explicare posset, quam illis quibus explicuit. Ergo verba illa accipienda sunt in propria significatione.

SEPTIMO. Si Christus est tropice solus in Eucharistia: nullā habet Eucharistia excellentiam supra manna. Quod est contra illud dictum dominum: Non sicut manducauerūt patres vestri manna &c.

Et Ambrosius in libro De his qui ministerijs initiantur capitulo 8. & 9. ponit multas excellentias in Eucharistia super manna.

OCTAVO. Quod dicitur de aliquo tropice, nūquam dicitur absolute de illo: sicut leo quia dicitur tropice de Christo, non dicitur absolute de illo, sed cum addito, leo de tribu Iuda. Sed absolute dicitur de Eucharistia, quod est corpus Christi. Ergo est ibi vere corpus Christi, & non tanquam in signo. Et haec Catholica veritas nostro seculo definita est à cōcilio Tridentino, in Decreto de sacramento Eucharistiae. ar. 1. qui sic habet. Si quis negaverit in sacramento Eucharistie cōtineri vere realiter & substancialiter corpus & sanguinem, una cum anima & divinitate domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum. Sed dixerit tantummodo in eo esse, ut in signo vel in figura, aut virtute. Anathema sit.

DUBIUM secundum. **VBITA TVR** secundo, an sit articulus fidei, quod Christus est vere & realiter in hoc sacramento. Videlur quod non: quia non connumeratur inter articulos fidei.

AD hoc respōdet. S. Th. 2. Secundum, q. 1. ar. 3. ad. 6. quod in Eucharistia duo possunt cōsiderari. Primum est, quod Eucharistia est sacramentum: & dat gratiam. Et ita cōtinetur in illo articulo. Credo sanctam ecclesiā: quæ dicit, & tenet omnia sacramenta dare gratiam. Alio modo cōsideratur Eucharistia, secundum illud miraculum quod ibi fit. S. secundum quod ibi continetur corpus domini. Et secundum hoc reductum ad illum articulum de omnipotētia Dei. &c. Credo in Deum patrem omnipotentem. Sed videtur quod. S. Th. non categorice respōdet.

IDEO dico, quod non est specialis articulus, secundum. S. Th. cum non dicit specialē difficultatē: sed includitur in alijs articulis. Dicit Scotus in 4. d. 10. q. 1. quod est articulus fidei. Quod verum est, loquendo de articulo fidei pprie, vel reducītive.

SECVNDO. Dico quod absolute dicendum est, quod credere corpus Christi esse veraciter in hoc sacramento est articulus fidei. Et ita dicit Iodocus Clitoueus. Et probatur. Quia ad articulum requiritur & sufficit, quod proponatur omnibus Christianis credendum: & quod ita declareretur ab ecclesia, & quod habeat nouam & peculiarem difficultatem in fide. Sed haec tria habet Eucharistia, quod proponitur omnibus Christianis credendum, quod corpus Christi vere & realiter est in Eucharistia, cum duabus alijs. Ergo est articulus fidei. Et quod omnes Christiani tenentur illud credere, probatur per illud Pauli. 1. ad Corinth. 11. vbi omnibus dicit. Probet autem seipsum homo. Ergo omnibus proponitur credendum. Ergo est articulus fidei, licet non distinctus ab alijs: ut dicit. S. Th. Sed Scotus & Clitoueus dicunt pprie dictā definitionē, quod est distinctus articulus. Quod est probabile. Et probatur ex illo Decretum. d. 2. cap. Ego berengarius. Et extra De celebratione missarū. ca. Cū marthæ. Et extra De summa Trinitate, & fide Catholica. cap. Firmiter?

Ex quibus omnibus sequitur, quod heut est pessima heres dicere, corpus Christi verum non esse in hoc sacramento, ita est pessima heres dicere, quod Ecclesia fuerit in tanto errore per tot annos. si quod panis adoraretur pro vero Deo (quod est magna idolatria) si ita esset, ut dicunt isti heretici, quod corpus Christi non est in Eucharistia realiter. Tamen dicunt heretici, quod Deus volunt illuminare ecclesiam, mittendo Berengarii, & Vuicelphū, & alios hereticos: quos ecclesia negliguit recipere. Sed hoc nihil valer. Quia non est apparent, quod Deus misericordia idiotas pessimos viros ad docendū ecclesiam, contra authoritatem omnium sanctorum, & virorum qui miraculis claruerunt: & illi pessimi heretici erant viri perdit, sine miraculis, & pleni malis moribus. Et etiam non est apparētia, quod misericordia Deus viros illos pessimos contra authoritates sanctorum scripturarū: quae satis manifeste dicit, Christi corpus vere esse in Eucharistia: ut ostendimus.

SECVNDO. Quia si ecclesia cum eis (per impossibile) cōsentiret, ipsi oppositū dicere: quia non intendunt nisi ab ecclesia dissentire. Nota etiā solutiones ad primū & 2. argumentum. S. Th.

DUBIUM quartum. **VBITATVR** circa tertium argumentum. S. Th. an per diuinā potentiam possit unum corpus ponere in pluribus locis circumscriptione vel diffinitiue. Hac questione tractatur a doctoribus in 4. d. 10. & 11. Ad quam questionem dicit hic S. Th. ad. 3. quod non. Idē & clarius dicit in 4. d. 10. q. 1. ar. 1. ad. 5. & in 4. d. 4. q. 2. ar. 2. q. 3. ad. 4. & quolib. 3. arti. 1. Et in omnibus his locis dicit, quod nec angelū, nec aliud ens potest Deus ponere in duabus locis diffinitiue, aut circumscriptione. Idē dicit P. P. q. 5. ar. 2. specialiter de angelis, quod non potest angelus esse in duabus locis. Et hæc fuit opinio antiquorum: & credo quod fuit omnium ante Scotum. **CVM.** S. Th. tenet Durand. 4. d. 10. q. 1. & clarius. d. 11. q. 1. Idē Héribicus de Gádauo quodlib. 9. q. 31. Idem Gofredus quodlib. 3. q. 4. Idem Egidius Romanus. Et hæc erat communis opinio tempore S. Th. quia quādo sunt opiniones in contrarium, adducit illas. S. Th. quod hic non facit. Ideo argumentum est, quod suo tempore omnes habebat illam sententiam quam ipse haberet: quia in omnibus locis citatis respondet absolute negative, quod non potest fieri.

ALIA est opinio Scoti in 4. d. 10. q. 2. vbi dicit, quod Deus potest ponere unum corpus in duabus locis diffinitiue & circumscriptione: & multo magis unum angelum. Idem dicit Gabriel. d. 10. q. 1. Idem Marsilius in 4. q. 7. Idem Iohannes Maior in 4. d. 10. q. 4. Et hanc communiter sequuntur recentiores opiniones hoc nostro seculo.

IDEO pro solutione huius questionis est notandum, quod hæc questione potest esse solum de re, & potest esse solum de nomine. De nomine esset si quis per esse diffinitiue vel circumscriptione in

loco intelligat, quod ita sit in hoc loco quod non sit extra hunc locum. Et tunc nulla esset difficultas: quia certum est, quod si esse in loco circumscripsiōne vel diffinitiue in se includit, ita esse hic quod non sit extra hunc locum, non posset ponere res aliqua circumscripsiōne vel diffinitiue in duobus locis, quia repugnat tali significatiōni, & nec Deus illo modo est in duobus locis: quia nullibi est ita, quod non sit extra talē locum. Et dicunt aliqui Thomistæ quod sic intellexit. S. Thoma.

SED ego credo, quod. S. Th. non solum sic intellexit: quia in hoc non erat difficultas. Sed etiā intellectus de re, id est an eadem res simul possit esse Conimbricensis (exempli gratia) & Romæ: hic legens, & Romæ comedens. Et probatur quod hæc sit mens. S. Th. Quia. S. Th. non petit an Deus possit ponere eandem rem circumscripsiōne vel diffinitiue in diversis locis. Sed an posset Deus pone-re eandem rem localiter, in diversis locis, id est, quod vere sit res in pluribus locis realiter, id est modo reali, & non modo spirituali: ut dicit hic ad 3. de sacramento.

IDEO opinio. S. Th. est, quod Deus non potest ponere idem corpus in pluribus locis localiter, id est, quod in utroque sit extensum in ordine ad locum, vel quod sit res se habens suo modo naturali in ordine ad locum in pluribus locis simili.

SED contra. Deus potest facere quicquid non implicat contradictionem. Sed ponere idem corpus in pluribus locis non implicat. Ergo. Minor probatur: quia omnia arguunt contra hoc possunt solutiones. Ergo non implicat contradictionem: quia ex illo non sequuntur contradictiones & veritas nec falsa.

SECVNDO. Quia facilius est, quod Christus sit in duabus locis naturaliter, quā super naturaliter. Sed potest esse super naturaliter in pluribus locis, aut in uno naturaliter, & in alio supernaturaliter: ut in Eucharistia & in cœlo. Ergo etiam naturaliter potest esse in pluribus locis.

TER TIO. Non est maius inconveniens quod sint duo corpora simul quam unum in pluribus locis. Sed duo corpora possunt esse simul: ut cum Christus exiuit à monumento clauso. Ergo unum corpus potest esse in pluribus locis.

QVARTO. Probatur hoc ex miraculis: quia sibi Christus apparuit sanctis in terris: & non videtur verisimile, quod reliquerit tunc beatos. Sicut quando apparuit Petro egredienti a Româ, & dixit, vado Romam iterum crucifixi.

QVINTO. Idē videtur de Beata Virgine, de qua dicitur in multis historijs quod apparet multis. Et verisimile est, quod non desinit esse in cœlo. Major dicit, quod corpus sancti Vincentij aliqui dicunt esse Valentinum: & alij quod est Abulæ. Et Toletani dicunt se habere corpus Sancti Ildefonsi & Senecensis dicunt quod ipsi habent. Et Major dicit, quod forte illa corpora sunt in duobus locis. Hæc contra S. Thomam, nec sunt maiora argumenta pro alia opinione: quæ tenet partē affirmatiū.

R. iiiij Ad que-

Ad quæ non erit difficile respondere: vt infra faciemus.

SED pro S. Thom. contra aliam sententiam sive arguenter. Prius. Dato opposito quod alij dicunt: sequeretur multa repugnantia intellectui: vt probabo. Ergo non est vera alia opinio.

SECVNDO. Primum inconveniens quod sequeretur est, quod non haberemus evidentiam qd sint plures homines, aut plures lapides: quia cum Deus possit ponere unum hominem in pluribus locis, necimus an posuerit & appareat plures, & est unus tantum.

TER TIO. Quia sequeretur ex hoc, quod est probabile quod Angelus ex natura sua possit esse in pluribus locis: quia hoc per te non implicat. Ergo si ego dicam quod ex natura sua potest esse in pluribus locis: tu non poteris probare. oppositum, nec experientia, nec ex natura rei: quia tu fateris, quod simpliciter potest id fieri.

QVARTO. Supposita una opinione quā isti recentiores tenent, quod Deus non est extra cœlum, quod puto falsum: poterit Deus seipsum ponere in duobus locis. Ut si nihil sit supra cœlum per spacium duarum leucarū, & creet Deus ibi aliquid, iam erit ibi, & erit in cœlo. Et tamen non erit in medio: quia ibi nihil est (vt suppono) quia non est ibi locus verus. Ergo erit in duobus locis. Sed consequens non videtur verum: quia non appetet, quomodo ibi esset in duobus extremis & non in medio. Ergo nec aliam rem potest pone re in multis locis.

QVINTO. Dato opposito sequeretur quod eadem res simul haberet contraria: vt quod Romæ Petrus esset ad ignem, & calidus, & Comimbricæ ad hiemem & esset frigidus. Et in uno loco peccaret, & in alio moreretur. Et in uno loco mortuus esset & damnatus, & in alio viuus & in gratia.

SEXTO. Sequeretur quod unus homo haberet tantas vires sicut mille: & pugnaret pro mille, si ponatur in mille locis. Et ita unus solus homo esset exercitus totus si ponatur in multis locis.

IDEO propter has rationes dico, quod utraque opinio est probabilis. Et ad argumenta contra S. Thom. Dico ad primum, quod illa maxima quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere, potest intelligi dupliciter. Uno modo qd Deus solum illa potest facere, quæ non implicat contradictionem. i.e. ad quæ non sequuntur contradictionia esse vera, vel falsa. Et sic nego illam quia est falsa. Nam alia: Deus non potest facere: ad quæ non sequuntur contradictionia vera nec falsa. Et ita Deus non potest facere infinitum in actu, nec accidens substantiam, & si ex infinito vel ex hoc quod accidens sit substantia, non sequeretur contradictionia vera aut falsa.

SECVNDO. potest intelligi illa maxima, Deus potest facere omne quod non implicat contradictionem. i.e. omne illud quod non repugnat intellectui. i.e. quod non sit tale, quod ex terminis gene-

retur dissensus eius. Quia intellectus ex terminis non potest assentiri his quæ sequuntur ex hoc quod una res ponatur localiter simul in pluribus locis, aut quod detur infinitum: licet non sequatur contradictionia vera aut falsa. Et sic vera est maxima. Et forte hic erat sensus illius apud omnes antiquos. Et sic intelligitur illud Lucæ. i. Non est apud Deum impossibile omne verbum. i.e. ex verbo Dei non sequitur exterminis dissensus aliquis in intellectu. Ego autem credo quod sensus illius: Non est apud Deum impossibile omne verbum, est. i. non est impossibile quod ipse dixerit: quicquid dicat. Tunc ad argumentum. Non implicat quod Deus ponat eadem rem in duabus locis. Distinguo. Non implicat ita quod sequuntur duo contradictionia vera aut falsa: concedo. Non implicat. i.e. non repugnat intellectui: nego antecedens. Immo dato hoc, quod ponatur eadem res in diversis locis localiter sequuntur multa repugnantia: sicut dato infinito sequuntur multa falsa, vt quod pars sit æqualis toto, sicut in prima parte ostendemus.

IMMO HOC argumentum facit probabilius opinionem. S. Thom. Et arguo hoc modo. Si Petrus sit in duobus locis, Romæ. s. & Parisius, & vadat à Parisijs Romam, & sedeat simul cum Petro Romæ. Tunc sequitur quod poterit reuerti Parisius, & non poterit reuerti, manens tamē semper Romæ. Et probo quod poterit reuerti Parisius. Quia poterat reuerti ab uno passu ante quam attingeret se sedentem. Ergo etiā postquam peruenit ad se sedet: immo antequā adæquate submergetur in seipso Romæ. Et quod non possit reuerti à Roma Parisius, probatur. Quia iam cessauit miraculum, cum in se submersus fuerit.

SECVNDO. Sequitur, quod idem ignis existens Parisius naturaliter potest calefacere Romæ. Probatum. Quia supposito solo illo miraculo quod Petrus est Parisius & Romæ, & Parisius est ad ignem calefit etiam Romæ, esto ibi non sit ad ignem.

SED propter hoc argumentum & similia Scotus mouet dubium, an posito quod Petrus potest ponari à Deo in duobus locis, quicquid conueniat ei in uno loco, conueniat etiam in alio. i.e. si in uno loco est calidus sit etiam in alio. Et dicit quod relativa accidentia non conueniunt ei in omni loco, in quo est: quia in uno loco habet habitudinem ad aliqua alia entia, & in alio non. Sed accidentia absoluta, dicit quod ita: quia omne absolute quod conuenit ei in uno loco, conuenit in alio.

OPPOSITVM dicit Maior (nempe quod non omnia absoluta quæ conueniunt rei in uno loco conueniunt in alio) & credo quod hoc est verius. Et possent esse duas regulæ. Una qd absoluta affirmativa non conueniunt in omni loco illi rei, quæ est in pluribus locis: sed negativa ita. Et alia est, id quod dicit Scotus, quod absoluta conueniunt illi rei in omni loco, non relativa.

SUPPOSITO illo quod dicit Scotus, Petrus Pa-

risius calefit: & etiam Romæ fit calidus. Et non alio igne quam illo qui est Parisius. Ergo ignis qui est Parisius calefacit Romæ. Nec valet sibi cas, illud esse propter factū miraculum: quia requiritur nouani miraculū, vt ille calor qui producitur naturaliter Parisius, ponatur etiam Romæ. Et ego suppono quod non sit aliud miraculum nisi primum, quo Petrus fuit in duabus locis positus: & cætera omnia fiant naturaliter. Et certe siue teneatur cum Scoto, quod quicquid conuenit ei in uno loco de absoluſis conuenit in alio: siue teneatur oppositū cum Maiore, male possunt solui in conuenientia quæ sequuntur ad positionem rei in multis locis.

CONFIRMATVR. Quia si Petrus ponatur in mille locis, vel poterit in omni loco videre eammodo quo videt nūc in uno naturaliter. Si dicas quod ita, mirū est quod una potentia habeat tot visiones simul: cum una visio aliam impedit. Ut si in uno loco videat album & in alio pallidū. &c. Si dicas quod non. Ergo nec in uno alio, præter illum locū ubi est naturaliter, poterit videre: quia eadem est ratio de omnibus.

SECVNDO. Sequeretur quod possit simul multa adiscere. s. in uno loco Grammaticam, in alio Dialecticam, & sic de alijs multis.

TER TIO. Petrus positus sic miraculose in multis locis, vel nutritur in omni loco, vel non. Si dicas quod nutritur in omni loco. Probo quod est impossibile: quia Romæ per illam naturalem nutritionem acquireret materiam aliquam. s. a. Et tunc habebit etiam aliam materiam Romæ, quæ acquirit Parisius. s. b. quia est quoddam absolutum. Et secundum Scotum absolutum quod conuenit in uno loco illi Petro, conuenit in alio. Sed illa materia. b. acquisita Parisius, non potest ab aliqui causa naturali ponri Romæ. Et Deus non potest: quia (vt suppono) nullum aliud est miraculū nisi primum, quo Petrus fuit positus in multis locis. Ergo illa materia. b. non est Romæ. Ut si ponneret Deus Petru Romæ relicti in manu eius Conimbricæ: non posset ponri illa manus Romæ sine novo miraculo. Si dicas quod non nutritur in omni loco. Contra: Quia comedit & bibit in omni loco. Et non impedirent causæ naturales miraculose Ergo nutritur in omni loco.

QVARTO. Si post viginti annos quod est sic in duobus locis, veniat ad se ab uno ad alium locum, & iungat se. Quomodo vniuersit? An poterit amplecti a se inuicem? An poterit brachium erigere, & simul deprimere? Videatur quod non: quia non appetet quomodo faciet hoc.

QVINTO. Si ille Petrus potest portare in uno loco certum pondus, an poterit in omni loco in quo est portare tantum? Videtur quod non: quia est eadem potentia, quæ est solū vt centum. Ergo cū sit fatigata & ex hausta in uno loco non potest iā agere aliquid in alio. Ad hoc dicit Maior, quod quicquid potest ille agere in uno loco,

poterit agere in alijs. Et si in uno loco potest ambulare per certū spaciū in una hora: poterit pertransire illud, vel simile in alio ita eadem hora. Et ita de potentiā portatiua. Sed non videtur quomodo possit hoc fieri: vt arguebam.

SEXTO. Sequeretur quod ille Petrus in uno loco infirmaretur, & in alio bene haberet. Et in uno loco moreretur, & in alio vivet. Quæ cōcedit Maior, sed refutat intellectus. Quia tunc si venit ad se ab uno loco ad aliud, aut moretetur taliter, aut mansisset sanus. Non est maior ratio de uno quā de alio. Ergo nec moreretur, nec mansisset sanus, quod est mirabile. Ergo. &c.

IDEO propter hanc in conuenientia. Ad primum argumentum nego minorem. s. quod non implicat contradictionem: quia implicat, id est sequuntur multa absurdia ex hoc quod ponatur eadem res in pluribus locis, quibus intellectus non assentit nec intelliguntur.

AD Secundum argumentum nego antecedens: quia modus essendi in loco super naturalis, qualis est ille modus, quo Christus est in Eucharistia: non impedit existentiam in alio loco, nec ex illo sequi potest aliquod inconveniens ex predictis.

SECVNDO. Sequeretur quod possit simul multa adiscere. s. in uno loco Grammaticam, in alio Dialecticam, & sic de alijs multis.

TER TIO. Petrus positus sic miraculose in multis locis, vel nutritur in omni loco, vel non. Si dicas quod nutritur in omni loco. Probo quod est impossibile: quia Romæ per illam naturalem nutritionem acquireret materiam aliquam. s. a. Et tunc habebit etiam aliam materiam Romæ, quæ acquirit Parisius. s. b. quia est quoddam absolutum. Et secundum Scotum absolutum quod conuenit in uno loco illi Petro, conuenit in alio. Sed illa materia. b. acquisita Parisius, non potest ab aliqui causa naturali ponri Romæ. Et Deus non potest: quia (vt suppono) nullum aliud est miraculū nisi primum, quo Petrus fuit positus in multis locis. Ergo illa materia. b. non est Romæ. Ut si ponneret Deus Petru Romæ relicti in manu eius Conimbricæ: non posset ponri illa manus Romæ sine novo miraculo. Si dicas quod non nutritur in omni loco. Contra: Quia comedit & bibit in omni loco. Et non impedirent causæ naturales miraculose Ergo nutritur in omni loco.

AD Tertium concessio antecedente, nego consequentiam. Sicut non valet. Deus potest suscitare mortuum. Ergo potest ponere corporis aliquid in pluribus locis: quia ex hoc sequuntur in conuenientia absurdia: & non ex illo, vt probauit.

AD Quartum de miraculis, vt quid Christus apparuit. Petro, & etiam quid postea Christus apparuit Paulo, qui dicit quod in via Damasci videt dominum, & Ananias dicit Saule frater dominus Iesus qui apparuit tibi in via. &c. Dico pri mo, quod illa visio fuit imaginaria: vel si fuit vera reliquit cœlum. Si vere & realiter apparuit Christus Paulo, non mansit in cœlo pro tunc.

ET ad illud quod dicitur de Paulino, quod cum celebraret raptus est ad exequias Ambrosij: dico quod ex ipsa hystoria patet, quod non fuit positus in duobus locis: quia si mansisset illic in loco priori consummaret sacrificium; quod tamen non fecit. Ergo non mansit in priori loco.

DUBITATVR quarto, quomodo est confitit Christi in hoc sacramento: quia. S. Th. dicit ad. 3. quod est quod am spirituali modo, qui est proprius huic sacramento.

AD HOC responderet Gabriel & Maior vbi supra, quod est distinctivum & non circumscriptione: sicut angelus, in loco ubi est, est distinctivum, id est totus in toto, & totus in qualibet parte. Ita (dicunt) est corpus Christi in hoc sacramento.

SED hæc opinio non est vera. Quia tamen aliquæ esse

esse diffinitive in loco, est ita esse hic in tali loco; quod ex natura rei impeditur ne simul sit in alio loco: quia hoc est rem diffiniti loco, id est coarctari & contineri loco. Sed Christus ex hoc quod incipiat esse hic, non impeditur quin sit in alio loco. Ergo non est diffinitiae in hoc sacramento. Probo minorem. Quia per hoc quod incipit esse hic per consecrationem, non impeditur quin sit alibi. Sicut per hoc quod anima rationalis incipit informare nouam materiam; non impeditur quin informet aliam materiam; sicut cum incipit informare materiam nutrimenti, non impeditur quin informet materiam quam antea informabat. Ita per hoc quod corpus Christi incipiat esse hic in hoc sacramento, ex natura rei, nec definit esse in loco in quo antea erat; nec impeditur ne possit esse alibi, aut incipiat esse alibi, vel in alio sacramento.

Vnde per hoc quod Christus dedit sacerdotibus potestatem consecrandi, non dedit potestatem remouendi corpus suum à loco in quo est, & ponendi alibi. Sed ex natura rei solum dat potestam ponendi corpus suum in loco aliquo, scilicet in sacramento, esto maneat in alio vel alijs locis. Sed si daret potestatem ponendi corpus suum diffinitive in loco ex natura rei; esset dare potestate remouendi corpus suum à loco in quo est, & reponeendi alibi, scilicet in sacramento. Ergo in sacramento non est diffinitive.

Vnde est notandum, quod non est aliud miraculum in sacramento: nisi noua existentia qua incipiat esse in hoc sacramento. Nec hac existentia dependet ab alia, nec alia ab illa. Et hoc est etiam notandum ad absoluendum quādām questionē, quam inferius tractabimus, scilicet si Christus esset in sacramento, quādō mortuus fuit in Cruce, an moreretur in sacramento: ubi dicemus quod nō, quia illa existentia in sacramento non dependet ab alia existentia, quae est extra sacramentum.

ET hæc est opinio. S. Th. & opposita est istorū modernorum, qui ponunt duo miracula. Alterū quod Christus incipiat esse in hoc sacramento: & alterum quod maneat alibi extra sacramentum, vel in multis sacramentis: quod est miraculum quo una res ponitur in pluribus locis. Et, S. Th. non ponit nisi unum miraculum. scilicet quod Christus incipiat esse in hoc sacramento, sine dependentia à se, vel ab alio in alio loco, & sine alio miraculo: sed omnibus alijs relictis naturis rerum.

DURANDVS autem ubi supra, scilicet d. 10. q. 1. & clarius d. 11. q. 1. ponit quādā distinctionem dicens. Dupliciter potest aliquid esse in loco. Vno modo quando continetur in loco. Et hoc est proprius esse in loco. Et hoc modo suat in loco corporalia, & quātā: & quae sunt in quanto sicut anima rationalis. Alio modo est aliquid in loco, per hoc quod est præsens loco. Et ita dicit quod Deus est in loco improprie, & angelus etiā, qui secundum eum nec est in loco circumscripitive nec diffi-

nitive, sed per præsentiam, ut dictum est. S. Th. autem dicit quod angelus est in loco per operationem: & Durandus dicit, quod angelus est in loco per hoc quod est præsens loco, id est, quia potest operari in tali loco, nulla mutatione facta ex parte sui. Et ita dicit quod corpus Christi est in hoc sacramento nō diffinitive nec circumscripitive: sed præstrialiter, scilicet quia est præsens illis speciebus. SED iste modus Durandi non solum est falsus sed erroneus: quia nō ponit realem modum existendi Christi in hoc sacramento, ita quod sufficiat ad verificandum ea quae dicuntur de hoc sacramento: quia dicit quod solum est ibi per quendam ordinem & habituidinem ad species, sicut angelus est per ordinem quendam ad locum in ipso loco, qui non est modus realis existendi ibi: sicut Petrus non est realiter in pariete sibi propinquo, ad quē habet ordinem, & cui est præsens.

SECVNDO. Ad veritatem huius sacramenti non sufficit dicere, quod Christus realiter est in hoc sacramento præsens, sicut angelus in loco cui est præsens, ut dicit Durandus: excepto quod angelo repugnat esse alibi, & corpori Christi non. Probatur quod hoc nō sufficiat ad veritatem huius sacramenti. Quia per hoc quod angelus ponatur in illis speciebus (eo modo quo ponitur in loco per præsentiam) nō est verum dicere, hoc est angelus. Et ad veritatem huius sacramenti requiritur, quod tali modo corpus Christi sit in hoc sacramento: quod sit verum dicere, hoc est corpus Christi. Ergo ad veritatem sacramenti non sufficit realem ponere præsentiam corporis Christi in sacramento.

TER TIO. Esto Deus poneret lapidē penetrative in speciebus sacramenti, non esset verum dicere hoc est lapis. Sicut cum Christus egressus est de sepulchro: non erat verum dicere de illo lapide, hoc est Christus. Et tamen ibi erat tota præsentia quam Durandus & aliqui alii ponunt. Ergo ad veritatem huius sacramenti non sufficit præsentia illa realis, quam ponit Durandus.

QVARTO. Verum est dicere de hoc sacramento Eucharistie, fideles comedunt corpus Christi: & bibunt sanguinem Christi. Sed si solum est ibi corpus Christi per quandam realem præsentiam, (ut Durandus & aliqui alii dicunt) nō esset illud verum: quia si angelus poneretur ibi solum præstrialiter sicut in loco, nō esset verum dicere fideles comedunt angelum. Ergo non sufficit talis præsentia ad veritatem huius sacramenti. Et si Christus solum illo modo poneretur, nō diceretur fideles comedere corpus Christi. Sed iste sicut vera, fideles comedunt corpus Christi, & comedunt species. Ergo alio modo est Christus in sacramento: quā per præsentiam, ut dicit Durandus.

QUINTO. Christus dicitur cōtinēti sub speciebus. Sed si non esset ibi nisi per quandam realem præsentiam, ut dicit Durandus, non magis continetur sub illis, quam species sub corpore Christi:

Christi. Probatur Minore. Quia si lapis poneretur penetrative in alio, non magis unus diceretur cōtinēti ab alio, quam econtra alius ab alio. Ergo non sufficit præsentia quam isti ponunt, ad salvandam veritatem huius sacramenti: quantumcunque sit realis præsentia. Vide licet verum sit quod Christus est vere realiter per illam præsentiam in hoc sacramento: tamen non sufficit illa præsentia ad veritatem huius sacramenti, & cōrum quæ de illo dicuntur. Et certum est quod licet Deus sit præsens huic libro, sicut isti dicunt, Christum esse in sacramento præsentem: non est verum dicere (demonstrato libro) hoc est Deus. Ergo nec ista (demonstrato sacramento) hoc est corpus Christi, si solum sit ibi per illā præsentiam.

SEXTO. Dicunt Scotus & Durandus, quod nō habemus ex sacra scriptura, quod Deus faciat, ut definat esse panis: nec quod fiat transubstantiatio. Et ad hoc quod Christus sit ibi præsens, ut ipsi ponunt: non requiritur transubstantiatio, nec quod panis definat esse, quod ipsi concedunt, licet dicant, quod de facto panis definit esse, & fit transubstantiatio.

SED tunc arguitur hoc modo. Ergo frustra ecclesia tenet, quod est transubstantiatio, cum non sit argumentum ad hoc aliud, ad probandum quod fiat ibi illa transubstantiatio, si non sumitur ex modo existendi Christi in hoc sacramento, & ex existentia corporis Christi ibidem. Ergo dicendum est, quod existit alio modo, ita quod nec diffinitive, nec circumscripitive, nec per solam præsentiam, ut dicit Durandus: sed quodam alio spirituali modo proprio huic sacramento, ut dicit S. Th. Qui modus sumitur ex existentia corporis Christi in hoc sacramento.

SEPTIMO. Christus non est in hoc sacramento per motum localē: ut omnes dicunt. Sed secundum sūmum modum, non potest esse nisi per motum localē. Ergo oportet ponere alium modum. Minor probatur. Quia Christus est in cōlo, & incipit esse præsens, ubi non erat. Ergo per motum localē. Sed dices. Ad hoc quod mouetur localiter oportet quod definat esse in primo loco. Contra. De ratione motus localis non est aliud, nisi acquirere locum nouū diffinitive rem, quae iam erat: ut S. Th. & multi dicunt, quod angelus potest moueri à loco ad locum, non transeundo per medium, quā vis maneat vtrōbique. Ad minus concedunt quod Deus potest illud facere. Ergo non est verum dicere, quod ideo nō est motus localis: quia non transit per medium.

OCTAVO. Esto Christus esset sicut ipsi ponunt, posset hostia tolli manēte ibi corpore Christi. Sicut si Deus poneret angelum penetrative cum hostia, non moueretur angelus ad motum hostie: nisi haberet volitionē particularē transeundi cum ipsa hostia. Sicut etiam quādo Christus erat penetrative in cōlo, cū ascendit à terra,

movebatur cōlum circulariter: sed non Christus. Sed Christus non habet particularem voluntatem ad motum: sed mouetur ad motum hostie. Ergo aliū modū oportet ponere, quo Christus est in Eucharistia, præter illam præsentiam quam ponit Durandus.

IDEO est vera opinio. S. Thom. quod Christus est in sacramento, nō diffinitive, nec circumscripitive, nec per solam realem præsentiam, ut dicit Durandus: sed quodam spirituali modo proprio huic sacramento. Qui modus vocatur sacramentalis: à quo dicitur corpus Christi esse in Eucharistia sacramentaliter.

SED quis modus est hic, aut quid habet plusquam alij modi essendi in loco? Dico quod Christus & corpus eius est in sacramento, eo modo quo erat substātia panis sub illis speciebus, dempto hoc, quod non inhāret illa, accidentia corporis Christi: sicut inhābant substātia panis, ex illo modo existendi in hoc sacramento.

SECVNDO. Ex illo modo existendi corporis Christi in hoc sacramento, sequitur quod conuenient corpori Christi ea quae conueniebāt panī in ordine ad illas species, dempto (ut dixi) quod quantitas quae fuit panis non inhāret corpori Christi. Ideo corpus Christi non potest illic ex illo modo essendi diuidi, quātūcumque diuidatur quantitas panis.

TER TIO. Sequitur ex illo modo, quod corpus Christi comeditur cum illis speciebus: & est sub illis. Et est tanta colligantia inter corpus Christi & accidentia: quanta erat inter panem & ipsa accidentia, dempta illa inhārentia: ut dixi.

QVARTO. Dico quod oportet ponere tam modum existendi corporis Christi in hoc sacramento: quo saluentur ea quae dicuntur, & de fide sunt de illo sacramento. Quem modum nescimus exacte. Nec in conuenit: ut Durandus dicit. Sicut scimus quod est prædestinatio: licet non sciamus exacte qualiter est. Et hic modus, S. Thom. est conformior dictis scripturæ: quibus dicitur, quod oportet, ut comedamus corpus Christi. Ut Iohi. 6. prima ad Corinth. 11. & Matth. 26. Hoc est corpus meum &c. de illo quod remanet post consecrationem, & alia quae iam supra deduximus.

SED arguitur quod sit diffinitive corpus Christi in hoc sacramento. Quia est totum in toto, & totum in qualibet parte. Et hoc est esse diffinitive in loco. Ergo.

AD HOC iam dixi supra quod rem esse diffinitive in loco, est diffiniti loco, id est, idem quod circumscribi loco, id est, quod ex natura illius modi existendi in illo loco repugnet esse alibi simile: & non quod sit totum in toto, & totum in qualibet parte. In quo oppositum dicentes deficiunt: eo quia non adiungunt ad proprias & formales terminorum significationes.

Articul. secundus

Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.

D SECUNDUM. Sic procedit. Videtur quod in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem. Dicit enim Damascenus in. 4. lib. Quia consuetudo est hominibus comedere panem, & vinum bibere, coniugavit eis diuinitate, & fecit ea corpus & sanguinem suum: ita panis communicationis non panis simplex est, sed unus dianitatis. Sed coniugatio est rerum actu existentium. Ergo panis & vinum simul sunt in hoc sacramento, cum corpore & sanguine Christi.

PRAETER EA. Inter ecclesie sacramenta debet esse conformitas. Sed in alijs sacramentis substantia materiae manet: sicut in baptismo substantia aquae, & in confirmatione substantia chrismati. Ergo in hoc sacramento substantia panis & vini manet.

PRAETER EA. Panis & vinum assumuntur in hoc sacramento, inquantu significant ecclesiasticam unitatem: prout unus panis fit ex multis granis, & unum vinum ex multis racemis: ut Augustinus dicit in lib. de symbolo. Sed hoc pertinet ad ipsam substantiam panis & vini. Ergo substantia panis & vini remaneat in hoc sacramento.

SED CONTRA. Est, quod Ambrosius dicit in lib. de sacramentis. Licet figura panis & vini videatur: tamen nihil aliud quam caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt.

RESPONDEO dicendum, quod quidam posuerunt post consecrationem substantiam panis & vini in hoc sacramento remanere. Sed haec positio stare non potest. Primo quidem, quia per hanc positionem tollitur veri-

tas huius sacramenti: ad quam pertinet, ut verum corpus Christi in hoc sacramento existat, quod quidem ibi non est ante consecrationem. Non autem aliquid potest esse alicubi ubi prius non erat, nisi vel per locum mutationem, vel per alterius conuersationem in ipsum: sicut in domo aliqua de novo incipit esse ignis aut quia illuc defertur, aut ibi generatur.

Manifestum est autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localis. Primo quidem, quia sequeretur quod desineret esse in celo: non enim quod localiter mouetur peruenit de novo ad aliquem locum, nisi deserat priorem. Secundo. Quia omne corpus localiter motum per transit omnia media: quod hic dici non potest. Tertio. Quia impossibile est, quod unus motus eiusdem corporis localiter moti terminetur simul ad diversa loca: cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat. Et ideo relinquitur, quod non possit alter corpus Christi incipere esse de novo in hoc sacramento, nisi per conuersationem substantia panis in ipsum. Quod autem conuertitur in aliquid, facta conuersione non manet. Vnde relinquitur, quod salua veritate huius sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non possit.

SECUNDO. Quia haec positio contrariatur forma huius sacramenti, in qua dicitur, hoc est corpus meum, quod non esset verum si substantia panis ibi remaneret: nunquam enim substantia panis est corpus Christi. Sed potius esset dicendum, hic est corpus meum.

TERTIO. Quia contrariatur veneracioni huius sacramenti, si aliqua substantia creata esset ibi: que non posset adoratione latra adorari.

QUARTO. Quia contrariatur ritui ecclesiae, secundum quem post corporalem cibum non licet sumere corpus Christi: cum tamen post unam hostiam consecratam licet sumere aliam. Vnde haec positio videntia est tanquam heretica.

AD PR

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus coniugavit diuinitatem suam i. diuinam virtutem panis & vino: non ut remaneant in hoc sacramento, sed ut faciat inde corpus & sanguinem suum.

AD SECUNDUM dicendum, quod in alijs sacramentis non est ipse Christus realiter, sicut in hoc sacramento. Et ideo in alijs sacramentis manet substantia materiae, non autem in isto.

AD TERTIUM dicendum, quod species que remanent in hoc sacramento (ut infra dicitur) sufficiunt ad significationem huius sacramenti. Nam per accidentia cognoscitur ratio substantiae.

IN HOC articulo secundo scribitur à dno Thoma una conclusio: recitata prius quorundam erronea sententia afferentium, substantiam panis & vini remanere in sacramento Eucharistia post consecrationem. Et conclusio doctoris est. Hæreticum est dicere, quod substantia panis & vini maneat in sacramento Eucharistiae. Probatur quatuor rationibus in corpore articuli, & confirmatur testimonio diui Ambrosij in argomento in contra, quod sic babet in lib. suo de sacramentis. Licet in Eucharistia videatur figura panis & vini: nihil tamen aliud quam caro & sanguis Christi post consecrationem credenda sunt. Ergo non manet ibi substantia panis nec vini.

SECUNDO. Non potest aliquid incipere esse ubi antea non erat: nisi vel per motum localē, vel per conuersationem alterius rei in ipsum. At Christi corpus non incipit esse in hoc sacramento per motum localē: ut in litera probatur. Ergo dicendum est quod incipit ibi esse per conuersationem alterius rei in ipsum, nēpe, per conuersationem substantiae panis & vini in ipsum. Ergo ibi non manet substantia panis, nec vini.

TERTIO. Si substantia panis remaneret in sacramento Eucharistiae, non esset vera forma eiusdem sacramenti: qua dicitur, hoc est corpus meum: quia substantia panis non est corpus Christi. Ergo ut haec simpliciter sit vera, hoc est corpus meum (de monstrando illud quod remanet post consecrationem) non potest ibi esse substantia panis. Ergo hæreticum est dicere, quod est ibi substantia panis: quia est contra illud quod expresse dicitur in sacris literis, nempe, hoc est corpus meum.

QUARTO. Sanctum sacramentum Eucharistiae veneratur, & adoratur à fidelibus adoratione latræ. At si ibi esset substantia panis, id fieri non posset: quia latræ est cultus soli Deo debitus, quem puris creaturis tribuere peccatum est mortale. Ergo hæreticum est dicere, quod est sub-

stantia panis in Eucharistia.

QVINTO. Post sumptionem unius hostie consecratae, licet sumere aliam hostiam consecratam, ut constat in die Natalis domini. At se cundum ritum & præceptionem ecclesie, post cibum prophani non licet sumere hostiam consecratam. Ergo non manet substantia panis in Eucharistia: quia non licet sumere aliam hostiam consecratam post sumptionem primæ, cum iam esset sumptus cibus prophanus, si ibi remanet substantia panis.

EST hic aduertendum prius, quod hæc questio tractatur à Magistro sententiaram in. 4. d. 1. & ibidem à Scholasticis doctoribus: & est conclusio de fide quod non manet ibi substantia panis nec vini, ut diu Thomas dicit in litera. Et præter rationes. S. Th. probatur. Quia ita fuit determinatum in concilio Lateranensi sub Innocentio. 3. cōtra hæreticos: & habetur extra de summa Trinitate, & fide catholica cap. Firmiter. vbi dicitur. In sacramento Eucharistiae est corpus & sanguis Christi: transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem Christi. Ergo non manet in Eucharistia substantia panis nec vini.

SECUNDUM. Ita determinatum fuit in concilio Constantiensi Sessione. 9. contra Vuicelphū hæreticum qui errorem illū habebat, nēpe, substantiam panis & vini manere in Eucharistia.

TERTIO. Idem habetur in concilio Florentino. Vnde oppositum manifeste est hæreticum: vt dicit. S. Th. hic & in. 4. d. 1. q. 1. ar. 1.

QUARTO. Contra illā hæresim scripsit Clitoueus libro. 2. à capite. 20. & ulterius per aliquot capita.

SED hæc questio, an in Eucharistia maneat substantia panis & vini, potest dupliciter tractari. Vno modo de facto. Alio modo de possibili. s. an Deus possit relinquere & conservare ibi substantiam panis & vini: & ponere simul corpus & sanguinem suum.

EST igitur prima questio, an de facto maneat in Eucharistia substantia panis & vini facta consecratione. Et tueri de hoc multi errores. Vnde Berengarius, Vuicelphus, & Oecolampadius dicunt, quod manet ibi panis. Imm̄ quod nihil aliud ibi est quam panis & vīnum: sed corpus Christi solū est ibi sicut in signo. Contra hos non oportet amplius disputare: quia iam disputationis in primo articulo huius questionis, & citius multa cōcilia in quibus sunt condemnati, ut hæretici perniciotissimi.

ALII etiam hæretici dicebant, quod panis est simul cum corpore Christi: ita quod vere corpus & sanguis Christi sunt in Eucharistia. Non per hoc quod destinat esse panis: sed quod Deus facit, ut panis sit corpus Christi. Et hic error est Lattheri hæresiarchæ famosissimi.

ET cōtra eū arguo hoc modo. Sequeretur quod haec propositio (hoc est corpus meum) esset falsa: quia

quia est vna affirmatiua cuius subiectum & praedictum non accipiuntur pro eodem: quia subiectum pro pane, & prædicatum pro corpore Christi accipitur. Ergo est falsa. Illa autem dicere falsam est hereticum. Ergo illud unde hoc sequitur. AD HOC dicit ipse, quod regula illa, quod illa propositio affirmativa est falsa, cuius subiectum & prædicatum non accipiuntur pro eodem, est vera naturaliter loquendo: non autem supernaturaliter, quia cum non implicet contradictionem, Deus potest facere rem unam, aliam esse. Hoc tamen est infringere Dialecticam, & veram Philosophiam: ut errorem suum defendat. Quod non esset necessarium, si verum diceret Lutherus: quia, verum consonat, & propter veritatem fidei non est necessarium infringere veram Philosophiam.

ET arguitur hoc modo contra eum. Quia sequitur quod Deus posset facere, ut Petrus sit Deus, & non per assumptionem: quia per te potest facere quod una substantia sit alia. s. panis corpus Christi. Et non est maior ratio de uno quam de alio. Ergo, &c. Consequens videtur absurdum.

PROBAT tame Lutherus suum errorem. Quia Evangelista dicit, Accepit Iesus panem, & dixit, Hoc est corpus meum. s. de illo quod accepit. s. de pane dixit. Ergo panis est corpus Christi. Et Paulus. i. ad Corinth. 10. & 11. vocat hoc sacramentum panem. Ergo panis est corpus Christi.

SED contra hoc sic arguo. Si per hoc Lutherus aliquid probaret, etiam probaret, quod cœci manentes cœci in sensu composito (ut aiunt viderent: quia etiam Christus dixit, cœci vident. Sed clarum est quod non videbant, quando erant cœci: quia hoc implicat contradictionem. Sed dicebat Christus: quod illi qui fuerant cœci, vident. Ergo sic intelligitur, hoc est corpus meum, id est, contentum sub his speciebus est corpus meum. Et ante consecrationem contentum sub speciebus erat panis.

ET confirmatur. Quia si ibi maneat vinum, esset dicendum in forma, hoc est sanguis meus, demanstrando vinum: & non hic est calix sanguinis mei. SECUNDUM. Sequeretur quod calix esset sanguis Christi. Probatur. Quia sicut dicitur, Accepit Iesus panem: ita Marci. 14. habetur, Accepit calicem postquam coenauit.

TERTIO. Sequeretur quod Christus non incipit esse in hoc sacramento. Quia hic panis non incipit esse. Et hic panis est corpus Christi. Ergo corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento. ARGUMENTA Lutheri referuntur à Clitudo lib. 1. cap. 4. Et vnum est, quod Paulus. i. ad Corinth. 10. vocat hoc sacramentum panem. Ergo panis est corpus Christi.

AD hoc dico, quod non est nouum in scriptura vocare id quod factum est, nomine illius de quo factum est. Sicut Genes. 2. Adamus dixit de Eva.

Os ex ossibus meis. Et Exod. 7. dicitur. Virga Aaron deuorabit alias virgas. Et tunc quando deuorabit non erat virga: sed quia ille serpens factus

fuerat ex virga, ideo dicitur virga deuorare alias virgas.

SECUNDUM. Ioannis. 2. dicitur. Cum gustasses Architrichinus aquam factam vinum, & erat una vinum: sed quia illud vinum factum fuit ex aqua, vocat achuc illud aquam.

TERTIO. Augustinus dicit in lib. 83. questione 5. quod imaginis rerum vocantur nomine ipsarum rerum. Et ita illæ species dicuntur panis: quia fuerunt panis, & significant panem. ALIVS fuit error cuiusdam Valeriani (vt refert Vualdensis lib. de sacramentis. cap. 7.) qui tenebat quod Christus incepit ibi esse, nulla mutatione facta in pane. Et hic Valerianus fuit catholicus, licet in hoc errauerit.

SED contra hunc errorem arguo hoc modo. Apocalyp. ultimo dicitur. Quicunque apposuerit aliquid ad haec: apponet super illum dominus plaga multas. Sed Christus dixit solum, hoc est corpus meum. Ergo male iste addit hoc est corpus Christi, & panis. Ergo non sunt recipiendi, hi qui dicunt, in Eucharistia manere panem.

SECUNDUM. Hæc falsa esset, hoc est corpus meum: quia media pars est panis. Ergo non est verum dicere, quod hoc totum est corpus Christi: sicut hæc esset falsa, hoc est aurum, si media pars sit argentum.

TERTIO. Est iam ab ecclesia in multis conciliis determinatum, quod non maneat ibi panis nec vinum. Ergo hereticum est iam dicere oppositum. Et ita de fide est, quod de facto non manet ibi panis.

ALIO modo potest tractari questione de possibili. Et ita adhuc dupliciter. Prius de potentia Dei absoluta. Et sic non potest dubitari: quin Deus posset ponere corpus suum simul cum pane, modis sibi beneplacitis. Secundo. Potest intelligi questione de potentia ordinata, id est, saluis omnibus que habentur in euangelio de hoc sacramento. An. s. posset manere ibi panis, cum hoc quod habemus in scriptura: quod illud post consecrationem est corpus Christi, & quod est cibus, & quod sub speciebus panis continetur corpus Christi, & quod mouetur ad motum specierum.

AD HOC. S. Th. hic & in. 4. d. 1. i. q. 1. ar. 1. dicit quod est impossibile, quod maneat panis, & quod saluentur omnia quæ de hoc sacramento dicitur in scriptura, & ab ecclesia. Et sententia. S. Th. habetur tribus propositionibus.

PRIMA propositio est. Corpus Christi incipit esse in sacramento per conuersionem panis in corpus Christi: & similiter sanguis per conuersionem vini in sanguinem Christi.

SECUNDUM propositio est. Causa quod corpus & sanguis Christi sit in hoc sacramento, est illa conuersio panis in corpus Christi: sicut causa ignis est conuersio lignorum in ignem.

TERTIA propositio est. Saluis his quæ tradita sunt de hoc sacramento in sacra scriptura, & ab ecclesia, non potest esse corpus & sanguis Christi in hoc

in hoc sacramento Eucharistiae alio modo, quæ per conuersionem panis in corpus, & vini in sanguinem Christi. Primam propositionem & secundam ponit. S. Th. in hoc articulo in prima ratione: tertia etiam habetur ibi, vbi probat doctor sanctus, quod Christus non incipit esse in sacramento per motum localem, & quod est sub speciebus, & quod non manet ibi substantia panis & vini, & sic de alijs omnibus quæ de hoc sacramento dicuntur.

SCOTVS autem in. 4. d. 10. q. 1. & 3. & 4. & d. 11. q. 2. Et Durand. d. 11. q. 1. ponunt diuersam sententiam, & quodammodo contraria sententiae. S. Th. quæ consistit in quatuor propositionibus.

PRIMA est. Panis & vinum conuertuntur in corpus & sanguinem Christi de facto.

SECUNDUM propositio. Non est necessaria ista conuersio; ad hoc quod ibi sit corpus & sanguis Christi.

TERTIA propositio est. Ista conuersio non est causa quod Christus sit in hoc sacramento: sed habet se concomitantem ad existentiam & positionem corporis Christi ibi. Et sunt duæ mutationes de facto, nempe, illa conuersio panis & vini, & quod corpus Christi ibi incipiat esse.

QUARTA propositio est. Quod hic in Eucharistia fiat conuersio ista, & quod desinat esse panis & vinum, non constat ex euangelio nec ex ratione, nec ex forma, nec ex ritu huius sacramenti: sed tantum ex autoritate ecclesiae. Et quod non habeatur hoc ex euangelio, probatur: quia non sit ibi mentio, nisi quod Christus Redemptor accepit panem, & non quod panis desierit esse & vinum. Nec ex ratione probatur, respondendo ad rationes. S. Th. quibus probat quod non potest esse ibi corpus Christi per motum localem. Nec ex forma. Quia. S. Th. arguit quod non esset verum, hoc est corpus meum, si panis non conuerteretur in corpus Christi. Sed Scotus dicit, quod non demonstramus nisi corpus Christi: & non panem nec aliquid aliud, esto ibi esset. Nec etiam probatur ex ritu, quod adoratur adoratione latræ (dicit Scotus) quia etiam sunt ibi species, & nihilominus adoramus adoratione latræ. Ergo illud possemus etiam facere, & si esset ibi panis. Sed tenendum est (ait) quod non est ibi panis: quia ecclesia hoc tenet. cap. Firmiter. extra De summa Trinitate.

ET arguant isti contra sanctum Thomam. Et prius contra eius primam rationem hic, quia arguit, quod non potest aliquid incipere esse, vbi non erat: nisi per motum localem, aut conuersionem alterius rei in ipsum. Arguit Duradus. Contra. Coelum empireum nunc non est in loco. Sed Deus potest creare aliam sphæram continentem ipsum: & iam tunc illud esset, vbi antea non erat. Et non per motum localem, nec per conuersionem alterius rei in ipsum. Ergo ratio. S. Thom. vel eius maxima nihil valet.

AD HOC nego, quod coelum illud maneat vbi

antea non erat. Et ad probationem quod est in loco vbi ante non erat. Quoad superficiem illius nouæ sphæræ concedo antecedens. Ergo non est vbi antea erat simpliciter, neque consequentiam. Secundo. Dicit Cajetanus, quod. S. Th. loquitur de loco iam præexistenti.

ET ego quererem à Durando, an turris sit modo vbi erat à 20. annis. Non posset non dicere quod.

Ita: esto quod mutatus sit locus quantum ad superficiem aeris continentis, qui fluit & refluit. Et esto Deus omnes spheras destrueret, præter sphera lunæ, ista sphera luna minorer vbi antea erat, quantum mutetur locus quoad superficies continentis.

SECUNDUM. Arguit Durandus. Deus potest ponere corpus suum cum speciebus panis. Ergo etiam cum pane. Immo posuit cum alio corpore, quod ascendet in celum. Ergo illa conuersio non est necessaria.

AD HOC concedo totum, quod dicit argumentum: sed non eo modo quo nunc est, & saluis his quæ de sacramento dicuntur. Fateor namq[ue] Deus benedictum posse ponere corpus suum cum pane aliquo alio modo; sed non hoc modo quo nunc ponit corpus suum in sacramento Eucharistiae: ut verificetur ea quæ dicuntur de hoc sacramento.

TERTIO. Arguit Scotus. Quia accidentia corporis Christi sunt in sacramento realiter sicut corpus ipsum. Et non per motum localem, nec per conuersionem: quia non per conuersionem substantia, cum substantia non conuertatur in accidentia.

Sed accidentia corporis Christi inveniuntur ibi sine conuersione. Ergo etiam corpus Christi poterit ibi esse sine conuersione. Et si dicas quod in Eucharistia sunt accidentia corporis Christi, non ex vi sacramenti, sed concomitantem. Contra (dicit Scotus) vtcumque sint, iam habeo quod sunt ibi accidentia corporis Christi, & non per conuersionem, nec per motum localem. Si enim Deus potest ponere aliquid vbi antea non erat concomitantem, sine motu locali, & sine conuersione; posset etiam hoc facere de per se & primo. Et ita potest ibi ponere corpus suum directe, sine motu locali, & sine conuersione.

AD HOC cōcedo, quod ibi sunt accidentia corporis Christi: & nego quod non sint per conuersionem alterius rei. Sed per quā conuersionem? Dico, quā per conuersionem substantiæ in substantiæ, nec oportet ponere aliā mutationem. Sic ut quando aqua conuertitur in vinum: ibi incipiunt esse accidentia vini, quantum aqua non fuerit conuersa in accidentia, sed in substantiam vini. Et quando ex lignis fit ignis, accidentia ignis etiam sunt ex lignis: aliæ des, unde sint illa accidentia. Ita modo dico (vt inferius probabimus) quod non solum corporis Christi materia: sed etiam accidentia sunt ex vi sacramenti. Quia caro Christi est caro humana. Et caro humana, non dicit solum materialia, sed etiam accidentia.

QUARTO. Arguit Scotus. Quia præsencia animæ

animæ in hoc sacramento est alia à præsentia corporis. Et non per motum locali, nec per conuersione: quia conuersio non fuit nisi solum in corpus. Si enim in triduo aliquis consecraret: esset solum corpus in sacramento.

AD HOC nego minorem, nempe, quod non sit anima in sacramento per conuersione, & ex vi sacramenti: quia corpus non dicit solā nudā materiam, sed etiam formā dantem esse corporeum: sicut in homine est anima rationalis, quæ etiam dat esse corporeum. Et ad probationē, quia panis non conuertitur, in animam, concedo: sed conuertitur in corpus, ut dicit materiam & formā, quæ tenus dat esse corporeum.

SECVNDO. Dico quod non est nisi vna præsentia, quia eadē actu fuit ambo præsentia & ab-sentia, & anima est ibi p̄ conuersione panis in corpus. Ergo. Ideo nego antecedēs: quia corpus & anima quatenus dat esse corporeū, sūt ibi præsentia, vna & eadē præsentia, & non sunt ibi duas præsentias. QVINTO. Arguit. Quia conuersio est extrinseca, & nō de ratione præsentie corporis Christi. Ergo conuersio nō est causa existentie corporis Christi.

AD HOC dico, quod absolute ita est: sicut dicit in argumento: sed non eo modo quo nunc est in sacramento. Et hoc modo non potest esse præsentia corporis Christi, nisi per conuersione patnis & vini: licet absolute poterat esse præsentia corporis Christi sine conuersione: quia poterat ibi esse corpus Christi alio modo quam per conuersione, si Deus vellet.

SEXTO. Arguit Durandus. Quia tota ratio. S. Th. præsupponit falsum, quod corpus Christi acquirit nouum vbi: quia non acquirit nisi nouū ordinem ad species panis.

AD HOC iam dixi superius, quod ille modus Durādi est erroneus: quia Christus tali modo ponitur in sacramento, quod ex vi illius modi est ibi vere realiter præsens: quod non sequitur ex modo Durandi.

SEPTIMO. Arguit Scotus. Quia si queratur vbi est genitū naturaliter: respondeatur, quod ibi vbi erat illud ex quo factum est. Et hoc quia remanet ibi aliquid immutatum semper. s. materia prima. Sed cum nihil panis maneat: nō sequitur ex eo qd panis erat hic, qd sit corpus Christi hic. DICIO quod absolute sic est. Sed secundum modum existēdi Christi, sequitur quod sit ibi ex vi conuersonis alterius in ipsum: ut sic verum sit dicere. Hoc est corpus meum, demonstrando contentum sub illis speciebus.

SECVNDO. Nego quod non sequatur corpus Christi esse in Eucharistia, ex eo quod panis non maneat: sed conuersus fuit in illud. Immo si nihil maneret de lignis, quando conuertuntur in ignē, eriam sequeretur ignēm esse in loco vbi erant ligna: quia non sunt duo motus generatio, & motus localis in illo: sed eodem motu acquireret tunc

ignis esse, & esse hic. Et ita in conuersione panis in corpus Christi, eadē conuersione ponitur ibi. OCTAVO. Arguit. Ista est differentia inter conuersione naturalem & hanc, quod aliquid conuertitur in id, quod prius non erat in conuersione naturali: sicut lignum conuertitur in ignē, qui non erat antea. Sed in hac conuersione sacramentali, conuertitur panis in id, quod antea erat s. in corpus Christi. Et ideo in conuersione naturali oportet, ut id quod non erat, sit vbi erat illud ex quo factum est. Sed quādō conuersio est in rem quæ iam erat, non sequitur. Immo potius arguitur, quod facta sit conuersio, vbi erat id in quod conuertitur aliud: sicut si conuertatur aqua in ignē præexistentem, conuersio sit vbi erat ignis.

AD HOC dico, quod quæcumq; conuersio oportet quod fiat vbi est conuersum, & non vbi erat aliud in quod conuertitur: quia oportet quod conuersum, & id in quod conuertitur, sint simul. Et alias poneres nouum miraculum aliud, post miraculum conuersonis, nempe, quod conuertatur res in re: & quod conuertatur in loco vbi est illud in quod fit conuersio: quia ex natura rei non est ita, sed opposito modo id in quod aliud conuertitur, ponitur vbi erat conuersum ipsum.

NONO. Arguit Scotus, quia hic sunt duo termini s. corpus Christi, & quod sit hic. Sed solum corpus Christi est terminus conuersonis, & nō quod sit hic. Ergo:

AD HOC dico, quod non est nisi unus terminus. Sicut per generationem unico motu incipit ignis esse, & esse hic: ita corpus Christi incipit quodam spirituali modo esse: & tali modo esse hic. Et si non incipit esse hic per conuersonem: nihil faceret conuersio. Nam non facit, quod corpus Christi sit in rerū natura: quia ante erat. Nec quod incipiat esse corpus Christi hic per te. Ergo nihil facit. Ergo supuacanea esset ipsa conuersio.

DECIMO. Arguit Scotus. Quia Deus potest ponere unum corpus in duobus locis sine conuersione. Et non habes, quod sit hic per conuersonem.

Ergo non oportet afferere quod ponitur hic per conuersonem.

AD HOC iam supra in præcedenti articulo diximus, quod non potest Deus ponere idem corpus in duobus locis localiter.

SECVNDO. Concedo (data opinione Scotti) quod Deus potest ponere idem corpus in duobus locis. Sed tunc non esset per conuersonem alterius in ipsum corpus, & eo modo quo est in hoc sacramento: sed per aliū modū sibi beneplacitum.

VNDECIMO. Deus potest conuertere quātitatē vnam in aliam: ita quod destinat esse vna, & maneat alia. Et tunc quātitas quæ manet, erit vbi antea erat illa quātitas, in quā alia conuertitur. Ut si conuertatur linea. a. in linea. b. quātitas manebit vbi erat. b. Ergo ex vi conuersonis corpus Christi non est vbi erat panis: sed potius vbi antea erat corpus Christi.

AD HOC

AD. HOC dico quod nego antecedens, & est falsum quod imaginatur Scotus, quod vbi res desinit esse, & nihil illius relinquitur, sit conuersio: quia non est conuersio nisi cum conditionibus quæ de hoc sacramento dicuntur, nempe, quod contentum sub illis accidentibus sit corpus Christi, & quod ibi conuertatur & manducetur corpus Christi.

DVODECIMO. Semper fuit certū in ecclesia, quod in Eucharistia fuit corpus & sanguis Christi. Et non fuit certum de hac conuersione: quia in primiua ecclesia non erat certum de hac conuersione. Ergo hæc conuersio non est causa quod ibi sit corpus Christi.

AD HOC cōcesso antecedente, negatur consequentia. Et concedo quod contigit in ecclesia de hac conuersione, sicut de multis alijs. Et sicut semper fuit notum in ecclesia Deum esse trinum, non tamen quomodo distinguuntur personæ, ait. s. per relationes, vel per aliquid aliud: ita semper fuit in ecclesia certum corpus Christi redemptoris vere realiter esse in Eucharistia: nō tamen semper fuit certum quomodo ibi erat. Hæc sunt argumenta Scotti & Durandi, nec timidas maiora.

PRO opinione autem. S. Th. arguitur contra Scotum & Durandum. Si conuersio non est necessaria, ad hoc quod in Eucharistia sit corpus & sanguis Christi, & etiam causa illius existentie: & potest saluari quod Christus sit ibi sacramentaliter sine illa conuersione, gratis igitur sancti & ecclesia inuenierunt istam conuersionem, cū nec ex euangelio nec ex alia ratione possit haberet, vt ait Scotus, licet non bene, nisi propter hanc rationem vt sit causa existentie corporis Christi. vt signetur proxima causa illius existentie corporis Christi. Alias superuacaneum esset ponere illam conuersionem.

SECVNDO. Falsū est quod dicit Scottus, quod non sumperunt sancti & ecclesia ex euangelio.

Quia cum Christus dixit, Hoc est corpus meū, (demonstrando totum contentū in Eucharistia) non poterat in Eucharistia esse patis. Nam alias si mansisset panis, & vt dicit Scottus & Duradus, tantum demonstraret corpus Christi: & per hoc solum quod demonstratur corpus Christi illi. propositio sit vera, licet etiā ibi sit panis, sequitur quod Christus deciperet discipulos. Nam si esset lagenaplaena aqua simul & oleo, ista esset deceptio hoc est oleum, demonstrando contentum in illa lagenā: quia oportet quod fiat demonstratio, vt audientes intelligent quod demonstratur. Et dicendo Hoc est corpus meum, non poterant audientes intelligere, nisi quod totum quod illic continebatur erat corpus Christi. Ergo erat ibi deceptio ex parte Christi, quod ipsum est dicere.

TERTIO. Si Christus non dicebat aliud quando dicit, Hoc est corpus meum, nisi corpus meū

est corpus meum. Ergo nihil notum & mirabile dicebat: quia etiam ante consecrationem erat verum dicere, Hoc corpus meum, est corpus meum. Et tamen Christus dixit illa discipulis suis, tanquam quid nouum & miraculosum. Ergo dicebat quod totū quod continebatur, ita erat corpus suum, quod per conuersionem ibi in coeparet esse, ita quod panis ibi non manebat.

QVARTO. Probatur quod illa conuersio sit causa necessaria, ad hoc quod ibi sit corpus Christi, eo modo quo nunc est. Quia ecclesia extra de summa Trinitate & fide Cath. cap. Firmiter, & in concilio Florētino dicit, quod in Eucharistia incipit esse corpus & sanguis Christi: transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem. Ergo significat ecclesia, quod illa transsubstantiatio vel conuersio est necessaria, ad hoc quod ibi incipiat esse corpus Christi. Alias dixisset solum ecclesia quod ibi incipit esse corpus Christi. Ad quid tam accurate apposuit transsubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem Christi?

QVINTO. Totum quod fit in hoc sacramento Eucharistie, fit a sacerdote per illa verba. Hoc est corpus meum. Et sacramenta nouæ legis solum efficiunt quod significant. Ergo conuersio panis & vini significatur per illa verba: quia alias non fieret ibi, nec ecclesia haberet aliquam rationem ad ponendum ibi conuersio-nem, nisi quia significatur per illa verba: quia alias non fieret ibi conuersio. Ergo dicendum est quod illa conuersio significatur per illa verba. Ergo habetur ex euangelio, quod conuersio sufficit, & est causa, ad hoc quod aliquid sit in aliquo loco. Nam cum conuertitur ligna in ignem, illa conuersio est causa quod ignis sit hic vbi non erat. Ergo etiam hic, conuersio est causa quod sit hic corpus Christi: quia ita propria est ista conuersio sicut illa. Ergo conuersio est causa existentie corporis Christi in hoc sacramento.

DICO igitur, quod de prima propositione Scotti & Durandi (s. quod panis & vini conuer-tuntur in corpus & sanguinem Christi) nunquam fuit controversia inter fideles: sed omnes semper illam tanquam certam recipiunt, & ecclesia illam determinauit extra de summa Trinitate. cap. Firmiter, & in concilio Florentino, & extra de celebra missarum. cap. Cum marcha: Ideo de illa non licet dubitare.

ERAT tertia propositione Scotti, quod conuersio panis & vini nō erat causa, quod corpus Christi poneretur in Eucharistia: sed habebat se concomitantem. Hæc est falsa: & contra illam iam disputauimus, & probauimus esse falsam. Ideo eam sententiam relinquimus.

SECVNDA. propositione Scotti erat, quod conuersio nō erat necessaria, ad hoc quod ponatur ibi corpus

corpus Christi. Sed poterat manere ibi panis & vinum simul cum corpore Christi de possibili, licet de facto non maneat. Hæc propositio disputata est, & duplex potest esse sensus illius.

PRIMVS. Quod corpus Christi per diuinam potentiam potest esse cum pane, non curando de modo, sed absolute uno vel alio modo. Et ita non est dubium quin possit Deus illud facere, ut iam supra diximus: quia ipse scit innumeros modos, quibus posset cum pane ponere corpus suum, & cum vino sanguinem.

SECVNDVS sensus est. An Deus possit pone re corpus suum, sicut nunc est in sacramento: ita tamen quod veriscentur illa, quæ secundum fidem dicuntur de hoc sacramento, simul cum pane & vino: ita quod taliter est hic, quod ex modo extendi hic, non repugnat esse alibi, etiam secundum Scotum & Durandum, & quod sit verum dicere. Hoc est corpus meum, & quod comedimus in Eucharistia corpus Christi, & quod continetur corpus Christi sub illis speciebus panis.

HOC dicit Capreolus in. 4. d. 11. q. 1. nepe, quod non potest Deus ponere corpus suum in Eucharistia eo modo quo nunc: & quod maneat ibi panis. Sed dicit quod si Deus ponat ibi corpus suum cū pane, erit alio modo, & non sicut nunc. Et probat Prior, quia vel tunc corpus Christi haberet ordinem ad locum per propriam suam quantitatem, vel per quantitatem panis. Si per propriam, iam non haberet modum quæ nunc habet: quia nunc non habet ordinem ad locum per quantitatem panis. Cōtra. Si Deus pone ret lapidem cū pane, nullus illorū haberet ordinem ad locum nisi per propriam quantitatem: & panis non haberet per quantitatē lapidis. Ergo etiā si ponat corpus suū cū pane eo modo quo nunc est. Idem dicit Marsilius in. 4. q. 8. ad. 8. Et S. Th. hic dicit quod corpus Christi non potest ponere hoc modo vbi erat panis: nisi per motum localē, aut per conuersionem.

SED Caietanus tenet hic oppositum. Dicit enim quod Deus de potentia absoluta potest ponere corpus suū simul cū pane eo modo quo nunc est. Et contredit probare, quod sit etiā sententia. S. Th. Et dicit quod licet. S. Th. neget hoc, est intelligendum de facto & secundum legem: non autem de potentia absoluta. Et probat: quia. S. Tho. arguit ex forma huius sacramenti, nempe, quod non esset vera, si ibi esset substantia panis. Quæ ratio non probat nisi de lege. Et maxime quia quando loquitur. S. Tho. etiam de potentia Dei, exprimit illam potentiam absolutam.

SED cōtra. Quia. S. Th. in. 4. d. 11. q. 1. ar. 1. & 4. cōtra gentiles cap. 63. dicit, quod nec per miraculum posset esse corpus Christi in sacramento altaris cū pane, eo modo quo nunc est. Ideo videtur quod opinio Capreoli sit. S. Tho. & sententia Caietani contra. S. Tho.

SED quicquid sit de sententia. S. Th. probabilius

est quod dicit hic Caietanus, quod Deus potest de potentia absoluta ponere corpus suū in sacramento manente pane: & quod haberet eundem modum quæ nunc habet, existēdi. I. quo ad diuersa loca, id est, quod ex modo existēdi hic, non repugnet quod sit alibi. Et probat hoc Prior argumentis Scotti & Durandi iā factis: quæ probant quod absolute potest corpus Christi ponere cū pane, non autem stāte fide, id est manētibus omnibus quæ de hoc sacramento dicuntur, nepe, quod hæc sit vera. Hoc est corpus meum, & quod fiat transubstantiatio panis, & quod nihil ibi maneat nisi corpus Christi. Quæ omnia sunt de fide. Et quod cōtinetur ibi corpus Christi: & quod comedimus corpus Christi. Dicendum est ergo, quod saluis his quæ de facto dicuntur de sanctissimo sacramento Eucharistiae, non potest corpus Christi ponere in ipsa Eucharistia cū pane. Sed de possibili absolute posset esse corpus Christi eo modo quo nunc est cū pane. Et tunc explicaretur, vel non diceretur Hoc est corpus meum, & alia quæ nunc dicuntur de hoc sacramento.

SECVNDVS probatur. Quia post consecrationem Deus potest ibi reproducere panem. Et maneret corpus simul cū pane. Ergo etiā in consecratione potest cōseruare ibi panem absolute loquendo. Et hanc credo sententia sancti. Th. quia quādō dicit, quod nec per miraculum potest ibi esse corpus Christi cū pane, intelligit saluis his quæ nunc dicuntur de hoc sacramento.

SED tunc oportet respondere ad illud argumentum quod faciebat cōtra Scottum. Quia si Deus potest illud facere, & non constat ex scriptura de conuersione, quare ponitur cōuersio tanquam de fide? Dico quod argumentum procedit contra Scottum, qui dicit, quod non constat ex aliquo loco scriptura vel ratione: sed non cōtra nos qui tenemus quod ex sacra scriptura, & rationibus supra positum constat, quod non fecerit, licet potuerit facere: quia disponit omnia suauiter, id est, licet potuerit facere, non fecit præter ordinem naturæ. Et cū ordo naturalis sit iste, quod nihil incipit esse vbi prius non erat, nisi vel per motum localē, vel per generationem, vel per conuersionem alterius in ipsum. Sed Christus non est ibi per motum localē: quia oportet ponere multa miracula. Nec per generationem. Restat ergo quod per conuersionem. Ideo rationabilius videtur opinio communis, nepe, quod potest Deus de potentia absoluta ponere corpus suum in Eucharistia manente pane, eo modo quo nunc est. Sed de facto non fecit, sed suauiori modo per conuersionem panis in corpus ipsum Christi: quod significavit & reuelauit dicens, Hoc est corpus meum, & alia quæ de Eucharistia dixit.

QVARTA. propositio Scotti erat, quod non constat nisi auctoritate ecclesiæ, conuersionem esse panis in corpus Christi. Non est rationabilis: vt iam supra disputauimus contra dominum Caietanum.

SED

SED est unus alijs modus dicendi Ioannis Parisiensis, qui dicit quod manente pane possunt salvari omnia quæ dicuntur de hoc sacramento. Ergo propter hoc non debet ponere illa conuersio, quæ sit ut non maneat panis. Quia si corpus Christi assumat hypostaticæ, hoc est in eodem supposito, panis natura, illa est vera, hoc est corpus meum, & omnia alia quæ dicuntur de hoc sacramento. Ergo non est propterea ponenda illa cōuersio. Hæc opinionem refert Durandus. in. 4. d. 11. q. 1. & Parvula. d. 11. q. 2. quæ opinio ponit quinque dicta.

PRIMVM est. Panis in sacramento altaris, est assumptus in unitate hypostaticæ.

SECVNDVM dictum est. Ibi unio non terminatur ad Christum, ita quod Christus sit panis: sed terminatur unio ad corpus Christi dum taxat, ita quod corpus Christi est panis, & cōtra panis est corpus Christi facta illa unitio.

TERTIVM dictum est, quod ex duobus dictis prioribus sequitur, quod corpus Christi realiter est in sacramento. Probatur. Quia hic panis est corpus Christi. Et hic panis est in sacramento. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento.

QVARTVM dictum est. Cum omnibus his salvatur determinatio ecclesiæ: quia tunc veritas est dicere, quod hic est facta conuersio & transubstantiatio: quia ante non erat ibi corpus Christi, & nunc panis est corpus Christi. Ergo facta est transubstantiatio panis in corpus Christi.

SED salua fide & his quæ de hoc sacramento suis tradita sunt, hæc opinio non potest teneri. Et arguitur contra eam. Sequeretur quod corpus Christi quotidie asumeret multas naturas particulares (omnium nempe panū qui consecratur) quod est in conuenientia: quia esset tunc corpus Christi oneratum satis omnibus illis naturis.

SECVNDVS. Arguitur hoc modo. Hæc opinio dicit tria impossibilia: quia dicit quod illa unio terminatur ad corpus Christi tantum: quia (ut omnes dicunt) oportet quod assumens sit per se subsistens. Sed corpus non est per se subsistens. Ergo non est assumens.

SECVNDVM quod dicit impossibile est, quod una creatura potest assumere aliam hypostaticæ: quia non est hoc possibile, ut pauimus in materia de Incarnatione cōtra Scottum qui oppositum dicebat.

TERTIVM impossibile quod dicit est, quod tunc Christus non esset panis: sed solum corpus Christi esset panis. Quia est impossibile, quod humanitas aut corpus Christi calefaciat & Christus non. Ita est impossibile, quod corpus Christi sit panis, & Christus non.

TERTIO. Arguo hoc modo. Quia secundum istum modum non sufficienter ponitur Christus presentis in Eucharistia, aut corpus eius: quia sic probat ipse quod sit presentis. Hic panis est presentis. Et hic panis est corpus Christi. Ergo corpus Christi est presentis. Hæc cōsequētia non valet: quia in simili forma non valet. Christus est in cœlo. Et

hic panis est corpus Christi. Ergo hic panis est in cœlo. Ergo alia non erat bona cōsequētia. Ergo non sufficienter ponitur corpus Christi presentis.

QVARTO. Sequeretur quod iste panis esset ille panis qui erat in alio sacramento. Quia iste panis est corpus Christi. Et ille panis est corpus Christi. Ergo iste panis est ille panis. Quia bene sequitur. Hoc corpus (demonstrando corpus Christi) est hic panis. b. Et hoc corpus est hic panis. a. Ergo panis. a. est panis. b. quod absurdum videtur.

QVINTO. Sequeretur quod Christus non inciperet ibi esse. Quia ille panis non incipit ibi esse. Et ille panis est corpus Christi. Ergo corpus Christi non incipit ibi esse.

SEXTO. Sequeretur quod sacerdos nihil ageret: quia tantum assumptio agitur, quæ fit à corpore Christi quod assumit, & sacerdos non assumit. **ARGUMENTA.** illius opinionis sunt hæc. Prior authoritas Damasceni lib. 4. cap. 5. vbi sic dicit. Sicut calor unitur igni & humanitas Deo: sic panis corpori Christi. At humanitas unitur Deo hypostaticæ. Ergo & panis.

AD HOC dico quod male refert verba Damasceni. Dicit enim sic Damascenus. Panis in corpus Christi assumptus est, id est, ad illam dignitatem. Et in eodem contextu dicit hoc ipsum, quod dicit. S. Th. nempe, quod cōvertitur panis in corpus Christi. Ergo non fideliter citat Damascenum.

SECVNDVS dicit prædicta opinio, quod tollitur per hoc in conuenientia. Dico quod non solū non tolluntur in conuenientia: sed magis augentur, & augmentantur difficultates.

TERTIO. Arguit ex cap. Ego Berengarius de consecra. d. 2. vbi dicitur à Berengario. Fato quod illud quod frangitur, & dentibus teritur, est corpus Christi. Sed corpus Christi non cōterritur. Ergo panis est ibi quod conteritur.

AD HOC dico, quod dicitur ibi de Christo, quod dicitur & dicitur de speciebus, & de pane qui cōversus fuit in corpus Christi. Et propter hoc quod species conteruntur & franguntur, dicitur corpus Christi fragi: non quia vere ipsū corpus frágatur.


DVBITATVR. Quare damnatus fuit Picus Miradulanus, qui dixit hoc solū esse possibile, nepe, Christū assūmēre hypostaticē naturā panis, & non dixit quod siebat de facto. Nā ita est quod est possibile quod Christus assumat naturā panis.

DICO quod damnatus est: quia dicebat, quod erat compatibile cum omnibus veritatis quæ de hoc sacramento dicuntur. Hoc est cōdemnatū Romanū ipse habuit cōclusiones. Nec dānaretur si tantū dixisset esse possibile de potentia absoluta.

Articul. Tertius.

Vtrū substātia panis vel vini post cōsecrationē huius sacramenti ānilletur.

S. iij AD



D T E R T I V M. Sic proceditur. Videatur quod substantia panis vel vini, vel resolutur in praiacentem materiam, vel quod annihilatur. Praiacens autem materia in quam corpora mixta resolui possunt: sunt quatuor elementa. Non enim potest resolutio fieri in materia primam, ita quod sine forma existat: quia materia sine forma esse non potest. Cum autem post consecrationem, nihil sub speciebus sacramenti remaneat, nisi corpus & sanguis Christi, oportebit dicere, quod elementa in qua resoluta est substantia panis & vini, inde discendant per motum localem: quod sensu perciperetur.

P R A E T E R E A. Illud quod est terminus a quo in qualibet mutatione, non remanet, nisi forte in potentia materia: sicut cum ex aere fit ignis, forma aeris non manet nisi in potentia materia: et similiiter quando ex albo fit nigrum. Sed in hoc sacramento substantia panis aut vini, se habet sicut terminus a quo: corpus autem aut sanguis Christi sicut terminus ad quem, dicit enim Ambrosius in libr. de officijs. Ante benedictionem illa species nominatur: post benedictionem corpus significatur. Ergo facta consecratione substantia panis vel vini non manet, nisi forte resoluta in suam materiam.

P R A E T E R E A. Oportet alterum contradictoriorum esse verum. Sed hæc est falsa facta consecratione, substantia panis vel vini est aliquid. Ergo hæc est vera, substantia panis & vini est nihil.

S E D contra est, quod Augustinus dicit in libr. 83. questionum. Deus non est causa tendendi in non esse. Sed hoc sacramentum diuina virtute perficitur. Ergo in hoc sacramento non annihilatur substantia panis aut vini.

R E S P O N D E O dicendum, quod quia substantia panis vel vini non manet in hoc sacramento, quidam impossibile reputant, quod substantia panis vel vini in corpus & sanguinem Christi conuertatur: po-

suerunt quod per consecrationem substantia panis vel vini, vel resolutur in praiacentem materiam, vel quod annihilatur. Praiacens autem materia in quam corpora mixta resolui possunt: sunt quatuor elementa. Non enim potest resolutio fieri in materia primam, ita quod sine forma existat: quia materia sine forma esse non potest. Cum autem post consecrationem, nihil sub speciebus sacramenti remaneat, nisi corpus & sanguis Christi, oportebit dicere, quod elementa in qua resoluta est substantia panis & vini, inde discendant per motum localem: quod sensu perciperetur.

S I M I L I T E R etiam substantia panis vel vini manet usque ad ultimum instans consecrationis. In ultimo autem instanti consecrationis iam est ibi substantia corporis vel sanguinis Christi: sicut in ultimo instanti generationis, iam inest forma. Vnde non erit dare aliquid instans in quo sit ibi praiacens materia. Non enim potest dici quod paulatum substantia panis vel vini, resolutur in praiacentem materiam, vel successiue egrediatur de loco specierum: quia si hoc inciperet fieri in ultimo instanti sua consecrationis, simul sub aliqua parte hostiae esset corpus Christi cum substantia panis, quod est contra predicta. Si vero hoc incipiat fieri ante consecrationem, erit dare aliquid tempus, in quo sub aliqua parte hostiae, nec erit substantia panis, nec erit corpus Christi, quod est inconveniens. Et hoc ipsiusmet perpendisse videntur.

V N D E posuerunt aliud sub disjunctione, scilicet quod annihilatur. Sed hoc non potest esse: quia non est dare aliquem modum, quo corpus Christi verum esse incipiat in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantia panis in ipsum. Quia quidem conuersio tollitur posita, vel annihilatione substantiae panis, vel resolutione in praiacentem materiam. Similiter etiam non est dare, unde talis resolutio vel annihilatione in hoc sacramento causetur,

causetur, cum effectus sacramenti significetur per formam: neutrum autem horum significatur per verba forme, hoc est corpus meum. Unde patet predictam positionem esse falsam.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod substantia panis vel vini facta consecratione, reque sub speciebus sacramenti manet, ne que alibi. Non tamen sequitur quod annihilatur: conuertitur enim in corpus Christi. Si cut non sequitur si aer ex quo generatus est ignis, non sit ibi vel alibi. qd sit annihilatus.

A D S E C U N D U M dicendum, quod forma quæ est terminus a quo non conuertitur in aliam formam: sed una forma succedit alteri in subiecto, et ideo prima forma non remanet nisi in potentia materia. Sed hic substantia panis conuertitur in corpus Christi: ut supra dictum est. Vnde ratione non sequitur.

A D T E R T I U M dicendum, quod licet

post consecrationem hæc sit falsa, substantia panis est aliquid: id tamen in quo substantia panis est conuerta, est aliquid. Et ideo substantia panis non est annihilata.

A D Q V A E S T I O N E M hanc tertiam in ordine respondet diuus Thomas referendo opinionem quorundam recipientium quidem substantia panis & vini non manere in Sacramento Eucharistiae: sed eo ipso quod credebant substantia panis & vini non manere in hoc sacramento Eucharistiae, reputabat impossibile, quod eadem substantia panis & vini conuerteretur in corpus & sanguinem Christi. Ideo dicebant, quod vel substantia panis & vini resolutur in illa praiacente materia: & successiue egreditur de loco specierum. Contra. Vel hoc incipit fieri in ultimo instanti consecrationis, & tunc simul sub aliqua parte hostiae esset corpus Christi cum substantia panis: quod est falsum, & in duobus articulis præcedentibus satis expugnatum. Vel hoc incipit fieri ante consecrationem, id est, ante ultimum instans consecrationis: & tunc dabatur aliquid tempus in quo sub aliqua parte hostiae, nec erit substantia panis, nec corpus Christi, qd de lege ordinata absurdum esset dicere.

S E C U N D A conclusio. S. Th. est. Substantia panis & vini non annihilatur in Eucharistia. Probatur testimonio diuini Augustini: qui in lib. 83. questionum dicit. Deus non est causa tendendi in non esse.

S E C U N D O Probatur. Bene sequitur. Corpus Christi de lege ordinaria, & saluis his quæ dicuntur in scriptura de sacramento Eucharistiae, non potest ponи in ipso sacramento nisi per conuersionem substantiae panis in ipsum corpus, & vini in sanguinem: ut supra probauimus.

S. iii. Ergo

quam generationem, sed simplicem resolutionem, esset materia sine forma, quod naturaliter & de lege ordinata esse non potest, quicquid sic de potentia absoluta Dei. Et stultum est ponere in hoc sacramento, omne id quod Deus de potentia absoluta facere potest. Et quod nec resoluatur in elementa vel elementum aliquod. Patet. Quia tūc aut resolutur in elementa manentia ibi in Eucharistia, aut in elementa egredientia ab Eucharistia: nam aliud medium dari non potest. Sed non in elementa manentia in Eucharistia: quia ibi nihil manet nisi verum corpus, & verus sanguis Christi. Nec in elementa egredientia: quia tunc illa elementa egredierentur per motum localem, quod sensu perciperetur. At nunquam hoc quis tenet. Ergo non resolutur substantia panis in illa. Ergo nullo modo sic resolutur. Nec valet si dicas qd Deus potest facere, ut maneat ibi illa elementa, in qua resolutur substantia panis, cum corpore Christi, & ita non sentimus motum localem: quia (vt iam diximus) hoc esset multiplicare miracula, & loqui de potentia absoluta Dei. Sed loquendo de potentia ordinaria, saluis his quæ dicuntur de sanctissimo sacramento Eucharistiae (vt supra diximus) fieri non potest, quod sub speciebus panis & vini maneat aliud quam corpus Christi.

S E C U N D O Probatur predicta conclusio. Bene sequitur. Substantia panis vel vini manet usque ad ultimum instans consecrationis, quod est primum esse corporis Christi in Eucharistia, & primum non esse panis. At in ultimo instanti consecrationis iam est ibi substantia corporis Christi, vel sanguinis, sicut in ultimo instanti generationis, quod est primum esse forma geniti, & primum non esse corrupti: iam inest forma geniti. Ergo nūquæ est aliquid instans signandum, in quo ibi sit praiacens materia. Et si dicas quod paulatum substantia panis & vini resolutur in illa praiacente materia: & successiue egreditur de loco specierum. Contra. Vel hoc incipit fieri in ultimo instanti consecrationis, & tunc simul sub aliqua parte hostiae esset corpus Christi cum substantia panis: quod est falsum, & in duobus articulis præcedentibus satis expugnatum. Vel hoc incipit fieri ante consecrationem, id est, ante ultimum instans consecrationis: & tunc dabatur aliquid tempus in quo sub aliqua parte hostiae, nec erit substantia panis, nec corpus Christi, qd de lege ordinata absurdum esset dicere.


S E C U N D A conclusio. S. Th. est. Substantia panis & vini non annihilatur in Eucharistia. Probatur testimonio diuini Augustini: qui in lib. 83. questionum dicit. Deus non est causa tendendi in non esse.

Ergo non annihilatur substantia panis & vini. Quia si corpus Christi est ibi per annihilationem substantiae panis & vini. Ergo non est per conuersationem substantiae panis in ipsum corpus. Ergo tolleretur conuersio. Quod de lege non potest fieri: ut supra ostendimus. Ergo non annihilatur substantia panis & vini.

TER TIO. Probatur utraque conclusio. S. Th. Omne id quod fit in sacramento significatur per formam sacramenti, aut per ipsum sacramentum. At per formam Eucharistie non significatur annihilation, nec resolutio substantiae panis vel vini in praesentem materiam. Ergo non est ibi talis annihilation, nec resolutio in praesentem materiam: sed est conuersio, quae (ut supra ostendimus) significatur per hanc formam, hoc est corpus meum. Et hoc ipsum quod substantia panis & vini, non annihilatur, sed conuertatur: asserit Magister sententiarum in. 4. d. 11. pro quo more suo multa sanctorum testimonia citat. Sed nos comodius, hoc & pressius art. 4. sequenti examinabimus.

Articul. quartus

Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.



DQVARTVM. Sic proceditur. Videtur quod panis non possit conuerti in corpus Christi. Conuersio enim quedam mutatione est. Sed in omni mutatione oportet esse subiectum quod prius est in potentia, & postea est in actu: ut enim dicitur. 3. Physi. motus est actus existens in potentia. Non est autem dare aliquod subiectum substantiae panis & corporis Christi: quia de ratione substantiae est, quod non sit in subiecto: ut dicitur in praedamentis. Non ergo potest esse quod tota substantia panis conuertatur in corpus Christi.

PR AETER EA. Forma illius in quod aliquid conuertitur, de novo incipit esse in materia eius, quod in ipsum conuertitur: sicut cum aer conuertitur in ignem prius non existentem, forma ignis incipit de novo esse in materia aeris: & similiter cum cibus co-

uertitur in hominem prius non existentem, forma hominis incipit esse de novo in materia cibi. Si ergo panis conuertitur in corpus Christi: necesse est quod forma corporis Christi, de novo incipiat esse in materia panis, quod est falsum. Non ergo panis conuertitur in substantiam corporis Christi.

PR AETER EA. Ea quae sunt secundum se diuersa, nunquam unum eorum fit alterum: sicut albedo nunquam fit nigredo, sed subiectum albedinis fit subiectum nigredinis: ut dicitur in primo Physi. Sed sicut duo forma conuari, & sunt secundum se diuersa (ut pote principia formalis differentiae existentes) ita duae materie signatae, sunt secundum se diuersae: ut pote existentes principia materialis distinctionis. Ergo non potest esse, quod haec materia panis, fiat haec materia qua individuatur corpus Christi. Et ita non potest esse, quod substantia huius panis conuertatur in substantiam corporis Christi.

SED contra est, quod Eusebius Emissenus dicit. Nouum tibi & impossibile esse non debet, quod in Christi substantiam terrena & mortalia conuertuntur.

R ESPONDEO dicendum, quod sicut super dictum est, cum in hoc sacramento sit verum corpus Christi, nec incipiat ibi esse de novo per motum localem: cum etiam nec corpus Christi sit ibi sicut in loco (ut ex dictis patet) necesse est dicere, quod incipiat ibi esse per conuersationem substantiae panis in ipsum. Hac tamen conuersio non est similis conuersationibus naturalibus: sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute effecta. Vnde Ambrosius dicit in libr. De sacramentis. Lquiet quod prater naturae ordinem virgo generavit, & hoc quod conficiimus corpus ex virginie est. Quid ergo quare naturae ordinem in Christi corpore, cum prater naturam sit dominus Iesus partus ex virginie?

Sum vobis. f. de hoc sacramento, spiritus & vita sunt, dicit Chrysostomus, id est spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturaliem: sed eruta sunt ab omni tali necessitate quae in terra est, & à leibibus, que hic posita sunt.

Sum vobis. f. de hoc sacramento, spiritus & vita sunt, dicit Chrysostomus, id est spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturaliem: sed eruta sunt ab omni tali necessitate quae in terra est, & à leibibus, que hic posita sunt.

M ANIFESTUM est enim, quod omnne agens agit in quantum est actu. Quodlibet autem agens creatum est determinatum in suo actu, cum sit determinati generis & species: & ideo cuiuslibet agentis creati actio fertur super aliquem determinatum actu. Determinatio autem cuiuslibet rei in esse actu, est per eius formam. Vnde nullum agens naturale seu creatum potest agere nisi ad mutationem formae: & proprius hoc omnis conuersio quae fit secundum leges naturae, est formalis. Sed Deus est actus infinitus (ut in primis parte habitum est) unde eius actio se extendit ad totam naturam entis. Non igitur solum potest perficere conuersationem formalē, ut scilicet diversae forme sibi in eodem subiecto succedant: sed conuersationem totius entis, ut scilicet tota substantia huius conuertatur in totam substantiam illius.

ET hoc agitur diuina virtute in hoc sacramento: nam tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi: & tota substantia vini, in totam substantiam sanguinis Christi. Vnde haec conuersio non est formalis, sed substantialis: nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transsubstantiatio.

A D PRIMUM ergo dicendum, quod obiectio procedit de mutatione formalis: quia forma proprium est, in materia & vel subiecto esse. Non autem habet locum in conuersione totius substantiae. Vnde cum haec conuersio substantialis importet quandam ordinem substantiarum, quarum una conuertitur in alteram: est sicut in subiecto, in utraque substantia, sicut ordo & numerus.

A D SECUNDUM dicendum, quod illa obiectio procedit de conuersione formalis,

seu mutatione: quia oportet sicut dictum est, formam esse in materia & vel subiecto. Non autem habet locum in conuersione totius substantiae, cuius non est accipere aliquod subiectum.

A D TERTIUM dicendum, quod virtute agentis finiti, non potest forma in formam mutari: nec materia in materiam. Sed virtute agentis infiniti (quod habet actionem in totum ens) potest talis conuersio fieri: quia utriusque forme & utriusque materie est communis natura entis, & id quod est entitas in una, potest actorem conuertere in id quod est entitas in altera, sublato eo per quod ab illa distinguebatur.

IN HOC quarto articulo diuus Thomas facit tria. Primum dicit, quod possibilis est conuersio panis in corpus Christi. Secundo. Exponit qualis est ista conuersio: & quomodo differat a conuersationibus naturalibus. Tertio. Dicit quomodo nominanda est haec conuersio. Et haec omnia continentur tribus propositionibus: quarum prima est. Necesse est dicere quod incipiat esse corpus Christi in Eucharistia, per conuersationem substantiae panis in ipsum. Probatur haec conclusio. Quia (ut supra dictum est) in hoc sacramento est corpus Christi verum. Et non incipit ibi esse per motum localem: quia non est ibi sicut in loco. Nec incipit ibi esse per generationem. Ergo necesse est dicere quod incipit ibi esse per conuersationem substantiae panis in ipsum corpus Christi.

S E C U N D O. Probatur testimonio Eusebii Emisseni dicentis. Nouum tibi & impossibile esse non debet, quod in Christi substantia in terrena & mortalia conuertuntur. Ergo. &c. Vnde colligitur possibile esse conuersationem panis in corpus Christi: quod in titulo articuli proponebatur.

S E C U N D A conclusio est. Haec conuersio quae conuertitur panis in corpus Christi, non est similis conuersationibus naturalibus: sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute effecta. Haec probatur testimonio diuini Ambrosij: qui in lib. de sacramentis sic ait. Liquet quod prater naturam ordinem virgo generavit: & hoc quod conficiimus corpus, ex virginie est. Quid ergo queris naturae ordinem in Christi corpore, cum prater naturam sit dominus Iesus partus ex virginie?

S E C U N D O. Probatur testimonio diuini Chrysostomi: qui super illud Ioh. 6. Verba quae ego locutus sum vobis (neque de hoc sacramento) spiritus & vita sunt, sic ait. Id est spiritualia sunt, nihil habentia carnale, nec consequentiam naturaliem: sed eruta sunt ab omni

omni tali necessitate quæ in terra, & à legibus quæ hic posse sunt.

TER TIO. Probatur eadem conclusio ratione. Bene sequitur. Omne agens agit in quantum est actu. At quodlibet agens creatum est determinatum in suo actu, quia est determinati generis & speciei. Ergo cuiuslibet agentis creati actio fertur super aliquem determinatum actu. Ergo non potest agens creatum mutare totam substantiam in aliam substantiam. Probatur hæc ultima consequentia: quia omnia alia manifesta sunt. Determinatio cuiuslibet rei in esse actuali, est per eius formam. Ergo nullum agens creatum potest agere, nisi ad mutationem formæ. Ergo omnis conuersio quæ fit secundum leges naturæ est formalis, id est, est talis quæ mutatur forma, ut introducatur alia: sed non mutatur materia. Ergo nullus agens creatum potest transubstantiare subst. intiā vñā in aliā. Sed Deus est actus infinitus. Ergo eius actio extendit se ad totam naturā entis: ita ut tota substantia huius conuertatur in totum subst. intiā, alterius ipsa diuina actione & virtute. Quod sit in Eucaristia: vbi tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini in totam substantiam sanguinis Christi. Et hæc est ratio à priori, quare Deus potest transubstantiare, & non agens creatum.

TER TIA conclusio diuī Thomæ est. Hæc conuersio qui conuertitur panis in corpus Christi: non est formalis, sed substancialis. Nec continetur inter species motus naturalis: sed proprio nomine dicitur transubstantiationis. Hæc in litera.. S. Th.

HIC prius dicam quid certum est: in quomodo catholici communiter conueniunt. Secundo. Ponam duas opiniones extraneas. Tertio. Ponam aliam medium opinionem. Quarto. Ponam veram sententiam, quæ etiam est diuī Thomæ.

QVANTVM ad primam. In hoc conueniunt omnes catholici: quod definit esse substantia panis & vini in Eucaristia, & incipit ibi esse corpus & sanguis Christi: vbi ante consecrationē nō erant. Sed in modo quo definit esse, non conueniunt omnes: se sunt variae opiniones.

AD secundum dico, quod sunt circa hoc variae doctorum sententiæ: quarum altera est vna noua opinio in schola, quæ est domini Caietani in suis commentarijs super hunc articulum. 4. & 3. præcedentem: quæ consistit in tribus propositionibus, quarum prima est. Facta cœsatione nō manet substantia panis. Et in hac omnes conueniant: quia est de fide, ut iam iam ostendemus.

SECVNDA propositio est. Illud quod fuit panis, facta consecratione est aliquid reale, & non est panis.

TER TIA propositio est. Id quod fuit panis, est corpus Christi post consecrationem. Et eodem modo cœredit Caietanus conuertentes. s. corpus Christi est id quod fuit panis. Et declarat hoc: quia hæc conuersio non est sicut conuersiones natura-

les, in quibus sunt duo termini s. positivus & negativus. Negativus, nempe, ut definit esse lignū: positivus, ut incipit esse ignis. Sed in hac conuersione, dicit, non est terminus negativus. s. definit esse panis: sed id quod erat panis incipit esse corpus Christi. Dicit etiam esse notandum, quod tota mutatio est circa panem, & non circa corpus Christi: sed hæc est vna mutatio habens duos terminos positivos, s. à quo & ad quem. A quo. s. panis, ut sic: & ad quē, id quod fuit panis, ut est corpus Christi. Hæc ille. Et si hæc opinio esset vera proprius loquitur quam opinio communis: quia dicit quod substantia panis simpliciter definit esse. Et tunc intelligeretur melius quomodo conuertitur substantia panis in corpus Christi: quia magis illo modo accedit ad naturam conuersonis, si id quod fuit panis, est corpus Christi.

HAEC opinio videtur fuisse Hugonis de sancto Victore lib. 2. de sacramentis. p. 8. cap. 9. vbi dicit. Per verba sanctificationis vera panis, & vera vini substantia, in verum corpus & sanguinem Christi conuertitur. Et subdit. Conuersio autem ipsa secundum vñionem, sed secundum transitionem credenda est: quoniam nequaquam essentia essentiae in augmetum accedit, sed in transitionem: ut id quod accedit, cum illo cui accedit, vñfiat. Ergo &c. Et infra subiungit. Nec ipsam substantiam panis in nihilum redactam esse dicimus, sed mutantam potius: quia incepit esse quod non fuit.

SECVNDO. Eiusdem sententiæ videtur esse Ambrosius in lib. de sacramentis. 4. cap. 4. & habetur de cœsatione. d. 2. cap. Re vera. & cap. Panis est. vbi sic dicitur. Vides ergo quomodo operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, ut inciperet esse quod nō erat: quāto magis operatorius est ut sint quæ erant, & in aliud commutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutant, & sic de pane fit corpus Christi. Ergo exp̄se Ambrosius esse pro Caietano.

TER TIO. Eiusdem sententiæ videtur esse Innocentius. 3. qui in lib. 4. de officio missæ. cap. 7. sic inquit. Quod ergo panis fuerat cum accepit: corpus suum erat cum dedit. Panis itaque mutatus erat in corpus illius. Ergo hoc ipsum quod dicit Caietanus, dicit Innocentius. 3. Et infra postea in alijs capitulis facit argumentum ex verbis Ambrosij, dicens, id quod erat panis ante consecrationem: iam est corpus Christi post consecrationem. Et ait Innocentius. Si quod erat panis manet in sacramento. Ergo manet panis. Responder. Littere hoc (demonstrato corpore Christi) erat illud, nunquam tamen panis est corpus Christi: sicut non est verum dicere, sanus est æger, sed sanus fuit æger.

ET Caietanus non solum ponit illam opinionem: sed dicit quod est de mente. S. Th. Et probat: quia S. Th. in 4. d. 11. q. 1. ar. 4. ad. 1. adducit verba Ambrosij,

brosij, & dicit, quod sic intelligenda sunt. Id quod fuit panis, est corpus Christi, id est, quod est sub speciebus panis, prius erat panis, & postea corpus Christi: & nihil aliud est sub speciebus nisi corpus Christi. Ergo ex mēte. S. Th. id quod fuit panis, est corpus Christi.

SECVNDO. S. Th. hic ar. 3. ad. 2. ponit differentiā inter istam conuersiōnem & naturalem: quia in conuersione naturali, quod prius erat non manet nisi in potentia: sed hic dicit, quod substantia panis conuertitur in corpus Christi. Vbi videtur dicere, quod plus maneat hic quam in conuersione naturali.

TER TIO. Hic in articulo. 4. ad. 3. dicit. S. Th. quod in hac conuersione virtus diuina conuertit totam substantiam panis in totam substantiam corporis Christi sublatu eo per quod distinguebatur. Sed id quod est entitatis in vna, potest actor entis cōuertere ad id, quod est entitatis in alia. Hæc. S. Th. Ergo secundū. S. Th. ens vel res quæ erat panis, est corpus Christi: licet illa res definit esse panis, non definit esse simpliciter.

QVARTO. S. Th. infra. q. 19. ar. 5. vbi querit, an ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari, dicit quod aliqui dixerunt, quod quādo illæ species corrumpuntur: reddit materia panis. Et. S. Th. dicit quod illud est impossibile: nisi corpus Christi conuertatur in panem. Unde videtur quod dicat, illam substantiam panis esse corpus Christi: & ideo sicut panis conuersus fuit in corpus Christi, ita corpus Christi poterit conuerti in panem, & quod aliter non rediret materia panis.

QVINTO. Eiusdem sententiæ videtur esse Vinaldius lib. de sacramentis. cap. 70. & 71. vbi similia verba dicit ad illa Ambrosij & Caietani.

SEXTO. Hieronymus ad editiū dicit. Nos autem audiamus panem quem fregit dominus, ipsum esse corpus Christi seruatoris.

SEPTIMO. Augustinus. 4. de Trinitate. (& citatur à Magistro in. 4. d. 11. cap. 1.) dicit. Corpus Christi dicimus quod ex frugibus terræ acceptū est. Unde videtur quod Caietanus habeat pro se multos graves doctores.

SED primum omnium oportet intelligere opinionem hanc: quid s. est dicere panis erit corpus Christi, & id quod fuit panis est corpus Christi. Ad quod intelligendum iuuabit id quod dicebat Parmenides. 1. Physi. quod omnia sunt vnum. Itaque substantia ignis, & calor eius, & materia ignis, & forma sunt vnum. Et ita totum lignum est totus ignis: & aqua per hoc quod fit calida, nō acquirit aliquam entitatem: sed omnino id est aqua & calor eius. Et ita meo tempore, quidam Ioannes de Oria dicebat Salmantice, quod omnia erant Deus, sic vel taliter se habens: ut coelum erat Deus sic se habens, & homo erat Deus sic se habens. Sed hic ab inquisitoribus condemnatus fuit. Et ita videtur dicere Caietanus, quod sicut

Parmenides dicebat, quod idem quod est equus erit Petrus ita id quod est panis, erit corpus Christi. Ita quod Caietanus vult dicere, quod sicut ista est vera formaliter, album erit nigrum: ita hæc est vera, panis erit corpus Christi, quia ens quod est panis erit corpus Christi. Itaq; Caietanus dicit, quod panis conuertitur in corpus Christi: & ista cōuercio est hoc modo, & sic fit, quod id quod fuit panis manet sed manet effectū corpus Christi. Et panis ut sic nō manet in esse formalis panis. EGO credo quod hæc opinio est falsa, & est singularis Caietani: & quod nullus aliud illā habuit ad sensum domini Caietani. Et arguitur sic cōtra illā. Prius, quia sequeretur quod in Christo post consecrationem, manet plus de materia quā antea. Probatur. Quia Christus acquisivit materiam quam antea non habebat. Et habet totam quā antea habebat. Ergo est maior quam antea. Quod non videtur dicendum: quia tunc corpus Christi mutaretur, quod tamen nō mutatur propterea quod ponatur in sacramento. Antecedens patet: quia per opinionem Caietani acquirit illam rem materialē, quæ erat panis, quam antea non habebat. Ergo in corpore Christi post consecrationem, manet plus de materia quam antea.

SECVNDO. Id quod est forma panis definit esse. Et quod est materia panis definit esse. Consequentia est bona. Quia si partes definit esse, ergo & totum. Antecedens probatur pro prima parte. Quia vel forma panis definit esse vel non. Si primum. Ergo non manet. Si non definit esse, quid est post consecrationem: Aut forma Christi, aut materia Christi, aut totum corpus Christi. Non materia Christi: quia non videatur quomodo conuertatur in materialē. Nec forma Christi: quia nec videatur quomodo forma corporea conuertatur in materialē. Nec formam Christi per eandem rationem.

ET rursus quod forma panis non conuertatur in formam Christi probatur. Quia si in triduo mortis Christi conuercaretur hoc sacramentum, forma panis conuertetur: sed non in formam Christi cum esset separata à materia anima rationalis Christi.

ET quod forma panis non conuertatur in totum corpus Christi probatur: quia nō habebit matrē connexionem cum illo suo toto post conuersiōnem, quam antea cum illo suo toto quod erat panis. Et antea non prædicabatur de toto. s. de pane. Ergo nec post conuersiōnem. Et tamen si forma panis esset totum corpus, etiam esset totum quod fuit antea, quod fuit falsum est. Ergo non conuertitur in totum corpus Christi: ita quod sit verum dicere, id quod fuit forma panis, est corpus Christi.

PRAETEREA. Si forma panis est totum corpus Christi. Ergo eadem ratione materia panis esset corpus Christi. Vnde esset cōcedendū, quod forma

forma panis post consecrationem est corpus Christi; & materia panis etiam est corpus Christi, & etiam quod forma panis est materia panis. Quia bene sequitur. Hoc totum (demonstrando) corpus Christi est forma panis, quae in illud fuit conuersa. Et hoc totum est materia panis: quae etiam in illud fuit conuersa. Ergo materia panis est forma panis, quod absurdum est.

PRAETEREA. Si dicas quod forma panis converitur in formam corporis Christi. Contra. Ergo una medietas formae panis converitur in formam corporis Christi: & alia etiam. Ergo una medietas formae panis converetur in aliam. Ergo una erit alia. Quia hoc est medietas. a. Et hoc est medietas. b. demonstrando corpus Christi. Ergo medietas a. est medietas. b.

PRAETEREA. Corpus Christi non habet ali quid post conversionem, quod non haberet ante. Ergo non manet illud quod erat panis. Probo antecedens. Quia si panis conuerteretur in Michaellem: non haberet Michael aliquid, quod non haberet ante illam conversionem. Ergo non manet quod erat panis, vel oportet explicare, quid est illud quod manet in Christo post consecrationem, quod erat panis, ut ait.

PRAETEREA. Sequeretur, quod corpus Christi habet nunc plures res, quas non habebat quando resurrexit, nempe, habet omnes res quae fuerunt panes illi, qui in ipsum Christi corpus sunt conuersi hactenus.

PRAETEREA. Sequeretur quod posset sic Deus conuertere mundum in granum sinapis: & contra, granum sinapis in mille mundos. Et tunc quid habet illud granum sinapis plusquam nunc: non apparet.

PRAETEREA. Deus non potest facere panem

corpus suum, ita quod maneat res quae fuit panis

sine conuersione. Ergo nec per conuersionem, ita

quod maneat res quae fuit antea panis.

PRAETEREA. Ex opinione Caietani sequuntur contradictiones duas veræ. Ergo est falsa. Probatur antecedens. Ita sunt contradictiones. Antichristus non potest fuisse, & Antichristus potest fuisse. Et ambæ sunt veræ. Ergo iam negatiua est vera: quia Antichristus erit & non fuit, & ad præteritum non est potentia. Ergo vera. Affirmatiua probatur. Adamus potest fuisse. Et Antichristus possibiliter est Adamus. Ergo Antichristus potest fuisse. Si neges minorem, licet sit verum quod Antichristus possibiliter est id quod fuit Adamus. Cōtra. Bene sequitur. Hoc (demonstrando) id quod fuit Adamus, quod potuit conuerti in Antichristum potest fuisse. Et hoc possibiliter est Antichristus. Ergo Antichristus potest fuisse.

PRAETEREA. Hac esset vera lapis possibiliter currit. Quia hoc (demonstrando) Petro possibiliter currit. Et hoc possibiliter est lapis. Ergo lapis possibiliter currit.

PRAETEREA. Sequitur quod panis a. erit panis b. qui ambo consecrantur. Quia hoc (demonstrando)

do corpus Christi) erit id quod fuit panis. a. Et hoc erit id quod fuit panis. b. Ergo id quod fuit panis. a. erit id quod fuit panis. b.

IDEO relata opinione Caietani dicendum est, quid. S. Th. sensit de hoc. Et dico quod. S. Th. non tenet opinionem Caietani. Probatur. Quia in hac questione ar. 8. ponit. S. Th. modos loquendi in hoc sacramento, & negat hanc, panis potest esse corpus Christi, & hanc, panis erit corpus Christi. Et secundum Caietanum hanc est vera: quod est panis erit corpus Christi. Et tunc bene sequitur. Hoc erit corpus Christi. Et hoc est panis, demonstrato pane. Ergo panis possibiliter est corpus Christi. Quā doctor sanctus formaliter negat. Et ex sententia Caietani sequitur, quod panis est terminus connotatiuum: quia accipitur pro re aliqua sacramentū quod habet differentiam panis, & perditur illa differentia, & manet res. Vnde sequitur quod omnes termini specifici sunt connotatiui.

SECVNDO. S. Th. ibidem negat hanc, panis fit corpus Christi: quae est vera secundum Caietanum. Ergo. S. Th. non habet sententiam Caietani.

TER TIO. S. Th. in. 4. d. ii. q. 1. ar. 4. dicit quod hanc propositio, quod est panis erit corpus Christi, non est concedenda: quam tamen coedit Caietanus. Ergo non est sententia. S. Th. sententia Caietani.

Q VAR TO. Illum locum Ambrosij quem citat Caietanus pro se glosat. S. Th. vbi supra quod intelligitur, quod contentum sub speciebus erat panis ante consecrationem: & post consecrationem illud contentum est corpus Christi. Ergo. S. Th. non fuit illius opinionis. Et hic. ar. 3. ad. 3. dicit. S. Th. quod hanc est falsa: substantia panis est aliquid post consecrationem.

Q VINTO. Dico quod alia loca in quibus. S. Th. videtur dicere quod dicit Caietanus. s. quod illud quod fuit panis, est corpus Christi: sunt intelligenda, sicut ipse interpretatur Ambrosium, neque, quod contentum sub speciebus panis, ante consecrationem erat panis, & post consecrationem est corpus Christi. Ita nāq; se exponit ipsemet doctor.

SEX TIO. Ad Augustinum & Hieronymum dico, quod vocant panem sicut Paulus vocat: quia in illo. s. pane consecratur corpus Christi, & quia panis conuertitur in corpus Christi: sed non eodem modo quo dicit Caietanus. Et quia manent species panis & proprietates. Et hic est modus loquendi scriptura: nempe, vocat rem in quam alia conuertitur, nomine alterius conuersa.

SED tunc oportet exponere, quomodo panis conuertitur in corpus Christi, id est, quomodo fiat ista conuersio. Et dico quod fit hanc conuersio hoc modo, quod panis simpliciter desinit esse, & vt panis, & vt ens: ita quod non remanet materia, nec forma, nec illud quod erat panis, & loco illius corpus Christi incipit esse ibi, vbi fuerat panis, ita quod facta consecratione, hanc est vera, panis est nihil, aut panis nullo modo est: sed loco eius est corpus

corpus Christi. Et sic de vino quod nullo modo est: sed loco eius est sanguis Christi.

SED contra. Si panis simpliciter desinit esse. Ergo annihilatur. Quia illud annihilatur, quod definit esse secundum se & quodlibet sui: quod fate mur de pane, nempe, quod desinit esse, secundum se & quodlibet sui. Ergo annihilatur.

AD HOC Durandus in. 4. d. ii. q. 3. non potest percipere quomodo non sit annihilationis, si nihil manet panis. Ideo concedit quod panis non annihilatur: sed ponit alium modum conuersionis, neque, quod materia panis manet, & in formatur forma Christi: sed forma panis definit esse. Vnde dicit, quod illud quod fit in hoc sacramento posset fieri naturaliter, neque, si Christus comederet panis, desineret esse forma panis, & materia panis informaretur forma Christi. Et sic nūc fit in illa conuersione: quod desinit esse forma panis, sed manet materia informata anima Christi.

SED credo, quod hanc opinio non tantum est falsa, sed heretica. Et arguo hoc modo contra illam. Aut illa materia vniatur hypostatico verbo diuinio: vel non. Si vniatur hypostatico, habet Durandus contra se argumenta, quae ipse facit cōtra Ioannē de Parisijs, nempe, quod verbū diuinū quotidie assumit innumerās materias. Et alia quae iā supra retulimus ex ipso Durando & Paludano.

Si non vniatur hypostatico, Ergo non conuertitur in Corpus Christi. Quia nisi vniatur hypostatico cum Christo, non est corpus eius. Sicut si anima Petri ponatur in duobus locis, & in uno informaret unum corpus: & in alio ponitur in aliquo corpore, sed non informat illud, tunc illud aliud corpus in quo ponitur in alio loco, non esset corpus illius animæ: quia non potest illud informare, cum informet iam aliud (vt suppono) de facto non informat illud.

SECVNDO. Vel illa materia continuatur cū materia corporis Christi, vel non. Non potest dici quod continuatur: quia cōtinuatio non potest esse nisi per quantitatē communem vtricū continuatorum. Et illa materia non habet quantitatē: quia quantitas panis manet in sacramento.

ET confirmatur quia non cōtinuatur cum una

parte potius quā cum alta, cum eadem sit ratio de omnibus, nec cum toto potest cōtinuari, vt dictū

est. Ergo &c. Si non continuatur, & informatur

forma Christi. Ergo sunt ibi multa supposita: quod

absurdum est. Alterum erit corpus Christi: & alterum compositū ex illa materia panis & ex for-

ma Christi: & alterū erit quantū, & alterū non.

TER TIO. Aut illa materia panis habet dispositiones ad formam Christi, aut non. Si non. Ergo iam est nouū miraculum, quod informetur à forma corporis Christi sine dispositionibus. Et si dicas, quod habet dispositiones ad formam Christi. Contra. Totū quod illic fit, fit à sacerdote: qui tamen non disponit. Ergo non habet dispositiones: quia sacerdos non introducit alias disposi-

tiones illic: quia solum agit quod forma sacramenti significat, quæ nullas dispositiones significat. Ergo. &c.

Q VAR TO. Aut illa materia panis manet tota in tota hostia, & tota in qualibet parte: aut pars in parte. Si manet extensa, pars s. in parte. Cōtra. Illa materia informatur anima Christi. Ergo vbi est anima, est illa materia. Et cum tota alia materia Christi sit in toto sacramento & in qualibet parte: & eadem est ratio de ista. Ergo etiam est in toto, & in qualibet parte.

ET confirmatur. Quia si illa materia non est tota in toto, & tota in qualibet parte. Ergo nec corpus Christi esset totum in toto, & totum in qualibet parte: quia iam illa materia est pars corporis Christi. Sed hoc est falsum. Quia si aliquis sacerdos consecrasset panem diuinum in duas partes, non esset tota materia panis in toto, & tota in qualibet parte: quia una pars non esset vbi alia. Nam quād consecrantur plures hostiae simul, est totū corpus Christi in toto, & totum in qualibet parte: quia est materia Christi propria. Sed hanc est materia panis distincta. s.a. & b. Ergo non sunt in toto, & in qualibet parte.

Q VI NTO. Ecclesia dicit in cap. Firmiter. extra de summa Trinit. Et extra de celebra missa. cap. Cum marthæ, & in concilio Florētino, quod transubstantiantur panis in corpus Christi. &c. Quod non esset verū si materia remaneret: quia illud est transubstantiari, id est, mutari quo ad formam & materiam, id est, quo ad totum. Alias esset mutatio formalis, & non substancialis: vt ecclesia dicit. Ergo non potest teneri illa sententia Durandi. Et credo quod iam hodie est heretica: quia in concilio Tridetino diffinitur, quod nihil panis manet in Eucharistia. Vbi in Decreto de sacramento Eucharistie Canone. 2. sic habetur. Si quis dixerit in sacrostante Eucharistie sacramento remanere substantiam panis & vini, vna cō corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi: negauerit mirabile illam & singularē conuersionem panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dūtaxat speciebus panis & vini, quam quidem conuersionem Catholica ecclesia aptissime transubstantiationem applicat: Anathema sit.

IDEO relata hanc opinionem tanquam falsam, dico quod totus panis desinit esse: ita quod nec manet materia nec forma panis. Et si inferas. Ergo annihilatur. Nego consequitionem, & dico, quod cōmuniter omnes doctores dicunt cum Magistro in. 4. d. ii. quod non annihilatur absolute. Scotus. d. ii. q. 4. dicit, quod panis non annihilatur per hanc conuersionem, quae in sacramento fit. Et facit argumenta ad probandum quod annihiletur: & propter illa argumenta videtur asserere quod simpliciter non annihilatur: sed sicut corpus Christi in sacramento non incipit esse absolute, sed solum incipit esse hic: ita per accidens hic desinit esse panis to-

nis totaliter quo ad formam, & materiam.
SED contra. Si desinit esse, & nihil eius manet. Ergo est annihilationio. Ad hoc communis sententia Theologorū est, quod non annihilatur substātia panis, nec vini, esto desinit esse. Hoc. S. Th. hic ar.3. Et Magister in. 4.d.ii. Et omnes ibidem cum illo. Ita etiā Albertus Magnus, Richardus, Bonaventura, Et Marsilius. q. S. ar.3. cōclusione.;

PRAETER EA. Gabriel. d. ii. q. i. dicit, quod videtur disputatio de nomine: quia communiter (demptris paucis: vt Caiet. & Durand. qui habent singulares opiniones) dicitur quod nihil manet de pane & vino. Sed dicit quod non est dicenda annihilatio: quia eodem modo esset cōcedendū, quod formæ in naturalibus annihilarentur: quia desinunt esse secundum se & quodlibet sui. Idem dicit Maior.

SED notandum est pro probatione conclusionis & declaratione, quod mutationes non capiunt speciem nisi à termino ad quem, & non à termino à quo. sicut descensus lapidis, & ascensus, generatio, & alteratio, quando aqua ex calida fit frigida. Licit omnes hæ mutationes habeant duos terminos, à quo. s. & ad quem: semper sumunt speciem à termino ad quæ. Vnde ex eodē termino à quo, ad diuersos terminos ad quos, sunt diuersi motus specie: vt si à frigido moueatr aliquid ad calidum, & simul ad locum alium, erit alteratio, & motus localis. Et si à frigido moueatr in calidū, & in albū, erunt duæ species motus propter duos terminos ad quos.

HOC supposito probo quod non annihilatur pānis in Eucharistia. Quia mutatio panis terminatur ad terminum ad quem posituum. s. ad corpus Christi. Ergo ab illo termino sumēda est species, & nō à pane qui est terminus à quo. Ergo nō est annihilatio: quia annihilatio sumit speciem à termino negatiuo, nempe, nihilum. Illud ens annihilatur, cuius desitio esse terminatur in nihilum, & ibi sistit.

SECVNDO. Est notandum, quod diuersitas cauſe efficientis non variat speciem, ceteris manen- tibus invariatis & paribus, verbi gratia, calor productus a sole & ab igne, sunt eiusdem speciei: sicut mus productus a sole, & productus ab alio mure per generationem, & si Deus calefaceret aquam, illa calefactione esset eiusdem speciei cū calefactione ab igne. Sed si causa naturalis faceret, quod Deus facit in Eucharistia, non esset annihi- latio: sed potius generatio, aut alia species mu- tationis. Ergo nec nunc est annihilatio.

TERTIO. Omne illud quod sequitur de per se & remanet ad actionē alterius, est terminus ad quem illius actionis, & est effectus eius: vt homo generat proprie hominem, quāuis non producat animam rationalem. Sed corpus Christi in Eu- charistia de per se sequitur ad istam actionem cō- fectionis ex lege Christi, ita necessario & ma- gisquam in naturalibus: quia naturalia possunt

desicere & non hoc quod est de fide. Ergo cōter- sio vel transsubstātio hæc terminatur ad cor- pus Christi de per se. Ergo non est annihilatio:

Q VAR TO. In hoc errant qui reuocat in du- bium an illa conuersio sit annihilatio: quia putat quod quando nihil remanet de re, sed desinit esse secundum se & quodlibet sui, quod sit annihilatio. Et quod in hac conuersione, vt non sit annihi- latio, oportet manere aliud illius rei quæ desi- nit esse: quia si agens naturale posset producere ali- quid ad desitionem totalem alterius secundum se & quodlibet sui, esset vera conuersio & genera- tio, & non annihilatio. Ergo etiam nunc esto fiat per diuinam potentiam.

Q VINTO. Ignis fit ex toto ligno, & nō ex ma- teria; & non manet lignum totū ex quo fit ignis. Et nihilominus lignum conuertitur in ignem, & non anahilatur. Ergo etiā si materia ligni desi- neret esse, vocaretur conuersio & non annihi- latio: quando sic illa actio per quā lignum desinit esse terminatur ad ignem, & per illam actionem natura intendit ignem esse, & non intendit nibi- lum. Ergo non annihilatur.

Vnde sequitur quod duo sunt de ratione annihi- lationis. Primum est, quod nihil remanet illius quod desinit esse: quia hoc significat hoc no- men annihilatio. Et propter hoc albedo non annihi- latur, licet desinit esse secundū se & quodli- bet sui: quia manet subiectum, nec forma equi: quia manet materia equi.

SECVNDO. Requiritur ad annihi-lationem, quod ratione illius actionis qua aliud desinit esse, nihil positum succedat. Dico ratione illius actionis: quia si Deus corrumpet totaliter Pe- trum, & succederet ibi aer: nō tamē ex vi, aut ratione illius actionis esset annihi-lation. Sed quia in Eucharistia succedit aliquod positum ex vi illius consecrationis & conuersionis: non est annihi-lation. Et etiam quia aliud manet. s. species non est annihi-lation. Quia accidentis non annihi- latur si manet subiectum. Ergo nec subiectum annihi- latur si manent eius accidentia.

E T confirmatur. Quia tollere lumen de aere, nō est actio nisi circa aere, & calefactione est actio circa aquā. Et cum nō desinit esse aer nec aqua: non annihi- latur lumen quod erat in aere, nec ac- cidentia quæ erant in aqua. Ita in Eucharistia ecō tra, quia manent accidentia nō annihi- latur sub-iectum: & si desinit esse. Sed melius est dicere pri- mum. s. quod ex vi actionis ponitur aliquid pos- titum: ideo non est annihi-lation.

Vnde ex his facile dices ad argumenta in op- positum. Ad primum, panis desinit esse, secundū se & quodlibet sui. Ergo annihi- latur. Ad hoc pri- us nego antecedēs: quia manet eius accidēta. Se- cundo, & melius, cōcesso antecedēte, nego cōseque- tiā: quia illa actio qua panis desinit esse, vt dictū est: nō terminatur ad nihil sed ad corpus Christi, qđ per illā actionē incipit ibi esse, vbi erat panis.

SECVN-

SECVNDO arguitur sic. Positio corporis Chri- sti est distincta à desitione panis. Ergo non impe- dit hoc quod ponatur ibi corpus Christi, quin sit proprie annihilatio.

AD HOC distingo antecedens. Si intelligatur quod sit distincta actio per quam panis desinit esse, ab actione per quā ponitur ibi corpus Chri- sti, nego antecedens: sed vñica est actio per quā desinit esse panis, & ponitur ibi corpus Christi, si cut agens naturale vñica actione corruptio fri- giditye & calefacit. Si intelligatur quod formaliter vel alio modo distinguatur, actio secundum quod per illā desinit esse panis, & secundū quod per illā incipit ibi esse corpus Christi: translat antecedens, & nego consequiam.

TER TIO arguitur sic. Deus potest annihi- lato panē ponere ibi corpus Christi. Ergo per hoc quod succedat ibi corpus Christi: non tollitur quin sit annihilatio.

DICO, quod si fiat totū vñica actione, ita quod ordinetur & terminetur corruptio vnius ad po- sitionē alterius, nego quod sit annihilatio. Si autē actio illa ordinatur ad desitionē vnius tātum, & de per accidēns succedit aliud, esset annihi- latio: sed non est contra nos, quia non sic de per accidēns per talē actionem succedit ibi corpus Chri- sti: sed de per se.

Q VAR TO. In corruptione naturali si desi- neret esse materia esset annihi-lation. Ergo etiā hic.

AD HOC dico, quod si ita desineret esse mate- ria quod nullo modo maneret, & quod ex tali actione nihil succederet de per se: Cōcedo quod esset annihi-lation. Sed si aliud succederet, nō es- set annihi-lation: vt dīctum est.

SED cōtra. Ex dictis sequeretur, quod Deus nō posset annihi- lare formam ligni manente mate- ria: quia succederet alia forma quæ impedit annihi- lationem.

DICO quod hoc argumentum currit cōtra om- nes. Quia queritur, an Deus possit annihi- lare for- mā equi manente materia. Nā alij dicunt quod de ratione annihi-lationis est, quod nihil rema- neat illius rei. Sed hoc non obstante, posset quis ad hoc dubium dicere: quod potest Deus formā à materia separare, & postea corrūpere. Sed hoc nihil est dicere: quia iam illa materia nō est sua.

I DEO dubitatur an possit Deus eodē instan- tiā annihi- lare vnam formam, & quod introdu- catur alia in eandem materiam.

DICO quod ita. Quia (vt diximus) actiones nostræ non terminantur ad partem, sed ad totū: & ita omnis actio naturalis non potest terminari ad nihil. Sed actio diuina potest terminari ad formam tantum. Et tunc esto, succederet alia for- ma, esset annihi-lation: quia illa desitio esse illius formæ, terminatur ad nihil. Actio autē natura- lis hoc non posset.

Vnde est notandum, quod nec in euangelio, nec in antiquis patribus est nōmē hoc, transsub-

stantiā: sed est in. S. Th. & vtitur illo ecclesia in cap. Firmiter, extra de summa. Trin. & in alijs locis. Et ecclesia inuenit illud nōmē, ex his quæ dicuntur in scriptura de hoc sacramento. Et ar- guitur sic contra Caeterum. Ad veritatem om- nium quæ tradita sunt in euangeliō de hoc sacra- mento, & ad ritus ecclesiae de eodem sacra- mento sufficit dicere & ponere ea quæ. S. Th. & alij scho- lastici dicunt & ponunt. Ergo non est ponendus nouus modus: quia ecclesia noluit aliquid nouita- tis asserere, nisi saluare & defendere illas verita- tes quæ sunt in euangeliō de hoc sacramento. Et hoc argumentum est etiam cōtra Durandum.

SED dicunt hæretici, quod in euangeliō nō est hoc nōmē transsubstātio, ergo nō debet quis illud fingere.

AD HOC dico, quod ipsi hæretici fingunt mul- tā alia nōmīna de hoc sacramento: quæ non sunt in euangeliō. Ergo etiam ecclesiae licet fingere no- mīna ad declarandum veritates, quæ sunt in euā- geliō de hoc sacramento. Quia alias vnde ipsi ha- bent maiore autoritatem quam ecclesia?

SECVNDO dico, quod ecclesia non fecit hoc si ne causa: sed propter hæreticos inuenit nōmīna exquisita: sicut in concilio Niceno inuenit nōmē Homusion, ad denotādum filium Dei esse eiusdem substātie cū patre contra Arianos. Ita etiam hæretici coegerūt ecclesiam ad formandū noua verba ad exprimendā veritatē huius sa- cramenti: vbi non disputamus de nomine, sed de tota religione. Et licet illud nōmē transsubstā- tio non inueniatur formaliter in scriptura, in- uenit virtualiter: quia dicuntur aliqua cū qui- bus est ponenda ista transsubstātio.

TER TIO dico cū Augustino, quod ecclesia vt- tur nouis nominib⁹: quia agit de rebus, nouis quæ non fuerunt ante Christum redemptorē. Et vla fuit his nouis nominib⁹ quotiescumq; opus fuit explicare hanc panis conuersiōnem in cor- pus Christi.

D VBITA TVR secūdo, quomodo trans- sub- stātiātū pānis in corpus Christi, an mate- ria in materiam, & forma in formam, aut totus pānis in totum corpus?

AD HOC respondet. S. Th. hic ar.4.ad.3. & in ar.5. sequenti ad. 2. & in. 4. d.ii. q.1. ar.1. & dicit quod conuertitur forma in formam, & materia pānis in materiam corporis Christi. Et idem di- cit Paludanus. d.ii q.3. ad. 4. Durandi. Idem di- cit Marsilius. q.2. ar.2. Idem Richardus. Idē Bo- nauentura. Et est cōmunitis opinio doctorū. Sed

dico quod hoc est intelligendum ad bonum sen- sum, id est, quod totus pānis conuertitur in totum corpus Christi, ac si vtrumq; esset indiuisibile. Et probatur. Quia nihil efficitur in Eucharistia, nisi quod significatur per formam sacramenti. Et per formam solum significatur quod ex pane fit cor- pus Christi, & non materia ex materia, aut for- ma ex forma.

ET

ET confirmatur. Quia non oportet ponere ali- quid aliud, nisi quod sufficit ad saluandā verita- tem euangelij, & ritum ecclesie in Eucharistia. Et ita doctores dicunt per adaptationem quan- dam materialē panis conuerti in materialē cor- poris Christi, & formam in formam. Et si verū esset quod dicit Gabriel, quod in triduo mansit corpus Christi sine forma aliqua; tunc totus panis conuertetur in materialē, & non forma in formam.

DUBIUM tertium. **P**otentiam conuerti quodlibet ens in quodlibet. Ad quod dicit Caietanus conformiter ad suū modum quod ita: quia id quod est Petrus erit vel potest esse angelus. Sed iste modus non videtur po- nendus, cum non habeatur in scriptura: & est dif- fīcile illum defendere apparet, nec videtur sa- tis intelligibilis.

SCOTVS autem d.ii.i.q.2. dicit, primum quod diuina potentia quilibet creatura in quilibet creaturam conuerti potest.

SECUNDUM, dicit quod nulla creatura potest conuerti in Deum. Et in primo dicto Scotti vide- tur conuenire. S. Th. qui bicar. 4.ad.3. dicit, quod non potest conuerti materia in materialē, & forma in formam, virtute agentis finiti: sed virtute agen- tis infiniti potest totum in aliud totum conuerti, propter cōmunicatiōnē entis quae est in utroq. Qui locus (ut diximus) videtur fauere Caieta- no: quia ad conuersionem quae ponitur ab opinio- ne communī, non opus est aliqua conuenientia in natura entis. Vnde videtur quod sentiat. S. Th. naturam panis conuerti in naturam alterius ma- nente natura entis utriq; communī, nempe, natu- ra conuersa & illi in quam conuersa est.

DICO quod solum. S. Th. vult dicere, quod loco unius naturæ succedit alia. Et ad hunc sensum intelligit. S. Th. & Scottus, quod quilibet crea- tura in aliam conuerti potest: quia per diuinam po- tentiam quilibet substantia creata potest desine- re esse, & loco illius potest alia succedere, quod est rem in rem conuerti.

DUBIUM quartum. **C**ED an accidens in accidens conuerti possit, hoc est, albedo in nigredinem. Et secundū mo- dum Caietani non est dubium quin possit. Sed se- cundum. S. Th. & Scottum erat maius dubiū, quo modo forma non subsistens conuertatur in for- matam non subsistente.

DICO nihilominus ad hoc secundum. S. Th. quod bene potest esse conuersio accidentium. Sed oportet (ut dictum est) quod illud extremū quod conuertitur non maneat in rerum natura. Sed loco eius ponatur aliud in quod conuertitur, in eo- dem subiecto, aut quod desitio illius terminetur ad aliud esse in eodem subiecto, & tunc est conuer- tio. Vnde & secundum communem opinionem quilibet creatura conuerti potest in quilibet.

DUBIUM quintum. **D**atura conuerti possit in Deum. Videtur quod ita. Quia panis conuertitur in totum Christū. Et

Christus est Deus. Ergo. &c. Sed cum diuinitas non sit ibi ex vi sacramenti, possit consequentia negari: quia Deus non est in Eucharistia nisi co- comitanter.

SED contra. Quia posset Christus instituere Eu- charistia sub ista forma, hoc est Christus: & tunc totus esset in sacramento ex vi sacramenti.

AD HOC respondet Scottus ubi supra quod non potest creatura conuerti in Deum. Et idem di- cit Caietanus.

SED contra. Maior conuenientia est inter Deū & creature, quā inter ipsas creature. Ergo. &c.

SECUNDUM. Secundum. S. Th. & communem sententiam Theologorum, conuersio solū est per hoc quod desinat esse creatura quae conuertitur: & incipiat ibi esse Deus vel illud in quod conuer- titur. Et hoc potest fieri, si quod creatura desinat esse, & incipiat ibi esse Deus tali modo quo non erat antea. Nec valet dicere quod Deus non incipi- pit esse ubi erat creatura, quia est ubiq; quia ad co- uersionem non requiritur quod non fuerit ibi id in quod fit conuersio: sed sufficit quod sit alio mo- do nouo. Ut si Christus esset penetratius in pa- ne, per consecrationem haberet tantum nouum modum existendi ibi: & est propria conuersio.

HI S non obstantibus dico, quod creatura non po- test conuerti in Deum: ut dicit Caietanus & Sco- tus. Idem dicit Gabriel. d. ii. q. 1. & super canonē lect. 4. Et ad argumentū dico, quod non sufficit no- nūs modus existendi. Nā in casu posito (nempe, quod desinat una res, & loco eius ponatur alia in quā conuertitur, saltem alio modo quā erat) non est conuersio. Sed ad conuersionē requiritur quod illud in quod aliud conuertitur: incipiat eo modo esse, & eundem ordinem habere, quē habebat prima creatura quae conuersa est, & quod succe- dat loco eius. Et ita si Deus inciperet ibi esse eo modo quo est in cœlo: non esset conuersio. At quia Deus non potest incipere esse sicut panis erat ideo panis non potest conuerti in illum. Et etiā Deus non potest mutare modum quo nunc est in crea- turis: quia non potest desinere esse in creaturis eo modo quo nunc est. Et non potest cōtineri Deus sub speciebus quatenus Deus est: quia repugnat infinitati Dei ponit sub accedētibus, eo modo quo ibi erat panis in ordine ad accidentia.

DUBIUM sexto, an sit miraculū quod Dubiū Christi corpus incipiat esse in Eucharistia. Videtur quod non quia non est rationabile, quod homines peccatores & aliquando turpissimi, si- cut sunt aliqui peccatores, habeant potestatem fa- ciendi miraculum.

SED contra est quod omnes sancti dicunt, non so- lum esse miraculum, sed potissimum miraculorum. Et in psalmo. 110. de hoc sacramento dicitur. Me moria fecit mirabilium suorum. Ergo est miraculū. **A**D HOC dico aliquibus propositionibus: qua- rum prima est. Manifestum est quod fuit mira- culum, quando Christus consecravit.

SED

SED postea an sit miraculum? Ad hoc Albertus Magnus. d.ii. q. 1. dicit, quod non est miraculum. Ratio est: quia ad miraculum oportet quod sit ra- rum & infolitum, & præter spem, & præter certi- tudinem. Idem dicit Dionyius Carthuriensis in 4.d.ii. q. 1. & probat rationibus Alberti Magni. S. Th. petit hoc dubium in 4.d.ii. q. 1. ar. 3. q. 3. & di- cit duo. Primum est, quod est miraculum. Secun- dum est, quod non est maximum miraculorum: quia incarnatione verbi est maius miraculū, & ma- gis miraculosa. Hac. S. Th.

VIDETVR hæc quæstio de nomine. Nam ma- nifestū est, nec Albertus hoc poterat negare, quod ibi desinat esse substantia panis, & ponitur cor- pus Christi speciali Dei concursu: ita quod gene- ralis concursus eum tota natura non sufficit.

SECUNDUM. Manifestum est, quod cum hoc iam sit ex lege Christi infalibiliter, quotiescumque sacerdos protulerit illa verba, videtur quod non sufficiat hoc ad rationem miraculi. Sicut mira- culum est nunc, quod unum corpus transeat pene trando alium: sed hoc post resurrectionem non erit miraculū, quia fiet iam ex lege communī ra- tione status. S. Th. tamen dicit quod est miracu- lū: quia fit ex speciali concursu Dei, sine quo non poterat esse, est & ex lege cōmuni infalibiliter fiat.

DUBIUM septimum. **D**UBIUM septimo, an Christi corpus sit in sacramento per motum localem. Vide- tur quod ita: quia facta cōsecratione est corpus Christi in aliquo loco in quo antea non fuit. **A**D HOC aliqui dicunt quod non mouetur lo- caliter: quia ad motum localem non sufficit, quod id quod mouetur acquirat locum: sed requiritur quod desinat locum priorem. Sed hoc non requiri- tur: quia angelus potest moueri localiter, esto- non desinat priorem locū, ut si sit in cœlo, & ve- niat ad terram non transundo per medium, & sine quiete redeat ad cœlum. Tunc semper fuit in loco in quo prius erat, & fuit motus.


IDEO dico quod non mouetur localiter: quia ad motum localē requiritur, quod ex natura sua sit translatio corporis de loco in locum: ita quod ille modus existendi quiete, & veniendi ad istum locū nouum ex natura sua impedit modum exi- stendi alibi, nisi miraculose impeditur. Et mo- dus existendi Christi corporis in Eucharistia, non impedit ex natura sua modum existendi alibi: li- cert non requiratur desitio loci: quia iste modus es- sendi in sacramento est specialis, qui non im- pedit modum essendi localiter alibi. Et hæc est una ratio, quare Christus non mouetur localiter, ut ponatur in sacramento.

SECUNDUM. Dico quod ideo non est mutationis localis in sacramento: quia ille modus essendi ter- minatur ad essendum, & non ad locum: quia eo modo est Christus in sacramento, ac si non esset alibi: quia existentia in sacramento non depen- det ab existentia extra sacramentum. Nec valer- si dicas quod ideo non est hic motus localis, quia

non est transitio per medium: quia illud non requi- ritur ad motum localem, ut de angelis diximus.

Articul. quintus.

Vtrum in hoc sacramento remaneat accidentia panis & vini.



DQVINTVM. Sic proceditur. Videtur quod in hoc sacramento non remaneant accidentia panis & vini. Remoto enim priori remouetur & posterius. Sed substan- tia est naturaliter prior accidente: ut proba- tur. **M**etha. Cum igitur facta consecratio ne non remaneat substantia panis in hoc sa- cramento, videtur quod non possint rema- nere accidentia eius.

PRÆTEREA. In sacramento ve- ritatis non debet esse aliqua deceptio. Sed per accidentia iudicamus de substantia. Vide- tur ergo quod decipiatur humanum iudi- cium: si remanentibus accidentibus substan- tia panis non remaneat. Non ergo hoc est conueniens huic sacramento.

PRÆTEREA. Quanvis fides no- stra non sit subiectarationi, non tamen est cō- tra rationem, sed supra ipsam: ut in princi- pio huius operis dictum est. Sed ratio nostra habet ortum à sensu. Ergo fides nostra non de- bet esse contra sensum. Est autem contra sen- sum: dum sensus iudicat esse panem, & fi- des credit esse substantiam corporis Christi. Non ergo hoc est conueniens huic sacra- mento, quod accidentia panis subiecta sensibus maneant, & substantia panis non maneat.

PRÆTEREA. Illud quod manet cō- uersione facta: videtur esse subiectum mu- tationis. Si ergo accidentia panis manent cō- uersione facta: videtur quod ipsa accidentia sint conuersiois subiectum. Quod est impos- sibile: nam accidentis non est accidentis. Non ergo in hoc sacramento debent remanere acci- dentia panis, & vini.

SED

S E D contra est, quod Augustinus dicit, in lib. sententiarum prospere. Nos in specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, idest carnem & sanguinem honoramus.

R E S P O N D E O dicendum, quod sensu apparet facta consecratione, omnia accidentia panis & vini remanere. Quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam sit.

P R I M O quidem: quia non est consuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere. Et ideo proponuntur nobis caro & sanguis Christi sumenda: sub speciebus illorum que frequentius in usum hominis veniunt. s. panis & vini. &

S E C U N D O. Ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideatur: si sub specie propria dominus nostrum manducemus.

T E R T I O. Ut dum inuisibiliter corpus & sanguinem domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod sicut dicitur in lib. de causis: effectus plus dependet à causa prima quam à causa secunda. Et ideo virtute Dei qui est causa prima omnium, fieri potest, ut remaneant posteriora prioribus sublati.

A D S E C U N D U M dicendum, quod in hoc sacramento nulla est deceptio: sunt enim ibi secundum rei veritatem accidentia que sensibus diiudicantur: intellectus autem cuius est proprium obiectum substantia (ut dicitur in 3. de anima) per fidem à deceptione preservatur.

E T sic patet responsio ad tertium: Nam fides non est contra sensum: sed est de eo ad quod sensus non attingit.

A D Q U A R T U M dicendum, quod hac conuersio non proprie habet subiectum: ut dictum est. Sed tamen accidentia quae remanent habent aliquam similitudinem subiecti.

I N HOC articulo est unica conclusio affirmativa, que sic habet. Sensu apparet, facta consecratione omnia accidentia panis & vini remanere. Hac conclusio probatur in argumento in contra: uno testimonio Augustini, ut habes in litera. Et quod notum sit ad sensum accidentia pa-

nis & vini remanere in Eucharisti, facta consecratione: nec sanctus Thomas amplius probauit: nec nos probabimus. Ostendit autem docttor (ve habetur in litera) tribus rationibus, esse ratione cōsentaneum, ut non conuertantur accidentia in aliud sicut conuertitur substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi.

D E H A C questione an maneat accidentia panis & vini, conuersis substantijs in corpus & sanguinem Christi: non est disceptatio cum fidelibus, quia illi sine controversia, semper hoc receperunt: & fide certa habuerunt. Agendum tamen nobis est cum hereticis: ne tunc, cum Vincel & alijs qui dicebant panem manere facta consecratione: eo quoniam accidentia panis manebant. Et probant sic: quia omnia sunt unum, scilicet materia. Ergo cum maneat accidentia oportet quod maneat panis: cum accidentia & panis sint idem, neque materia. Quod opinatio (hoc est: omnia esse unum) fuit Parmenidis, ut refert Aristoteles in 1. Physicorum. At hæc sententia semper fuit reprobata ab omnibus grauibus Philosophis, etiam Ethicis: & semper prævaluit Aristotelis sententia quod non omnia sunt unum: sed substantia, quantitas, & qualitas realiter distinguuntur. Que sententia confirmata est ab ecclesia in hoc sacramentorum fide constat (ut supra duobus articulis prædictis ostendimus) manere accidentia deficieare substantia: ut pote in corpus Christi conuersa. Sententiam autem illam, nempe, quod omnia sunt unum (ut supra dixi) meo te, nō pote defendebat Salmantica, quidam Iohannes de Oria: dicens nihil aliud esse accidentia, quam quidam modus substantiae. Et quod aqua calida nō acquirebat nouam entitatem quando calefiebat. Et Vincel atque hic Iohannes de Oria dicebant, quod Deus in sacramento faciebat, ut illa entitas que erat panis, esset tantum accidens. Hoc vero iā supra reprobauimus, hereticus ostendimus. Quiniam ille Iohannes de Oria fuit coactus ab Adriano Pontifice maximo: ut reuocaret suum errorē. Contra quem de nro sic arguo. Quia si ita esset quod opere Deipanis in sacramento Eucharistie tantum sit accidens. Ergo panis nō conuertitur in corpus Christi, sed in accideas. Quod est error in fide & falsissimum.

D U B I U M primo, an accidentia panis, excepta quantitate, possint facta consecratione manere naturaliter sic sine substantia. Et videtur quod ita: quia sunt in quantitate. Ergo poterit manere quantitas, sine subiecto miraculo se: & alia accidentia naturaliter.

A D Hoc aliqui dicunt, quod qualitates omnes manent sine subiecto, sed dicunt quod sunt plures quantitates: ita quod una est albedo, & alia nigratio. &c. At secundum doctorem sanctum, & Scotum, & veritatem, qualitas distinguitur à re qua, & non est nisi una omnium accidentium. Et hæc est mēs Aristotelis in 1. Physicorum, cap. 2. Cōmento. 9. vbi disputans cōtra Parmenide & Melismum

Melismus sic ait. Si igitur & substantia est, & quantum: duo, & non unum est, quod est. Ideo dicendum est ad dubium: quod quantitas manet miraculo sine substantia. & alia accidentia manent naturaliter. Et est maximum argumentum quod non sit ibi nisi una quantitas omnium accidentiarum. Nam ibi sunt plura accidentia, nempe, calor, color, & sapor, quæ ita continuantur: quod nō possunt ad inuidem separari naturaliter: & ad unius motum sequuntur alia accidentia. Vnde videatur quod sit una tantum quantitas non plures, ut alij opinantur. Nam si plures essent quantitates, separaretur una ab alia, cum esset in alio situ & loco.

D u b i u m **S E C U N D O** dubitatur circa secundum & secundum. **S** tertium argumentum. S. Thom. an post consecrationem habeamus notitiam visuam panis eandem intuituam quam ante habuimus ipsum panis, maxime cum quis semper attēt videt hostiam post consecrationem, quam etiam parum ante videbat. Et videtur quod Christiani non habeant eandem notitiam intuituam panis, quam ante consecrationem habebant. Non enim habent idem iudicium: quia ante iudicabant quod erat ibi panis: nunc vero iudicant ibi esse corpus Christi.

S E D C O N T R A, quia in infidelis manet eadem notitia visua & intuituam: cum ita iudicer post consecrationem ibi esse panem sicut ante. Ergo etiam manet in infidelis.

S E C U N D O, quia si sacerdos ante consecrationem algiciat hostiam & continuet illam visionem, experitur quod non mutatur, facta consecratione. Ergo manet eadem notitia visuam quæ erat antea. Ideo dico quod etiam in Christiano manet eadem notitia visuam post consecrationem: quæ erat antea: sed mutatur iudicium per fidem, ad cuius mutationem nō requiritur quod mutetur notitia intuituam apprehensiva.

S E D C O N T R A Illa quæ remanet non est intuituam: quia non dependet actualiter ab obiecto, aut nō est rei praesens ut praesens est, quæ sola intuituam dicitur. Dico tamen quod est intuituam: quia scis est quod eodem modo representet, ac si dependeret actualiter ab obiecto, cum à deo suppleatur ratio obiecti: nempe, idem calor, & quia manent accidentia, quibus mediantibus causata fuit praedicta visio, & sic adhuc dependeret ab obiecto. Nil enim aliud est notitia intuituam, nisi notitia illa que dependet ab obiecto: aut quæ representat sicut si dependeret ab obiecto: quæ conditione in ista notitia proculdubio repertus.

S E D quid videtur, tali notitia intuituam post consecrationem? Dico quod videtur panis qui sunt & non sunt: verbum namque (video) ampliat sicut verbum (cognosco) &c.

S E D A R G V I T U R quod non sit conueniens manere accidentia panis: & est secundum argumentum. S. Thomæ hic. Nam sequeretur dece-

ptio: quia per accidentia debemus iudicare de re. Ergo sequitur deceptio. Iudicabunt namque homines videntes hostiam consecratam quod sit panis cum non ita sit. &c.

S E C U N D O. Deus esset causa illius deceptio-nis, qui facit illud miraculum vnde homines decipiuntur. Et ad minus decipiuntur infideles, qui non credunt, nec sciunt mysterium.

T E R T I O. Sequeretur ex hoc, quod de nullo parte haberemus evidentiā, quod est panis. Probatetur: quia potest sacerdos nequam consecrare totum panem qui est in foro, ex sua malitia: & alij putant quod est verus panis, cum tamen illud sit corpus Christi. Ergo. &c.

A D H O C dicendum. S. Thom. quod nulla est deceptio, ex institutione & facto Christi: quia Christus docuit & prouidit, quando & quomodo sacerdotes debent consecrare hoc sacramentum, ne sequatur aliqua deceptio. In super dedit fidem in intellectu, per quam iudicaret homines verum, atq; sensum corrigant, qui iudicat de exterioribus, & intellectus etiam de interioribus. E T A D primum argumentum, nego quod de per se sequatur deceptio, quia prouisum est, quomodo fiat quod fideles non ignorent, & ita non decipiuntur.

A D S E C U N D U M, nego quod imputetur Deo, si infidelis vel aliquis decipiatur, sed imputatur ipsi infidelis, qui non vult credere mysterium hoc: aut imputatur illi, qui culpabiliter consecrat, vel ponit sacramentum in loco & tempore non consueto, vnde alius etiam fidelis posset decipi, ut si quis sacerdos colectret panem, qui est in foro: vel ponat hostiam consecratam, in loco prophano alijs ignorantibus.

A D T E R T I U M nego quod non habeant homines evidentiā, quod hic panis sit panis, quia habent naturalem evidentiā: & nullam habent apparentiam incontrarium: quod sufficit ad natūrālē evidentiā. Quidam meus contemporaneus cōcedebat, quod nō habet homines evidentiā de pane quod sit panis: sed male hoc defēdebat. Vnde est notandum, quod duplex est evidentiā. Altera summa: & altera non summa sed naturalis.

Summa est: cum quis sic assentit alicui propositioni, quod in assentiendo sic, non potest etiā per diuinam absolutam potentiam decipi: verbi gratia: si ego dicam, ego sum, implicat quod ego dicam, ego sum, & quod non sit ita. Naturalis autē evidentiā est assensus vel cognitio alicuius, in quo non potest decipi naturaliter, idest, per causas naturales: licet possit interveniente miraculo, sicut in casu argumenti. Nam esto quod tunc non habeamus evidentiā, habemus tamen quando videmus panem, sine aliqua apparentia incontrarium: quia nec est in loco sacro ubi debet esse tantum sacramentum, nec apparentia aliquis sacerdos ibi ubi est panis, qui possit consecrare.

Articul. sextus,

An facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.



D SEXTVM sic procedit. Videtur quod facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis. Dicitur est enim, quod facta consecratione remanent accidentia. Sed cum panis sit quoddam artificiale: etiam forma eius est accidens. Ergo remaneat facta consecratione.

PRAETEREA. Forma corporis Christi est anima. Dicitur enim in secundo de anima: quod anima est actus corporis Physici, potentia vita habentis. Sed non potest dici, quod forma substantialis panis conuertatur in animam. Ergo videtur quod remaneat facta consecratione.

PRAETEREA. Propria operatione sequitur formam substantialis eius. Sed illud quod remaneat in hoc sacramento nutrit, & omnem operationem facit, quam faceret panis existens. Ergo forma substantialis panis remaneat in hoc sacramento facta consecratione.

SED contra. Forma substantialis panis est de substantia panis. Sed substantia panis conuertitur in corpus Christi, sicut dictum est.

Ergo forma substantialis panis non manet.

RESPONDEO dicendum, quod quidam posuerunt, quod facta consecratione non solù remanent accidentia panis: sed etiam forma substantialis eius. Sed hoc esse non potest. Primo quidem, quia si forma substantialis panis remaneret, nihil de pane conuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia. Et ita sequetur quod non conuerteretur in corpus Christi totum: sed in eius materia. Quod repugnat forma sacramenti, qua dicitur, Hoc est corpus meum.

SECUNDO, quia si forma substantialis panis remaneret: aut remaneret in materia, aut a materia separata. Primum autem esse non potest: quia si remaneret in materia panis: tunc tota substantialia panis remaneret quod est contra predicta. In alia autem materia remanere non posset, quia propria forma non est nisi in propria materia. Si autem remaneret a materia separata: iam esset forma intelligibilis actu, & etiam intelligens. Nam omnes forme a materia separata sunt tales.

TERTIO, esset in conueniens huic sacramento. Nam accidentia panis in hoc sacramento remanent, ut sub eius videatur corpus Christi, non autem sub propria specie: sicut supra dictum est. Et ideo dicendum est quod forma substantialis panis non remanet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet arte fieri aliquid, cuius forma non est accidens, sed forma substantialis: sicut arte possunt produciri ranae & serpentes. Talem enim formam non producit ars virtute propria, sed virtute naturalium principiorum. Et hoc modo producit formam substantialis panis virtute ignis de quoquevis materia ex farina & aqua confectam.

AD SECUNDVM dicendum, quod anima est forma corporis, dans ei totum ordinem esse perfecti. S. esse, & esse corporeum, & esse animatum, & sic de alijs. Conuertitur igitur forma panis in formam corporis Christi secundum quod dat esse corporeum, non autem secundum quod dat esse animatum tali anima.

AD TERTIUM dicendum, quod operationes panis quedam consequuntur ipsum ratione accidentium, sicut immutare sensum. Et tales operationes inveniuntur in speciebus panis post consecrationem: propter ipsa accidentia, que remanent. Quadam autem operationes consequuntur panem, vel ratione materiae, sicut quod conuertatur in aliquid, vel ratione formae substantialis: sicut est operatio consequens speciem eius, puta quod confirmat cornu nivis. Et tales operationes inveniuntur in hoc sacramento

sacramento: non propter formam, vel materiam, quae remanet: sed quia miraculose conseruntur ipsis accidentibus: ut infra dicetur.

HIC SEXTVS articulus motus est ad doc-torem sancto, ad examinandum: an forma panis sit accidentalis, vel substantialis, nempe si est accidentalis, cum dictum sit in articulo immediate praecedenti, quod omnia accidentia panis manet in sacramento Eucharistiae, sequitur quod etiam forma panis maneat: cuius oppositum dictum fuerat in praecedentibus articulis: neque forma panis conuersam fuisse per consecrationem in formam corporis Christi. Ideo non ministerio mouetur hic sextus articulus: in quo diuinus Thomas quoruadā hæretorum sententiam refert, dicentium non solum manere accidentia panis in Eucharistia facta consecratione, verum etiam substantialia panis formam. Hunc tamen errore reprobat. S. Thom. quatuor rationibus. Et prius hoc modo. Forma substantialis panis est de substancia panis. At substantia panis conuertitur in corpus Christi: ut in praecedentibus articulis probatum est. Ergo forma substantialis non manet.

SECUNDO. Bene sequitur. Forma substantialis panis remanet. Ergo nihil de pane conuertitur in corpus Christi, nisi sola materia. Conseguens est falsum. Ergo, &c. Falsitas consequentis probatur. Quia si sola materia conuertitur in corpus Christi, non conuerteretur in totum corpus Christi, sed in eius materiali tatum: quia materia non conuertitur nisi in materiali. Vnde ex vis sacra-menti non esset in Eucharistia, nisi materia corporis Christi, quod est contra veritatem formae huius sacramenti: quia dicit de toto contento in Eucharistia, Hoc est corpus meum, & non dicit hoc est materia corporis mei.

TERTIO. Si forma substantialis remanet: aut remanet in sua materia, aut a materia separata. In sua materia non potest remanere: quia tunc mai-sisset totus panis, quod hæreticus est: ut supra probavimus. In aliena autem materia manere etiam non potest naturaliter. Si dicas quod manet in aliena materia supernaturaliter, est dictum sine ratione: & sine fine: quia non est ad quid ponas, for-mam panis sic manere in aliena materia, & ponis nouū miraculum, non solū sine necessitate sed contra veritatem formæ consecrationis Eucharistiae. Si dicas quod remanet forma illi separata a materia. Cōtra. Ergo esset forma intelligibilis actu, & intelligens. Quia secundum Aristot. & antiquos Philosophos formæ separatae a materia sunt intelligibiles: quod intelligitur, & verum est: si forma sit separata a materia ex sua natura. Et hic sive ratione ponetur miraculum, ad separandum formam panis a materia. Ergo dicendum est: quod naturaliter manet forma panis sine materia, & per consequens erit intelligibilis.

QVARTO. Si in Eucharistia manet forma panis. Ergo id quod videtur non est corpus Christi: quod est contra veritatem sacramenti Eucharistiae, ubi ad hoc remanent accidentia panis: ut sub illis videatur corpus Christi, & non in pro-pria specie. Nam alijs nec accidentia panis remanent.

QUINTO. Arguo hoc modo contra principalem conclusionem Omnis forma artificata est accidens. At panis est quoddam artificiatum. Ergo eius forma est accidentalis.

AD HOC nego maiorem cum. S. Thomas hic ad primum. Pro cuius maiori expositione est notandum, quod duplia sunt artificata. Quædam quæ simpliciter fiunt ab arte: ita quod ibi non applicantur agentia naturalia, quæ propriæ secundum suas formas agant: ut calcus, vestis, & huiusmodi. Et horum formæ sunt accidentiales. Alia vero sunt artificata, quæ fiunt quidem ab arte: sed applicando causas naturales, quæ per proprias formas agant: ut panis fit per hoc quod applicatur ignis pasta, & ignis suo calore introducit formam panis in materiali pastæ, quæ forma est substantialis. Et ita videtur ut ferculis, & vnguentis: quæ fiunt per decoctionem ignis, & applicationem multarum cauarum naturalium. Et quod forma panis sit substantialis, probatur: quia ex fide tenemus conuersionem solius substantiae pa-nis in substantialiam corporis Christi. Ergo si forma panis esset accidens, non conuerteretur per se in corpus Christi: sed per aliud, nempe, per subiectum suum, quod falsum est: quia ex vi verborum sacramenti conuertitur sola substantia panis in corpus Christi.

SEXTO. Si forma panis est accidens. Ergo facta consecratione mansisset cum alijs accidentibus: quia non esset maior ratio de illo accidenti quam de alijs. Conseguens est plusquam falsum: ut supra contra hæreticos deduximus, & ostendimus. Ergo dicendum est quod forma pa-nis est substantialis. Vnde colligetur quod in ipsa non potest confici hoc sacramentum Eucharistiae: quia non est eiusdem speciei cum pane.

DEINDE dubitatur primus: an forma panis

Dubium
primum,

AD HOC respondet sanctus Thomas ad secundum, quod forma panis in formam corporis Christi conuertitur, secundum quod dat esse corporeum. Ergo dicendum est quod: forma pa-nis est substantialis. Vnde colligitur quod si in triduo mortis Christi conficeretur hoc sacramen-tum non conuerteretur forma panis in anima rationale Christi: sed in formam cadaveris, quæ tunc eidem corpori dabit esse corporeum, quod facit puto animationem. Mansisset tamen idem corpus quod ante erat triduci identitate, vel tripli ratione identitatis numeralis. Prior, ratione hypostasis: quia eadem mansisset hypostasis. Secun-do: Ratione eiusdem esse existet. Tertio: Ratione

Tij eiusdem

ciusdem materiæ. Sed non esset idem corpus formaliter: quia nō mansisset eadē forma. Sed quā tū ad tria prædicta, quæ ante faciebat anima rationalis: faciebat in triduo forma cadaueris. SED contra. Si sacramentū Eucharistiae conficeatur ante triduum mortis Christi, & seruaretur hostia consecrata in triduo: cum ibi non maneat anima rationalis, esset alia forma in quā non fuit facta conuersio.

DICO quod verū est. Sed sufficit quod maneat idem corpus in quod conuersio facta est.

DUBIUM secundū. **V**BITATVR secundo, an propria passio panis maneat. Videatur quod non: quia propria passio nō potest separari a subiecto, vt resibilitas ab homine. Ergo non manent omnia accidentia panis: cum propria passio sit vnum accidens panis, quod non manet.


AD HOC dico ex. S. Tho. hic ad tertium, quod duplex est propria passio alicuius subiecti. Altera est, quæ est potentia ad agendum: vt resibilitas in homine est potentia ad ridendū, & in pane, id quod est esse confirmatiū cordis humani, est proprietas, quæ est potentia ad confirmādum cor hominis. Altera est, quæ non est potentia ad agendum, sed habitudo quædā consequens substantiam rei: vt resibile si non accipiatur pro potentia ad ridendū, sed pro quadam habitudine, & inclinatio ne qua homo dicitur resibilis, & est substantia de se apta nata ridere qualis non est lapis, aut alia species quæcunque.

TVNC respondetur cum. S. Thoma hic duabus propositionibus. Et est notanda solutio cōtra aliquos Thomistas, dicentes quod sanctus Thomas tenet propriam passionem à subiecto separari non posse.

PRIMA propositio. Omnes propriæ passiones quæ sunt potentiae ad agendum, possunt à subiecto separari. Et ita sit in hoc sacramento, quod omnes proprietates panis quæ sunt potentiae ad agendum separantur à subiecto, & remanent: vt confirmare cor hominis, quod habet panis ratione suæ formæ, & conuerti in aliud, quod habet panis ratione materiæ. Hæc manet in Eucharistia: quia species & lètificant cor hominis, & conuentuntur in vermes, vel in aliud ens. Et experientia constat quod hæc proprietates manet in sacramento. Vnde sequitur secundum. S. Thomam, quod multæ proprietates distinguuntur à suis subiectis. **S**ECUNDA propositio est. Aliæ proprietates quæ non sunt potentiae ad agendum: non distinguuntur à subiecto. Et illæ non est opus quod maneat in Eucharistia: quia nec manere possunt.

Articu. septimus

Vtrum conuersio fiat in instanti.



D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod ista conuersio non fiat in instanti: sed sit successiva. In hac enim conuersio ne prius est substantia pa-

nis, & postea substantia corporis Christi. Nō ergo utrumque est in eodem instanti: sed in duobus instantiis. Sed inter quilibet duo instantia est tempus mediū. Ergo oportet quod hæc conuersio fiat secundū successionem temporis, quod est inter ultimum instanti quo est ibi panis, & primū instanti quo est ibi corpus Christi.

PRÆTER EA. In omni conuersione est fieri & factum esse. Sed hæc duo non sunt simul: quia quod fit, non est, quod autem factum est, iam est. Ergo in hac conuersione est prius & posterior. Et ita oportet quod nō sit instantanea, sed successiva.

PRÆTER EA. Ambrosius dicit in libro De sacramentis, qđ istud sacramentū: Christi sermone cōficitur. Sed sermo Christi successione perficitur. Ergo hæc conuersio fit successiva.

SED cōtra est, quod hæc conuersio perficitur virtute infinita: cuius est subito operari.

RESPONDEO dicendum, quod aliqua mutatio est instantanea triplicazione.

VNO quidē modo ex parte formæ, quæ est terminus mutationis. Si enim sit aliqua forma, quæ recipiat magis & minus, successione acquiritur in subiecto: sicut sanitas. Et ideo quia forma substantialis non recipit magis, & minus, inde est, quod subito fit eius introductio in materia.

ALIO modo ex parte subiecti, quod quādoque successione preparatur ad susceptionem formæ: & ideo aqua successione calefit. Quādo vero ipsum subiectum est in ultima dispositione ad formam, subito recipit ipsam: sicut diaphanum subito illuminatur.

TERTIO modo ex parte agentis, quod est infinite virtutis. Vnde statim potest materialia ad formam disponere: sicut dicitur Marti. 7. quod cū Christus dixisset, Hepherah: quod est,

quod est, adaperire, statim aperte sunt aures hominis, & solutū est & inculū linguae eius.

ET HIS tribus rationibus conuersio hæc est instantanea. Primo quidem, quia substantia corporis Christi ad quā terminatur ista conuersio: non suscipit magis nec minus. Secundo: quia in hac conuersione non est aliquod subiectū quod successione preparetur. Tertio: quia agitur Dei virtute infinita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quidam non simpliciter concedunt, quod inter quilibet duo instantia sit tempus mediū. Dicū enim quod hoc habet locū in duobus instantiis, quæ referuntur ad eundem motū nō autem in duobus instantiis quæ referuntur ad diuersa. Vnde inter instantis quod mensurat finē quietis, & aliud instantis quod mensurat principiū motus, non est tempus mediū. Sed in hoc decipiuntur: quia unitas temporis & instantis, vel etiā pluralitas eorum, non accipitur secundū quoscūque motus: sed secundū primum motum cœli, qui est mensura omnis motus, & quietis.

ET IDEO aliud hoc cōcedunt in tempore quod mensurat motū dependentem ex motu cœli. Sunt autē quidam motus, ex motu cœli non

dependentes, nec ab eo mensurati: sicut in prima parte dictum est de motibus angelorum. Vnde inter duo instantia, illis motibus respondentia, non est tempus medium. Sed hoc non habet locum in proposito. quia quanvis ista conuersio secundum se nō habeat ordinem ad motū cœli: consequitur tamen prolationē verbū, quā neceſſe est motu cœli mensurari. Et ideo neceſſe est inter quilibet duo instantia circa istam conuersione signata: esse tempus mediū.

QUIDAM ergo dicunt, quod instantis in quo ultimo est panis, & instantis in quo primo est corpus Christi, sunt quidam duo per comparationem ad mensurata: sed sunt vnu per comparationem ad tempus mensurans: sicut cum duas lineæ se contingunt, sunt duo puncta ex parte duarum linearum, vnum autem punctum ex parte loci continuatio. Sed

hoc non est simile: quia instantis tempus particularibus motibus non est mensura intrinseca: sicut linea & pūctus corporibus, sed solum extrinseca: sicut corporibus locus.

VNDE aliud dicunt quod est idem instantis re, sed aliud ratione. Sed secundum hoc sequretur, quod realiter opposita essent simul: nam diuersitas rationis non variat aliquid ex parte rei.

ET IDEO dicendum est, quod hæc conuersio (sicut dictum est) perficitur per verba Christi, quæ à sacerdote proferuntur: ita quod ultimum instantis prolationis verborum, est primum instantis, in quo est in sacramento corpus Christi: in toto autem tempore praecedenti est ibi substantia panis, cuius tempus non componitur ex instantiis consequēter se habentibus: vt probatur. 6. Physicoru. Et ideo est quidem dare primum instantis, in quo est corpus Christi: non est autem dare ultimum instantis, in quo sit substantia panis, sed est dare ultimum tempus. Et idem est in mutationibus naturalibus: vt patet per Philosophia in. 8. Physicorum.

AD SECUNDUM dicendum, quod in mutationibus instantaneis, simul est fieri, & factum esse: sicut simul est illuminari, & illuminatum esse. Dicitur enim in talibus factum esse, secundum quod iam est fieri autem, secundum quod ante non fuit.

ADLITERIUM dicendum, quod ista conuersio (sicut dictum est) sit in ultimo instanti prolationis verborum: tunc enim cōpletur verborum significatio, quæ est efficax in sacramentorum formis. Et ideo non sequitur quod ista conuersio sit successiva.

IN HOC articulo. 7. est notandum, quod teriam huius articuli & torius huius questionis, tractat Magister in. 4. d. ii. & ibidem omnes alij scholastici. Et primo, Magister ostendit more suo qualis sit illa conuersio panis in corpus Christi. Secundo, manifestat aliquas opiniones esse erroneas circa hoc sacramentum. Tertio solvit tres quæstiones, quarum prima est,

car Christus non sub specie carnis & sanguinis; sed sub speciebus patis & vini: voluit **corpus** & sanguinem suum esse sumendum. Secunda quæstio est, cur sacramentum Eucharistiae exhibendum instituit sub duplice specie: cum tamen sub utraque totus sit Christus. Tertia quæstio est, cur aqua miscetur vino in calice, & utrum necesse fuerit requiratur admixtio aquæ. Ad quæ omnia latius respondet. S. Tho. quam Magister, ideo non est opus adducere ea quæ dicit Magister: quia omnia quæ ipse dicit, & longe plura sunt in. S. Tho. SECUNDО. Ad quæstionem hanc respondet. S. Thomas vñica conclusione affirmativa quæ est huiusmodi. Cōuersio panis in corpus Christi, & vini in sanguinem, quæ fit in Eucharistia: fit in instanti. Hæc cōclusio est Magistri sententiarū, & omniū sine cōtrouerſia in. 4. d. n. Et probatur à diuo Thoma prius: quia illa cōuersio, vel mutatio est in instanti, quæ virtute infinita perficitur. At hæc cōuersio panis in corpus Christi perficitur virtute Dei: quæ est infinita. Ergo fit in instanti. SECUNDО. Omnis illa mutatio est instantanea, cuius terminus non recipit magis & minus. At hæc cōuersio est huiusmodi: quia terminus qui est sanguis, aut corpus Christi, non recipit magis & minus. Ergo est instantanea: quia propterea introductio formæ substantialis dicitur instantanea: quia forma non recipit magis & minus quædo est substantialis.

TER TIO. Omnis illa mutatio est instantanea, in qua non est subiectū, quæ successiue præparetur. At cōuersio panis in corpus Christi, non indiget subiecto disponendo successiuo. Ergo fit in instanti.

DUBIUM PRIMUM. **D**ubitatur primo in quo instanti prius est corpus Christi in Eucharistia. Dicit. S. Tho. hic ad. i. & omnes alii doctores, quod est in ultimo instanti prolationis verborum, quod instantans est primū instans esse corporis Christi, & ultimū instans esse panis sub accidentibus panis. Hæc sanctus Thomas: quæ nos latius expendemus. IDEO de conclusione principali non est dubium. Et probatur efficaciter: quia causa huius conuersonis est forma sacramenti. Ergo antequam tota forma ponatur, non ponitur effectus, nempe corpus Christi: posita autem statim ponitur. At forma terminatur in instanti. Ergo in instanti ponitur eius effectus, qui est corpus Christi esse ibi sub speciebus panis & vini.

DUBIUM SECUNDUM. **D**ubitatur secundo, an datur primū instantans, in quo ibi est corpus Christi.

DICUNT omnes quod ita. Nempe datur primū instantans in quo verum est dicere: nūc est hic corpus Christi, & non immediate ante hoc fuit ibi corpus Christi.

SED quod instans est illud: Ad hoc dicit Gabriel in. 4. d. ii. q. i. quod corpus Christi est in Eucharistia, in primo non esse verborum omnium formæ: ita quod quando primo est ibi corpus Christi; iā nulla syllaba est illius formæ, Hoc est corpus

meū. Et idē dicit Maior. d. ii. q. i. est q; opinio modernorum, & probabilis. Et probant ipsi sic: quia vox est quoddam ens successiuū, sicut motus, ita quod nunquā est tota simul secundū se & quodlibet sui: ita quod sicut si requireretur motus ad consecrationem, nunquā esset ibi corpus Christi quādiu est motus: sed immediate post motum, id est, in primo non esse motus: ita & nunc in primo non esse verborum est verum dicere, nunc est corpus Christi hic, & non immediate ante hoc fuit hic sed fuit panis & vox.

ET probatur hoc secundo quia nunc est tota forma prolatæ, & antea non.

SED contra. Ultima syllaba formæ est diuisibilis. Ergo antequā definit illa syllaba, est illic corpus Christi. Probatur consequentia: quia iam est perfecta forma, & etiam illa ultima syllaba. Ergo falsum est, quod prius definit vox quam illic fit corpus Christi.

SECUNDО. Ponamus quod sacerdos morose proferat illam ultimam syllabam (um) & moretur ibi per aliquod spaciū: Antequā definit iā est perfecta forma, & perfecta syllaba. Ergo iam est ibi corpus Christi: & tamen nondum definit esse ultima syllaba. Ergo ante illud primum instantans non esse formæ, est ibi corpus Christi.

IDEO dico quod vox non est ens successiuū de se (& in hoc credo quod decipiūtur isti, qui dicunt vocē esse ens successiuū): sed est ens permanens.

ET probatur: quia vox est productio alicuius esse. Etus. Successiuū autē agere non potest. Si enim tempus esset tantum ens successiuū, impossibile erat, quod ageret. Probatur: quia nunquam est in actu, & omne actus agit in quantum est actu. Ergo successiuū ut sic non agit: sed tempus dicitur.

agere quatenus est primum coelum. Vox autem agit: quia producit species, quæ sunt qualitates reales, & vera, quæ perueniunt ad potentiam audituū.

Verū tamen est, quod vocatur successiuū: quia durat parū: sed non est nisi accidentes permanentes, productum in aere naturalibus instrumentis: ut dicit Petrus hispanus in primo suo tractatu dialectices.

SED contra. Vox productur per motum. Ergo est ens successiuū. Nego consequentiā: quia non producitur in motu, sed in termino motus.

HI 5 suppositis dico, quod etiā sit probabilis opinio Gabrieles: probabilior & cōformior Philosophia est, quod corpus Christi est sub speciebus patinis in primo instanti, in quo profertur tota forma, nepe, ultima syllaba. s. (om) ita quod possit generare sensum perfectū. Et hæc videtur sententia. S. Tho. hic ad. i. vbi dicit, quod corpus Christi est hic in ultimo instanti prolationis verborū, & non dicit, quod est ibi in primo non esse verborū. At vero nostra hæc cōclusio probatur argumentis factis contra oppositam sententiam.

SED contra. Ergo sequitur ex conclusione: quod aliquando etiā licet fieret consecratio, vbi nec patinis maneret, nec corpus Christi poneretur. Pro-



D OCT AVV M sic proceditur. Videtur quod hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi. Omne enim id ex quo sit aliquid, est id quod fit illud, sed non cōvertitur. Dicimus enim quod ex albo fit nigrum, & quod albū fit nigrum: & licet dicimus quod homo fiat niger, non tamen dicimus, quod ex homine fiat nigrū: ut patet in .i. Physicoru. Si ergo verū est, quod ex pane fit corpus Christi: verum erit dicere quod panis fit corpus Christi. Quod videtur esse falsum: quia panis non est subiectum factio-nis: sed magis est terminus. Ergo non vere dicitur, quod ex pane fit corpus Christi.

PRAETER EA. Fieri terminatur ad esse, vel ad factum esse. Sed hæc nunquā est vera, panis est corpus Christi, vel panis est factus corpus Christi, vel etiā panis erit corpus Christi. Ergo videtur, quod nec etiā hæc sit vera: ex pane fit corpus Christi.

PRAETER EA. Omne id ex quo sit aliquid, conuerit in id, quod fit ex eo. Sed hæc videtur esse falsa, panis conuerit in

corpus Christi: quia hæc conuersio cōvidetur esse miraculosior quam creatio mundi, in qua tamen non dicitur, quod non ens conuertitur inens. Ergo cōvidetur, quod etiam hæc sit falsa: ex pane fit corpus Christi.

PRAETER EA. Illud ex quo sit aliiquid, potest esse illud. Sed hæc est falsa, panis potest esse corpus Christi. Ergo hæc est falsa ex pane fit corpus Christi.

SED contra est, quod Ambrosius dicit in libro De sacramentis. Vbi accedit consecratio, de pane fit corpus Christi.

R ESPONDEO dicendum, quod hæc conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid conuenit cum creatione & cū transmutatione naturali. & quatum ad aliquid differt ab utroque. Est enim commune his tribus ordo terminorū. scilicet post hoc sit hoc (in creatione enim est esse, post non esse: in hoc sacramento, corpus Christi post substantiam panis: in transmutatione naturali, album post nigrum, vel ignis post aerem) & quod predicti termini non sint simul.

CONVENIT autem cōuersio de qua nūc loquimur, cum creatione: quia in neutra earum est aliquod subiectum commune utriusque extremorum. Cuius cōtrarium appetit, in omni transmutatione naturali.

CONVENIT vero hæc conuersio cū transmutatione naturali in duobus, licet non similiiter. Primo quidem, quia in utraque unū extremorum transit in aliud (sic ut panis in corpus Christi, & aer in ignem) non autem, non ens conuerit in ens. Alter tamen hoc accidit utroque: nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi. Sed in transmutatione naturali materia unius suscipit formam alterius priori forma disposita. Secundo conueniunt in hoc, quod utroque remaneat aliquid idem, quod non accidit in creatione. Differenter tamen nam in transmutatione naturali remaneat eadē materia, vel subiectum: in hoc autem sacramento remaneat eadē accidentia.

T iiiij ET ex

ET ex his potest accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus. Quia enim in nullo predictorum trium extrema sunt simul: ideo in nullo eorum potest unum extremum de alio praedicari per verbum substantiuum presentis temporis: non enim dicimus, non ens est ens, vel panis est corpus Christi, vel aer est ignis, vel album est nigrum. Proper ordinem vero extremonum, possumus ut in omnibus hac propositione, ex, quae ordinem designat: possumus enim vere et propriamente dicere, quod ex non ente fit ens, et ex pane corpus Christi, et ex aere ignis, vel ex albo nigrum. Quia vero in creatione unum extremonum non transit in alterum, non possumus in creatione uti verbo conuersione, ut dicamus quod non ens conuerterit in ens. Quo tam verbo uti possumus in hoc sacramento, sicut et in transmutatione naturalium. Sed quia in hoc sacramento tota substantia in totam substantiam mutatur: propter hoc haec conuersio proprie transsubstatiatio vocatur. RVRVS quia huius conuersionis non est accipere aliquid subiectum, ea quae verificantur in conuersione naturali ratione subiecti, non sunt concedenda in hac conuersione. Et primo quidem manifestum est, quod potentia ad oppositum consequitur subiectum: ratione cuius dicimus quod album potest esse nigrum, et aer potest esse ignis licet haec non fit ita propria, sicut prima. Nam subiectum albi (in quo est potentia ad nigredinem) est tota substantia albi, non enim albedo est pars eius: subiectum autem forme aeris est pars eius. Unde cum dicitur, aer potest esse ignis, verificatur ratione partis per Synecdochem. Sed in hac conuersione, et similiter in creatione: quia nullum est subiectum, non dicitur, quod unum extremonum possit esse aliud: sicut quod non ens possit esse ens, vel quod panis possit esse corpus Christi. Et eadem ratione non potest proprius dici, quod de non ente fiat ens, vel quod de pane fiat corpus Christi: quia haec propositione, de, designat causam cōsubstantia-

lem: que quidē consubstantialitas extremonum in transmutationibus naturalibus attenditur penes conuentētiam in subiecto. Et similitatione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, vel quod fiat corpus Christi: sicut nec conceditur in creatione, quod non ens erit ens, vel quod non ens fiat ens: quia hic modus loquendi verificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti: puta cū dicimus, quod albū fit nigrū, vel albū erit nigrū. QVI A tamen in hoc sacramento facta conuersione aliquid idem manet. scilicet accidentia panis (ut supra dictum est) secundum quādā similitudinem aliquæ harum locutionum possunt concedi. scilicet quod panis fit corpus Christi, vel panis erit corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi: ut nomine panis non intelligatur substantia panis: sed in universalis hoc quod sub speciebus panis continetur, sub quibus prius cōtinetur substantia panis, et postea corpus Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud ex quo aliquid fit, quandoque quidem importat simul subiectum cum uno extremonum transmutationis: sicut cum dicitur, ex albo fit nigrum: et sic etiam dici potest, hoc fit illud, id est, album fit nigrum. Quandoque vero importat solum oppositum, vel extremonum: sicut cum dicitur ex mane fit dies. et sic non conceditur, quod hoc fiat illud, id est, quod mane fiat dies. Et ita etiam in proposito, licet proprius dicatur, quod ex pane fiat corpus Christi: non tamē proprius dicitur quod panis fiat corpus Christi: nisi secundum quādam similitudinem, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod illud ex quo fit aliquid, quandoque erit illud propter subiectū quod importatur. Et ideo cum huius conuersionis non sit aliquid subiectum: non est similitudo.

AD TERTIUM dicendum, quod in hac conuersione sunt plura difficultia quā in creatione: in qua hoc solum difficile est, quod aliud fit ex nihilo: quod tamē pertinet ad proprium

primum modum productionis prime causa, quenlibet aliud presupponit. Sed in hac conuersione non solum est difficile, quod hoc totum conuerterit in illud totum, ita quod nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modum productionis alicuius causæ) sed etiam habet hoc difficile, quod accidentia remaneant corrupta substantia: et multa alia de quibus in sequentibus agetur. Tamē verbum conuersionis recipitur in hoc sacramento, non autē in creatione: sicut dictum est.

AD QUARTUM dicendum, quod (sicut dictum est) potentia pertinet ad subiectum: quod non est accipere in hac conuersione. Et ideo non conceditur, quod panis possit esse corpus Christi. Non enim haec conuersio fit per potentiam passuam creature: sed per solam potentiam actuam creatoris.

IN HOC octavo articulo intendit. S. Th. docere modos loquendi in hoc sancto sacramento Eucharistiae, & quæ propositiones possunt concendi, & quæ non. Ponitq; distincte satis omnes distinctiones, ac modos loquendi in Philosophia, & in Theologia: ubi expedit quos sensus faciant propositiones, in quibus ponuntur istæ præpositiones, ex, vel, de. Vide in litera.

SED contra illam principale conclusionem. S. Th. quod ista est vera, ex pane fit corpus Christi, arguitur hoc modo: licet omnes illam concedat. Bene sequitur. Ex pane fit corpus Christi. Ergo ex pane fit aliquid corpus Christi. Consequens probatur: quia consequens est una resolutio antecedentis. Sed consequens est falsum: quia prædicatum pro illo termino, aliquid, non accipitur pro aliquo, & est affirmativa. Ergo est falsa: quia omnis cathegorica affirmativa cuius alterū extremonum non accipitur pro aliquo (quod à moderis Dialecticis dicitur non supponere) est falsa. Probatur antecedens: quia non accipitur pro pane, cū haec sit falsa, panis fit corpus Christi. Nec accipitur pro corpore Christi: quia etiā haec est falsa corpus Christi incipit esse, aut fit corpus Christi: quia fuit antea.

AD HOC dico, quod conclusio. S. Th. indiget interpretationem: quia in rigore Dialectico vel Physico esset falsa: sed in rigore Theologico est vera, quia facit hunc sensum. Ex pane fit corpus Christi, id est, ex vi verborum incipit esse corpus Christi hic, pane in ipsum converto, esto quod nū quam alias esset.

SECVNDO. Dico, quod haec præpositio, ex, quantum est de se solum dicit ordinem extremonum, & non aliquid intrinsecum: ut tantum va-

leat dicere ex pane fit corpus Christi, id est, post panem ponitur ibi corpus Christi.
ILLA autem præpositio, de, dicit. S. Th. quod significat aliquid intrinsecum manes ibi: ideoque negatur haec, de pane fit corpus Christi, & conceditur haec, de substantia, vel essentia patris est filius in Deo: quia eadem essentia quæ est in patre, est in filio. Sed saxe accipiuntur ille duæ præpositiones, ex, & de, in eadē significatione, vel quod utraque dicat tantum ordinem extremonum, vel quod utraque dicat intrinsecum. Et tunc consequenter dicendum est eodem modo de ambabus. Viade concedimus has: ex ferro fit cultellus, & de ferro fit cultellus: quia ambæ significant, quod ita fit cultellus ex ferro quod manet ferrum in ipso cultello. Verum est, quod in rigore frequenter accipitur illa præpositio, de, in illo sensu quod ibi maneat aliquid intrinsecum, quam præpositio ex. Ideo quando fuerit æquiuocatio, distingatur propositio.

Quæstio. XVII.

De modo quo Christus existit
in hoc Sacramento.

DEIN DE considerandum est, de modo quo Christus existit in hoc sacramento. Et circa hoc queruntur octo.

PRIMO. Utrum totus Christus sit sub hoc sacramento.

SECUNDO. Utrum totus Christus sit sub utraque specie sacramenti.

TERTIO. Utrum totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

QUARTO. Utrum dimensiones corporis Christi totæ sint in hoc sacramento.

QUINTO. Utrum corpus Christi sit in hoc sacramento localicer.

SEXTO. Utrum corpus Christi moveatur ad motum hostiae, vel calicis post consecrationem.

SEPTIMO. Utrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videris ab aliquo oculo saltem glorificato.

OCTAVO. Utrum verū corpus Christi remaneat in hoc sacramento, quādō miraculo appareat sub specie pueri, vel carni.

Articulus

Articul. primus,

Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non totus Christus contineatur sub hoc sacramento. Christus enim incipit esse in hoc sacramento per conuersationem panis et vini: sicut dictum est. Sed manifestum est, quod panis et vinum non possunt conuerti, nec in diuinitatem Christi, neque in eius animam. Cum ergo Christus existat ex tribus substantijs, scilicet diuinitate, anima, et corpore (ut supra habitum est) videtur quod totus Christus non sit sub hoc sacramento.

PRAETEREA. Christus est in hoc sacramento, secundum quod competit refectioni fidelium, quae in cibo et potu consistit: sicut supra dictum est. Sed dominus dicit, Iohannes 6. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Ergo solum caro et sanguis Christi continentur in hoc sacramento. Sunt autem multæ aliæ partes corporis Christi, puta nerui, ossa, et alia huiusmodi. Non ergo totus Christus contineatur sub hoc sacramento.

PRAETEREA. Corpus maioris quantitatis non potest totum contineri sub minoris quantitatis mensura. Sed mensura panis et vini consecrati est multo minor, quam propria mensura corporis Christi. Non potest ergo esse, quod totus Christus sub hoc sacramento contineatur.

SED contra est, quod Ambros. dicit in libro De officijs. In illo sacramento Christus est. **RESPONDEO** dicendum, quod omnino necesse est confiteri secundum fidem catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento. Scindunt tamen, quod aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter. Vno modo quasi ex vi sacramenti: alio modo ex na-

turali concomitantia.

EX VI quidem sacramenti est sub speciebus huius sacramenti, id in quod directe convertitur substantia panis, et vini praesentis: prout significatur per verba forma, que sunt effectiva in hoc sacramento, sicut et in ceteris: puta cum dicitur, Hoc est corpus meum, vel Hic est sanguis meus.

EX NATURALI autem concomitantia est in hoc sacramento, illud quod realiter est coniunctum ei in quod predicta conuersio terminatur. Si enim aliqua duo sunt realiter coiuncta, ubicunque est unum realiter, oportet et aliud esse. Sola enim operatione animæ discernuntur, quæ realiter sunt coiuncta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia conuersio panis et vini, non terminatur ad diuinitatem, vel animam Christi, consequens est, quod diuinitas vel anima Christi, non sit in hoc sacramento ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia. Quia enim diuinitas corpus assumptum nunquam deposituit, ubicunque est corpus Christi, necesse est, et eius diuinitatem esse: et ideo in hoc sacramento necesse est esse diuinitatem Christi, et concomitantem eius corpus. Vnde in symbolo Ephesino legitur. Participes efficiuntur corporis et sanguinis Christi, non ut communem carnem percipientes, nec viri sanctificati, et verbo coniuncti secundum dignitatem unitate: sed vere vivificantem et ipsius verbi propriam factam.

ANIMA vero, realiter separata fuit a corpore, ut supra dictum est. Et ideo si in illo triduo mortis fuisse hoc sacramentum celebratum, non fuisse ibi anima Christi, nec ex vi sacramenti, nec ex reali concomitantia. Sed quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur (ut dicitur Romanorum 6.) anima eius semper est, realiter corpori eius unita. Et ideo in hoc sacramento corpus quidem Christi est ex vi sacramenti, anima autem Christi ex reali concomitantia.

ADS ECUNDUM dicendum, quod ex vi

ex vi sacramenti, sub ioc sacramento continetur quantum ad species panis, non solum caro, sed totum corpus Christi, scilicet ossa, nerui, et alia huiusmodi. Et hoc apparet ex forma huius sacramenti, in qua non dicitur haec est caro mea, sed hoc est corpus meum. Et ideo cum dominus dixit Ioannis 6. Caro mea vere est cibus: caro ponitur ibi pro toto corpore: quia secundum consuetudinem humanam, videtur esse magis manducationi accommodata: prout, scilicet homines carnibus animalibus vescuntur communiter, non autem ossibus, vel alijs huiusmodi.

ADTERTIUM dicendum, quod (sicut supra dictum est) facta conuersione panis in corpus Christi, vel vini in sanguinem, accidentia viri usque manent. Ex quo patet quod dimensiones panis, vel vini, non convertuntur in dimensiones corporis Christi: sed subiectum in substantiam. Et sic substantia corporis Christi, vel sanguinis, est sub hoc sacramento ex vi sacramenti, non autem dimensiones corporis, vel sanguinis Christi.

Vnde patet quod corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae, et non per modum quantitatis. Propria autem totalitas substantiae continetur indifferenter in parvo, et magna qualitate: sicut tota natura aeris in magno, vel parvo aere, et tota natura hominis in parvo vel magno homine. Vnde et tota substantia corporis Christi, et sanguinis continetur in hoc sacramento post consecrationem: sicut ante consecrationem continebatur. Ibi tota substantia panis et vini.

IN HOC primo articulo huius questionis 17. est una conclusio in principio articuli, quæ sic habet. Necesse est, confiteri secundum fidem catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento Eucharistia. Probatur hac conclusio testimonio diuini Ambros. adducto in argumento in contra, qui ait in libro De officijs. In illo sacramento, nempe Eucharistia, Christus est.

SECUNDUM. Notat doctor, ad exponendum, omnia quæ sunt Christi, sunt in Eucharistia eodem modo, quod dupliciter dicitur aliquid esse in Eucharistia. Vno modo ex vi sacramenti. Alio mo-

do, ex reali concomitantia. Et illa dicuntur esse in sacramento, ex vi sacramenti: in qua directe convertitur substantia panis & vini praesentis: prout significatur per verba formæ: ut per haec verba significatur. Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. &c.

IL LA autem dicuntur esse in Eucharistia, per realem & naturalem concomitantiam, quæ realiter sunt coniuncta ei vel eis: in quod vel quæ praedicta conuersio terminatur. Hoc secundum probatur: quia omnia illa quæ sunt realiter & naturaliter coniuncta, ita se habent, quod ubi est unum realiter, erit alterum. Sed aliqua sunt in Christo, quæ sunt in sacramento, ex vi sacramenti. Ergo etiam sunt ibi alia, quæ cum illis realiter coniungebantur. PRIVUS hic est aduerteret, quod materia huius questionis tractatur a Magistro, & ab omnibus scholasticis doctoribus in 4.d.10. Vbi Magister solum laborat, ad probandum testimonij sanctorum, & miraculorum, Christum redemptorem vere & realiter contineri in sancto sacramento Eucharistia: quod nos iam in quæst. præcedenti late probavimus. Et quidem nunc nostro seculo, dissidentium est in concilio Tridentino, non solum Christum esse vere realiter in hoc sacramento; verum esse totum Christum, quæ est conclusio. S. Thomæ hic. Verba concilij sunt in sessione 8. sub Julio. 3. quæ sic habent. Si quis negauerit, in sanctissimo Eucharistia sacramento contineri vere, & realiter, & substantialiter, corpus & sanguinem una cum anima, & diuinitate domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum: sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute: anathema sit. Hec concilium ex professo contra Germanos. Sequitur adhuc ibidem in eodem concilio. Si quis dixerit in sacro sancto Eucharistia sacramento, remanere substantiam panis & vini, una cum corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, negaueritque mirabilem illam & sanguinarem conversionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem, manentibus distinctis speciebus panis & vini (quæ quidem conuersationem Catholicæ ecclesie apostolice transubstantiationem appellat) anathema sit. Hac concilium: suntq; notanda ista verba contra Durandum: qui in 4.d.10. dicit, materiam panis manere in Eucharistia informatam animam Christi.

EST igitur conclusio sancti Thomæ, quod totus Christus est in Eucharistia: certa de fide.

SED dubitatur primum quid intelligitur, per Dubium stotum Christum. Dico quod intelligitur diuinitas, & humanitas, id est, corpus, & anima Christi, & omnes partes totius corporis, & accidentia corporis Christi. Itaque quæcumque totus Christus sit in Eucharistia: est querere, an omnia quæ realiter sunt in Christo, sunt in Eucharistia: ut diuina essentia, & anima & accidentia Christi. Et ad illud sensum respendetur quod ita. Quæ conclusio ultra probationem. S. Thomæ in litera allata

ra allata probatur hoc modo. In sancto Euchari stice sacramento est vere & realiter corpus Christi in quaestione praecedenti articulo. i. probauimus. Ergo ibi est diuinum suppositum, à quo corpus sustentatur.

SECVNDO. Totum sacramentum adoratur adoratione latræ: quod non fieret, si ibi esset solù corpus, & non esset diuinum suppositum, cù corpus sit pura creatura.

SED arguo hoc modo contra rationem. S. Thomæ allatâ in litera, qua dicebat, illa quæ sunt rea lité & naturaliter coniuncta, sic se habent, quod vbi est vnu, est aliud, &c. Sed hoc est falsum. Er go ratio non probat. Antecedens ostendo: quia corpus Christi & diuinitas sunt realiter coniuncta, & tamen non est corpus vbi que est diuinitas. Ergo ratio. S. Thoma non probat.

SECVNDO. Anima & intellectus sunt reali ter coniuncta. At anima est in pede, vbi intellectus non est. Ergo &c.

TER TIO. Coceptus est in anima: & anima est indigit. Et tamen conceptus nō est indigit. Er go ratio. S. Thomæ nihil probat.

QVARTO, arguit Durandus in 4. d. 10. q. 2. contra eandem rationem. S. Thomæ hoc modo. Corpus Christi est coniunctum coelo. Et corpus Christi est in sancta Eucharistia: non autem co lum. Ergo ratio. S. Thomæ nihil valebat.

QVINTO. Anima & caput sunt simul. Et tamen caput non est, vbi que est anima. Ergo &c.

SEXTO. Christus poterat ponere animam suā in Eucharistia sine corpore. Ergo &c.

HIS non obstantibus dico, quod ratio. S. Thom. probat, & est valde apprens: & illa propositio. S. Thom. intelligitur in hoc sensu. Quando aliqua sunt coniuncta realiter, vbi est illud, quod ex illis coniunctis est minus: est aliud, quod est maius, licet non econtrario. Vnde cum corpus Christi sit minus verbo divino, cui coniungitur: vbi est corpus, est verbum diuinum: non tamen vbi que est verbum diuinum, est corpus.

SECVNDO. dicit Caietanus hic in suis cōmētariis super hunc articulū, quod propositio. S. Th. intelligitur, quod quādū aliqua sunt simul vel cōiuncta realiter: vbi continetur vnum, est, aut coniunctur aliud. Et quia corpus Christi continetur sub speciebus panis: continetur, vel est ibi verbum diuinum. &c.

TER TIO dico, quod. S. Thom. loquitur de cōiunctis coniunctione naturali, vel coniunctione intrinseca, & de talibus loquendo ex natura rei, verum est, quod vbi est vnum, est aliud. Et licet Deus possit de potentia sua impedire, & ponere vnum sine alio: nō est ratio, quod impedit: quia essent multa miracula sine necessitate.

QVARTO. Dico, quod intelligitur propositio. S. Thom. de cōiunctis totaliter, & totalibus, non de partibus aliquius illorum. Nam cito homo sit cōiunctus coelo nō sequitur, quod sit

vbi que est aliqua pars cœli.

DVBITATVR hic secundo, an diuinitas sit in Eucharistia, ex vi sacramenti. Et vide tur quod nec diuinitas, nec verbum diuinum sit ibi, ex vi sacramenti, aut verborū. Primus, quia hoc dicit hic doctor ad primum. Secundo, ex vi sacramenti solū est ibi, quod significatur per formam. At per formā non significatur, quod sit ibi nisi corpus Christi. Ergo &c.

SED contraria est: quia ex vi sacramenti est ibi persona verbi diuini. Ergo & verbum ipsum. Probatur antecedens: quia ex vi sacramenti est Christus. Et Christus est verbum. Ergo ex vi sacramenti est verbum. Quod ex vi sacramenti sit ibi Christus, probatur: quia illa verba, Hoc est corpus meū, ex vi sacramenti efficiunt, quod significat. Sed ad veritatem illorū verborum requiritur, quod Christus sit ibi. Ergo &c. Quia in sacramento nō efficitur nisi veritas huius propositionis, Hoc est corpus meū, &c. Et si non esset ibi Christus, nō esset corpus Christi. Ad hoc nāq; qd sit albedo Petri, requiritur, quod sit ibi Petrus. Ergo ad hoc qd sit corpus Christi, requiritur, quod sit ibi Christus;

AD HOC dicit. S. Thom. hic ad primum, & cōmuniter alijs, qd non est ibi diuinitas ex vi sacramenti, sed per cōcomitatiā: quia verba forma nō si gnificat diuinitatē formaliter, sed corpus Christi. **ET** ad argumentū, quia illa propositio. Hoc est corpus meū, non esset vera, si non esset ibi Christus, nō ego: quia Christus posset ponere corpus suum sine anima, & tunc huc esset vera. Hoc est corpus Christi: sicut si conficeretur sacramentū in triduo mortis Christi.

SECVNDO dico, quod si Christus posset in hoc sacramento corpus suū, hæc semper esset vera. Hoc est corpus Christi: sicut cōmuniter dicuntur de corpore Petri, hoc est corpus Petri, post mortem eius.

TER TIO dico, quod esto non posset esse corpus sine diuinitate & sine anima: non tamen esset de rigore ibi nisi corpus quia de rigore verborū solum est, quod per verba illa significatur, & si aliud ibi ponatur, erit ex concomitantia propter inseparabilitatem.

DVBITATVR tertio quid intelligitur per Dubium corpus Christi. Pro cuius dubij decisione tertium est uotadū via distincō, quā doctores ponunt: vt Scotus in. 4. d. 11. q. 3. quod corpus est genus substātiae, idest, est substātia corporea, & hoc modo accipitur p. aliquo de prædicamento substātiae.

SECVNDO. Capitur corpus pro altera parte compositi: vt Arist. videtur accepisse. 2. de anima, quando dixit. Anima est actus corporis Phisi organici, potentia vitam habentis.

TER TIO. Capitur corpus prout est de prædicamento quantitatis. scilicet pro quadam late, longo, & profundo.

HIS suppositis, sit prima propositio. Quādū dicitur, quod panis conuertitur in corpus Christi, accipitur

accipitur corpus, vt dicit partē alteram compo siti, scilicet materialem. Et in hac omnes doctores conueniunt in. d. 11. 4.

SED. Quid est illa altera pars compositi? Hanc quaestione disputat Gabriel lectione. 42. super Canonem, & Egidius Romanus Theoremate. 28. & 40. & sic de hoc sunt duas opiniones.

ALTERA est, quod in composito sunt duæ forma substatiales, aut plures. Hoc Scotus. 4. d. 11. q. 3. vbi dicit, quod præter formam specificam in cōposito substanciali est alia, quā dicitur forma corporeitatis: ita quod cōpositum, vel aggregatum ex materia, & illa forma corporeitatis dicitur, & est corpus. Et probat: quia alias vnum esset omnium corpus. Nam corpus vt est altera pars compositi, non est materia cum forma specifica, & hac forma specifica ablata, quod remanet, est cōmune. scilicet materia. Ergo vnu esset omnium corpus. Ad hoc nego antecedēs: quia corpus nō est sola materia.

SECVNDO. Communiter dicunt Theologi quod forma panis conuertitur in formā corporis. Ergo nō conuertitur totus panis in materiā tantum.

TER TIO. Conuersio vini in sanguinē, nō est in solam materiam sanguinis. Ergo nec conuersio pa nis est in solam materiam corporis.

QVARTO. Christus Redemptor noster in hoc sacramento dedit materiam aliam. At materia sola, alimentum esse non potest. Ergo id in quod panis conuertitur, nō est sola materia corporis Christi.

TER TIA conclusio. Anima rationalis Christi est in Eucharistia, ex vi verborum sacramenti. Probatur ex præcedenti: quia non est sola materia & vt probauit, & sopponto, non est in Christo quatenus homo, nisi sola vna forma, quæ est anima rationalis. Ergo illa est ibi, ex vi verborum.

SED EST uerandū, pro intelligentia huius cōclusionis & pro responsione ad argumenta, quæ in oppositum fieri possunt, quod anima Christi supplet vices omnium aliarum formarum. scilicet sensitiū, vegetatiū, & corporeitatis. Itaque, anima rationalis in cōposito naturali rationali dat esse vegetatiū, sensitiū, corporeū & rationale.

SECVNDO dico, quod anima rationalis est in Eucharistia ex vi sacramenti, non vt dat esse vegetatiū aut rationale: sed vt dat esse corporeū: quia vt sic conuertitur panis in eam, & corpus nō est corpus nisi à forma. Et cum nō sit in Christo alia forma, nisi rationalis: ab illa corpus habet esse corporeum.

SECVNDO quarto quid est corpus. Dubium spus. An materia sola, vel aggregatum ex materia & forma? Et videtur quod corpus sit aggregatum ex materia & forma: quia in Eucharistia est corpus solum, ex vi sacramenti, & diximus quod est etiam anima ex vi sacramenti. Ergo corpus est aggregatum ex materia & forma. Sed contra est, quod corpus, vt cōmuniter dicitur: accipitur pro altera parte compositi.

AD HOC sit prima propositio. Corpus quod ex vi verborum ponitur in Eucharistia, non est aggregatum ex materia & forma.

HAEC probatur: quia anima est forma corporis Phisi

Physici organici, id est, est forma informans corpus Physicū. &c. & nō informat aggregatum ex ipsa & materia. Ergo corpus nō est aggregatum. AD argumentum autem in oppositum: quia corpus solum est ibi ex vi sacramenti, & anima diximus, qđ erat ibi ex vi sacramenti, ergo corpus est aggregatum. &c. nego consequentiam. Nā sicut album non est aggregatum ex corpore & albedine, & si ex vi sacramenti esset album in sacramēto, esset corpus & albedo in Eucharistia ex vi sacramenti: non tam album esset aggregatum ex utroque, ita etiam est in præsentia.

Vnde aduertem dū est quod Gregorius & Durand. decepti sunt opinantes sanctum Thomam dixisse, quod corpus erat aggregatum ex materia & anima. Corpus itaque accipitur pro materia connotando formam per quam habet esse corporē, id est corpus accipitur pro materia, vt est sub forma datite esse corporeum.

AD PRIMVM igitur Scotti argumentum in oppositum: quia esset idem corpus omnium generabilium & corruptibiliū dico. Prius nifalor quod magis est contra ipsum Scottum hoc: quia secundum eum manet semper forma corporeitatis in materia. Non enim excluditur forma à materia, nisi per aliā formā, & dispositiones contrarias. Sed materia secundū Scottū nō potest recipere dispositiones contrarias ad formā corporeitatis: quia in omni generabili est corpus & eadē forma corporeritatis. Vnde ex homine fit vermis manēt eo-dē corpore. Verū quia nō sat est dare inconuenientia. Respondeatur secundo negando consequentiam. Et diu Thomas. in. 3. p. q. 50. ar. 5. petit an corpus Christi in sepulchro, & in vtero virginis, & post nativitatē antequā moreretur fuerit idem, & respondet quod ita: quia ad hoc quod sit idem sufficit quod sit corpus eiusdem suppositi: sicut corpus equi est idē post. 10. annos, quod prius fuit, esto non sit aliquid de materia quæ ante. 10. annos erat. Et ita ad argumentum de corpore Christi in Eucharistia, dicendū est, quod ad hoc quod sit idem corpus in triduo mortis Christi qđ fuit antea satis est quod sit eadem materia & in eodē supposito quod prius fuerat ante mortem.

AD SECUNDVM: quia nō fuisset idē corpus vitū & mortuū cū in sepulchro nō mansisset anima. Ergo. &c. Respōdet Gabriel, quod fuisset materia eadem: quia corpus secundum eū accipitur pro sola materia, & quod nō est necessariū, pone reibi nouum miraculum: sed sicut in alijs, erat ibi forma cadaveris in eadem materia. Secundo dicit, quod erat idem corpus, quod antea erat viuū: quia manebat illa materia in eodem supposito diuino in quo erat antea, ideoq; magis (inquit) erat idē corpus Christi viuum & mortuū, quam cuiuscunq; alterius.

NOS itaque propter hoc, secundum dictum Gabrieles, quod videtur melius respondemus ad argumentum, negando quod non sit idem corpus

Christi mortuum qđ fuit viuū: quia licet alia habeat formam manet nihilominus idem suppositum, & manet eadem materia, quæ antea habebat esse corporeū à forma rationali, & post mortem habet esse corporeum a forma cadaveris.

DUBIUS. ^{Dubius} Ita sit caro Christi ex vi sacramenti. Et vi ^{quintus} detur in primis quod nō. Nā ibi nihil aliud est: nisi quod significatur per formam in qua nulla sit mentio de carne, sed solum de corpore, cū dicit, Hoc est corpus meum.

SECUNDUO. Carnes nō sunt magis corpus quæ ossa & nerui. Sed ossa & nerui non videtur quod sint ibi ex vi sacramenti. Ergo nec caro.

AD HAEC, nullus doctor vñquam dixit, quod caro ibi sit ex vi sacramenti, sed tantum loquuntur de corpore. Ergo. &c.

SED cōtra est, quia, S. Tho. hic ad. 2. dicit, quod caro Christi est in Eucharistia ex vi sacramenti, quod est verum. Et prius probo autoritate sanctorum quod hoc sit verum, & autoritate ecclesiæ De consecratione. d. 2. cap. Nos autē, & sunt verba Augustini in libro sententiarum Prosperi dicentis. Nos autem sub specie panis & vini, carnem & sanguinem veraeramur. Est autem nōdus locus iste etiam propter hereticos, qui dicunt, Augustinum dubitasse, corpus verū Christi existere in hoc sacramento: Nam in prædicto loco expresse dicit qđ in Eucharistia est caro Christi.

SECUNDUO. De consecratione. d. 2. cap. Panis est, dicitur. Vbi accessit consecratio ex pane sit caro Christi.

TER TIO. Ecclesia cantat, Verbum caro, panē verum, verbo carnem efficit. Ergo caro Christi est in Eucharistia ex vi sacramenti.

ET ad argumentum, quod forma Eucharistia non significat carnem: nego. Immo dico, quod in hoc decipiuntur doctores scholastici, quod accipiunt verba euangeliū nimis Physice.

ET probatur conclusio rursus ex euāgeliō: quia Christus dedit, quod promisit. Sed promisit carnem dicens, Panis quæ ego dederō: caro mea est pro mundi vita. Et rursus Iohannis. 6. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: nō habebitis vitā in vobis. Ergo. &c.

PRAETEREA confirmatur: quia Christus dedit alimento, quod nō est sola materia, nec corpus carneum: nīl quatenus carneum est, & non quatenus quantum est vel corporeum.

PRAETEREA. Dinus Cyprianus referē verba Christi in primo sermone de Coena domini dicit, quod Christus dixit, Hoc est caro mea. Vbi pro eodem accipit Cyprianus caro & corpus.

SED contra hanc determinationē est vnu argumentum. Sequeretur quod in triduo, nō posset aliquis Apostolorum cōlebrare: quia tūc nō erat caro Christi. Probatur minor: quia Aristoteles dicit, quod oculus viuus, & oculus mortuus: quia tunc distinguitur caro ab illis per accidentia.

Ita & mortua æquiuoce dicentur caro, & per consequens, mortua non est caro.

AD HOC respondeatur prius: quod si illatū cederetur nullum sequeretur inconuenientia. Et videtur, quod ad maiores difficultates tenentur respondere, qui ponunt consecrationem in triduo, quā qui non admittere consacratōem in illo triduo fieri posse: quia si in triduo poterat esse consecratio, ergo etiam ante passionem. Et tunc dubitatur an moreretur etiam Christus in sacrificio postea quādo moreretur in Cruce, & si moreretur an resurgeret etiam in sacramēto postea in resurrectione. Et ad hāc difficultia tenentur respondere illi, qui admittunt consecrationē in triduo: ad quā tamen non tenentur respondere, nōgates consecrationē fieri posse in triduo, cū nullū sequatur, nisi dicere contra doctores communiter, qui tenent posse fieri.

IDEO ne discedamus à communi sententia doctorum, concedo, quod in triduo posset sacerdos consecrare, & nego, quod post mortem non esset caro Christi. Immotuē proprius est caro. Et ad Aristō, dico, quod non loquitur de carne, sed de oculo: quia oculus est, vel dicit vitam de se. s. portian ad videndum. Ideo est verum, quod Aristō dicit de oculo, at non de carne.


SED contra: quia tunc non esset anima rationalis ex vi sacramenti in Eucharistia, quod est contra supra dicta.

AD hoc nego minorem: quia anima rationalis est ex vi sacramenti in quantum dat esse corporeum. Et ita quæcumque forma maneat dans esse corporeum carneum: lauantur omnia, quæ de hoc diximus: sicut si esset virtute sacramenti ibi coloratū, sufficeret quācūq; forma, dans esse coloratū. SECUNDUO arguo hoc modo. Sequeretur, qđ accidentia essent in Eucharistia ex vi sacramenti: quia caro importat accidentia. At omnes doctores cōmuniter dicunt oppositum, & S. Tho. hic ad. 3. dicit, quod accidentia non sunt in Eucharistia ex vi sacramenti, sed ex concomitātia. Idēc̄ ait in. 4. d. 10. q. 1. ar. 2. quāstioncula. 3.

AD HOC dico primo, quod forte sanctus Thomas nō est loquutus conlequester, cum hic dicat, quod ossa & nerui sunt in Eucharistia ex vi sacramenti. Secundo dico, quod. 5. Tho. intelligit de accidentibus generalibus propriis, id est, quæ sunt accidentia contingentia, sicut albedo & nigredo. Tertio nego, qđ accidentia sint de ratione carnis, vt modo accipitur caro: quia accipitur p̄ toto corpore ex ossibus & neruis, & accides est de ratione carnis, ve distinguitur ab ossibus & neruis: quia tunc distinguitur caro ab illis per accidentia.

Articul. secundus.

Vtrum totus Christus cōtineatur sub vtraque specie huius sacramenti.



AD SECUNDUM sic procedatur. Videtur quod non sub vtraque specie huius sacramenti, totus Christus contineatur. Hoc enim sacramentum ad salutem fidelium ordinatur, non v̄irtute specierum, sed v̄irtute eius quod sub speciebus continetur: quia species erant etiam ante consecrationem, ex qua est v̄irtus huius sacramenti. Si ergo nihil continetur sub una specie, quod non continetur sub alia, sed totus Christus continetur sub v̄raque: videtur quod altera illarum superfluat in hoc sacramento.

PRAETEREA. Dictum est, quod sub nomine carnis, omnes aliae partes corporis continentur: sicut ossa, nerui, &c. alia huiusmodi. Sed sanguis est una partium humani corporis, sicut patet per Aristotelē in lib. de animalibus. Si ergo sanguis Christi continetur sub specie panis, sicut continetur ibi aliae partes corporis, non deberet seorsum sanguis consecrari: sicut nec seorsum consecratur aliqua alia pars corporis.

PRAETEREA. Quod iam factū est, iterum fieri non potest. Sed corpus Christi iā incēpit esse in hoc sacramento per consecratio nem panis. Ergo non potest esse, quod de novo incipiat esse per consecrationē vini. Et ita sub specie vini non continebitur corpus Christi, & per consecrationē nec totus Christus. Nō ergo sub v̄raque specie totus Christus cōtinetur.

SECONTRĀ est, quod. 1. Corinthiorū. 11. super illud, Et calicem, dicit glossa, quod v̄traque specie. s. panis & vini: idē sumitur. Et ita videtur, sub v̄traque specie totus Christus esse.

RESPONDEO dicendum, certissime teneendum esse, quod sub v̄traque specie sacramenti totus est Christus: aliter tamen: & aliter. Nam sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex vi sacramenti, sanguis autē ex reali concomitātia: sicut supra dictum est, de anima & diuinitate Christi. Sub speciebus vero vini, est quidem sanguis Christi ex vi

ex vi sacramenti, corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima & divinitas: eo quod nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus: sicut fuit tempore passionis & mortis. Vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini, sanguis sine corpore: sicut erat in rei veritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quanvis totus Christus sit sub utraque specie: non tamen frustra. Nam primo quidem hoc valet ad representandum passionem Christi, in qua seorsum fuit sanguis à corpore separatus. Vnde & in forma consecrationis sanguinis, fit mentio de eius effusione.

SECVNDO. Hoc est conueniens: ut si huius sacramenti, ut seorsum exhibetur fidelibus corpus Christi in cibis, & sanguis in potu. TERTIO quantū ad effectum: secundū quod supradictum est, quod corpus exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animae.

AD SECUNDVM dicendum, quod in passione Christi, cuius hoc sacramentum est memoriale, non fuerunt aliae partes corporis, ab inuenientem separate, sicut sanguis: sed corpus in dissolutū permanit, secundū quod legitur Exodi. 12. Nec os illius confringetis. Et ideo in hoc sacramento, seorsum consecratur sanguis à corpore: non autem aliqua alia pars ab alia.

AD TERTIVM dicendum, quod si- cut dictum est, corpus Christi non est sub specie vini ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia. Et ideo, per consecrationē vini, non sit ibi corpus Christi pse, sed cōcomitāter.

IN HOC secundo articulo est conclusio. S. Th. sub his verbis. Certissime tenendum est, quod sub utraque specie sacramenti totus est Christus. Probatur argumento in contra testimonio glossæ super illud prioris ad Corinthios. i. Similiter & calicem. &c. vbi sic dicitur. Sub utraque specie, nempe, panis & vini, idem sumitur. Ergo totus Christus est sub utraq; specie. Ratione etiā probat in corpore. Quia omnia quae nūc sūt in Chri-

sto, sunt coiuncta. Ergo vbi est unum, est aliud. DEINDE exponit doctor in litera ipsam conclusionem dicens, quod nō est Christus totus sub utraque specie eodem modo: sed ex vi sacramenti est corpus sub speciebus panis, & sanguis ex rea li concomitantia: sicut diuinitas & anima quatenus rationalis est. Econtrario vero sub speciebus vini est sanguis ex vi sacramenti, & caro Christi ex concomitantia.

HIC EST prius aduertendum, quod titulus hu- ius articuli est intelligēdūs: sicut interpretati fu- mus titulum articuli prioris praecedentis, de to- to Christo, nempe, de omnibus quae sunt in Chri- sto. Vnde idē est dicere, an totus Christus sit sub utraque specie, & dicere, an omnia quae sunt in Christo sint sub utraque specie. Et conclusio do- citoris est quod ita. Quæ sententia est, & fuit semper omnium Theologorum fidelium, ut schola- stici scribunt cura Magistro sententiarum in. 4. d. 10. & est de fide: quia ita distincta est in cōcilio Tridentino sub Iulio. 3. sessione. 10. Cuius conci- lii verba sunt. Si quis negauerit in venerabili sa- cramento Eucharistiae sub unaquaque specie, & sub singulis cuiusque i speciei partibus, separatio- ne facta totū Christū contineri: anathema sit.

SED Durandus in. 4. d. 10. q. 2. impugnat ratio- nem. S. Thomæ dices, quod ialtem per diuinam potentiam, quae sunt coiuncta in aliquo loco, in alio possumus esse separata. Et probat: quia caro Chri- sti & cœlum sunt coiuncta in cœlo, & non sunt coiuncta in hoc sacramento. Ergo non ea ratione sanguis est cum corpore, & corpus cum sanguine, quia in cœlo sunt coiuncta. Et hoc dicit Dur- andus: eo quia non vult, quod quantitas Christi habeat in hoc sacramento il. ud esse in cœlo, quod habet in cœlo.

AD HOC respondet Caieta, quod illa proposi- tio, quando aliqua sunt coiuncta vbi est vnu, est aliud: habet verum in absoluto: quia absolute, omne absolutum quod conuenit aliqui, in uno lo- co, conuenit alibi, idest, in quocunque alio loco. Et ad argumentum Durandi dicit Caietus, quod coiunctio carnis Christi ad cœlum, non est ab- solutum, sed respectiuū. At hoc non est respōdere ad argumentum Durandi. Nā Durandus nō loquitur de existentia, vel esse in cœlo, quod est quoddam respectuum: sed de ipso cœlo. Dicit enim. Cœlum quod est absolutum, est coiunctū carni Christi & nō est in sacramento.

IDEO ad argumentum dico, ut dixi in praece- ti articulo. Prius quod illa propositio est vera in hoc sensu. s. vbi est illud quod est minus virtute, est quod est maius. Cœlum autē respectu cor- poris Christi, nec est minus nec maius virtute. Ideo non verificatur propositio de illo.

SECVNDO dico, quod supernaturaliter vnu coiunctum potest esse, vbi non est aliud coiun- ctum: non autē naturaliter. Et hæc est sententia & int̄cio. S. Thomæ: quia semper dicit hæc ver- ba, ex

ba, ex cōcomitātiā naturali. Itaque ex natura rei, vbi est vnu coiunctū, intrīsece est aliud, nisi sit no- uū miraculū, quod in eucharistia nō multiplica- mus. Nullum enim ponimus aliud nisi miracu- lū cōversionis. Et si dicas, quod tunc. S. Th. nihil probat, quia dicā, quod sicut sit supernaturaliter quod sit corpus Christi vbi nō est cœlū, esto sit coiunctū alibi cum coelosita sit supernaturaliter, quod sit sanguis Christi vbi nō est corpus, & ecōtra corpus vbi nō est sanguis, aut anima Chri- sti: dico, quod probat: quia hæc sunt de perfectiōe adiuuice. Sanguis quippe est de perfectione cor- poris viui & humani, & non cœlū. Ideo nulla est apparentia, quod deus separat ista, & ponat vnu in uno loco, vbi non est aliud, & est verū, quod se- parat a cœlo. Et propositio non intelligitur nisi de concomitantia naturali, quae nō est inter cœ- lum & corpus Christi: quæ tamen coiunctio in trinseca naturalis est inter sanguinem & corpus.

ET nota quod dicere: in hoc sacramento corpus esse separatū à sanguine: esset hæreticū: quia in sa- cramento est corpus viuum. Et omne corpus vi- um est cum sanguine. Ergo in hoc sacramento est cum sanguine.

SECVNDO. Quod corpus Christi sit in Eucha- ristia cū sanguine, sequitur ex vna de fide cū alia cognita naturaliter. Ergo est de fide. Probatur an tecēdēs. Bene sequitur. Corpus Christi verū & vi- pu qđ est in cœlo est in sacramento Eucharistiae.

Et corpus humanū verū est cū sanguine. Ergo in Eucharistia est cū sanguine: & per consequens de fide est quod corpus Christi in Eucharistia, habet sanguinem.


SECVNDO cōtra ex vi sacramenti est in Eucharistia ca- ro, ossa & nerui, quorū pars est sanguis. Ergo cor- pus est cū sanguine ex vi sacramenti. Hoc argu- mentum præsupponit vnu, quod disputauimus, 3. p. q. 5. ar. 2. & q. 54. ar. 3. & q. 31. ar. 5. & diximus qđ secundū sanctū Thomā, sanguis nō est pars hominis. Et hoc dicit etiā. S. Th. i. p. q. 119. ar. 1. ad. 7. Ratio est: quia in cōposito nō est nisi vna forma. Sanguis autē hēt aliā formā ab ista distictā. Ergo cōsequēs est quod sanguis sit per se suppositū distictū, & non pars hominis. Hoc etiā dicit Capreolus. 4. d. 10. q. 2. ad. 4. contra primā cōclusionē. Idē tenet in. 2. d. 15. q. 1. Vnde videtur hæc opinio probabili or. Hoc ipsum opinatur Scotus in. 4. d. 11. q. 4. & Conrрадus. i. Sec. q. 54. ar. 1. In quo loco dicit, qđ non est dubitandum, nisi quod sanguis non est pars hominis. Et probatur: quia sanguis exit scisa vena vela naribus sine dolore. Ergo est suppositū di- stinctum: quia si esset pars, homo sentire dolorem cum exit sanguis. Sicque dicendum est de alijs humoribus. Vnde ad argumentum, nego quod sanguis sit pars hominis. Ideo non est cum cor- pore ex vi sacramenti.

SED contra: quia sanctus Thomas hic ad. 2. di- cit, quod est pars hominis, & hoc etiā dicit in. 4. d. 4. q. 1. art. 2. quæstūcula. 2. ad. 3. Et ita dicit Ari- stoteles. ii. de generatione animalium. Ad hoc res- pondet ipse. S. Th. 3. par. q. 31. ar. 5. ad primū, qđ duplices sunt partes. Quadā in actu, vt in hoie ossa & nerui. Aliæ non in actu, sed in potentia solum, vt sanguis & alijs humores. Et ita dicit Ari- stoteles. ii. de generatione animalium, & Capreolus. 4. d. 10. q. 2. ad. 4. contra. i. conclusionē. Ideo sanguis est per se totum suppositum distinctum: sed dici tur pars hominis, eo quod est in potentia totus ho- mo, quia cōvertitur in hominem: ita quod materia sanguinis informatur anima rationali hominis. SED ex hoc sequitur maius dubium. Nam si san- guis non est pars corporis, non esset vnu in diuini- tati hypostatice. Sed consequens est falsum: quia alias effusio sanguinis, nō esset actio dei, nec esse- mus redempti per effusionem sanguinis. Ergo di- cendum est, quod sanguis Christi est vnu in diuini- tati hypostatice verbo diuino. Antecedens s. quod san- guis nō esset assumptus hypostatice, si esset suppo- situm distinctū, probatur quia Christus. i. verbū diuinum solum assumpit humanitatem. Ergo non sanguinem.

DE HOC fuerunt aliquando graues disputatio- nes: vt refert Silvester in Rosa aurea. q. 30. & 31. SECVNDO. dico, quod aliquando mihi visum fuit, sanguinem Christi non fuisse vnu in verbo hypostatice (& ita dicit Durandus in. 4. d. 11. q. 2.) sed qđ erat in Christo, sicut sanguis alterius puri hominis, in ipso puro homine: qui habet esse per se, quod aliquando tractavi in. 3. p. q. 50. ar. 5. Capreolus autem dicit, quod sententia Durandi est erronea, sed eius argumenta illud non probat. Sed veritas est, quod sanguis Christi fuit vnu in hypostatice verbo diuino. Et Silvester vbi supra dicit quæstionem hanc fuisse corā Pio excusam, & fuit determinatum, quod sanguis Christi, atē & post effusione in passione vnu fuit hyposta- tice verbo diuino. Et ita tenendum est. Et ideo præ dicant scriptura & sancti, quod homines sunt re- dempti sanguine Christi: quod non esset verum si sanguis à Christo hypostatice assump- tus non esset.

Articul. tertius

Vtrū sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini.



D TER TIVM sic pro- cedetur. Videtur quod non sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini. Species enim illa dividit possunt in infinitum. V Si

*S*i ergo totus Christus est sub qualibet parte specierum predictarum sequeretur, quod in finitie esset in hoc sacramento. Quod est in conueniens. Nam infinitum repugnat non solum natura, sed etiam gratiae.

PRAETEREA. Corpus Christi cum sit organicum, habet partes determinate distates. Est enim de ratione organici corporis, determinata distantia singularium partium ab invicem: sicut oculi ab oculo, & oculi ab aurore. Sed hoc non posset esse, si sub qualibet parte, specieru esset totus Christus: oportet enim quod sub qualibet parte esset quelibet pars, & ita rurbi esset una pars, & etiam alia. Non ergo potest esse, quod totus Christus sit sub qualibet parte hostiae, vel vini cotenti in calice.

PRAETEREA. Corpus Christi semper retinet veram corporis naturam, nec unquam mutatur in spiritum. Sed de ratione corporis est, ut sit quantitas positione habes, & patet in predicationis. Sed ad rationem huius quantitatis pertinet, quod diversae partes in diversis locis existant. Non ergo potest esse (ut videtur) quod totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

SED CONTRA. Est, quod August. dicit in quodam sermone. Singuli accipiunt Christum: et in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuit: sed integrum se probet in singulis. **RESPONDEO** dicendum, quod sicut ex supradictis patet: quia in hoc sacramento substantia corporis Christi, est ex vi sacramenti, quantitas autem dimensiva ex vi realis concomitante: corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiae i.e. per modum quo substantia est sub dimensionibus: non autem per modum dimensionum, id est, non per modum illum, quo quantitas dimensiva alienius corporis, est sub quantitate dimensiva loci. Manifestum est autem, quod natura substantia tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur, sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis. Et

hoc indifferenter, sive sint dimensiones actu diuisae, (sicut cum aer diuiditur, vel panis secatur) & vel etiam sunt actu indiuisae, diuisibiles vero potentia. Et ideo manifestum est, quod totus Christus est sub qualibet parte specierum panis: etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur, sicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine qua appareat in speculo, qua appareat una in speculo integro: speculo autem fracto, apparent singulare in singulis partibus. Quod quidem non est omnino simile: quia multiplicatio huiusmodi imaginum accedit in speculo fracto propter diversas reflexiones, ad diversas partes speculi: hic autem non est nisi una consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod numerus sequitur divisionem. Et ideo quoadiunctorum manet in diuisa actu, nec substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus propriis, nec corpus Christi sub dimensionibus panis, & per consequens nec infinitus: sed toties in quot partes diuiditur.

AD SECUNDUM dicendum: quod illa determinata distantia partium in corpore organico, fundatur super quantitate dimensionis: ipsa autem natura substantiae praeceps etiam quantitatem dimensionis. Et quia in uestis substantiae panis directe terminatur ad substantiam corporis Christi, secundum cuiusmodum proprius et directus est in hoc sacramento corpus Christi, talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi vero: sed non secundum hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, sed secundum modum sue substantiae, sicut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de natura corporis quam habet secundum quantitatem dimensionis. Dictum est autem quod corpus Christi comparatur ad hoc sacramentum, non rōne quantitatis dimensionis: sed ratione sue substantiae, sicut dictum est.

IN HOC art. 3. S. Th. disti. Ete respōdes, ponit unā affirmatiū cōclusionē: quę sic hēt. Totus Christus est, sub qualibet parte spērū panis, etiā hostia integra manente, & non solū cū frāgitur. Probatur

batur in argumento in contra, testimonio diuī Augustini dicentis in quodā sermone de hoc sancto sacramento. Singuli accipiunt Christū dominū, & in singulis portionibus totus est, nec per singulas minuit: sed integrum se probet in singulis. **SECUNDUM.** Probat doctor eandē conclusionē in ipso articulo, hoc modo. Corpus Christi est in hoc sacramento per modum substātiae, id est, per modum quo substantia est sub dimensionibus: & non per modum illum, quo quantitas dimensionis alicuius corporis est sub quantitate dimensionis loci. At natura substantiae tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur: ut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis. Et hoc indifferenter, sive sint dimensiones actu diuisae (sicut cum aer diuiditur, vel panis secatur) vel etiam sint actu indiuisae, diuisibiles vero potentia. Ergo totus Christus est sub qualibet parte specierum panis etiam hostia integra manente, &c.

Deinde sanctus Thomas respondet cuidam obiectio fāctā ab alijs, qui tenebant, quod totus Christus est sub qualibet parte postquam est diuisa: non autem quidem est cōiuncta alijs, quod vide in litera. **SED** est notandum pro examinatione huius dubij, quod aliqua sunt certa in hac materia, & aliqua incerta. Certum est, & de fide, ut probauimus in praecedenti articulo, quod Christus est vere realiter sub qualibet parte hostiae: itaq; si diuidatur hostia, sub qualibet parte qua iam actu est pars, est totus Christus, & hoc est prædicandum. Alia sunt, quae non sunt adeo certa, & sunt modi quibus à diversis doctoribus, diverso modo dicitur: hic esse corpus Christi, & hi modi non sunt prædicandi: quia non facile intelliguntur ab auditoribus, & poterit esse occasio erroris.

DUBIUM primum. **VBITATVR** prius, an sit intelligibile, quod corpus Christi sit simul cum speciebus panis & vini. Ad quod dico, quod de fide est, quod corpus Christi est ibi cum speciebus totalibus. **EGO** vero moui hoc dubium occasione sumpta ab Altisiodorensi. 4. part. q. 10. & à Bonaventura in 4. d. 10. & ab Alexandro de ales. 4. p. q. 40. qui dicunt, quod in hoc sacramento est aliquid secundum naturā s. accidentia naturalia panis: & aliquid est supra naturā, sed non supra intellectū s. quod accidentia sunt sine subiecto. Dicunt enim, quod accidentia esse sine subiecto est intelligibile, non curando, an possit esse, quod accidentis sit sine subiecto vel non. Aliiquid etiam est (inquit) quod est supra intellectū, id est, quod non est intelligibile: nempe, quod Christus totus sit, sub tantā parua quantitate alicuius particulae minimae hostiae.

CIRCA quod tertium dictum doctorum istorum dubitatur an omnia quae sunt fidei, sint intelligibilia. Aliud enim est querere, an ea quae sunt fidei, sint possibilia, & aliud, an sint intelligibilia.

ET videtur quod omnia quae sunt fidei, sint intelligibilia: quia ponitur quoddam donū spiritus san-

cti, quod dicitur donum intellectus ad cognoscendū simpliciter, ea quae sunt fidei, & non ad iudicandum: quia iudicare est fidei. Cum ergo Deus non deficit in necessarijs, videtur dedisse intellectum ad intelligendum ea quae sunt fidei.

HOC non obstat dico, quod aliqua sunt fidei, quae à nobis non sunt intelligibilia, scilicet pro hoc statu: ut mysterium Trinitatis, quod non est nobis intelligibile, sed credibile, & ita captiuamus intellectum credentes, & si non intelligamus. Probatur hoc testimonio Augustini super illud Matthei vltimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ubi sic ait. Benedictus Deus, qui nō dixit, qui intellexerit, sed qui crediderit: quia intelligere pro hac vita non possumus.

SECUNDUM A propositione est contra Altisiodorensem. Existentia Christi in hoc sacramento est intelligibilis. Probatur: quia ipse cōcedit esse intelligibile, quod Christus clauso sepulchro egreditus est, & quod penetravit cœlos. At non est maius, quod Christus sit cū speciebus. Ergo etiam est intelligibile, quod Christus est sub speciebus panis.

SECUNDUM. Multi doctores dicunt, quod quantitas non distinguuntur à re quāta, sed quodlibet accidens est sua quātus: ita quod albedo est sua quātus, & pallore est sua quātus. Et secundum istos doctores intelligibile est, quod sunt multæ quātutes simul. Ergo etiam intelligibilis est existentia Christi in Eucharistia: quia non habet aliquod imaginis in intelligibile quā quod sunt multæ quātutes simul in eodē subiecto. Ergo intelligibile est quod quātus Christi sit cū quantitate panis.

SED dubitatur an sit miraculum, quod Christus

sit sub speciebus. videtur (iuxta sententiam illo-

rū, qui asserunt, quod res quāta est sua quantitas & quod naturaliter plures quātutes sunt simul)

quod nō est miraculum. Probatur, quia secundum istos quātus quae est calor, & quātus quae est color, nō se impediunt quin sint simul. Ergo nec quātus quae est corporis Christi, & quātus quae est accidentia panis, nō se impediunt quin sint simul.

SECUNDUM. Si forma lapidis aut panis peneratur separata, occuparet locum (secundum istos doctores) & esset longa, lata, & profunda, & potest naturaliter simul esse cū materia lapidis aut panis, quae etiam est quanta. Ergo etiam corpus Christi, quod est de genere substantiae, potest similiter cum alio de genere qualitatis, vel quantitatis. s. cum accidentibus panis & vini.

AD HOC (his non obstantibus) dico esse miraculum, quod Christus sit simul cum speciebus panis & vini, & omnes in hoc conueniunt. Et probatur: quia nulla res per naturam potest poniri cum illis speciebus, sicut ponitur corpus Christi.

Ergo est miraculum. In hoc autem consistit miraculum quia secundum sanctum Thomā & sententiam probabiliter cum quātus à re quāta distinguatur, fieri non potest naturaliter, ut duæ quantitates s. simul, sicut sunt in hoc sacramento.

SED

Dubium,
secundum.

Dubium
tertium.

SED dubitatur de modo quo Christus est in hoc sacramento. Aliqui (vt refert Major in. 4. d. 10. per aliquot quastiones) dicunt, quod Christus est totus in tota hostia, & non sub partibus, nec etiā sub medietate quādiu manet vniuersa cum alia, quae est pars in potentia. Hoc dicit Altisiodo résis libro. 4. in hac materia de Eucharistia, quae refert Dionysius in. 4. d. 10. q. 3.

VERVM hæc sententia, vt hic dicit. S. Th. tene ri nō potest. Et præter argumentū. S. Tho. arguo hoc modo. Panis cōvertitur in corpus Christi totū: ita quod qualibet pars panis conuersa est in totū corpus Christi. Ergo vbiq; erat aliqua pars panis, ibi est totū corpus Christi: quia hoc est rem conuersti in aliam, quod loco rei conuersa ponatur alia, in quam conuertitur.

SECUNDО. Capiamus calicē consecratū, & dividatur in duos calices, tunc manebit totus Christus in quolibet calice, & si iterum misceātur erit totus Christus in quilibet medietate: non enim apparet quomodo desuit esse sub illa medietate, cum antea fuerit. Ergo. &c.

TERTIO. Si in medietate hostiæ nō est Christus totus, quid est, aut quæ pars illius est sub illa medietate? Nāq; oportet fatearis aliquam partē illuc esse. Et cum non sit major ratio de vna quam de alia, erunt omnes. Si enim dicas quod illuc est pes, eadem ratione erit manus, & sic erunt omnes eadem ratione. Ergo totus Christus est illuc.

QUARTO. Si consecratur panis maior Christo, quomodo erit ibi Christus? Nō apparet quomodo sit ibi nisi totus sub quilibet parte. Ergo cōcedēt, quod est totus Christus sub quilibet parte.

QVINTO. Faciamus, quod cōsecretur medietas dextra hostiæ. Iā ibi erit totus Christus. Dein de cōsecretralia medietas. Iā erit tota hostia cōsecrata. Et erit totus Christus in quilibet medietate. Ergo. &c.

SEXTO. De consecratione. d. 2. cap. Singuli. & cap. Vbi pars est, dicitur expresse, quod totus Christus est sub quilibet parte hostiæ. Ergo. &c. Ideo cōcedēt, quod Christus est totus in tota hostia, & totus in quilibet parte: sicut esset agelus, si ibi existereret.

SED an sit de fide, quod est totus Christus sub quilibet parte? Videtur quod nō: quia Altisiodorēs fuit vir catholicus, & dixit, quod nō erat totus sub quilibet parte. Ergo non est de fide.

SECUNDО. Nō habetur ex scriptura, quod totus Christus sit sub quilibet parte. Ergo. &c.

AD hoc dico, quod est de fide Christū esse ibi totū sub quilibet parte hostiæ. Probatur. Quia si Christus nō est ibi sub quilibet parte, nō esset ibi etiā sub tota hostia: quia nullus est aliud modus existendi ibi in sacramento, nisi totus in tota hostia, & totus in quilibet parte, propter cōuersiōnē panis & cuiuslibet eius partis: quæ omnes in totum Christū conuertuntur, vt iam supra deduxi.

SECUNDО. Si Christus nō est ibi sub quilibet parte. Ergo nec esset postea quādo pars diuidatur: quia nunquā est ibi, nisi per cōsecratiōnē. Et tunc quādo diuiditur, nō cōsecuratur. Ergo. &c. Vnde tenēdo quod totus Christus est in tota hostia, & non in qualibet parte non potest responderi ad hæc argumenta, quæ fecimus.

DUBIUS. Christus est sub quilibet parte hostiæ, quin an partes Christi inter se omnes sint simul?

AD HOC sunt multi modi dicēdi. Vnus est, qd omnes partes sūt simul. s. pes cū capite, & manus cū pede. Et hæc fuit opinio O Kam in. 4. q. 1. & in tractatu de Eucharistia. cap. 29. Idē dicit Dionysius Carthusiēsis in. 4. d. 10. q. 3. ex Egidio. Videtur etiā opinio Durādi, qui tollit quantitatem Christi in sacramento: ita quod non demonstrando in ordine ad species non est aliquis ordo inter partes Christi secundum Durandum.

ALII dicūt, quod esto totus Christus sit sub quilibet parte specierū, ipse tamē Christus habet in ordine ad se partes ordinatas sicut in cœlo: & ita inter se distantes, non autē in ordine ad hostiam. Hæc fuit opinio Altisiodorēs: & est opinio Ale xadri. 4. part. q. 40. Idē dicit Bonaventura. 4. d. 10. Idem Scotus. d. 10. Idē Richardus ibidem. Idē Pa ludanus ibidē. Idem Marsilius. q. 7. Idē Major. d. 10. q. 3. Idem Capre. d. 10. q. 2. Et hæc fuit cōmunius opinio vñq; ad OKam. Etiā. S. Th. in. 4. d. 10. q. 1. ar. 2. q. 4. ad. 3. & hic ad. 2. semper idem dicit.

SED contra hunc modum arguit OKam. Quia nō est intelligibile, quod totus Christus sit sub tota hostia, & totus sub quilibet parte specierū: & quod partes corporis Christi inter se habeat proprium situm & ordinem.

AD HOC Bonaventura & Altisiodorēs & alij concedunt antecedens. s. quod illud est in intelligibile: & negant consequētiā, quod propterea nō sit ita: quia plus potest Deus facere, quā nos possimus intelligere. Et ita (dicūt) nō est intelligibile mysterium Trinitatis, & tamen est possibile.

EGO autē dico, quod opus Theologi est interpretari sacrā scripturā, & non est ponendum aliquid in intelligibile, nisi sit expressum in sacra scriptura quod est ponendum. Nā tūc siue sit intelligibile siue non est ponendum: sicut ex illa habetur quod Deus est trinus & vñus, ideo quāvis non sit intelligibile ponendum est, & dicendum. Sed vbi non est scriptura sacra, nec est de fide, nō oportet ponere aliquid in intelligibile. Vnde ex sacra scriptura non habetur quis istorum modorum sit verior.

MODVS autem. S. Tho. & aliorum probatur. Hic modus est intelligibilis & conuenientior. Ergo est ponendum. Minor clara est, nempe, quod sit cōuenientior: quia est per minorē mutationē corporis Christi, & distincte, & sine confusione ponitur, & alio modo confunduntur partes Christi. Major probatur: quia possibile & intelligibile est, quod sit a. & b. duo corpora, & a. sit in qua libet parte. b. & partes inter se non sint confusa, & mixta.

& mixta simul. Et hoc ponimus nos in sacramento. Ergo est intelligibile. Probatur antecedens in illo casu quē Aristoteles ponit. 4. Physi. loquens de vacuo. Dicit enim. Si vacuum poneretur, descensus alicuius grauius fieret in instanti: quia non esset resistētia. Et quāvis argumentum Aristotelis nihil valeat: quia esto esset vacuū adhuc esset spaciū illud vacuū pertransfūdū, & ita motus nō fieret in instanti. Sed argumentū erat validū ad homines, contra illos antiquos Philosophos: dicētes, quod tota ratio quare motus non fieret in instanti, erat resistētia ex parte medijs. Tunc faciamus qud detur vacuum, & ponatur lapis in summitate paretis & dimittatur: descendēt in instanti. Et tūc in illo instanti omnes partes lapidis simul sunt cū qualibet parte paretis: quia in instanti transit totum spaciū paretis. Et partes lapidis habent suū ordinem. Ergo Deus potest facere hoc in corpore Christi. Sed primum est intelligibile. Ergo hoc de sacramento.

ET si dicas quod Aristoteles vel illi Philosophi dixerunt falsum: poterit tamen Deus lapidē mouere in instanti, & procederet idem argumentū: sicut si daretur vacuum.

SECUNDО. Deus potest facere quod angelus descendat à cœlo in terram in instanti portato secum lapide. Tunc omnes partes lapidis essent simul cum medio toto, & in qualibet parte medijs: & inter se manent ordinatae.

TERTIO. Possibile est & intelligibile (vt supra diximus) quod Deus eadē rem ponat in pluribus locis. Ponat igitur omnes partes Petri simul: ita quod pes sit cū capite, & caput cum pedibus, idest, vbi sunt pedes, & manent ordinatae, vt nūc sunt. Ergo iam Petrus esset in toto illo loco, & in qualibet parte: & partes mansissent ordinatae. Ergo unū corpus esset hoc modo: cū alio corpore est intelligibile & possibile. Ergo ita est intelligibile, quod corpus Christi sit totus sub speciebus panis, & totus in qualibet parte specierum.

QUARTO. Tota hostia est in toto Christo & in qualibet parte corporis Christi. Et seruat ordinē partū inter se. Ergo etiā sic erit corpus Christi cū hostia. Antecedens probatur: quia tota hostia est cū capite, & tota cū pede: quia pes est cū tota hostia, & cū qualibet parte. At hostia habet suas partes ordinatas. Ergo etiā poterit hochabere corpus Christi. Ergo hic modus est possibilis & intelligibilis, & sic potius ponendum quam alius.

QVINTO cōtra OKam. Sequitur quod ibi non est organizatio, & per cōsequitionem est ibi vita violētē: quia organizatio est requisita ad vitam, nec posset naturaliter esse anima in corpore sine organizatione. Antecedens probatur: supposito quod Christus nō sit alibi nisi in sacramento. Tūc qualis esset Christus: Si dicas quod rotundus, ergo a centro ad circūferentiā omnes linea sunt æquales. Et nō apparet quomodo esset organizatum si nō esset alibi. Sed OKā dicit quod est organizatio

sine figura. Sed nō apparet quomodo illud possit esse. Et si nō esset organizatio, nō esset oculus, nec pes. Nā si ex carne que est auris fieret manus, nō esset auris. Et ita dic de alijs membris corporis.

SEXTO. Sequeretur, quod aliquid diuidetur secundū omnes suas partes. Probatur. Si Deus daret angelo, qd diuidere corporis Christi, vr est in sacramento. Tūc nulla pars potest diuidi, quia omnes diuiduntur: quia secundum OKam sunt simul & cōfusa. Major respōdet cōcedēdo totū: & poste rius dicit, quod partes sunt indivisiibiles, quod est cōtra Aristoteles. 6. Physi. Vnde propter hæc argumenta, videtur quod est necessariū ponere istū modū cōmuniōrē, nēpe, quod partes corporis Christi inter se sunt ordinatae in sacramento sicut in cœlo: sed in ordine ad species panis sunt per modū substantiæ sine ordine.

ET est notandum, quod quantitas habet duplex officiū. s. extendere in ordine ad locum: ita quod caput non sit vbi est pes. Secundū, facit ordinē inter ipsas partes. Et in sacramento Eucharistia quantitas facit secundum, & non primum.

FATEOR tamē (& si hæc diximus sint probabiliōra) quod modus OKam est facilior & clarius, & est probabilis.

EX omnibus dictis sequitur, quod corpus Christi est in sacramento eo modo quo est signatum in hostia: vt in hostia est figura Christi crucifixi, ita caput Christi est cū capite figura crucifixi, manus cū manu, pes cū pede, & ita de alijs membris: quia (ve dicitū est) totus Christus est in tota hostia, & totus in qualibet parte, & qualibet pars corporis Christi est in qualibet parte hostiæ.

SED contra. Sequeretur, quod nō solū Deus sed quilibet sacerdos potest facere infinitum numerō, idest, potest facere & qd infinita entia sunt: quoniam vñū nō sit aliud. Probatur, & capiamus panem qui diuidatur per partes proportionales, & sacerdos velit consecrare partes impares proportionē dupla. Tunc partes pares sunt infinitæ non continuatæ: quia diuiduntur per partes impares, quæ sunt partes panis.

AD HOC Major cōcedit totū, quod. s. sacerdos facit infinitum numero. Sed ego nō admitto: quia cōsecrans nō potest cōsecurare nisi habeat notitiam distinctā panis consecrandi, & nō habet notitiam distinctā partū impariū. Et esto Major cōcedat omnes partes posse cōsecurari: nō cōtradicit sibi, qui in principio dixit, quod non potest fieri consecratio in parte in sensibili: quia hic loquitur de parte in toto, & in toto qualibet pars est sensibilis. Superius autem loquebatur de insensibili se parata & diuisa a toto.

SED est primum argumentum. S. Th. Si Christus est in qualibet parte hostiæ, esset ibi infinites, cum sint infinitæ partes.

AD HOC diuīs Bonaventura & S. Th. hic negat cōsequētiā. Et ratio Bonaventuræ est: quia quantum non potest actu diuidi in infinitū. Sed hoc

Vñj non sāz

non satis est: quia est Christus in partibus quae sunt in toto, & ibi sunt infinitæ. Sed melius vide-
mur nos dicere, quod ratio est: quia una positio-
ne Christus ponitur in omnibus illis partibus. Et
ad hoc quod infinites esset, oportaret poni infini-
tis positionibus. Et ita intelligendus est. S. Tho-
hic. Esto etiā quod hostia dividatur, non erit to-
ties quot sunt partes: quia non per distinctas po-
sitiones. Hoc vult dicere. S. Thomi, quando dicit
quod numerus supponit divisionem.

SCOTVS autē dicit, quod nō est Christus nisi
in parte sensibili. Sed contra. Aut in parte insensi-
bili est Christus aut non. Si non. Ergo erit panis,
aut nihil: & utrumq; est falsum. Ergo dicendum
est, quod est ibi corpus Christi.

SECVNDO. Sumamus partē insensibilem &
iuingamus eam alteri: & resultas sit. b. Quādo an
ibi sit corpus Christi: Si est ibi in toto. b. quare nō
in partibus eius? Ergo dicendum est, quod est in
qualibet parte simpliciter.

CONTRA S. TH. arguitur, Sequeretur, quod
aliquid corpus esset in multis locis circumscripsi-
ue: quia sanguis Christi est in coelo circumscripsi-
ue, & etiā in sacramento: quia est in venis, & venæ
in ordine ad se sunt extēta, vt diximus. Ergo. &c.

AD HOC nego antecedens pro prima parte.
Ratio est: quia vena non est in loco circumscrip-
tive. Ergo nec sanguis qui est in venis.

Articul. quartus

Vtrum tota quantitas dimensiua cor-
poris Christi sit in hoc sacramēto.

DQVARTVM sic pro-
ceditur. Videtur quod non tota
quantitas dimensiua corporis
Christi sit in hoc sacramento.
Dicendum est enim quod totū corpus Christi cō-
tinetur sub qualibet parte hostiae cōsecratae.
Sed nulla quantitas dimensiua tota contine-
tur in aliquo toto. & in qualibet parte eius.
Ergo est impossibile, quod tota quantitas di-
mensiua corporis Christi contineatur in hoc
sacramento.

PRÆTEREA. Impossibile est duas
quantitates dimensiua esse simul, etiā si una
sit separata & alia in corpore naturali: vt
pareat per philosophum in. 3. Metha. Sed in
hoc sacramento remanet quantitas dimensi-
ua panis: ut sensu appetat. Non ergo est ibi
quantitas dimensiua corporis Christi.

PRÆTEREA. Si due quantitates
dimensiua in aequales iuxta se ponantur: ma-
ior extenditur ultra minorem. Sed quanti-
tas dimensiua corporis Christi est multo ma-
ior quam quantitas dimensiua hostiae conse-
cratae secundū omnē dimensionem. Si ergo in
hoc sacramento sit quantitas dimensiua cor-
poris Christi cū quantitate dimensiua hostiae:
quantitas dimensiua corporis Christi extende-
tur ultra quantitatē hostiae, quae tamen nō
est sine substantia corporis Christi. Ergo sub-
stantia corporis Christi erit in hoc sacra-
mento etiā præter species panis. Quod est incon-
veniens: cum substantia corporis Christi non sit
in hoc sacramento, nisi per consecrationē panis:
vt dictū est. Impossibile ergo videtur quod
tota quantitas dimensiua corporis Christi
sit in hoc sacramento.

SED CONTRA. Quantitas dimen-
siua corporis alscuius, non separatur secundū
esse à substantia eius. Sed in hoc sacramento
est tota substantia corporis Christi: vt supra
habitum est. Ergo tota quantitas dimensiua
corporis Christi est in sacramento.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut
supra dictum est) duplicitate aliquid Christi
est in hoc sacramēto. Vno modo ex vi sacra-
menti: alio modo ex reali cōcomitātia. Ex uī
quidem sacramenti quantitas dimensiua cor-
poris Christi non est in hoc sacramēto. Ex uī
enim sacramēto est in hoc sacramento illud
in qd directe conuersio terminatur. Conuer-
sio autē quæ sit in hoc sacramēto, directe ter-
minatur ad substantiam corporis Christi: non
autē à dimensiones eius. Quod patet ex hoc,
quod quantitas dimensiua panis remanet fa-
cta cōsecratione, sola substantia panis trāsum-
te. Quia tamen substantia corporis Christi,
realiter nō denudatur à sua quantitate dime-
nsiua, & ab alijs accidentib; inde est qd ex vi
realis concomitantia, est in hoc sacramēto:
ta quantitas dimensiua corporis Christi, &
omnia accidentia eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd mo-
dus

duis effendi cuiuslibet rei, determinatur secun-
dū id quod est ei per se, non autē secundū id
quod est ex per accidens: sicut corpus est in vi-
su secundum quod est albū, non autē secun-
dū modū dulce, licet idem corpus sit albū
& dulce, unde & dulcedo est in visu secun-
dū modū albedinis, nō secundū modū dulcedi-
nis. Quia igitur ex vi huius sacramēti est
in altar: substantia corporis Christi: quantitas
autem dimensiua eius est ibi concomitante
et quasi per accidens, ideo quantitas dimensi-
ua corporis Christi est in hoc sacramēto, nō
secundū propriū modū (ut si sit tota in
toto, & singulae partes in singulis partibus)
sed per modū substantiae, cuius natura est
tota in toto, & tota in qualibet parte.

AD SECUNDVM dicendum, quod
dui quantitates dimensiua nō possunt natu-
raliter simul esse in eodem, ita quod vtraq;
sit ibi secundū propriū modū quantitatis
dimensiua. In hoc autē sacramēto quantitas
dimensiua panis est secundū propriū modū
s. secundū cōmensurationē quādam: non
autē quātūtā dimensiua corporis Christi, sed
est ibi per modū substantiae: vt dictū est.

AD TERTIVM dicendum, quod quā-
titas dimensiua corporis Christi non est in hoc
sacramento secundū modū cōmensurationis,
qui est proprius quantitati, ad quē pertinet
quod maior quātūtā extēdatur ultra mino-
rem: sed est ibi per modū iam dictū.

IN HOC. 4. articulo Diuus Thomas ponit
quandā bimembre distinctionē in principio
articuli: secundo scribit duas conclusiones & eas
probavit. Distinctio est. Dupliciter dicitur aliquid
Christi esse in Eucharistia. Vno modo ex vi sa-
cramēti: altero modo ex reali concomitantia.

HIS notatis est prima conclusio. Ex vi sacra-
menti quantitas dimensiua corporis Christi nō
est in hoc sacramēto Eucharistia. Probatur hac
conclusio quia ex vi sacramēti solum est in sa-
cramento illud in quod directe conuersio termi-
natur. At conuersio quæ sit in hoc sacramento,
directe solum terminatur ad substantiam cor-
poris Christi, & non ad dimensiones eius. Ergo

quantitas Christi non est in Eucharistia ex vi
sacramento. Minor probatur (cum consequentia
sit bona, & maior vera) quia si conuersio quæ sit
in Eucharistia terminaretur ad quātūtē Chri-

sti hō remaneret quātūtā panis facta cōsecratio
nes, sed cōuerteretur in quantitatē corporis Chri-
sti. Qd nō fit sed manet quātūtā panis. Ergo nō
terminatur cōuersio ad quātūtē corporis Christi.
SECVNDA conclusio est. Ex vi reali cōcomi-
tantia est in Eucharistia tota quantitas dimensi-
ua corporis Christi, & omnia accidentia eius.
Probatur: quia substantia corporis Christi nō di-
uiditur à sua quantitate dimensiua, & ab alijs ac-
cidentibus. Et in Eucharistia est substantia corpo-
ris Christi. Ergo ex illa reali cōcomitantia ibi est
tota quantitas dimensiua.

PRINCIPIO nota in hoc articulo, quod Duran-
dus. d. 10. q. 2. reuocat in dubiū, an quantitas cor-
poris Christi sit in hoc sacramento: & dicit quod
est probabilius quod non.

SED ego dico cum cōmuni sententia Theologo-
rū quod ita. Idem dicit Scotus. d. 10. q. 1. Marsilius
Gabriel. Et communiter omnes scholastici cum
Magistro sententiā in. 4. d. 10.

OPINIO autē Durādi procedit supposito quod
quantitas distinguatur à re quāta. Et arguit prius
impugnando rationem. S. Th. quæ est ista. Cor-
pus Christi in coelo habet quantitatem. Et cor-
pus Christi est hic. Ergo hic habet quantitatem.
Dicit ad hoc Durādus quod non valet cōsequē-
tia: quia Deus posset ponere corpus Christi sine
quantitate.

AD HOC quod Durādus dicit, dico verū esse
quod potest Deus corpus suū sine quantitate po-
nere. Sed de facto nō facit: quia ex natura rei se-
quitur, qd vbi cōq; ponitur subiectū, ponūtur il-
lius accidentia: & nō habemus ex scriptura qd nō
faciat hoc Deus, aut qd faciat oppositū, nec habe-
mus ex traditione sanctorū: & esset opus nequati-
tudo ad diuidendū accidentia à suo subiectū. Er-
go dicendum est quod nō fecit Deus illud: sed po-
nit corpus suū sacratissimum in Eucharistia
cum accidentibus suis.

SECVNDO. Arguit Durādus. Quia esset su-
perflua ibi quātūtā. Ergo non est ponenda. Forte
hoc argumentū procederet contra dicētes quod
non est ibi ordo positionis partium.

AD HOC tamen nego antecedens: quia sequi-
tur quantitas suū subiectū.

TER TIO arguit. Quātūtā formaliter facit or-
dinē partiū. Ergo non potest esse quantitas per ali-
quā potentia: & quod non faciat ordinem.

AD HOC dico secundū opinionē antiquorū,
quod concedo totum quia facit ordinē partiū in-
ter se, licet non in ordine ad species panis: vt dixi
mus in præcedenti articulo.

SECVNDO. Possemus dicere, quod nō imme-
diata cōstituit ordinē partiū, vel qd potest à Deo
impediti. Nō est difficultas. Ideo. S. Th. dicit qd
omnia accidentia quæ sūt in corpore Christi, manet
in Eucharistia: sive faciat ordinē partiū sive nō.
IOHANNES MAIOR in. 4. d. 10. q. 5. ponit duas
propositiones. Prima est. Non omnia accidentia

v. iiiij corporis

corporis Christi in cœlo sunt in sacramento. Et probat: quia Deus potest illud facere, & accidentia relativa non sunt in sacramento.

SECUNDA propositio est. Dubium est etiam de accidentibus absolutis an sint in sacramento. Probat: quia visio qua Christus videt in cœlo est unum accidens absolutum & non est ibi in Eucharistia.

SED ego pono hanc conclusionem. Necesse est dicere, quod corpus Christi in sacramento habet omnia accidentia absoluta: quæ habet in cœlo. Nā (sicut ipse Maior dicit) anima est in sacramento solum cōcomitantia: quia est de perfectione corporis Christi. Sed eodem modo accidentia omnia sunt de perfectione Christi. Ergo etiam sunt ibi omnia accidentia. Et quærerem à Maiore an habeat Christus in sacramento gratiam & virtutes quas habet in cœlo. Non dubito quid dixisset quod ita. Ergo dicendum est quod habet omnia accidentia.

ET arguo hoc modo maxime contra Duradū. Quia si non est in sacramento quantitas. Ergo nec alia accidentia corporalia quæ insunt media te quantitate. Nec debemus iudicare nisi secundum naturam rei, quando non habemus ex scriptura sacra vel sanctorum traditione quod sit miraculum. Et ponere corpus Christi in Eucharistia sine accidentibus esset distinctum aliud miraculum. Ergo non est ponendum.

Dubium primum. **S**E D dubium est de accidentibus quæ superueniuntur Christo in cœlo: vt quod de nouo in cœlo illuminetur, an illud nouum lumen sit etiam in sacramento. Videtur quod non: quia oportet ponere nouum miraculum, sicut dicebamus de calefactione Petri in duobus locis. Sed de hoc latius infra. q. 22. vbi. S. Th. mouet quæstionē hanc. In articulo tamen. 5. sequenti ad. 3. videtur. S. Th. dicere quod non: quia ita dicit de esse in loco circumscriptione, quod habet in cœlo & non in sacramento.

Dubium secundum. **D**UBITATVR secundo, an sicut tota quantitas corporis Christi est in Eucharistia cōcomitantia, ita etiam sit ibi aer qui esset in corpore Christi & cibus si esset in stomacho.

DICO quod non: quia non coniunguntur naturaliter corpori Christi: sicut quantitas & alia accidentia quæ sunt de perfectione corporis Christi.

Articul. quintus.

Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

DQVINTVM sic procedit. Videtur quod corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco. Eſſe enim in aliquo circu-

scriptiuſ vel diffinitiuſ, est pars eius quod est esse in loco. Sed corpus Christi videtur esse diffinitiuſ in hoc sacramento: quia ita est, ubi sunt species panis & vini, quod non est in alio loco altaris. Videtur etiam ibi esse circuſcriptiuſ: quia ita continetur superficie hostia consecrata, quod nec excedit nec exceditur. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento sicut in loco.

PRAETEREA. Locus specierum panis non est vacuum, natura enim non patitur vacuum: nec est ibi substantia panis, ut supra habitum est: sed est ibi solum corpus Christi. Ergo corpus Christi replet locum illum. Sed omne quod replet locum aliquem, est in eo localiter. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

PRAETEREA. In hoc sacramento (sicut dictum est) corpus Christi est cū sua quantitate dimensiua, & cum omnibus suis accidentibus. Sed esse in loco est accidens corporis: unde & ubi connumeratur inter noue genera accidentium. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

CONTRA. est, quod oportet locum & locatum esse aequalia: ut patet per Philo. in. 4. physi. Sed locus ubi est hoc sacramentum est multo minor quam corpus Christi. Ergo corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut iam dictum est) corpus Christi non est in hoc sacramento secundum proprium modum quam quantitas dimensiua: sed magis secundum modum substantiae. Omne autem corpus locatum est in loco secundum modum quantitatis dimensionis: in quantum scilicet comensuratur loco secundum suam quantitatē dimensionā. Unde relinquitur quod corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco: sed per modum substantiae, eo s. modo quo substantia continetur a dimensionibus. Succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantia panis. Vnde sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiae

scriptiuſ vel diffinitiuſ, est pars eius quod est esse in loco. Sed corpus Christi videtur esse diffinitiuſ in hoc sacramento: quia ita est, ubi sunt species panis & vini, quod non est in alio loco altaris. Videtur etiam ibi esse circuſcriptiuſ: quia ita continetur superficie hostia consecrata, quod nec excedit nec exceditur. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento sicut in loco.

per comparationē ad extrinsecum continēt: & ideo non oportet, quod Christus sit in hoc sacramento sicut in loco.

IN HOC articulo, ponit Diuus Thomas conclusionē unam in calce corporis articuli: quæ sic habet. Nullo modo corpus Christi est in Eucharistia localiter. Hac probatur in argumēto in contraria: quia locus & locatū sunt aequalia. 4. physi. Sed locus ubi est corpus Christi in Eucharistia est multo minor quam Eucharistia. Ergo corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco.

SECUNDO. Corpus Christi non est in Eucharistia secundum proprium modum quantitatis dimensionis: sed per modum substantiae. At omne corpus locatum est in loco secundum modum quantitatis propriæ dimensionis. Ergo corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod corpus Christi non est in hoc sacramento diffinitiuſ: quia sic non esset alibi quā in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum, cum tamen sit in cœlo in propria specie. & in multis alijs altaribus sub specie sacramenti. Similiter etiam patet, quod non est in hoc sacramento circuſcriptiuſ: quia non est ibi secundū comensurationem propriæ quantitatis: ut dictum est.

Quod autem non est extra superficie sacramenti, nec est in alia parte altaris: non pertinet ad hoc quod sit ibi diffinitiuſ, vel circuſcriptiuſ: sed ad hoc quod incæpit ibi esse per consecrationem & conversionem panis & vini: ut supra dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod locus ille in quo est corpus Christi non est vacuum: nec tamē propriæ est repletus substantia corporis Christi, quæ non est ibi localiter, sicut dictum est: sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ habent replere locū, vel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculose: sicut & miraculose subsistit per modum substantiae.

AD TERTIVM dicendum quod accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut supradictum est) secundum realem concomitantiam: et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, quæ sunt ei inter seca. Eſſe autem in loco est accidentis

per quibus constat, quod corpus Christi non est in sacramento sicut in loco, vel localiter: licet sit in loco in

Dubium
vnicum.

loco in quo est hostia vere & realiter. Nec hoc negat. S. Th. sed solū negat, quod sit ibi localiter.

Dvidentia relativa corporis Christi sunt etiā in sacramēto. Videtur quod non: quia ita dicit. S. Th. quod esse in loco non conuenit Christo in sacramento, licet conueniat in cœlo: quia esse in loco conuenit Christo in ordine ad extrinsecū. Ergo ita est dicendum de alijs respectiuis.

SE D contra. Accidentia respectiva subiectantur in corpore Christi, sicut absoluta. Ergo etiam sunt in sacramento sicut absoluta.

SECVNDO. Si quis est similis in vno loco, est & in alio: & si quis est pater in vno loco est etiam in alio. Ergo ita dicendum est de corpore Christi: quod si est simile in cœlo est etiā in Eucharistia.

PROPTER hæc argumenta est notandum, quod inter Philosophos & Theologos dubitatur, an relationes sint accidentia realiter distincta à subjectis suis: ita quod sint distinctæ qualitates. Et quidam dicunt quod ita: & quidam quod nō, sed quod sunt modi & habitudines rerum.

ET tunc dicendum est, quod tenendo relationes esse accidentia realiter distincta à subiectis, satendum est (sicut de absolutis) quod etiam sunt qualitates subiectivæ in suis fundamentis: & illæ res, ut sic, etiam sunt in corpore Christi in sacramēto, quo ad entitatem ipsarum relationum: ut vbi (idest esse in loco) quod est accidens distinctū ab alijs, quod accidens si quis habet hic etiam habet Romæ si illic ponatur. Sed illud accidens nō denominat Romæ sicut hic: quia hic denominat esse Conimbricæ & non Romæ. Si autem quis teneat quod relationes non sunt sic entitates distinctæ à suis fundamentis dicendum est, quod non sunt ubiqüe est fundamentum. Et ego ita credo: relations non distingui à suis fundamentis, sicut res à re: ideo dico, quod relatio quæ ab extrinseco conuenit corpori Christi in cœlo, non est in sacramento: sicut esse in loco, quod etiam dicit. S. Th. Aliæ autem quæ ei ab intrinseco conueniunt, sunt in sacramento.

SE D est notandum, quod S. Th. non ponit illā distinctionem, quā ponunt alijs, de accidentibus absolutis & relativis: sed dicit de accidentibus intrinsecis & extrinsecis. Esto enim esset accidens absolutum si esset extrinsecū corpori Christi nō esset in sacramēto. Nec negaret. S. Th. quin Christus sit filius Dei, & beatae virginis in sacramēto: quia illæ relations conueniunt ei ab intrinseco.

P POSSVMVS etiam dicere, quod sunt aliqua accidentia quæ nō possunt conseruari nisi in certo loco: & illæ non sunt alibi, esto res cuius sunt accidentia sic alibi: vt est esse in tali loco. a. vel. b.

EX dictis sequitur quod corpus Christi nō tangitur à speciebus panis: quia est ibi per modum substantiæ: & ad tantum requiritur localis. & si talis vno, & quod accidentia illæ inhæreant illi subiecto, quæ accidentia panis nō faciūt respectu-

corporis Christi. Vnde sicut angelus vel substantia spiritualis non tangitur à loco in quo est: ita nec corpus Christi à speciebus panis.

Articul. sextus.

Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

D SEXTVM sic proceditur. Videtur quod corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. Dicit enim philosophus in 2. topicorum, quod motis nobis mouentur ea quæ in nobis sunt. Quod quidē est verum etiā de speciali substantia anime. Sed Christus est in hoc sacramento: ut supra habuimus. Ergo mouetur ad motum ipsum.

PRÆTEREA. Veritas debet respondere figura. Sed de agno paschale, qui erat figura huius sacramenti, nō remanebat quicquam usque manu: sicut præcipitur Exodi. 12. Eronec etiā si hoc sacramēto referetur in crastinū, erit ibi corpus Christi. Et ita nō est immobiliter in hoc sacramento.

PRÆTEREA. Sic corpus Christi remaneat sub hoc sacramēto etiā in crastinū, pari ratione remanebit et per totum sequētem tempus: nō enim potest dici quod desinat esse cessantibus speciebus: quia esse corporis Christi non depēdet a speciebus illis. Non autem remaneat sub hoc sacramēto Christus per totum tempus futurum. Videtur ergo quod statim in Crastino, vel post modicū tempus, desinat esse sub hoc sacramento. Et ita videtur quod Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

SED contra impossibile est idem esse motu quietum: quia sic contradictoria verificarentur de eodē. Sed corpus Christi in cœlo quietum refidet. Non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

RESPONDEO dicendum, quod cum aliiquid est unū subiecto, et multiplex secundum esse, nihil prohibet secundū aliquid moriri,

ueri, et secundū aliquid immobile permanere: sicut corpori est aliud esse albū, et aliud esse magnū: unde potest moueri secundum albedinem, et permanere immobile secundū magnitudinem. Christo autem non est idem esse secundum se, et esse sub hoc sacramento: quia per hoc quod dicimus ipsum esse sub huc sacramēto, significatur quadam habitudo eius ad hoc sacramēto. Secundū igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locū sed solum per accidens. quia Christus nō est in hoc sacramento sicut in loco: sicut predictū est. Quod autem non est in loco nō mouetur per se in loco: sed solum ad motū eius in quo est. Similiter autem nec per se mouetur, secundū esse quod habet in hoc sacramento, qua cunque alia mutatione: puta quantū ad hoc quod definit esse sub hoc sacramento: quia illud quod de se habet esse indeficiens, nō potest esse deficiendi principiū: sed alio deficiēte hoc definit esse in eo: sicut Deus cuius esse est in deficiēte et mortale definit esse in aliqua creatura corruptibili, per hoc quod creatura corruptibili definit esse. Et hoc modo cum Christus habeat de se esse indeficiens et incorruptibile, non definit esse sub hoc sacramento, neque per hoc quod ipsum definit esse, neque etiam per motum localem sui (ut ex dictis patet) sed solū per hoc quod species huius sacramenti definit esse. Vnde patet, quod Christus, per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramēto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de motu per accidentem: quo ad motū nostrum mouetur ea quæ in nobis sunt. Alter tamē ea quæ per se possunt esse in loco sicut corpora: et alter ea quæ per se nō possunt esse in loco, sicut formæ et spirituales substantiae. Ad quem modū potest reduci, quod dicimus Christum moueri per accidentem secundum esse quod habet in hoc sacramento, in quo non est sicut in loco.

AD SECVNDUM dicendum, quod hac ratione motu evidentur fuisse quidam, parentes, quod corpus Christi non remaneat

sub hoc sacramento, si in crastinū reseretur. Contra quos Cyrillus dicit. In sanctū quidā, dicentes mysticā benedictionē cessare a sanctificatione, si quæ eius reliqui remanserunt in diem subsequentem: nō enim mutatur sacramentum corpus Christi, sed virtus benedictionis et viuificatiua gratia, iugis in eo est: sicut etiam omnes aliae consecrationes immobiliter manent permanentibus rebus consecratis, propter quod non iterantur. Veritas autem licet figura respondeat, tamen figura non potest eam adaequare.

ADTERTIVM dicendum, quod corpus Christi remanet in hoc sacramento non solum in crastinū, sed etiā in futurū quousq[ue] species sacramentales manet. Quibus cessationibus, definit esse corpus Christi sub eius non quia ab eis dependeat, sed quia tollitur habi tudo corporis Christi ad illas species: per quæ modum Deus definit esse dominus creatu rae desinentis.

IN HOC sexto articulo sunt tres conclusio nes signatae à S. Th. Prima est. Christus mouetur secundum esse, quo est in sacramēto per accidentem. Probatur. Christus non est in hoc sacramento, sicut in loco: ut in articulo præcedenti dictum est. At quod nō est localiter in loco, nō mouetur per se in loco: sed solum ad motum eius in quo est. Ergo Christus in sacramento solum mouetur per accidentem ad motū hostiæ in qua est.

SECVNDA conclusio est. Christus secundum esse, quod habet in sacramento non mouetur per se aliqua alia mutatione, à motu locali. Probatur. Illud quod de se habet esse indeficiens, non potest esse deficiendi principium: sed solum definit esse in alio ad destinationē illius in quo est. Sed Christus habet de se esse indeficiens & incorruptibile.

Ergo non definit esse per se in hoc sacramento: nec per hoc quod ipse definit esse, nec per hoc quod per se mouetur localiter & recedat à sacramento: sed solū definit esse ibi in sacramēto per hoc quod hostia vel species panis, quæ ibi erant de finiant esse.

TERTIA conclusio quæ sequitur ex prædictis conclusionibus est. Per se loquendo Christus immobiliter est in hoc sacramento Eucharistia.

SED contra primam conclusionem arguo hoc modo. Impossibile est, quod idem sit motum & immotum. Sed Christus est immotus: vt dicit. 3. conclusio. Ergo nō mouetur etiā de per accidētis: quia sequerentur contradictionia vera: cū moueretur, & non moueretur.

AD HOC respondet doctor in fronte articuli, non esse in conueniens, quod aliquid sit immotum secundum proprium suum esse, & secundum proprium modum essendi: & sit motum secundum aliud esse, quod habet in ordine ad aliud. Vnde Christus secundum proprium esse non mouetur: sed secundum esse, quod habet in sacramento, mouetur per accidens.

NOTA tamen, quod non valet consequitio. Mōetur per accidens. Ergo mouetur. Sed valet. Mōetur per se. Ergo mouetur. Vnde hæc simpliciter est vera. Christus est immotus, aut Christus non mouetur. Et hæc est simpliciter falsa. Christus mouetur.

EX HIS dictis, & ex solutione ad secundum, & tertium argumentum sequitur, quod Christi corpus manet in Eucharistia, quandiu manent species panis. Vbi cunq; species manent, siue in stomacho, siue in loco decenti, siue indecenti: & hoc ex lege Christi, quia tandem voluit, corpus suū manere sub speciebus panis, ex vi consecrationis, quādū ipsæ species manserint. Marsilius. q. 7. 4. ar. 3. dubio. 5. tenet etiam conclusiones. S. Thomæ.

DUBIUM PRIMUM. **D**ictionem, à quo mouetur per accidens corpus Christi in sacramento, eo modo quo dicit. S. Thomæ. An à sacerdote, vel illo qui mouet hostiam, vel an a solo Deo.

AD HOC dicit Scotus. d. 10. q. 6. conclusione. 4: quod nulla creatura potest mouere corpus Christi in sacramento: sed quod ipse Christus mouet se in sacramento. Probat prius. Quia non est ibi modo, quo possit attingi a creatura. Ergo. &c. Ad hæc tandem dico, quod de per se verum est, de per accidens nego.

SECUNDO arguit sic. Quando aliquid voluntarie iungitur altero, & non necessitate aliqua naturali, illud quod sic coniungitur non mouetur ad motum alterius: nisi ab illo qui voluntarie sic se coniunxit altero modo. Sed corpus Christi voluntate Dei ponitur in sacramento, & non coniunctione necessaria naturali. Ergo non potest corpus Christi moueri a creatura qua species panis.

CONFIRMAT hoc ipsum exemplo angeli, qui voluntarie se applicat lapidi vel ligno. Ille homo qui tunc mouet lapidem, non mouet angelum, sed ipse angelus se mouet ad motum lapidis, vel manet & non vadit cū lapide. Ad hoc dico, quod non est simile: quia ille qui voluntarie se applicat alteri non necessitatibus ex lege aliqua vt ibi maneat. At corpus Christi ex lege consecrationis, non potest a speciebus recedere, quādū manent species: vt diximus.

SCOTVS igitur conuenit cum. S. Thomæ, in hoc quod dicit, quod corpus Christi mouetur de per accidens ad motum hostiæ: sed differt ab illo in hoc quod dicit, hoc non fieri a creatura mouēt species, sed a Deo. Sanctus Thomas vero di-

cit, quod mouetur corpus Christi, ab eo qui mouet species: quia iam ex miraculo consecrationis, corpus non potest recedere a speciebus, quādū manent species: vnde dicendum est quod mouetur ab illo, qui mouet species.

DVRANDVS autem. 4. d. 10. q. 3. dicit, quod corpus Christi nullo modo mouetur in sacramento, nec de per se, nec de per accidens, nec a Deo, nec a creatura. Probat prius. Quia illud quod est in alio per quendam ordinem non mouetur ad motum alterius. Sed corpus Christi est in sacramento pordinè ad species (vt ipse tenet, & nos supra disputauimus.) Ergo non mouetur ad motum specierum. **SECUNDO.** Quia sequeretur, quod Christus moueretur motibus contrarijs. Contingit namq; quod quando unus sacerdos eleuat sacramentum, alius simul trahit deorsum. Ergo mouetur motibus contrarijs.

TERTIO. Quia eadem ratione esset dicendum, quod corpus Christi frāgitur: quia frāgitur hostia. **HIS** non obstantibus, opinio sancti Thomæ est verior, clarior, & communior. Nam cōmuniter doctores in. 4. d. 10. tenent cum. S. Thoma, quod corpus Christi in sacramento mouetur de per accidens ad motum hostiæ, & mouetur a sacerdote. **ET** probatur. Quia sacerdos comedit corpus Christi, & bibt sanguinem. Sed hoc non potest fieri nisi per motum. Ergo sacerdos ad motum hostiæ mouet corpus Christi.

PRO quo magis declarando, nota, quod corpus Christi in Eucharistia habet quādū connexiōnem cum speciebus: quia corpus Christi cōtinetur a speciebus, & est lex Dei, quod quādū moueretur species, moueretur & corpus Christi. Ideo simpliciter est concedendum, quod ad motum hostiæ mouetur corpus Christi: sicut est lex naturalis, quod ad motum subiecti mouetur & accidens, vel econtra, ad motum accidentium mouetur subiectum. Itaque talis est colligatiā inter corpus Christi & species sacramentales, quod ad motum earum mouetur per accidens corpus Christi. Et sicut corpus Christi mouetur ad motum specierum: ita mouetur a motore earum, & cum cursu Dei generali: ita quod licet Christus secundū humanitatē nollet moueri, moueretur ad motum hostiæ propter legem Dei. Et si Deus oppositum nūc velleret, esset mutare priorem legem.

SED quid est dicere, quod corpus Christi mouetur per accidens, & non de per se? Dico, quod est dicere, quod non mouetur mota, qui sit in ipso corpore Christi: sed motu, qui est in speciebus. Vel mouetur per accidens: quia mouetur ad motum specierum, & non per se: quia si species non moueretur, non moueretur sanctum illud corpus.

ET tūc ad argumenta in oppositū, facile est respondere. Ad prīmū argumentū Scoti īā diximus. **AD SECUNDUM** dico, quod verū est, connexionē illā corporis Christi cum speciebus, voluntaria esse, idest, per voluntatē Dei: quia Christus volē fecit

fecit legē, quod corpus suū in Eucharistia ponetur. Sed postquam ponitur: est lex, quod non recedat quādū sūt species. Etesto Christus dormiret, & non haberet nūc nouā volitionē ad ponēdū corpus suū ibi: ponetur nihilominus ad consecratio nem sacerdotis ex lege Dei. Et ita esto Christus in hostia consecrata dormiret, & non haberet nouā volitionem: moueretur ad motum hostiæ.

ET confirmatur: quia cōmuniter dicimus, quod sacerdotes eleuat corpus domini. Quod non esset verum, si ad motū specierum non moueretur corpus Christi ab ipsis sacerdotibus: quia eleuatio est quidam motus.

AD argumenta autem Durandi dico. Ad prīmū. s. quia illud quod est in aliud per quendam ordinem non mouetur ad motum alterius. &c. cōcedo. Negotamen quod corpus Christi sit in speciebus solum per quendam ordinem: sed vere & realiter: vt supra diximus, & præsens disputauimus contra Durandum.

AD secundum autem. s. quod mouetur motibus contrarijs. &c. Concedo, quia est in pluribus locis, vt supra diximus de Petro existente Romæ, & Parisiis. Et non est in conuenientiis, quod moueat motibus contrarijs de per accidens, sicut per accidens est in loco.

AD tertium nego, quod corpus Christi frangatur: sed sola quantitas panis frangitur, quæ non in hæret corpori Christi. Ideo ad eius fractionem non frāgitur corpus Christi, ne tangentur quādū tantum panis.

SED contra nostram cōclusionem arguit Major in. 4. d. 10. q. 6. Si species panis & vini moueantur circulariter: tunc non mouetur corpus, nec sanguis Christi. Ergo ad motum specierū, non mouetur corpus Christi. Antecedens probatur: quia tunc corpus Christi eodem modo se habet secundum se, in ordine ad se, & ad partes hostiæ vel loci extrinseci.

AD hoc concedo totum. Sicut si cœlum haberet animā, esto moueretur circulariter, vt mouetur: non moueretur anima sed moueretur per accidens, si moueretur motu recto.

DUBIUM SECUNDUM. **D**icit. S. Thomæ, quia dicit, quod corpus Christi in sacramento non potest moueri alia mutatione: an corpus eomodo quo est in sacramento possit alterari & alterare: vt illuminare, vel illuminari ab alio extrinseco.

AD hoc dicit Maior in. 4. d. 10. q. 6. quod ita: nisi Deus propter meritū fidei speciali modo impedit. Idem dicit O Kam. Idem tenet Gabriel super canonem lectiōne. 4. 6. Sed hi non probant quæ dicunt. Verior est igitur opinio. S. Thomæ, & aliorum tenentium, quod corpus Christi non potest alterari, nec alterare in sacramento ex modo existendi ibi. Probatur, quia est ibi per modū substantiæ indivisibiliter: sicut esset ibi unus agelus & ad hoc quod posset alterari, & alterare, debe-

ret habere modum quantitatū & extensum in ordine ad locum, quod Christus ibi non habet.

Dicit. S. Thomas, quod corpus Christi non definit esse in sacramento. Quādū permanet corpus Christi in sacramento?

Dubium tertium.

AD HOC respondet. S. Thomas hic ad tertium argumentū, quod tandem manet, quandiu manet species panis aut vini, id est, tandem manet corpus Christi quandiu mansisset panis sub illis speciebus naturaliter, si panis ibi esset, sicut erat antea. Et hoc vbi cunque ponantur species, siue in altari, siue in tuto, siue in stomacho muris aut canis. Unde male dicit Panormitanus & aliqui iure consulti, quod simus comedat hostiam cōsecratam, esto manent species in ventre muris, statim desinat esse corpus Christi ibi, quam primū tangitur hostia à mure: quia benedictum Christi corpus non laeditur, nec tœdatur, esto species lœdantur, & fordistant.

SED dubitatur quarto de quibus speciebus lo- Dubium quatur diuus Thomas: quia ibi est quantitas, quartum calor, color, & sapor &c. an maneat corpus Christi quandiu manent omnes, & solum tunc quādū manent omnes, aut quādū manent aliquæ, esto aliae corruptantur.

AD HOC omnes Theologi cōmuniter dicunt, quod corpus Christi manet sub illis speciebus quādū manent species sufficiētes ad conseruandū panem sibi esset: & quandiu mansisset panis naturaliter loquendo: ita quod tandem manet ibi corpus Christi, quādū sunt species panis ad conseruandum panem naturaliter, si ibi esset. Nā si diceres, quod oportet omnes qualitates manere, ad hoc quod maneat corpus Christi: se queretur, cū sit ibi humiditas, seu calor, quæ facile deperditur quod sic non mansisset ibi corpus Christi, illis deperditis, & essent decepti, cum mansissent aliae species, quod non est dicendum. Nec potest dici, quod sufficit, vt maneat vna sola qualitas, ad hoc quod maneat ibi corpus Christi: quia cum vna qualitate non esset panis. Ergo nec corpus Christi quod successit loco panis. Ideo rationabilius est dicere, quod quādū ad hoc habet ibi corpus Christi leges panis: ita quod sit ibi cum illis speciebus, cum quibus naturaliter esset panis.

Dubitatur quinto, quid fiat de corpore Dubium Christi, quādū īā definit esse in sacramento, quintum. AD hoc dicunt aliqui iure consulti, quod volat in cœlum etiā quādū species sunt in ore: sed hi non probant. Ideo dico cū Theologis & cum. S. Thomæ hic, quod non definit esse: quia manet in cœlo & in alijs sacramentis.

SECUNDO. Nec etiam volat in cœlum: quia ibi est semper.

TERTIO dico, quod definit esse ibi in sacramento: sicut cum amputatur digitus Petri, definit esse ibi anima rationalis sine sui mutatione. Nec retrahit se intro: quia non mouetur localiter, propterea quod

quod digitus amputetur. Aliud exemplū adducit S. Thomas ad tertium. Sicut (inquit) Deus desinit esse in creatura per corruptionem creaturæ sine sui mutatione: ita corpus Christi in sacramēto sine sui mutatione.

DUBIUM SEXTUM. **D**VBITATVR sexto, an si corpus Christi esset præcisæ in hoc sacramento, desineret esse simpliciter corruptis speciebus.

DICO quod de lege nunc existenti, solum habetur, quod desineret esse hic in sacramento: nō autem quod desineret esse simpliciter. Si illud daretur esset alia lex: aut dominus prouideret quid esset de illo, esset etiam tunc alia Theologia. Sed secundum hanc quam nunc habemus solum desinit corpus Christi esse in Eucharistia, per hoc quod species desinunt esse: & sine sui mutatione manet in alijs locis vbi antea erat.

Articu. septimus

Vtrū corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato.

DSEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato. Oculus enim noster impeditur à visione corporis Christi in hoc sacramento existentis, propter species sacramentales ipsum circumvelates. Sed oculus glorificatus non potest ab aliquo impediri, quin corpora qualibet videat prout sunt. Ergo oculus glorificatus potest uidere corpus Christi prout est in hoc sacramento.

PRÆTEREA. Corpora glorioſa sanctorum, erunt cōfigurata corpori claritatis Christi: ut dicitur Philip. 3. Sed oculus Christi uidet seipsum prout est in hoc sacramēto. Ergo pari ratione quilibet alijs oculus glorificatus potest ipsum videre.

PRÆTEREA. Sancti in resurrectione erunt aequales Angelis: ut dicitur Luca. 20. Sed angelii vident corpus Christi prout est in hoc sacramento: quia etiam dæmones inueniuntur huic sacramento reverentia exhibentes ipsum timere. Ergo pari ratione oculus glorificatus potest Christum videre.



prout est in hoc sacramento.

SED CONTRA. Nihil idem existēt potest simul ab eodem videri in diuersis speciebus. Sed oculus glorificatus semper videt Christū prout est in sua specie, secundū illud Isaie. 33. Regem in decore suo videbūt. Ergo videtur quod nō videat Christū prout est sub specie huius sacramenti.

RESPONDE O dicendum, quod duplex est oculus. s. corporalis propriæ dictus: & intellectus, qui per similitudinem dicitur.

A NVLLO autē oculo corporali corpus Christi potest videri prout est in hoc sacramento. Primo quidem: quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium. Accidentia autem corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substātia, ita s. quod accidentia corporis Christi non habent mediātā habitudinem, neque ad hoc sacramēto, neque ad corpora quæ ipsum circūstāt. Et ideo non possunt immutare medium: ut sic ab aliquo corporali oculo videri possint.

SECUNDO. Quia sicut supra dictū est, corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantie. Substantia autē inquantū huiusmodi, non est visibilis oculo corporali, neque subiaceat alicui sensui, sed nec etiā imaginationi: sed soli intellectui, cuius obiectum est quod quid est: ut dicitur in 3. de anima. Et ideo proprie loquendo, corpus Christi secundum modū essendi quem habet in hoc sacramento, neque sensu, neque imaginatione perceptibile est: sed solo intellectu qui dicitur oculus spiritualis.

PER CIPITVR autē diuersimode à diuersis intellectibus. Quia enim modus essendi quo Christus est in hoc sacramento, est penitus supernaturalis, à supernaturali intellectu. s. diuino, secundū se visibilis est, & per consequēt ab intellectu beato, vel angelī, vel hominis: qui secundum participatiā claritatē diuini intellectus videt ea quæ supernaturalia sunt, per visionem diuine essentia.

Ab intellectu autem hominis viatoris nō potest

est confici nisi per fidem: sicut & cetera supernaturalia. Sed nec etiam intellectus angelicus secundū sua naturalia sufficit ad hoc intuendum. Vnde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento, nisi per fidem: cui non voluntarie assentiunt: sed ad eam, evidētia signorum conuincuntur, prout dicitur Iacobi. 2. quod dæmones credunt, & contremiscunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oculus noster corporeus, per species sacramentales impeditur à visione corporis Christi substantiæ existentis, non solum per modum tegumenti: sicut impeditur videre id, quod est velatum quocunq; corporali velamine: sed quia corpus Christi non habet habitudine ad medium, quod circūstāt hoc sacramēto mediansibus proprijs accidentibus, sed mediabitibus speciesbus sacramentalibus.

AD SECUNDVM dicendum, quod oculus corporalis Christi videt seipsum sub sacramento existentem: non tamē potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solum intellectum. Nec tamen est simile de alio oculo glorioſo: quia etiam ipse oculus Christi est sub hoc sacramento, in quo non conformatur ei alijs oculis glorioſus.

AD TERTIUM dicendum, quod angelus bonus, vel malus non potest aliquid videre oculo corporeo, sed solum oculo intellectuali. Vnde non est simili ratio ut ex diuinis patet.

IN HOC articulo. 7. doctor duo facit, prius ponit unam distinctionem. Secundo ponit alias conclusiones. Distinctio est. Oculus capitur dupliciter, nempe propriè, & impropriè. Propriè accipitur pro oculo corporali: impropriè autē, ipse intellectus dicitur oculus. Nam ea quæ intelligimus dicimus videre.

QUO ad secundum est prima conclusio. A nullo oculo corporali existenti extra sacramēto, corpus Christi potest videri, prout est in hoc sacramēto. Probatur hæc conclusio prius. Quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium. At accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramēto per modū substantiæ: ita quod accidentia corporis Christi non habent immediatā habitudinem, nec ad hoc

sacramēto, nec ad corpora, quæ ipsum circumstant. Ergo accidentia corporis Christi nō possunt immutare medium: ut sic ab aliquo oculo corporali existenti extra sacramēto videri possint.

SECVNDO Corpus Christi est in hoc sacramēto per modum substantiæ. At substantia ut sic non est visibilis oculo corporali, nec subiaceat alicui sensui, nec etiam imaginationi: sed solum intellectui cuius obiectum est quod quid est: ut dicitur in 3. de anima. Ergo proprie loquendo corpus Christi secundū modum essendi, quæ habet in hoc sacramēto, nec sensu nec imaginatione perceptibile est: sed solum intellectui, qui dicitur oculus spiritualis.

SECVNDA conclusio est. Corpus Christi per cipitur diuersimode, prout est in sacramento à diuersis intellectibus.

TERTIA cōcl. est. Modus essendi, quo Christus est in hoc sacramēto est penitus supernaturalis.

QVARTA propositio sic habet. Modus quo Christus est in hoc sacramento, à diuino intellectu secundum se visibilis est.

QVINTA ppositio est. Modus quo Christus est in hoc sacramento visibilis est à quocunq; intellectu beato. Probatur hæc: quia per visione diuinæ essentiæ, intellectus beatus videt ea quæ supernaturalia sunt, qualis est hic modus quo Christi corpus est in sacramento.

SEXTA ppositio est. Ab intellectu nō beato nō potest cōpici modus, quo Christus est in hoc sacramento nisi per fidem sicut & cetera super naturalia. Vnde dæmones non vident christum in hoc sacramento: nisi per fidem coactā quā hēnt, quæ non est virtus theologæ: ut dicitur Iacobi. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt.

SEPTIMA propositio scribitur à doctore sancto in solutione ad. 2. quæ est huiusmodi. Oculus corporalis Christi videt ipsum Christum sub sacramento existentem: non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solum intellectum. Et nō est simile de alio oculo corporali glorioſo: quia oculus corporalis Christi est in ipso sacramēto, & alijs non. Hac. S. Thomas.

HIC PRIVS supposita distinctione. S. Thomæ de oculo corporali & spirituali, est notādū, quod oculus corporalis non potest iudicare, sicut nec a lia potentia sensitiva exterior, nec componit, nec diuidit: sed solum habet apprehendere, & apprehendendo solum, cognoscit coloratum. Et probatur quia obiectum potentia visuæ est color, & propterea non potest apprehendere substātia: ideoq; iudicare nō potest, qd Petrus est albus, aut niger. **SECVNDO** probatur, quia potentia exterior nō potest formare synecchegoremata: quia illud verbū (est) non cadit sub obiecto potētæ visuæ cum non sit color, vel coloratum.

SECVNDO est notandum, quod primū iudicium est insensu cōmuni interiori probatur. Nam siene

frenetici & dormientes iudicant per sensum cōmūnē, & cum nihil sit in intellectu, quin prius sit in sensu, primum iudicium est in sensu cōmūni: quia iudicant tanquam in rei præsēntia. i. videntes tanquam in re, quod non sit per memoriam aut per cogitatiūam: tunc enim non vident tanquam in re ipsa: sed tanquam in absentia rei.

TERTIO. est notandum, quod actiones, quæ sunt in sensu cōmūni: sunt valde similes sensationibus sensuum exteriorū. Frenetici enim dicunt se videre fôtes aut tauros, & decipiuntur: quia nō habent illam sensationem in sensu exteriori, & putant se videre. Ratio est, quia sensations exteriores perficiuntur in sensu cōmūni: & quia aliquando viderunt fontes & tauros, apparet eis, quod nunc videant illa eadē. Immo aliqui sani patiuntur illas sensations: quia habent spiritus ita mobiles, quod illis representantur species, sicut dormientibus vel freneticis. Hoc dixerim propterea qd aliqui putant in sensu exteriori esse iudicium: sed errant propter similitudinem ad sensum cōmūnē.

QVARTO. notandum est, quod duplex iudicium possumus habere de Christo in sacramento. Alterū de accidentibus: vt quod sit pulcher vel albus. Alterū quod sit hic in sacramento. Et multum refert iudicare vno vel altero modo.

HIS Suppositis, sit prima ppositio. Oculus Christi corporalis in Eucharistia videt se ipsum ibi: & format notitiam sicut in cœlo. Probatur hoc prius. Quia diximus in articulo præcedenti, qd omne accidens intrinsecum, quod haberet in cœlo, habet etiā in Eucharistia. Sed visio illa est in cœlo, & pertinet ad perfectionem Christi. Ergo etiam est in Eucharistia.

SECUNDO probatur. Corpus Christi habet ibi omnia necessaria ad videndum se, potest sili-
cet, & obiectum, & medium dispositum. Ergo vi-
det se in Eucharistia. Antecedens probatur: quia oculus Christi in ordine ad se est extensus, & obiectum est debite approximatum & coloratum.

SED dices, quod non est medium: quia in ordine ad locum vel hostiam, non est extensus corpus Christi. Et nullus potest videre, nisi sit mediū dispositum in eis potentiam & obiectū, vt aer &c. Ad hoc responderet. S. Thom. in 4.d.44.q.2.ar.4. q.1.ad.2. quod est medium dispositum ipsum cor-
pus Christi, quod est diaphanū: eo quia gloriosum omnia corpora gloria sunt diaphana. Idē dicit Paludanus. d.44.q.5. Vnde corpus Christi per se ipsum multiplicat species vsq; ad oculos, vbi sit visio. Sicut si Christus esset solus in aliquo vacuo posset se videre: ita se videt in sacramento.

SED contra hoc arguit Scotus in 4.d.10.q.9. quia in articulo præcedenti dixit. S. Thom. quod cor-
pus Christi non mouetur in Eucharistia aliqua mutatione, nisi solum motu locali per accidentem. Sed videre est quoddam patit: quia recipit Christus species in oculis. Ergo oculus Christi non vider corpus suum in Eucharistia: quia alias mu-

taretur. Idem dicit Capreolus in 4.d.10.q.4.s. qd oculus Christi non videt corpus Christi in Eu-
charistia. Idem dicit Palud. 4.d.10.q.vltima. Ra-
tio horum est: quia corpus Christi est in Eucha-
ristia modo supernaturali. s. p modū substātia. Ergo nō potest ibi videri etiā ab oculo Christi.

AD hoc distingo. In ordine ad se, nego, quod sit per modū substātia: sed est extēsum: vt supra dixi mus. Et ideo ab oculo ibi existēti potest videri. Et cōfirmatur: quia angelus nō posset ibi videri. Ergo nec corpus Christi, quod est per modū substātia: sicut angelus. Ad hoc nego consequiā: quia angelus nō est coloratus, sicut corpus Christi in ordine ad se. Ideo nos dicimus oppositū cōtra istos doctores in prima nostra cōclusiōe, que est. S. Tho. hic ad.2. vbi expresse dicit, quod oculus corporalis Christi videt corpus Christi in Eu-
charistia. Dicit etiā, quod non est simile de alijs beatis: quia nō sunt illuc sicut oculus Christi. Ca-
preolus tamē dicit, quod. S. Thom. nō dicit hoc assertiū. Sed nō dicit verū, vt constat legērī lite-
ram sancti Thomae hic ad.2. qui ex professo ar-
gumētū illud, de hoc fecit. Et hoc quoddicet hic ad.2. de illo oculo Christi dicit in 4.d.10.q.1.ar.
4. in solutionibus argumentorū. Vnde sic posui illā primā conclusionem cū. S. Thoma, quod ocu-
lus Christi i sacramēto videt corpus Christi ibi.

DVRANDVS tamē in 4.d.10.q.4. tenet, quod non videtur corpus Christi in Eucharistia etiā à suis proprijs oculis. Sed hoc fundatur in illo suo falso fundamento, quod non est ibi quantitas, cō-
tra quod late supra disputauimus.

SECVNDA conclusio est. Nullus oculus ex na-
tura sua existens extra Eucharistiam: potest vide-
re naturaliter corpus Christi in Eucharistia. Pro-
batur. Nullus oculus potest videre nisi per mediū.
Sed corpus Christi in Eucharistia non ordi-
natū ad medium. Ergo. Hac conclusio est con-
tra OKam quolib. 4.q.10. Et contra Maiorē. d.10:
q.5. Gabriel super Canonē lectione. 46. recitat il-
lam opinionē & dicit quod est probablior. Sed est. S. Thom. hic, & Ricardi. in 4.d.10. qui in hoc dubio sequitur in omnibus sanctum Thomā. Idē
tenet Bonaventura in 4.d.10. Idem dicit Diony-
sius Carthusiensis in 4.d.10 q.4.

DICVNTE enim isti, qui oppositam opinionem deffendunt: quod quilibet oculus posset naturaliter corpus Christi in Eucharistia videre, nisi dominius prohiberet, ne perdatur meritū fidei. Pro-
bant: quia est coloratum & obiectum approxima-
tum potentia disposita. Ergo. Et dicūt qd Christus in Eucharistia videt oculis corporeis nos, &
circumstantia omnia entia.

CONCLVSIONEM autem nostram qua est, S. Tho. hic ad.2. tenet Durandus in 4.d.10.q.4. Idem dicit Scotus. d.10.q.9. Et cōmuniter alij dicunt, quod naturaliter ex modo existendi. Christi in sacramento nec potest videri ab oculo extrin-
seco, nec videre quæ sunt extra sacramentum.

Quod

Quod vero dicunt, quod Deus impedit: est gra-
tis dictum, nec possunt probare: sicut dicūt de an-
gelis, quod non cognoscunt nostras cogitationes,
quia Deus impedit, cum naturaliter possent illas cognoscere. Et probatur, quod gratis dicant hoc.

Quia cum ipsi etiam concedant, quod expedie-
bat vt non videretur corpus Christi in Eucha-
ristia: quare Deus non ponet illud ibi tali modo,
quod ex illo modo non posset videri. Et nō oportet
ponere postea aliud miraculum.

TERTIA cōclusio. Christus in Eucharistia po-
test habere quodcumque iudicium & quamcumque
sensationem, quam potest habere in cœlo de se
aut de corpore suo. Probatur: quia ad hoc est po-
tētia, & omnia requisita sufficienter disposita.

QVARTA cōclusio. Christus per nullum sen-
sum, nec exteriorem, nec interiorem potest iudi-
care, quod est in Eucharistia, esto videat se. Pro-
batur. Corpus Christi est hic modo supernatu-
rali. Ergo ille modus non potest ab aliquo sensu
cognosci. Exemplum. Sicut per sensum nullo mo-
do potest iudicari vīsa humanitate Christi, quod
est vīta diuinitati: ita nec de existentiā hic in
Eucharistia.

QVINTA conclusio. Posset Deus dare oculo
corporali, quod videat Christū in Eucharistia,
esto oculus sit extra eucharistiam. Probatur. Po-
set Deus facere, vt obiectum quod est in vacuo,
producat species etiam per vacuum usque ad po-
tentiam visuam. Ergo. &c.

SECVNDO quicquid Deus potest cum causa
secunda: potest se solo. Sed cum albedine produ-
cit species. Ergo se solo potest hæc facere. Hæc
conclusio est contra Capreolum, & Durandum:
sed est. S. Tho. in 4.d.10.q.1.ar.4. vbi dicit, quod
per miraculum posset oculus existēs extra sacra-
mentum videre corpus Christi in Eucharistia: li-
cer nullo modo naturali id posset.

TERTIO confirmatur, quia Deus posset cōser-
uare visionē obiecti. Vt si quis prius videbat cor-
pus Christi extra sacramentum, & postea ponat
in sacramento, Deo conservante illam noti-
tiā in tali oculo, videbit ille corpus Christi in
sacramento.

SEXTA positio. Nullus oculus corporalis, aut
sensus aliquis exterior, aut interior potest etiam
per miraculum videre modum, quo corpus Christi
est in Eucharistia. s. quod sit hic sacramentaliter.
Probatur ille modus est sup naturalis: ita qd
nullo modo est sensibilis. Et Deus nō potest face-
re, quod quis videat angelum: aut cognoscat illū
aliquo sensu. Ergo nec modum quo Christus est
in sacramento.

SECVNDO. Vno humanitatis ad verbū diu-
num non est visibilis sensu. Ergo nec modus hic
sacramentalis est cognoscibilis sensu.

DEINDE considerandum est de oculo spiritua-
li, an scilicet intellectus aliquis possit cognoscere
corpus Christi in Eucharistia. Et ad hoc est pri-

mi propositiō. Nullus intellectus creatus noti-
beatus potest naturaliter, aut evidentē cognoscere existentiā corporis Christi in hoc sacra-
mento: ita quod non potest naturaliter cognoscere,
quod sit hic: sicut supra diximus de unione hu-
manitatis Christi ad verbum diuinum. s. quod
naturaliter non potest cognosci ab intellectu nō
beato. Probatur. Hic modus & haec existentiā
hic est supernaturalis. Et nullus intellectus crea-
tus naturaliter potest cognoscere supernatura-
lia. Ergo. &c.

SECVNDA conclusio. Quilibet intellectus
beatus cognoscit utrumque. s. quod corpus Christi est hic in sacramento, & modum quo est hic.
Hæc est sancti Thomæ hic: vt vidimus. Et pro-
batur. Talis intellectus habet notitiam super-
naturalē, scilicet beatificam qua illud cognoscit. Ergo. &c.

SCOTVS autem in 4. d. 10. q. 8. ponit, 3. pro-
positiones. Prima est, quod intellectus alligatus
sensibus: sicut est intellectus viatoris hominis,
non potest cognoscere modum, nec existentiā
corporis Christi in sacramento naturaliter.

SECVNDA cōclusio Scoti est. Intellectus crea-
tus separatus (sicut angeli, & animæ separatae)
potest videre existentiā corporis Christi in sa-
cramento naturaliter. Idem dicit OKam, & Ga-
briel super Canonē lectione. 46. & Maior. d.10.
q.5. in 4.

TERTIA propōsitiō Scoti est. Angeli boni non
solum possunt videre corpus Christi, & eius exi-
stentiā in sacramento naturaliter: sed de fa-
cto vident. Mali autem de facto non vident: quia
à Deo impediuntur ne videant. Sed hoc vltimū
non videtur apparet: quia dæmonibus permittit
cognoscere quicquid naturaliter possunt de
Deo cognoscere.

SED quod angelī de possibili possint cognosce-
re naturaliter existentiā Dei in sacramento,
probat Scotus: quia angelus per existentiā suam
cognoscit presentiam panis. Ergo etiam absen-
tiā quando post consecrationem abest panis.
Probatur consequentia ex Philosopho. 2. de ani-
ma dicente, quod ad eandem potentiam perti-
net cognoscere presentiam & absentiam rei. Et
tunc sic bene sequitur. Cognoscit presentiam
& absentiam panis. Ergo existentiā corporis
Christi.

AD HOC dico, quod antecedens est dubium
& nego consequiā: quia est angelus possit
cognoscere, quod accidentia sunt sine subiecto:
non proinde sequitur ex natura rei, quod sit ibi
corpus Christi: maxime quia secundum Se-
cundum possit esse corpus Christi cum pane. Non est
ergo valet consequentia. Non est ibi panis. Ergo est
ibi corpus Christi ex natura fæi.

SECVNDO probat. Obiectū intellectus angelū
est ens simpliciter. Sed modus quo Christus est in
sacramento

Sacramento, & eius existentia est ens. Ergo intellectus angelii potest intelligere modum & existentiam Christi in sacramento naturaliter.

AD HOC dico quod Scotus & aliqui alii ex illo fundamento, s. quod obiectum intellectus angelii est ens simpliciter, inferunt alias falsas conclusiones. Prima est, quod angelus potest naturaliter cognoscere cogitationes hominum. Secunda, quod dæmon potest cognoscere gratiam & virtutes infusas existentes in anima alterius. Ad argumentum vero, distinguo maiorem, & dico, quod adequate ens cadit sub obiectu intellectus angelii, sed non proportionabiliter. Ideo concessa maiore, nego consequentiam: quia ita sequeretur, quod ex natura sua angelus cognoscere posset mysterium Trinitatis & Incarnationis cum sint entia, quod ipsi negat hanc rationem: quia ista sunt supernaturalia. At nos itidem respodemus, quod existentia corporis Christi in sacramento est supernaturalis.

TER TIO sic arguit. Causa naturalis vel supernaturalis non variat modum cognoscendi effectus: ut quod aliquis homo sit genitus ab alio homine aut a solo Deo, non variat nec impedit, quin alius homo possit cognoscere illum hominem a Deo produtum, sicut productum naturaliter. Ergo. &c.

AD HOC distinguo. Si causa sit supernaturalis de per accidens, concedo. Si autem sit de per se supernaturalis, nego. Ad cuius solutionis declarationem est notandum, quod quidam sunt effectus naturaliter producibles, & etiam supernaturaliter: sicut Deus solus potest producere hominem, & Deus tunc est causa supernaturalis per accidens: quia poterat etiam homo ille producere naturaliter. Alii sunt effectus, qui tantum possunt producere supernaturaliter, & tunc est causa simpliciter supernaturalis & per se: & tunc impeditur cognitione naturalis illius effectus, id est, non potest cognoscere intellectu creare naturaliter: quia excedit vires eius cum non sit obiectum ei proportionatum.

QVARTO. Angelus potest cognoscere naturaliter, quod corpus Christi est in sacramento. Ergo male diximus. Antecedens probatur. Anima Christi potest hoc cognoscere. Sed perfectior modo cognoscit angelus, quam anima Christi ex natura sua. Ergo. &c.

AD hoc nego quod anima Christi naturaliter possit cognoscere modum existendi & existentiam corporis Christi in sacramento, sicut nec angelus.

CONTRA conclusionem nostram. 2. quod beatitudines per intellectum existentiam corporis Christi in sacramento, arguit Scotus vbi supra. Prior: quia non est de ratione beatitudinis, videre Christum in Eucharistia. Ergo non vident beati Christum in Eucharistia per illam beatitudinem visionem.

SECVNDO: quia eadem ratione, videbunt gloriam & virtutes infusas per eandem visionem, quod tamen videtur falsum.

AD primum horum dico, quod S. Thos. non intelligit, quod sit de ratione beatitudinis, vide Christum in Eucharistia: sed loquitur de facto. Et ita beati vident mysteria, quae in via crediderunt, nec ideo sunt beatores: sed vident ad gloriam: quia valde rationi consentaneum est, ut beati videant ea, quae crediderunt, cum essent viatores: ut patet ex psalmo. 47. Sicut audiuimus, sic vidimus in civitate domini virtutum. Ad secundum concedo totum.

Articul. octauus

Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro vel puer, sit ibi vere corpus Christi.



D OCT AVVM sic proceditur. Videatur, quod quando in hoc sacramento miraculose apparet caro, vel puer, non sit ibi vere corpus Christi. Corpus enim Christi definit esse sub hoc sacramento, quando desinunt esse species sacramentales: ut dictum est. Sed quando apparet caro vel puer, desinunt esse species sacramentales. Ergo non est ibi vere corpus Christi.

PR AETER EA. Ubique est corpus Christi, vel est ibi sub specie propria, vel sub specie sacramenti. Sed quando tales apparitiones sunt, manifestum est, quod non est ibi Christus sub specie propria: quia in hoc sacramento totus Christus continetur, qui permanet integer in forma qua ascendit in colum: cum tamen id, quod miraculose apparet in hoc sacramento, quandoque videatur, ut quedam parua caro, quandoque autem ut parvus puer. Manifestum est etiam, quod non est ibi sub specie sacramenti, quae est species panis vel vini. Ergo videtur, quod corpus Christi nullo modo sit ibi.

PR AETER EA. Corpus Christi incipit esse in hoc sacramento pro consecratione (et) conuersio rem: ut supra dictum est. Sed caro (et) sanguis miraculose apparet, non sunt consecrata nec

tanec conuersa in verum corpus et sanguinem Christi. Non ergo sub his speciebus est corpus vel sanguis Christi.

SED CONTRA est, quod tali apparitione facta, eadē reverentia exhibetur ei, quod apparet, quae etiam primo exhibebatur. Quod quidem non fieret, si uere non esset ibi Christus, cui reverentia latrue exhibemus. Ergo etiam tali apparitione facta, Christus est sub hoc sacramento.

RESPONDEO dicendum, quod duplum contingit talis apparitionis, quia quādoque in hoc sacramento miraculose videatur caro, aut sanguis, aut etiam aliquis puer. Quādoque enim hoc contingit ex parte uidentium: quoru[m] oculi immutantur tali mutatione, ac si expresse wideret exterius carnem, vel sanguinem, vel puerū. nulla tamē mutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem videatur contingere, quādo unū videatur sub specie carnis vel pueri: alijs tamē videatur, sicut (et) prius sub specie panis, vel quando eidē ad horā videatur sub specie carnis vel pueri, et postmodū sub specie panis. Nec hoc tamē pertinet ad aliquā deceptionem, sicut accidit in magorum praefigis: quia talis species diuinatus formatur in oculo, ad aliquā veritatē figurandā, ad hoc s. quod manifestetur vere corpus Christi esse sub hoc sacramento: sicut etiam Christus absque deceptione apparuit Discipulis eundem in Emmaus: Dicit enim Augusti. in lib. de questionibus Evangelistarū, quod cū fictione nostra refertur ad aliquā significacionē, non est mendaciū: sed aliqua figura veritatis. Et quia per huc modum nulla mutatione fit ex parte sacramenti, manifestum est, quod non definit Christus esse sub hoc sacramento tali apparitione facta.

QVANDOQUE vero contingit talis apparitione non per solā mutationē uidentium, sed specie quae videatur, realiter exteriori existente. Et hoc quidem videatur esse, quando sub tali specie ab omnibus videatur (et) non ad horā: sed per longū tempus ita permaneat.

ET in hoc casu quidam dicunt, quod est propria species corporis Christi: nec obstat, quod quādoq[ue] nō videtur ibi totus Christus, sed aliquam partem carnis, vel etiam videatur nō in specie iuueniali, sed in effigie puerili: quia in potestate corporis glorioſi est, quod videatur ab oculo non gloriificato, vel secundum totum, vel secundum partem, et in effigie vel propria vel aliena: ut infra dicatur.

SED hoc videatur esse inconveniens. Primo quidem: quia corpus Christi non potest in propria specie uideri, nisi in uno loco, in quo difinitive continetur. Unde cum videatur in propria specie, et adoretur in cibis sub propria specie, non videatur in hoc sacramento.

SECUNDO: quia corpus glorioſum, quod apparet, ut vult, post apparitionē cū voluerit dispareat: sicut dicitur Luca v. lmo, quod dominus ex oculis discipulorū evanuit. Hoc autem, quod sub specie carnis in hoc sacramento apparet, diu permanet, quia nō legitur, quādoq[ue] esse inclusū, et multorum episcoporum consilio in Pixide conseruatū, quod nephas esset de Christo sentire secundum propriam speciem.

ET ideo dicendum est, quod manentib[us] dimensionibus, quae prius fuerant, fit miraculo se quādā mutatione circa alia accidentia (poterat figura et colorē et alia huiusmodi) ut videatur caro vel sanguis, aut etiam puer. Et sicut prius dictum est, hoc non est deceptio: quia fit in figuram cuiusdam veritatis. s. ad ostendendum per hauc miraculosam actionem, quod in sacramento est vere corpus (et) sanguis Christi. Et sic patet quod remanentibus dimensionibus, quae sunt fundamenta aliorum accidentium, ut infra dicatur: remaneat vere corpus Christi in hoc sacramento.

AD PRIMA ergo dicendum, quod facta tali apparitione species sacramentales, quandoque quedam totaliter manent inseipsis, quandoque autem secundum id, quod est principale in eis: ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, qd in huiusmodi apparitionibus (sicut dictum est) non

Xij. videatur

videtur propria species Christi: sed species miraculose formata, vel in oculis inveniuntur, vel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus: ut dictum est.

AD TERTIUM diceundū quod dimēsiones panis & vini consecrati manent, immutatione circa eas miraculose facta, quātū ad alia accidētia: ut dictum est.

IN HOC octauo articulo diuus Tho. scribit aliquot propositiones, quarū prima est. Duplē citer cōtingit apparitio illa qua quādōq; in sacra mēto Eucharistia apparet caro, aut sanguis, aut ali q̄uis puer. Aliquādo fit illa apparitio ex parte vi dētiū: nulla mutationē facta circa species sacramētales. Quādōq; vero cōtingit ex parte specierū sacramētaliū, nulla facta mutationē circa vidētes.

SECVNDO. Corpus gloriosum qđ apparet vt vult, post apparitionē cū voluerit dispareat: vt patet Luca vltimo, Dns apparuit discipulis eūtib⁹ in Emaus: & post apparitionē euanuit ex oculis eorū. At hoc qđ sub specie carnis i sacramēto apparet, dū pmanet. Ergo nō est vera caro Christi.

TER TIO. Illud qđ sic apparet legitur quādōq; sic esse inclusū, & episcoporū cōsilio in Pixedere seruatū. At hoc dicere de Christo in propria specie, nēpe, qđ detinetur quasi in carcere, nefas est.

Ergo illud quod apparet nō est vera caro Christi.

Propter hanc argumēta cōcludit. S. Th. quod manētibus dimensionibus quae prius fuerat: fit miraculose quādā immutatio circa aliqua accidētia, nēpe circa figurā vel colorē: ita vt videatur caro, aut sanguis, aut puer. Et si dicas quod hoc nō potest dici: quia esset decipere homines, negat. S. Th. quia (vt diximus) hoc fit in figurā huius veritatis. I. qđ est ibi vere & realiter corpus Christi. Vnde infert. S. Th. quod remanētibus accidentibus panis quae sunt fundamentū aliorū accidentium, idest, quae sufficiunt ad conseruandū panē, nisi fieret illa miraculosa cōuersio, remanet vere realiter corpus Christi in hoc sacramento.

AD secundū argumentū ponit. S. Th. vna aliam conclusionē. Quod in huiusmodi apparitionibus nunquā videtur ppria species corporis Christi: sed species miraculose formata, vel in oculis inveniuntur, vel in ipsis sacramentalibus dimensionibus panis, vel vini: vt in articulo explicatum est.

EX quibus omnibus videtur qđ nō dicat Caietanus hiccōformiter ad. S. Th. Cū dicit, qđ si illa apparitio fit i notabili maiore quātate quā sit hostia cōsecrata, nō remanet ibi corpus Christi, quia tūc nō remanet species. Nā (vt. S. Th. dicit) corpus gloriōsū potest se representare vt vult: & potest illa apparitio fieri, vel circa oculos vidētiū, vel circa præcipua accidētia panis, manētibus ipsis præcipuis accidētibus panis. Ergo esto appareat maior quantitas carnis, quā sit hostia: non deſinit ibi esse corpus Christi.

EST

dem modo sub speciebus carnis: secundū erit quādo ab omnibus longo tempore sic videtur, & non ad horam tantum.

QVINTA propositio est. In hoc secundo casu quidā dicūt, quod illa species quae apparet est propria species corporis Christi. Nec cōtra hoc erit si dicas, quod nō videtur ibi totus Christus: sed videtur aliqua pars carnis, vel nō videtur in specie iuuenili, qualis erat Christus: sed in specie pueri, li, quia in potestate corporis gloriōsi est, quod videatur ab oculo nō glorificato secūdū totū, vel secundū partē, vel in effigie ppria, vel aliena: vt in secunda. 4. dicēnus. Sed hāc propositionē reprobatur. S. Th. Prius, quia corpus Christi nō potest in ppria specie videri: nisi in uno loco in quo diffinitive continetur. Vnde cum videatur & adoretur in coelis in propria specie: non videtur in sacramento sub propria specie.

SECVNDO. Corpus gloriosum qđ apparet vt vult, post apparitionē cū voluerit dispareat: vt patet Luca vltimo, Dns apparuit discipulis eūtib⁹ in Emaus: & post apparitionē euanuit ex oculis eorū. At hoc qđ sub specie carnis i sacramēto apparet, dū pmanet. Ergo nō est vera caro Christi.

TER TIO. Illud qđ sic apparet legitur quādōq; sic esse inclusū, & episcoporū cōsilio in Pixedere seruatū. At hoc dicere de Christo in propria specie, nēpe, qđ detinetur quasi in carcere, nefas est.

Ergo illud quod apparet nō est vera caro Christi.

Propter hanc argumēta cōcludit. S. Th. quod manētibus dimensionibus quae prius fuerat: fit miraculose quādā immutatio circa aliqua accidētia, nēpe circa figurā vel colorē: ita vt videatur caro, aut sanguis, aut puer. Et si dicas quod hoc nō potest dici: quia esset decipere homines, negat. S. Th. quia (vt diximus) hoc fit in figurā huius veritatis. I. qđ est ibi vere & realiter corpus Christi. Vnde infert. S. Th. quod remanētibus accidentibus panis quae sunt fundamentū aliorū accidentium, idest, quae sufficiunt ad conseruandū panē, nisi fieret illa miraculosa cōuersio, remanet vere realiter corpus Christi in hoc sacramento.

AD secundū argumentū ponit. S. Th. vna aliam conclusionē. Quod in huiusmodi apparitionibus nunquā videtur ppria species corporis Christi: sed species miraculose formata, vel in oculis inveniuntur, vel in ipsis sacramentalibus dimensionibus panis, vel vini: vt in articulo explicatum est.

EX quibus omnibus videtur qđ nō dicat Caietanus hiccōformiter ad. S. Th. Cū dicit, qđ si illa apparitio fit i notabili maiore quātate quā sit hostia cōsecrata, nō remanet ibi corpus Christi, quia tūc nō remanet species. Nā (vt. S. Th. dicit) corpus gloriōsū potest se representare vt vult: & potest illa apparitio fieri, vel circa oculos vidētiū, vel circa præcipua accidētia panis, manētibus ipsis præcipuis accidētibus panis. Ergo esto appareat maior quantitas carnis, quā sit hostia: non deſinit ibi esse corpus Christi.

EST igitur vna conclusio. S. Th. quod quādō apparet caro, aut puer etiā per hoc quod ex parte sacramenti fit aliqui immutatio circa colorē aut figuram, manet corpus Christi: quia adhuc manet dimensiones panis.

OPPOSITVM tenet Durandus. d. 10. q. 4. ad. 3. Et probat quod tūc nō manet ibi corpus Christi. Quia corpus Christi solū manet quādū manet substantia panis. Sed facta tali immutatione circa colorē aut figurā nō maneret substantia panis. Ergo nec corpus Christi. Probatur minor: quia non manent species: quia color & figura sunt species panis.

AD HOC nego, quod nō maneat species: vt dicit. S. Th. quia illa species quae apparet formatur miraculote manētibus veris speciebus panis.

ET Caietanus dicit in hoc articulo, quod quādō apparet figura lōge maior quā dimensiones panis: nō manet ibi corpus Christi. Sed iā diximus esse cōtra. S. Th. qui videtur dicere, quod quādū manet quātitas, manet corpus Christi: quia dicit, qđ esto fiat mutatio circa colorē aut figurā, si manet dimensiones, manet corpus Christi. Certe hoc est dubiū. Nā in hoc bene dicebat Durādus, quod nō manet corpus Christi sub speciebus panis: nisi quādū mālisset substantia panis. Sed alia accidētia à quātitate sunt propria panis, & cōseruatiua eius. Ergo sine illis non conseruatur panis. Ergo quando illa nō sunt, non est corpus Christi: quia nec esset panis.

ET ad. S. Th. dico, qđ intelligit qđ manet corpus Christi quādō manet quantitas panis cū aliquis accidentibus alijs accidentibus, quae cōseruarent panē, licet fiat immutatio circa figurā, aut colorē: quia hāc nō videtur necessaria ad conseruandū panē. Vel dic secundo qđ intelligit, qđ mutatur figura vel color, idest, fit immutatio circa species sacramentales per quam apparet quod immutatur color, aut figura: & non immutatur.

Quæſtio. XVII.
De accidētibus remanētibus in hoc sacramento.

EINDĒ considerandum est de accidentibus remanētibus in hoc sacramento. Et circa hoc queruntur octo.

PRIMO. Utrum accidētia quae remanent, sint sine subiecto.

SECVNDO. Utrum quātitas dimensionis sit subiectum aliorum accidentium.

TER TIO. Utrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extitū.

QVARTO. Utrum possint corrupti. **QVINTO.** Utrum ex eis possit aliquid generari.

SEXTO. Utrum possint nutritre.

SEPTIMO. De frāctione panis cōsecrati.

OCTAVO. Utrum vino consecrato possit aliquid permisceri.

Articul. Primus.

Vtrum accidentia remaneat sine subjecto in hoc sacramento.

D PRIMVM sic proceditur, videtur quod accidentia nō remaneat in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim in ordinatu, aut fallax debet esse in hoc sacramento veritatis. Sed accidētia esse sine subiecto, ē cōtra rerū ordinū, quē deus natura ididit, videatur etiā ad quādā fallaciā pertinere: cū accidētia naturaliter sunt signa natura subiecti. Ergo in hoc sacramento nō sunt accidētia sine subiecto.

PR AETER EA. Fieri non potest etiā miraculose, quod diffinitio rei ab ea separatur, vel quod vni rei conueniat diffinitio alterius rei (putā quod homo manens homo, sit animal irrationalē) ad hoc enim sequetur contradictionis esse simul. Hoc enim quod significat nomen rei est definitio: vt dicitur in .4. Metaphysica. Sed ad diffinitionem accidentis pertinet, quod sit in subiecto, ad diffinitionē vero subiecti: qđ per se subsistat nō in subiecto. Nē ergo potest miraculose fieri, qđ in hoc sacramento sint accidētia sine subiecto.

PR AETER EA. Accidētia individualia ex subiecto. Si ergo accidētia remanent in hoc sacramento sine subiecto, nō erū idividua: sed vniuersalia. Quod patet esse falsū: quia sic non esset sensibilia: sed intelligibilia tantū.

PR AETER EA. Accidētia per consecrationem huius sacramenti, non adipiscuntur aliquam compositionem. Sed ante consecrationem non erant composita, nec ex materia & forma, nec ex quo est qđ est.

XIV Ergo

Ergo etiam post consecrationem non sunt cōposita altero horum modorum. Quod est in conueniens: quia sic essent simpliciora quā angelī: cum tamen hāc accidentia sint sensibilia. Non ergo accidentia remanent in hoc sacramento sine subiecto.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in Homilia paschali, quod species sacra mētales sunt illarū rerū vocabula, quae ante fuerū s. panis & vini. Et ita cū nō remaneat substantia panis & vini: videtur, quod huiusmodi species remaneant sine subiecto.

RESPONDEO dicendū, quod accidentia panis & vini, quae sensu deprehenduntur in hoc sacramento remanere post consecrationē, non sunt sicut in subiecto in substantia panis & vini, quae non manet (ut supra habitum est) neque etiā in forma substantiali, quae nō manet, et si remaneret, subiectū esse non posset: ut patet per Boetium in libro de Trinitate. Manifestum est etiam, quod huiusmodi accidentia, non sunt in substantia corporis & sanguinis Christi, sicut in subiecto: quia substantia humani corporis, nullo modo potest his accidentibus affici. Nec etiā est possibile, quod corpus Christi gloriosum & impaſibile existens, alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates.

DICVENT autem quidā, quod sunt sicut in subiecto in aere circumstante. Sed nec hoc esse potest. Primo quidem: quia aer non est huiusmodi accidentium susceptivus.

SECUNDO: quia huiusmodi accidentia non sunt ubi est aer: quin imo ad motū harū specierum, aer depellitur.

TERTIO: quia accidentia non transiunt de subiecto in subiectum: ut s. idem accidentē numero, quod primo fuit in uno subiecto, post modum fiat in alio. Accidens enim numerū accipit à subiecto. Unde non potest esse, quod idem numero manens sit quandoque in hoc: quandoque in illo subiecto.

QUARTO: quia cum aer non possit etiā accidentibus proprijs, simul haberet, & acci-

dentia propria & aliena. Nec potest dici, quod hoc fiat miraculose virtute consecrationis: quia verba consecrationis hoc non significat, quia tamē non efficiunt nisi suū significatum. **ET IDEO** relinquuntur, quod accidentia in hoc sacramēto manet sine subiecto. Quod quidē virtute diuina fieri potest. Cum enim effectus magis dependeat à causa prima, quam à causa secunda: Deus qui est prima causa substantiae & accidentis, persuam infinitam virtutē conservare potest in esse accidentes, subtracta substantia per quam conservabatur in esse, sicut per propriam causam: sicut etiam alios effectus naturalium causarū potest producere sine naturalibus causis, sicut humanū corpus formauit in utero Virginis sine virilis semine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet, aliquid esse ordinatum secundum communem legem naturae: cuius tamen convarium est ordinatum secundū speciale priuilegiū gratia, ut patet in resuscitatione mortuorum, & in illuminatione eorum. Prout etiam in rebus humanis quedam aliquibus cōcedūtur ex speciali priuilegio præter legem communē. Et ita etiam licet sit secundum communem naturae ordinem, quod accidentis sit in subiecto: ex specialitate ratione secundum ordinem gratiae, accidentia sunt in hoc sacramento sine subiecto, propter rationes supra inductas.

AD SECUNDVM dicendū, quod cū ens non sit genus, hoc ipsum quod est esse, non potest esse essentia substantie vel accidentis. Non est ergo diffinitio substantia, ens per se sine subiecto, nec diffinitio accidentis, ens in subiecto: sed quiditati seu essentiæ substantia competit habere esse non in subiecto: quiditati autem seu essentiæ accidentis, cōpetit habere esse in subiecto. In hoc autem sacramento non datur accidentibus, quod ex vi sue essentiae, nō sint in subiecto, sed ex diuina virtute circumstante. Et ideo non desinunt esse accidentia: quia nec separatur ab eis diffinitio accidentis,

dentis, nec competit eis diffinitio substantiae. **AD TERTIVM** dicendū, quod huiusmodi accidentia acquisierunt esse individuum in substantia panis et vini, qua cōversa in corpus & sanguinem Christi remanent virtute diuina, accidentia in illo esse individuata, quod prius habebant. Unde sunt singularia & sensibilia.

AD QUARTVM dicendum, quod accidentia huiusmodi, manente substantia panis & vini, non habebat ipsa esse, nec alia accidentia, sed subiecta corum habebant huiusmodi esse per ea, sicut nix est alba per albedinem. Sed post consecrationem ipsa accidentia que remanent, habent esse. Unde sunt composita ex esse, & quod est (sicut in prima parte de angelis dictum est) & cum hoc habet compositionem partium quantitatuarū.

H VI V S. prīti articuli settētia aliquibus propositionibus continet: quārū prima est. Accidentia panis & vini quae sensu deprehenduntur in sacramēto Eucharistiae remanere post ipsam consecrationem: nō sunt sicut in subiecto in substantia panis & vini. Probatur hāc cōclusio. Substantia panis & vini non remanent: ut supra probatum est. Ergo accidentia nō sunt in ipsa substantia panis & vini tanquā in subiecto.

SECVNDO. Nec potest dici quod accidentia maneat in forma panis aut in sola materia: quia nec ille manent, nec si in insufflent poterant esse subiectū accidentis: ut in vera philosophia cōstat. **SECVNDA** conclusio est. Huiusmodi accidentia non sunt in substantia corporis & sanguinis Christi sicut in subiecto. Probatur. Quia substantia corporis humani nullo modo potest affici his accidentibus. Secundo. Quia nō est possibile, quod corpus gloriosum & impassibile existens, alteretur ad suscipiendas huiusmodi qualitates.

TERTIA conclusio. Accidentia quae remanent in Eucharistia non sunt sicut in subiecto in aere circumstante: ut quidā male dicebant. Probatur. Quia aer nō ē huiusmodi accidentiū susceptivus. **SECVNDO.** Quia huiusmodi accidentia non sunt ubi est aer. Ergo &c. Antecedens probatur: quia ad motū harū specierum aer depellitur.

TERTIO. Quia accidentia nō trāseunt de subiecto in subiectum: ut idē accidentis numero quod prius fuit in uno subiecto, post modū sit in alio. Sed huiusmodi accidentia fuerunt in pane. Ergo non sunt in aere circumstante. Antecedens probatur pro maiori. Quia quodlibet accidentis sumit numerū à subiecto. Ergo non potest esse quod idē

numero manens, sit quandoque in hoc, quandoque in illo subiecto. Et argumentū hoc naturaliter loquendo cōcludit, quod siue nouo miraculo à consecratione nō possunt huiusmodi accidentia subiectari in aere quia per miraculū cōsecrationis solā fit, quod designat esse panis, & succedat ibi corpus Christi, & nō quod accidentia panis ponantur in aere. Ergo ad hoc requireretur nouū miraculū. **QVARTO.** Aer nō potest naturaliter habere accidentia propria, & aliena simul. Sed manet aer circumstans cū accidentibus proprijs. Ergo nō potest habere aliena siue nouo miraculo. Quod nō est ponendū postquam nec à sanctis nec à scriptura habetur. Nec potest dici quod hoc fiat miraculose virtute cōsecrationis: quia verba consecrationis hoc non significant. Ec non efficiunt, nisi id quod significant. Ergo &c.

QVARTA conclusio. Accidentia in hoc sacramēto Eucharistiae manent sine subiecto. Quod virtute diuina facile potest fieri: quia nō est in conueniens, quod causa illa prima: sicut est causa totius entis & substantiae, & accidentis, cōseruet accidens sine subiecto: sicut produxit ex nihilo.

ET si contra hanc conclusionem opponas, quod non potest fieri etiā per Dei omnipotentiam, quod aliqua res nō habeat id, qd est de sua finitione & quidditate. At de diffinitione accidentis est, quod sit in alio. Ergo nulla potētia fieri potest quod accidentis sit sine subiecto. Respōdet. S. Tho. hic ad. 2. quod non est de quidditate accidentis esse in alio: sicut nec est de quidditate substantiae esse per se sine alio. Sed verba quae ponuntur in diffinitione dicunt aptitudinē. Unde solū est de quidditate accidentis habere aptitudinē ad essendū in alio, vel ad afficiendū aliud: sicut solū est de quidditate substantiae habere aptitudinē ad hoc quod possit esse per se & nō in alio. Et haec habitudines à substantia & accidente separari nō possint: quia naturaliter cōsequuntur quidditates substantiae & accidentis. Sed potest diuina potētia fieri, ut accidentis sit, & non sit in subiecto aequaliter, & substantia sit, & non sit in se, vel per se, sed in alio: ut humanitas Christi est in verbo diuino.

SED fuerunt heretici (ut Vuicelph) dicentes, quod non manet accidentia sine subiecto: quia manet ibi panis. Sed contra hos late disputauimus supra. q. 15. ar. 1.

ET conclusio quod accidentia manent sine subiecto est de fide, & ita determinatur cap. Firmiter. De summ. Trinit. & Fide catholic. & De cōscra. d. 2. cap. Ego Berengarius, & in cōcilio Tridentino in proprio decreto de hoc sancto sacramento Eucharistiae. Vide de hoc Vualdensem in lib. De sacramentis a cap. 67. & postea per aliā quā capita: ubi citat in ieiunera testimonia sanctorum, qui omnes dicunt accidentia esse sine subiecto. Et quia hoc nunquam inter fideles fuit dubitatum: super vacanteum duxi sanctorū verba adducere.

Articu. secundus

Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel vini, sit aliorū accidentium. subiectum.



D SECUNDVM. Sic proceditur. Videtur quod in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel vini, nō sit aliorū accidentium subiectū. Subiectum enim accidentis nō est accidentis: nulla enim forma potest esse subiectum, cum subiecti pertineat ad proprietatem materię. Sed quātias dimensiua est quoddam accidens. Ergo quantitas dimensiua non potest esse subiectū aliorum accidentium.

PRAETEREA. Sicut quātias individuat ex substantia, ita etiam & alia accidentia. Si ergo quantitas dimensiua panis et vini remanet individuata secundum esse prius habitum in quo conseruatur pari ratione & alia accidentia remanent individuata secundum esse quod prius habebant in substantia. Non ergo sunt in quantitate dimensiua sicut in subiecto: cum omne accidentis individuetur per suum subiectum.

PRAETEREA. Inter alia accidentia panis & vini que remanent, deprehenduntur etiam sensu rarum & densum, que non possunt esse in quātitate dimensiua prater materia existente: quia raro est quod habeat parum de materia sub magnis dimensionibus, densum autem quod habet multum de materia sub paucis dimensionibus: ut dicitur .4. Physi. Non ergo videtur, quod quātias dimensiua possit esse subiectum accidentiū quae remanent in hoc sacramento.

PRAETEREA. Quantitas à subiecto separata videtur esse quantitas mathematica, que non est subiectum qualitatū sensibiliū. Cum ergo accidentia quae remanent in hoc sacramento sint sensibilia, videtur, quod

non possint esse sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis & vini remanente post consecrationem.

SED CONTRA. est. quod qualitates nō sunt divisibiles nisi per accidens ratione subiecti. Diuiduntur autem qualitates remanentes in hoc sacramento per divisionem quantitatis dimensiua: sicut patet ad sensum. Ergo quantitas dimensiua est subiectum accidentium quae remanent in hoc sacramento.

RESPONDEO dicendum, quod necesse est dicere accidentia alia quae remanent in hoc sacramento esse sicut in subiecto in quātitate dimensiua panis & vini remanente.

PRIMO quidem per hoc, quod ad sensum apparet aliquid quantum esse ibi coloratum, & alijs accidentibus affectum: nec in talibus sensus decipitur.

SECUNDΟ. Quia prima dispositio materia est quantitas dimensiua: unde et Platon posuit primas differentias materiae magnū & paruum. Et quia primum subiectum est materia, consequens est quod omnia alia accidentia referantur ad subiectum mediante quantitate dimensiua (sicut & primum subiectum coloris dicitur esse superficies) ratione cuius quidam posuerunt dimensiones esse substantias corporum: ut dicitur in primo Metaph.

Et quia subtracto subiecto, remanent accidentia secundum esse quod prius habebant: consequens est, quod omnia accidentia remanent fundata super quātitatē dimensiua.

TERTIO. Quia cum subiectum sit principium individuationis accidentium, oportet id quod ponitur aliquorū accidentiū subiectum esse aliquo modo individuationis principiū.

EST enim de ratione individui quod non possit in pluribus esse. Quod quidē contingit dupliciter. Vno modo: quia non est natū esse in aliquo. Et hoc modo forma immateriale separata per se subsistentes sunt etiam per se ipsas in dividua. Alio modo ex eo quod forma substantialis & vel accidentalis est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: si-

cut hac

cum hoc albedo quae est in hoc corpore.

QUINTVM igitur ad primum, materia est individuationis principium omnibus formis inherentibus: quia cum huiusmodi forme, quantum est de se, sint natae in aliquo esse sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipiuntur in materia que non est in alio: iam nec forma ipsa sic existens potest in alio esse.

QUANTVM autem ad secundum, dicendum est quod individuationis principiū est quātias dimensiua. Ex hoc enim aliquid est natum esse in uno solo, quod illud est in se individuum, & diuisum ab omnibus alijs. Divisione autem accedit substantiae ratione quantitatis: ut dicitur in primo Phys. Et ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam individuationis principium huiusmodi formis: in quantum scilicet diversa forme numeros sunt in diversis partibus materiae. Vnde & ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quandā individuationem: ita quod possumus in imagine ripulere lineas separatas eiusdem speciei, differentes positione quae cadit in ratione huius quantitatis: conuenit enim dimensions, quod sit quantitas positionē habens. Et ideo potius quantitas dimensiua potest esse subiectum a liorum accidentium quam econuerso.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod accidentis per se non potest esse subiectum alterius accidentis: quia per se non est. Secundū vero quod est in alio, unū accidentis dicitur esse subiectum alterius, in quantum unū accidentis recipitur in subiecto, alio mediante: si cut superficies dicitur esse subiectum coloris. Vnde quando accidentiū datur diuinus, ut per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

AD SECUNDVM dicendum, quod a lia accidentia etiam secundū quod erant in substantia panis, individuantur mediante quantitate dimensiua: sicut dictum est. Et ideo potius quantitas dimensiua est subiectū aliorum accidentium remanentium in hoc sacramento, quam econuerso.

AD TERTIUM Dicendum, quod rārum & densum sunt quādā qualitates cōsequentes corpora ex hoc quod habent multū vel parum de materia sub dimensionibus: sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principijs substantiæ. Et ideo sicut subtracta substantia, diuina virtute conseruantur alia accidentia, ita subtracta materia, diuina virtute conseruantur qualitates materialē cōsequences sicut rārū & densum.

AD QVARTVM dicendum, quod quantitas mathematica nō abstrahit à materia intelligibili, sed à materia sensibili: ut dicitur. 7. Metaph. Dicitur autem materia sensibilis ex hoc quod subiicitur sensibilibus qualitatibus. Et ideo manifestum est, quod quantitas dimensiua quae remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mā thematicā.

IN HOC secundo articulo scribuntur à diuino Thoma tres conclusiones, & una bimembris distinctio: sed scribitur hoc certo ordine, nempe ponitur prima conclusio in frōte articoli, quae sic habet. Accidentia omnia alia à quantitate remanent in quantitate panis vel vini remanente. Hoc probatur tribus rationibus: & prius hoc modo. Apparet ad sententiam aliquod quantū esse ibi coloratum, & alijs accidentibus affectum: nec in his sensus decipitur. Ergo accidentia alia à quantitate panis & vini manent in ipsa quantitate.

SECUNDΟ. Bene sequitur. Prima dispositio materia est quantitas dimensiua. At primū subiectum est materia. Ergo omnia alia accidentia à quantitate referuntur ad subiectum mediante quātitate dimensiua.

CONFIRMATVR vno simili. Primū subiectum coloris dicitur esse superficies, ratione cuius quidam posuerunt dimensiones esse substantias corporū: ut dicitur in I. Metaph. Et quia subtracto subiecto remanent accidentia secundū esse quod prius habebat: quae est, quod omnia accidentia remaneant fundata super quātitatē dimensiū.

TERTIO subiectum est principiū individuationis accidentiū. Ergo id quod ponitur aliquorū accidentiū subiectum, debet esse individuationis principiū. Sed quātias est principiū individuationis aliorum accidentium. Ergo est eorum subiectum. Probatur minor: quia de ratione individui est, vel quod nō sit natū esse in alio, vel quod non sit natū esse in pluribus: sed sit individuum in se & diuisum à quo ibet alio. Hoc autē pertinet ad quantitatem, nempe, facere quod res di-

DIVI-

vidatur & sit ab alia divisa. Ergo quantitas est subiectum aliorum accidentium.

DIVISIO quam ponit doctor est. Dupliciter cōtingit quod non possit aliquid esse in pluribus. Vno modo, quia non est res apta nata esse in aliquo: ut substantia separata. Secundo modo: quia & si posset res esse in alio, non tamen in pluribus: ut hæc albedo.

SECVNDA cōclusio est. Quantitas dimensua secundū se habet quandam inductionem. Unde potest quis imaginari plures lineas eiusdem speciei differentes positione: quæ species cadit in ratione huius quantitatis.

TER TIA propositio est. Ob assignatā rationē potius quanticas dimensiū potest esse subiectum aliorū accidentiū quam econuerso. Hoc S. Tho. ISTA questio agitur à Magistro & ceteris Scholasticis in 4.d.12. Vbi postquam in præcedētibus tractauerat Magister de sacramēto Eucharistie quantum ad id quod est sacramētū, & res, nēpe, de vero & naturali corpore & sanguine Christi: in hac dīodecima agit de eodem sacramēto quantum est sacramētū, id est, quatenus est tantum signū rei sacrae, scilicet sacramentalibus speciebus quæ sunt signa veri corporis & sanguinis domini; & de alijs quibusdā mirabilibus quæ in eo contingunt, hoc est, de fractione cum nulla in ipso frangatur substancia. Vnde mouentur & disoluuntur aliæ maiores difficultates: qualiter scilicet species illæ possint nutritre augere reficere, & quo modo aliquid ex eis generari queat, & de resolutione quæ in ipsis appareret.

Dubium
primum. **D**ACCIDENTIA in Eucharistia, an Deus actualiter conseruet illa semper peculiari & miraculo sa conseruatione, vel an dedit illis aliquam virtutem qua conseruentur in rerū natura. Sicut etiā in incarnatione dubitatur (cum esset naturale natura humana per se esse, vniuit tamē illam Deus sibi) an Deus semper actualiter conseruet unionē peculiari conseruatione, vel an dederit semel virtutem ipsi, per quam sine alio concursu conserueretur ipsa humana natura in verbo diuino.

SED. Quia questio hæc principalis. S. Tho. supponit quod quantitas distinguitur à re quanta: priusquam determinemus primū dubium suppositum, videbimus an quantitas à re quanta distinguitur. De quo sunt duæ opinions.

PRIMA opinio est. S. Thom. & erat omniū antiquorum āte sanctum Thomā: quia habet, quod quantitas est res realiter distincta à re quanta. Ita quod sicut nihil potest esse album nisi per albedinem à re alba distinctionem: sic etiam nihil potest habere partes extensas nec in ordine ad se, nec in ordine ad locum extrinsecum nisi per quantitatem rem realiter distinctam à re quanta. Vnde dicit. S. Thom. & omnes qui hanc sententiam tenet, quod substantia panis erat quanta & extensa per quantitatem rem distinctam: & per

illam quantitatem sunt nunc extensa alia qualitates remanentes in Eucharistia: ut albedo, sapor, & alia qualitatēs.

ALTERA est opinio quæ incœpit ab OKā venerabili inceptore, quæ tenet quod quantitas non distinguitur à re quāta. Et ita in Eucharistia quātus panis non distinguitur ab ipso pane: & desinit esse cū substātia panis cū sit eadē res. Et alia accidentia sunt sive quātates, & ita sūt per se extēs. SED verior est sententia. S. Th. & probatur. Prius pro hoc est Aristoteles. 1. Physi. cap. 2. Si substātia (inquit) & quantitas sunt, duo sunt quæ sunt. SECVNDO. Non est bene intelligibile, quomodo fiat rare factio & cōdensatio nisi ratione quātatis: quia non sufficit dicere, quia aliter se habent partes.

TER TIO. Quia sequeretur ex alia opinione, quod unū corpus de prædicamento substātia & quantum, posset simul esse cum alio naturaliter: quod est impossibile. Sequella probatur. Quia secundum tenentes illā opinionē dux quātates, scilicet albedo & calor, & sapor sunt simul etiā cum quātate quæ est substātia. Quare ergo non erūt dux substātia corporis: Ergo dicendū est quod etiā dux substātia corporis possunt esse simul.

QVARTO. Sequeretur, quod dux materia possent esse simul: quia forma lapidis & eius materia sunt simul, quia secundum istos sunt dux quantitates distinctæ sicut dux materia. Ergo etiā dux materia poterunt esse simul.

QVINTO. Dicit Aristoteles. 4. Physicorum, quod si in medio essent solum colores, tale mediū esset vacuum. Ergo secundum Aristotelē quātus distinguitur à re quanta: quia colores secundū eum non sunt quantitates. Nā si essent quātates repleret locū, quod non faciūt secundū Aristotelē. SEXTO. Est ponendus punctus distinctus a rebus quantis. Ergo est ponenda quātus distincta à re quanta. Antecedens probatur: quia duo perfecte sphærici non possunt se tangere nisi in puncto: ut demonstratur in geometria.

SEPTIMO. Sequeretur quod creatura posset creare, & quod de facto creat: quia producit calorem in hostia consecrata sine subiecto, secundum istos: quia non producit in alia quātate, sed ipse calor est sua quantitas: ut aduersarij dicunt. Ergo creatura producit calorem ex nihilo & sine subiecto, & sic creat: quia hoc est creare.

IDEO hac sententia supposita tanquam veriore dicit. S. Tho. quod omnia alia accidentia sunt in quantitate Probatur. Antea erant in quantitate cum esset panis & vinum. Ergo nunc sunt in quantitate. Hoc etiā dicit Scotus in 4.d.12.q.4. Maior tamen in 4.d.12.q.2. dicit, quod licet quātus distinguitur à re quanta: adhuc alia accidentia non essent in quātate. Ratio est. quia unū accidens non potest esse in alio. Ad quod distinguo antecedens. De subiecto quod propriæ substātia: verum est. De subiecto quo, id est, quod est ratio quod

quod assūt sit in subiecto: nego.

SECVNDO arguit Maior. Sequeretur, quod in rare factione desiderent esse omnia accidentia: quia est noua quantitas. Et cū alia accidentia fun dentur per te in quantitate, non manent: cum nec ipsa quātus maneat. Minor (quod sit noua quātus) probatur: quia non videtur quæ pars intēdatur. AD HOC nego antecedens, cū. S. Th. 2. Sec. q. 24. ar. 5. vbi dicit, quod in rare factione non acquiritur noua quātus: sed extēditur quæ prius erat, & occupat maiorem locum.

ET confirmatur quod quantitas distinguatur à substātia. Quia quantitas est quoddam sensibile per se. At substātia non est sensibilis per se: ut constat. Ergo. &c.

HIS suppositis inquit Caietanus dubium quad proponebamus, nempe, quomodo sunt accidentia in Eucharistia, an semel Deus dedit quantitatē, ut sit sine subiecto, & etiam alijs accidentibus de dit semel, ut sine alio subiecto possint esse in sola quantitate: vel an ita manent accidentia in Eucharistia sine subiecto, quod Deus semper actualiter conseruat ea speciali concursu de novo.

AD HOC est communis Theologorū sententia & clarior, quod hoc secundo modo sunt accidentia in Eucharistia. Sed Caietanus dicit, quod semel Deus dedit accidentē. scilicet dimensionibus, quod possint esse sine subiecto, & nūc in sacramēto sūt naturaliter alia accidentia, demptæ quātate: quia dicit quod Deus dedit quātitati panis & vini, quod sit sine subiecto: ita quod ante consecrationē erat quātus panis, quo est, & nunc post consecrationē est, quod est. Et dicit, quod hæc opinio differt à priori: quia secundum Caietanum, accidentia post consecrationē substātia acquirunt nouum esse, & non secundū alios. Vnde secundum Caietanū, accidentia sunt naturaliter post consecrationem, & secundum alios sunt violenter & miraculose.

ALIA differentia est, quod secundum Caietanū, quantitas post consecrationem conseruat alia accidentia, & ante consecrationē recipiebat alia accidentia, & non conseruabat: sed substātia panis conseruabat, & secundū alia opinionem non est ita: sed Deus peculiari & actuali cōcursu conseruat quātates in ipsa quantitate.

ALIA differentia est, quod secundū Caietanū,

prius accidentia non agebant, & post consecratio-

nem agunt: quia nutriti.

ALIA differentia (dicit) quod est: quia secundū Caietanū modum tollit infinitas, vel saltē pluralitas miraculorū, quam alijs ponunt. Prius (dicit) tollit, quod non conseruentur accidentia miraculose. Secundo tollit illud miraculum, quod quādo ex speciebus generatur aliquid, Deus producit miraculose materiā, & accidentia naturaliter introducunt formā & non miraculose: sicut alijs dicunt. Et sic melius saluātur omnia quæ apparet. Ergo hic modus est potius tenendus.

SECVNDO principaliter probat. Maior quid

est conseruatio saporis sine subiecto quā sine humore. Sed Deus non potest facere, quod sapor seruit sine humore. Ergo nec, quod conseruantur accidentia sine subiecto, si non essent naturaliter. Et confirmat hoc dictis. S. Thomā hic. ar. i. ad. 4. & ad. 2. & ar. 3. ad. 3. vbi dicit, quod accidentia ante consecrationem non habebant esse, sed substātia habebat esse. At post consecrationem habent esse, & sunt composta ex quo est, & quod est.

ET videtur, quod vis rationis Caietani stat in hoc. Quia plus requiritur ad hoc quod accidentia conseruentur in subiecto: quam ad hoc, quod conseruentur in quantitate. Sed in subiecto conseruantur naturaliter. Ergo in quātate etiam alia accidentia conseruantur naturaliter, & ipsa quātus conservatur in se naturaliter post illud esse, quod Deus dedit illi. Maior probatur per simile positū de sapore, & humore, vel humido: quia sapor non potest esse sine humido vel humore. Ergo nec sine subiecto. ET hæc opinio, quod accidentia subsistunt naturaliter in Eucharistia factō miraculo conseruationis fuit opinio Henrici quolibet. 4. q. 7. Quam opinionem impugnat Scotus in 4.d.12. Et fateor, quod si hæc opinio esset vera, est ingeniosa, & multū deseruiret proposito: tamē, ut mihi videtur, ea falsa ē & minus vera. Nec verba. S. Th. illi fauēt. SI quis vero vellet tenere illam opinionem esset analogia de Christi humanitate. Quia sicut substātia humanitatis Christi datum est, ut nō sit per se, sed in alio, nempe, in divino supposito: ita potest dari accidentibus, ut per se subsistant, & non in alio, & hoc semel & non per continuā peculiarē conseruationem.

ET si queras, quomodo vel per quae subsistat accidentia, dico, quod solum quia aliter se habent, quā prius se habebant sine aliquo alio addito: sicut humanitas Christi, si Deus dimisisset eā sine aliquo alio addito per se subsisteret, & si nūc non subsistat. Et potest dari exemplum naturaliter de partibus substātia, quæ subsistunt substātia: totius quandiu sunt in toto, & tamen si dividantur subsistunt per se sine aliquo addito, sed quia aliter se habent nūc, quā prius. Et ita posset hæc opinio defendi, sed nō est bene intelligibilis.

ET arguo hoc modo contra illā. Volo, quod Deus separet accidentia in duobus altaris, & a duobus subiectis, & separet aliquas illarum specierū, conseruando ibi actiuitatem subiecti solo concursu generali, & alias concursu speciali supplente domino actiuitatem subiecti. Quæritur tūc. Quid plus habent ista, quam illæ? Non enim videtur intelligibile, quid plus ista habeant quam illæ.

SECVNDO dicit Caietanus, quod quantitas habet in Eucharistia modum substātia: quia est subiectum aliorum accidentiū: quod tamen non videtur Deū posse dare calorū, quod sit substātū aliorum accidentiū. Ergo nec quantitatē: quia eadem est ratio de utroque quantum ad hoc, cum utrumque sit accidentis, de cuius ratione est, aliter posse.

posse afficere. Ad hoc tamen negaret Caietanus,
quod sit eadem ratio, ut dictum est.

TER TIO dicit Caetanus, quod hec, quod ipse dicit, est inuentum ad tollenda miracula. Sed certe per hoc quod ipse ponit non tolluntur: quia de quantitate non apparet, quomodo corruptatur, cum non habeat contrarium. Nec videtur verum, quod corruptitur per divisionem. Ideo dicendum est quod quantitas corruptitur per miraculum: quia corruptitur solum, sicut alia accidentia ad desicionem subiecti. Et cum in sacramento non sit subiectum, miraculose corruptuntur, & miraculose conseruantur.

RELICTA igitur ista opinione, tenenda est communis opinio, quod quantitas substetatur à Deo cōcūriu actuali speciali miraculoſe. Alia vero accidentia hant in quātitate: cū etiā mediante quāti- tate accidētia alia iofint substetāt, sicut lux soli. Vnde sicut lux illuminaret esto separaretur à so- le: ita quātitas sustetat alia accidētia esto sit sepa- rata à subiecto, & nō solū quātitas sustetat, vel re- cipitalia accidentia, quando est separata à subie- cto: sed etiam conseruat, & recipit alia accidētia, quādo est in subiecto. s. in substantia. Ideo cū ip- sa quantitas miraculoſe substetetur sine subiecto, iā quod ipsa subsistit. substetat alia accidentia.

SED contra:quia alia accidētia nō dependent à quantitate, sed a substantia. Ergo non sunt naturaliter in quantitate: sed conseruantur a Deo cō cursu speciali.

Dubium secundum. **D**VBITA TVR secundo, an alia accidentia possint separari et iam a quātitate: ita quod maneant sine substātia & sine quātitate. Egidius Romanus ad hoc theoremate. 37. &. 38. dicit qđ non. Cōtra quē tamē arguit Scotus. d. n. q. 2. Et ali qui thomistē crediderūt esse de mēte. S. Th. quo libeto. 9. ar. 5. ad. 3. & expressius quolibetō. 7. ar. 10. SED probo quod non sit hęc opinio de mēte. S. Thomę. Nam in eodē quolibetō dicit quod per diuinum miraculum potest albedo esse sine quātitate. Idipsum dicit in. 4. contra gentes cap. 65. Ergo. S. Th. non habet opinionem Egidij.

QVOD si obijicias. S. Thomā in eadē quolibet dicere, quod albedo nō potest esse sine quantitate, dico quod intelligit, quod talis albedo sine quantitate non esset sensibilis. Quod patet ex eo quod statim post illa verba subiunxit, quod albedo sine quantitate non esset sensibilis, sicut albedo habet quantitatē: sed esset ad modum idēarū Platonicis.

SECVNDO dico, quod sicut Aristoteles dicit, quod accidentis esse, est inesse; sic si albedo ita se-

pararetur, quod perderet aptitudinem & ordinem
ad substantiam, ne inpe, ad denominatam & affi-
ciendam substantiam, non esset albedo: sicut ani-
ma, si desideraret habere proportionem ad sani-
tatem, non diceretur sanum, quemadmodum au-
sum non dicitur sanitas: quia proportionem ad sani-
tatem non habet.

DVBITATVR tertio, quomodo intelligi-
tur id, quod S. Th. dicit in eodē loco, s. quod Dubium
si albedo esset separata sine quantitate, non esset tertium,
nisi una albedo.

A D HOC dico, quod vult dicere, quod si albedo esset separata ex natura sua, esset tantum una, & esset substantia & spiritualis: quia accidentia multiplicantur solus per subiecta, & cum illa ex natura sua esset sine subiecto, nullo modo multiplicaretur. SECUNDUM dico, quod potest intelligi, id quod dicit S. Th. quod si Deus separaret plures albedines a subiectis, distinguerentur quidem, sed non propter quia non haberent subiecta, per quae distingueretur. Et ita dicit S. Th. quod talis albedo separata esset substantia intelligibilis, si denique sic separaretur, quod non haberet habitudinem ad subiectum.

DVBITA TVR quarto, an relatio distingui Dubium posset a subiecto. Scotus ad hoc in. 4. d. 12. q. quantum 1. conclusione. 2. dicit quod non: quia implicat contradictionem. Idem Richardus. Hoc ipsis Durodus. Tenet eandem opinionem Argentina in. d. 12. 4. ibique omnes alii.

MAJOR autem in.4.d.12.q.1.dicit, quod Deus' potest producere relationē sine subiecto. Secūdo dicit, quod si Petrus genuit Paulum, non potest es se, quod sint illa fundamenta sine relatione. Quā sententiam tenet Capreolus. d.12.q.1.ad.2.contra primā conclusionē. Et videtur, quod sanctus Th. fuit illius opiniois in quolibet q. ar. 10 ad. 1.


Tuit illius opinionis in quolibet. 7. at. 10. ad. 4.
Ego autem dico, quod si relatio distinguitur a subiecto realiter ut res a re, Deus potest illam separare, & ita conseruare sine subiecto: licet forte sic separata, res illa non esset relatio, sicut notitia posita in lapide erit qualitas, sed non notitia: quia illic non facit cognoscere, quod videtur requiri ad notitiam. Et non sequitur ex hoc contradictione, sicut dicit Maior & Scotus: quia non sequitur propterea, quod Petrus qui genuit non habeat relationem, quod non sit pater: quia denominatur a fundamento propinquuo. sed ab hoc quia genuit. Nec sequitur quod quis sit pater esto habeat relationem, si non genuit: quia non denominatur a relatione sine fundamento.

damero propinquio, quod est genuisse. Vnde esto in illo ponatur relatio per diuinā potentiam, id est, rem illā, quae est relationē denominabitur pater, nisi habeat fundamētū, quod est genuisse.

VLTIMA propositio est, probabilius esse, quod
relationes non distinguuntur a fundamentis
quam res a re, sed tanquam modus realis rei are.
Et ita dico quod relationes panis non distingue-
bantur a pane, nec manent in sacramento: sed de-
finiunt esse cum substantia panis.

Articul. tertius.

Vtrū species, quæ remanēt in hoc sacramento, possint immutare aliquid extrinsecum.



D T E R T I V M . Sic fit
ditur. Videtur quod species qua-
remant in hoc sacramento,
non possint immutare ali-
quid extrinsecum. Probatur
quod forme que sunt in ma-
teria sunt in materia, non
qua sunt sine materia: eo quod
i simile. Sed species sacra-
menti sunt sine materia: quia remanet
ex dictis patet. Non ergo pos-
sunt in materia exteriorem indu-
formam.

PR AETER E A. Cessante actione principalis agentis, necessarie est, quod cesseret actus instrumenti: sicut quiescente fabro non mouetur martellus. Sed omnes formae accidentales agunt instrumentaliter in virtute formae substantialis tanquam principalis agentis. Ergo in hoc sacramento non remaneat forma substantialis panis & vini (sicue supra habatum est) videatur quod formae accidentales remanentes, agere non possint ad immutationem exterioris materie.

*PR AETER EA. Nihil agit ultra su
specie: quia effectus non potest esse prior can
sa. Sed species sacramentales omnes sunt a
cidentia. Non ergo possunt exteriorem ma
riam immutare, ad minus ad formam sub
stantialem.*

*SED CONTRA est, quod si non posset
immutare exteriora corpora non possent sen-
tiri. Sicut enim aliquid per hoc, quod imuta-
tur sensus à sensibili: ut dicitur. 2. de anima.
RESPONDEO dicendum, quod quia unius
quodque agit in quantum est ens actu, conse-
quens est, quod unum quodque sicut se habeat
ad esse, ita se habeat ad agere. Quia igitur se-
cundum prædicta speciebus sacramentalibus
datum est diuina virtute: ut remaneant in
suo esse quod habebat substantia panis (et) vi-
ni existente, consequens est, quod etiam rema-
neant in suo agere. Et ideo omnem actionem
quam poterant agere substantia panis (et) vi-*

ni existente, possunt etiam agere substantia pani & vini transente in corpus sanguinem Christi. Unde non est dubium quod possunt immutare exteriora corpora.

AD PRIMVM ergo dicendum: quod species sacramentales, licet sint formae sine materia existentes, retinunt tamen idem esse quod habebant prius in materia. Et ideo secundum suum esse aBimplacatur, formaque sunt in materia.

esse assimilatur formis quae sunt in natura.
AD SECUNDUM dicendum, quod ita actio formae accidentalis dependet ab actio- ne formae substantialis: sicut esse accidentis de- pendet ab esse substantiae. Et ideo sicut dicitur

pendet ab esse substantiae. Et ideo sicut anima virtute datur speciebus sacramentalibus, ut possint esse sine substantialia: ita datur eis ut possint agere sine forma substantiali virtute dei: à quo sicut à primo agente dependet omnis actio forma & substantialis & accidentalis.

AD TERTIVM dicendum, quod immutatio quæ est ad formā substantialē, nō sit à forma substantiali immediate: sed mediatis qualitatibus actiuis & passiis, quæ agunt in virtute formæ substantialis. Hac autem virtus instrumentalis conseruatur in instrumentis sacramentalibus diuina virtute, sicut et prius erat. Et ideo possunt agere ad formā substantialē instrumentaliter. Per quē modum aliquid potest agere ultra suā speciem: non quasi virtute propria, sed virtute principialis agentis.

IN HOC tertio articulo sunt duas conclusio-nes: quarum prima est. Omne in actione quæ species sacramentales poterant agere substantia panis & vini existente: possunt etiam agere substantia panis & vini transente in corpus & sanguinem Christi. Probatur haec conclusio. Omne ens agit quatenus est actu. At speciebus sacramentalibus datum est divina virtute, ut remaneant in esse quod habebant substantia panis & vini existente. Ergo etiam remanent in virtute eadem ad agendum. Vnde sequitur secunda conclusio. Ceterum est quod possunt immutare exteriora corpora. Et experientia constat quod ita faciunt.

DVBITATVR prius, an accidentia in Eucharistia agant naturaliter, vel super natura-
liter. Ad quod sit prima ppositio. Aliquod agens
in sacramento non agit: ut quantitas. Hæconclu-
sio est. S. Thom. in. 4.d. 12.q.1.ar.2. Probatur etiā
sic. Actiones sunt suppositorum, idest, formarum
subsistentium.

subsistentium. Sed qualitas tenet se ex parte materiae quae non agit. Ergo nec ipsa qualitas agit.
SED dubitatur (ut ad principale dubium de venia mus) quando species vini in Eucharistia frige faciunt, an conueniat eis per naturam, vel miraculo. AD quod dico quod naturaliter frige faciunt. Probatur. Vinum frige faciebat nisi naturaliter ratione frigiditatis. Ergo post consecrationem frigiditas agit ex natura sua: quia cum subsistat sine subiecto & sit virtus ad agendum ager sine subiecto. **D**UBIVM SECUNDU. VBITATVR secundo, an accidentia in Eucharistia ita agant quod possint producere substantiam.

DE HOC sunt multae opiniones. Et prius dicit Scotus in. 4.d.12.q.3. quod nullum accidens concurredit effectivè ad productionem substantiae. Altera est opinio. S. Th. in. 4.d.12.q.1. & 4. contra gentiles cap. 65. & hic ad. 3. Dicit enim, quod accidentia concurredit ad productionem substantiae. Probatur. Ignis mediante calore producit ignem: ita quod si ignis esset sine calore, non produceret ignem. Ratio est: quia nullum creatum potest agere aliud nisi mediante aliquo accidente. Ergo si illa qualitas quae est calor detur separata posset producere substantiam. Vnde consequenter dicit. S. Th. quod accidentia in Eucharistia naturaliter agunt usque ad productionem substantiae: sicut semine equi postquam emisum est a generante, agit usque ad productionem equi geniti ante introductionem formæ. Et haec est communior opinio qua tenet Gabriel super Canonem leg. 45. & Maior. 4.d.12.q.1. & Richardus. d.12. & Egidius in eadē dist. & Dionysius Cisterciensis in. 4.d.12.q.2. Vnde si gutta aquæ apponatur speciebus vini consecratu illæ species conuertunt illæ guttam aquæ naturaliter in vinum.

SED contra (dicit Scotus) quia equus non potest producere nisi equum. Ergo nec accidens potest producere nisi accidens, & non substantia: quia nihil potest producere nisi sibi simile.

AD HOC distinguo consequens. In virtute propria, verum est quod accidens non potest producere substantiam: sed producit substantiam in virtute substantiae, quatenus ipsum accidens est virtus quedam data substantiae ad agendum. Vnde sic separatum accidens à substantia manet virtus substantiae, & ita agit.

Articul. quartus

Vtrum species sacramentales possint corrumpi.



DQVARTVM sic proceditur. Videtur quod species sacramentales corrumpi non possint. Corruptio enim accidit per

separationem formæ à materia. Sed materia panis non remanet in hoc sacramento: sicut ex supradictis patet. Ergo huiusmodi species non possunt corrumpi.

PRAETEREA. Nulla forma corruptum patitur nisi per accidens corrupto subiecto unde formæ per se subsistentes incorruptibles sunt: sicut patet in substantijs spiritualibus. Sed species sacramentales sunt formæ sine subiecto. Ergo corrumpi non possunt.

PRAETEREA. Si corrumpitur aut hoc erit naturaliter aut miraculo. Sed non naturaliter (quia non est ibi assignare aliquod corruptionis subiectum quod maneat corruptio ne terminata) similiter etiam nec miraculo: quia miracula quae sunt in hoc sacramento, sunt virtute consecrationis, per quam species sacramentales conservantur, non est autem idem causa conservationis & corruptionis. Ergo nullo modo species sacramentales corrumpi possunt.

SED contra est, quod sensu deprehenditur hostias consecratas putrefieri & corrumpi. RESPONDEO dicendum, quod corruptio est motus ex esse in non esse. Dictum est autem supra, quod species sacramentales retinent idem esse quod prius habebant substantia panis & vini existente. Et ideo sicut esse horum accidentium poterat corrumpi substantia panis & vini existente: ita etiam potest corrumpi illa substantia abeunte.

POTERANT autem huiusmodi accidentia primo corrumpi dupliciter. Vno modo per se: alio modo per accidens. Per se quidem: sicut per alterationem qualitatum & augmentum vel diminutionem quantitatis. Non quidem per modum augmenti vel diminutionis qui inveniuntur in solis corporibus animalibus (qualia non sunt substantia panis & vini) sed per additionem vel divisionem. Nam sicut dicitur. 3. Metaph. per divisionem una dimensio corruptitur, & sunt duas: per additionem autem econverso ex duabus fit una. Et per hunc modum manifeste possunt corrumpi huiusmodi

iusmodi accidentia post consecrationem: quia ipsa qualitas dimensione remanens potest divisionem & additionem recipere, & cum sit subiectum qualitatum sensibilium (sicut dictum est) potest etiam esse subiectum alterationis earum putasi alteretur color aut sapor panis aut vini.

ALIO modo poterant corrumpi per accidens, per corruptionem subiecti. Et hoc modo possunt corrumpi etiam post consecrationem. Quamvis enim subiectum non remaneat, remanet tamen esse quod habebant huiusmodi accidentia in subiecto, quod quidem est proprium & conforme subiecto. Et ideo huiusmodi esse potest corrumpi à contrario agente, sicut corrumpebatur substantia panis vel vini: quae etiam non corrumpebatur nisi precedente alteratione circa accidentia.

DISTINGVENDV tamen est inter utramque praedictarum corruptionem: quia cum corpus Christi & sanguis succedit in hoc sacramento substantia panis & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quae non sufficeret ad corruptionem panis & vini, propter talem immutationem non desinit corpus & sanguis Christi esse sub hoc sacramento: siue fiat immutatio ex parte qualitatis (puta cu modicum immutatur color aut sapor panis vel vini) siue ex parte quantitatis, sicut cum dividitur panis aut vnum in tales partes, quod adhuc in eis possit salvari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio, quod fuisse corrupta substantia panis aut vini, non remanent corpus & sanguis Christi sub hoc sacramento. Et hoc tam ex parte qualitatis: sicut cum ita immutatur color & sapor & aliae qualitates panis et vini, quod nullo modo possent compati naturaliter panis aut vini. Siue etiam ex parte quantitatis: puta si puluerizetur panis, vel vnum intam minutæ partes dividatur, ut iam non remaneat species panis vel vini.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ad corruptionem per se pertinet quod auferat esse

rei, unde in quantum esse alicuius formæ est in materia, consequens est quod per corruptionem separetur forma à materia. Si vero huiusmodi esse non est in materia, simile tam et quod est in materia posset per corruptio ne auferri etiam materia non existente: sicut accidit in hoc sacramento, ut ex dictis patet.

AD SECUNDVM dicendum, quod species sacramentales licet sint formæ non in materia: habent tamen esse quod prius in materia habebant.

AD TERTIVM dicendum: quod corruptio illarum specierum non est miraculosa, sed naturalis. Presupponit tamen miraculum quod est factum in consecratione s. quod illæ species sacramentales retineant esse sine subiecto quod prius habebant in subiecto: sicut & cæcus miraculose illuminatus, naturaliter videt.

IN HOC. 4. articulo est una conclusio in fratre articuli qua sic habet. Species sacramentales possunt corrumpi. Probatur argumeto in oppositum. Sensu constat hostias consecratas putrefieri & corrumpi. Ergo. &c.

SECVNDO. probatur in ipso articulo. Bene sequitur. Corruptione est motus quantum est de se in non esse. At species sacramentales retinent idem esse quod prius habebant substantia panis & vini existente. Ergo sicut huiusmodi esse poterat corrumpi substantia panis & vini existente: ita etiam potest corrumpi ipsa substantia abeunte.

IN secunda parte articuli exponit. S. Tho. quot modis poterant accidentia panis & vini corrumpi ante consecrationem: quando erat ibi substantia panis & vini, & dicit quod duobus. Altero modo per se altero per accidens. Per se quidem per alterationem à contrario, aut per divisionem, vel augmentationem: ut si pani apponetur ignis corrupterent illæ dispositiones panis, & introducerent aliae ad formam ignis. Et si vino apponatur vinum, ex duobus fit vnu: & si vnu dividatur fient duo vna, vel ex uno pane duo panes. Et ita post consecrationem possunt eadem accidentia corrumpi: per se his modis, nempe, per alterationem à contrario aut per divisionem vel augmentationem, cu remaneat quantitas & alia accidentia in quantitate.

Per accidens quidem poterant accidentia panis corrumpi ante consecrationem per corruptionem subiecti. Et est alia propositio, quod hoc modo possunt corrumpi & post consecrationem. Probatur. Quia quāvis subiectum non remaneat, remanet tamen idem esse quod antea habebat accidentia illa quādo erant in subiecto. Ergo huiusmodi esse potest corrumpi à contrario agente sicut corrumpobatur

tur substantia panis vel vini: quae etiam non corrumpitur nisi precedentie alteratione circa accidentia: IN tertia parte articoli scribit diuus Tho. duas conclusiones per modum cuiusdam documeti. Prima est. Si fiat talis alteratio seu immutatio ex parte accidentium, quae non sufficeret ad corruptionem panis & vini si ibi essent: propter talē mutationem non desineret esse corpus & sanguis Christi sub hoc sacramento, siue immutatio fiat ex parte qualitatis, siue ex parte quantitatis.

SECVNDA propositio est. Si vero fuisset tanta immutatio, quod fuisset corrupta substantia panis aut vini, non remaneret corpus & sanguis Christi sub hoc sacramento, siue immutatio illa fiat ex parte qualitatis siue ex parte quantitatis. Hec. S. Th.

Dubium vnicum.
DVBITA TVR, an praedicta accidentia corruptantur naturaliter. Dico, quod tenendo, quantitatem a re quanta non distingui, probabilius est, quod non corruptuntur naturaliter, sed supernaturiter, postquam sustentabantur supernaturiter.

SECVNDO dico, quod tenendo, quantitatē distinguāre quanta dicendum est, quod qualitates corruptuntur ab agenti naturali naturaliter per introductionē qualitatū contrariarū in quantitatē quātūc est subiectū qualitatum.

TERTIO de quantitate dicit Durandus. in. 4. d. 12. q. 2. quod quātūs à solo Deo corruptitur, licet alia accidentia naturaliter corruptantur: quia cum à Deo conservetur, non poterint corrupti naturaliter: nisi supernaturaliter ipse vellet, quod corruptatur. Paludanus autem, in. 4. d. 12. q. 4. dicit, quod etiam quātūs corruptitur naturaliter ab agenti naturali. Et ad argumentum. Quia non habet contrarium, &c. dicit, quod corruptitur in quantum est susceptiva contrariorum: sicut substantia quāuis non habeat contraria corrupti, quia est susceptiva contrariorum.


SCOTVS autē. d. 12. q. 4. dicit illud idem, quod dicebat Durandus.

SANCTVS Thom. autē videtur dicere, quod etiam quātūs corruptitur naturaliter ab agente naturali: quia post consecrationē non est opus ponere aliud miraculū. Et ratio est: quia quātūs ista est propria huius panis, & à solo Deo conservatur. Vnde quādō naturaliter desineret esse panis, desinit esse quātūs. Et concedo, quod si Deus produxisset quātūs sine subiecto, non corrupteretur naturaliter: quia non dependet à subiecto, sed hāc dependet. Dixi, quia non dependet à subiecto, dummodo ita producatur sine dependentia ad aliquod subiectum. Secus si producatur cum dependentia ad subiectum: sicut est ista quātūs panis. Hac est sententia S. Tho. hic ad tertium, ubi expresse dicit, quod hac corruptio non est miraculosa, sed naturalis: licet presupponat miraculum consecrationis. Itaque imaginatur S. Thomas, quod Deus solum supplet id, quod faciebat substantia panis & vini in consecratione

accidentium: & relinquit quantū ad omnia alia agere naturas rerum. Et ideo, sicut ante consecrationem cause naturales poterant agere in illam quantitatē naturaliter: ita etiam nunc. Et per hoc facile respondebis ad illud, quod dicebat Durandus & Scotus.

Articul. quintus

Vtrum ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari.



DQVINTVM sic proceditur. Videtur quod ex speciebus sacramentalibus nihil posse generari. Quod enim generatur, ex aliqua materia generatur: ex nihilo enim nihil generatur, quāvis ex nihilo fiat aliquid per creationē. Sed speciebus sacramentalibus nō subest aliqua materia nisi corporis Christi, quod est in corruptibile. Ergo videtur, quod ex speciebus sacramentalibus nihil posse generari.

PRAE ET **E**A. Ea quā non sunt vnius generis, non possunt ex se inveniri: vñ enim ex albedine fit linea. Sed accidentis substantia differunt genere. Cum ergo species sacramentales sint accidentia, videtur quod ex eis non possit aliqua substantia generari.

PRAETEREA. Si ex eis generetur aliqua substantia: illa substantia non erit sine accidente. Si ergo ex speciebus sacramentalibus generetur aliqua substantia corporea, operet quod ex accidente generetur substantia. accidēs, duos. ex uno. Quod est impossibile. Ergo impossibile est, quod ex speciebus sacramentalibus aliqua substantia corporea generetur.

SED CONTRA est, quod ad sensum videri potest, ex speciebus sacramentalibus, aliquid generari: vel cineres si comburantur, vel vermes si putrefiantur, vel puluores si conterantur.

RESPONDEO dicendum, quod cum corruptio unius sit generatio alterius (ut dicitur in. 1. de generatione) necesse est, quod ex speciebus

speciebus sacramentalib⁹ aliquid generetur cū corruptatur: ut dictū est. Nō enim sic corruptur, ut oīno dispereat, quasi i nihilo redigatur: sed manifeste aliquid sensibile eis succedit.

QUODOMODO autē ex eis aliquid generari possit, difficile est videre. Manifestū est enī quod ex corpore et sanguine Christi quae ibi veraciter sunt, nō generatur aliquid, cū sint incorruptibilia. Si autē substantia panis aut vini remaneret in hoc sacramento, vel eorū materia, facile esset assignare, quod ex eis generatur illud sensibile quod succedit: ut quidā posuerūt. Sed hoc est falsū, ut supra habitū est. Et ideo alij dixerūt quod ea quae generantur non sint ex speciebus sacramentalibus: sed ex aere circūstante. Quod quidē multipliciter apparet esse impossibile. Primo quia ex eo generatur aliquid quod prius alteratū & corruptū appetit. Nulla autē alteratio vel corruptio prius apparuit in aere circūstante, vnde ex eo vermes vel cineres nō generantur. Secundo, quia natura aeris non est talis, quod ex eo pertinentes alterations talia generentur. Tertio: quia potest contingere in magna quātūte hostias consecratae comburi vel putrefieri, nec esset possibile tantū de corpore terreno ex aere generari, nisi magna et valde sensibili inspiratione aeris facta. Quarto: quia idē pōt accidere corporibus solidis circūstantib⁹, puta ferro, aut lapidib⁹ quae integra remanet post predictorū g̃fiationē. Vnde hec positio stare non potest, quia contrariatur ei quod ad sensū appetit.

ET ideo alij dixerunt, quod redit substantia panis & vini in ipsa corruptione speciei: et sic ex substantia panis et vini redente generantur cineres, aut vermes, aut aliquid huiusmodi. Sed hec rō videtur esse impossibilis. **P.R.I.MO** quidem: quia si substantia panis & vini conuersa est in corpus & sanguinem Christi (ut supra habitum est) nō potest substantia panis aut vini redire: nisi corpore aut sanguine Christi iterum conuerso in substantiam panis vel vini, quod est impossibile: sicut si aer sit conuersus in ignem, nō potest aer redire: nisi iterū ignis convertisatur in aerē. Si vero substantia panis aut vini sit an-

nihilata, non potest iterum redire: quia quod ī nihilū decidit, nō reddit idē numero: nisi forte dicatur redire predicta substantia: quia deus de novo creat alia nouā substantia ī loco prime.

SECUNDO videtur hoc esse impossibile: quia non est dare quando substantia panis redeat. Manifestum est enim ex supra dictis, quod manetib⁹ speciebus panis & vini manet corpus & sanguis Christi: que nō sunt simul cum substantia panis & vini in hoc sacramento secundū phabitā. Vnde substantia panis & vini nō potest redire speciebus sacramentalibus manetib⁹. Similiter etiam nec eis cessatib⁹: quia iam substantia panis et vini esset sine propriis accidentibus, quod est impossibile. Nisi forte dicatur, quod in ipso ultimo instanti corruptionis specierum, reddit, nō quidē substantia panis & vini (quia illud idem instantis est, in quo primo habent esse substantiae generatae ex speciebus) sed materia panis & vini, que magis de novo creatu dice recur, quā rediens proprię loquendo. Et secundū hoc posset sustineri predicta positio.

VERM: quia non rationabiliter videtur dici, quod miraculose aliquid accidat in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quod materia creetur vel redat: melius videtur dicendū, quod in ipsa consecratione miraculose datur quantitatē dimensionis panis & vini, quod si primū subiectū subsequentū formari. Hoc autē est propriū materiae. Et ideo ex consequenti datur predicta quantitatē dimensionis vñ illud quod ad materiam pertinet. Et ideo quicquid possit generari ex materia panis si adsett. totū potest generari, ex predicta quantitate dimensionis panis & vini: non quidem novo miraculo, sed ex vi miraculi, prius facti.

AD primū ergo dicendū, quod quāvis nō sit ibi materia, ex qua aliquid generetur: quantitas tamen dimensua supplet vice materie: ut dictū est. **A**D secundū dicendū, quod illa species sacramentales sunt quidē accidentia: habent tamen actū & vim substantiae: ut dictū est. **A**D 3. dicendū, quod quātūs dimensua panis & vini retinet naturā propriā & accipit miraculose vim & proprietatem substantiae. Et ideo pōt trahere in virtutē, id est in substantia & dimensione.

IN HOC articulo quinto Diuus Thomas prius respondet vñica conclusione, quae semper fuit, & est recepta. Quia probata rursus secundo exponit, quomodo ex speciebus consecratis protest aliquid generari. Tertio ponit propriā sententiā.

QVO ad primū est conclusio, quæ sic habet. Necesse est, quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur. Probatur, quia teste Arist. 1. de generatione, corruptio vnius est alterius generatio. At species sacramentales corrūpuntur: ut sensu constat. Ergo ex eis aliquid generatur.

SECUNDO probatur. Si species sacramentales comburantur, generantur cineres, si putrefiant generantur vermes, & si conterantur, generantur pulueres: ut sensu constat. Ergo necesse est dicere, quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generatur IN scda parte articuli est prima conclusio. Manifestum est, quod ex corpore & sanguine Christi, quæ veraciter sunt in sacramento Eucharistiae, non generatur aliquid. Probatur quia nihil generatur nisi ad corruptionem alterius. Sed corpus & sanguis Christi sunt incorruptibilia. Ergo ex eis nihil generatur. **R**VRSVS diuinus Thomas refert duas opiniones. Alteram dicentem, quod ex speciebus panis & vini nihil generatur, sed ex aere circumsitate. Alteram dicentem, quod spēbus illis corruptis redit substantia panis & vini, & ex illis generatur id quod producitur. **H**IS autē reprobatis. S. Thomā dicit, quod totum quod generari posset ex materia panis, si ibi esset: generatur ex quantitate, cui virtute consecrationis, miraculose datum est, quod sit primū subsequentiū formarū, quod est propriū materiæ. **E**X HIS verbis. S. Thomā dicit Egidius teoremathe 44. quod quantitas habet rationem materiæ: ita quod ex quantitate & forma substanciali, sit vermis, aut illud quod ex spēbus generatur: Non enim cinis, aut puluis, & quod non est ibi in illo genito alia materia. **R**ICHARDVS 4.d.12.q.2. dicit, quod quando ex accidentibus generatur aliquid, redit illa materia, quæ fuit panis vel vici. Et idē dicit Innoc. 3. libro de officio missæ, tractatu. 3. de fractione panis. Probat Richardus: Quia omnia illa fiunt, ac si panis esset ibi. Ergo redit materia panis.

SED contra est: quia agens naturale non potest producere materiam: cum non possit aliquid ex nihilo producere (quod est creare) sicut non potest re producere id, quod iam desuīt esse. **S**COTVS in 4.d.12.q.5. dicit, quod totū sit immediate à Deo: quia agens naturale (inquit) non potest producere materiam, & nihil potest agere nisi supposita materia.

Paludanus tamen. 4.d.12.q.4. dicit, quod quando ignis producitur ex speciebus sacramentalibus Deus producit materiam, & omnia alia fiunt ab agente naturali.

CAETANVS autem hic in suis cōmētarijs dicit, quod quantitas sit materia virtute diuina. Et tunc introducitur forma substancialis geniti in quantitate quæ fuit, quæ iā est materia quando ex speciebus aliquid generatur.

S. THO. autē hic non videtur determinare, quo modo fiat illa generatio vel transmutatio. Nā vide tur sentire idē cōmētarij. Dicit enim quod in consecratione datur miraculose quantitatē panis

& vini, quod sit primū subiectum subsequentiū formarū: sed non omnino explicat, quod Caietanus asserit, similiter nec etiā quod Egidius dicit, ex quantitate s. manēt quantitate, & ex forma, qua productur generari id, quod generatur.


IN 4. autem d. 12. q. 1. ar. 2. q. 4. in corpore, & ad argumenta dicit, quod ad desitionē quantitatis producitur materia virtute diuina. Vnde dicit quod secundū cōmūnē opinionē, ponendū est aliquid in tali transmutatione supernaturale, productio materiae. Et ita habet Paludanus, qui sic intellexit. S. Thomā. Et ponit quandā analogia ad declarandum hoc. Quia (inquit) sicut non est naturale lapidi vel aquæ ascendere: tamen nedit vacuū ascendū: ita ne fiat annihilationis (quod est defectus in natura) oportet quod à Deo producatur materia, & omnia alia fiunt naturaliter ab agente naturali, & non vocatur transmutatio naturalis. Quod quidē mihi videtur probabilius.

SED dubitatur an illa in iteria sit per creatio

Dubium, proprieque creetur. Dico, quod non: quia vnicum ad hoc quod sit creatio, oporteat, quod haber pro termino à quo nihil, & hæc materia hic, incipit esse ad desitionē specierū. Ideo non dicitur creari. Et quia agentia naturalia agunt alterādo illā quantitatē, & illi quantitatē succedit materia: ideo dicit: S. Th. hic in fine articuli, quod per consecrationē datur quantitati illud, quod ad materiā pertinet. &c.

SECUNDO potest dici, quod agens naturale concurrit ad illam productionem materiæ, post quā non creature: sicut dicimus, quod verba concurrent ad consecrationem, forma autem introducitur, simpliciter naturaliter ab agente naturali. **A**D ILLVD autē, quod S. Thomas dicit, materiali. s. panis non posse reproduci, nisi corpus Christi cōuertatur in ipsam: intelligit per actionem naturalē: ut patet per exemplū, quod ponit de aere & igne. Ideo non fauet Caietano in hoc quod dicit, quod quantitas virtute diuina sit materia. **E**T illud quod diximus ad desitionē, s. quantitatis produci materia virtute diuina miraculose, afferit etiam Albertus magnus in 4.d.12. & Dionysius cartusianus in 4. d. 12. q. 2. & est cōmētarij opinio. **E**T nota, quod illæ propositiones de possibili negatione, quibus S. Thomā asserit, quod non potest re produci materia panis: nisi corpus Christi cōuertatur in illā intelliguntur naturaliter, ut dictum est, vel secundū leges sacramenti. Hoc est virtus & lex sacramenti est ad cōuertēdū panis in corpus Christi: sed nō ad pducendū, vel reproducendū materiam. Sed nouo Dei cōcursu ad desitionē quantitatis, incipit esse materia: ex qua cū forma incipit res producta ex speciebus sacramentalibus.

Articulus sextus.
Vtrum species sacramentales possint nutritre.



D. **S**EXTVM sic proceditur. Videtur quod species sacramentales non possint nutritre. Dicit enim Ambrosius in libr. De sacramentis. Non iste panis est qui vadit in corpus: sed panis vita aeterna, qui anima nostræ substantia fulcit. Sed omne quod nutrit vadit in corpus. Ergo panis iste non nutrit. Et eadē ratio est de vino.

PRÆTEREA. Sicut dicitur. 2. De generatione: ex eisdē nutrimur ex quibus sumus. Species autē sacramentales sunt accidentia, ex quibus homo non constat. Nō enim accidentes est pars substancialis. Ergo videtur, quod species sacramentales nutritre non possunt.

PRÆTEREA. Philosophus. 2. De anima dicit, quod alimentum nutrit, prout est substantia quadam, auget autem prout est aliquid quantum. Sed species sacramentales non sunt substancialia. Ergo non possunt nutritre.

SED CONTRA est, quod Apostolus 1. Corinthiorū. cap. 11. lequens de hoc sacramento dicit. Alius quidē esurit aliis autē ebrius est. Vbi dicit glosa, quod notat illos, qui post celebrationē sacramysterij, & consecrationē panis & vini, suas oblationes vedi cabat, & alijs non cōmunicat, soli sumebat: ita ut inde etiā inebriaretur. Quod quidē non posset cōtingere, si sacramentales species non nutrit. Ergo species sacramentales nutrit.

RESPONDEO dicendū, quod hæc questionis difficultatē nō habet, præcedēti quæstione soluta. Ex hoc enim (ut dicitur. 2. De anima) cibis nutrit, quod cōuertitur in substanciali nutriti. Dictum est autem quod species sacramentales possunt cōuerti in substanciali aliquā, quæ ex eis generatur. Per eandē autē rationē possunt cōuerti in corpus humanū, per quā possunt cōuerti in cineres & vermes. Et ideo manifestum est, quod nutrit.

QUOD autem quidā dicit, quod nō vere nutrit, quasi in corpus humanū cōuertatur, sed reficit, & confortat, quidā sensu imm

utatione (sicut homo confortatur ex adore cibis, & inebriatur ex odore vini) ad sensum patet esse falsum. Talis enim refectio non dā sufficit homini, cuius corpus propter continuā deperditionē restorationē indiget, & tamē homo diu sustentari posset, si hostias & vini consecratū summeret in magna quantitate.

SMILITER etiā nō potest stare, quod quidā dicunt, quod species sacramentales nutritur triunt propter formam substancialē panis & vini quæ remanet: cum quia non remanet, ut supra habitum est: cum quia non est actus formæ nutriti, sed magis materie, que accipit formā nutriti, recedēte forma nutriti. Vnde dicitur. 2. de anima, quā nutriti cū in principio est dissimile, in fine autē similes.

AD PRIMA ergo dicendū, quod facta consecratione, duplīciter potest dici panis in hoc sacramento. Uno modo ipsa species panis, quæ retinent nomen prioris substancialis: ut Gregorius dicit in Homilia Paschali. Alio modo potest dici panus, ipsum corpus Christi: quod est panis mysticus de cælo descendens.

AMBROSIUS ergo cū dicit, quod iste panis nō transit in corpus, accipit panem secundū modo: quia. s. corpus Christi non conuertitur in corpus hominis: sed reficit mentem eius, nō autem loquitur de pane primo modo dicto.

AD SECUNDVM dicendum, quod species sacramentales, & si non sint ea ex quibus corpus hominis constat, tamen in ea conuertuntur, sicut dictum est.

ADTERTIVM dicendū, quod species sacramentales quādā nō sunt substancialia, habent tamen virtutem substancialis: sicut dictum est.

IN HOC sexto articulo Diuinus Thomas ponit vñā conclusionē affirmatiā, quam probat uno testimonio in argumento in contra, & vna ratione in corpore articuli.

SECUNDO, citat duos alios modos dicendi, & reprobat illos. Est igitur conclusio. S. Th. Manifestum est, quod species sacramentales nutrit. Probat testimonio glosæ dicētis sup illud Pauli prioris ad Corinth. II. Alius quidē esurit, alijs autē ebrius est. &c. Notat illos, qui post celebrationem sacramysterij, & consecrationē panis & vini, suas oblationes, quæ s. erant consecratae vindicabat.

Yij & alij,

& alijs nō cōmunicantes, soli sumebāt: ita ut inde etiam inebriarentur. At hoc esse non posset nisi species etiā nutritent. Ergo. &c.

SECVNDO probat. Nam vt habetur. 2. de anima, ex hoc cibus nutrit: quia cōuertitur in substātiā nutriti. At species sacramētales possunt conuerti in substātiā aliquā, quā ex eis generatur: vt dictū est in praecedenti articulo. Ergo etiam possunt conuerti in corpus humanum: cum penitus eadem sit ratio. Ergo conclusio vera.

TER TIO probatur eadem conclusio. Quia possunt homines diu viuere comedendo hostias cōsecratas, sine alio miraculo. Quod non posset esse nisi ibi fieret nutritio. Ergo. &c.

IN SECVNDA parte articuli reprobant duas alias opiniones erroneas. Et quia in litera clare loquitur doctor sanctus, non oportet immorari in eius expositione.

IN solutione ad primū nota, quomodo hoc nō men panis in scripturis & apud sanctos, aliquando capitur pro ipsis speciebus. Et aliquando pro ipso sacratissimo Christi corpore.

EX his omnibus sequitur, quod sicut cū aliquid generatur ex speciebus consecratis, ad desitionem quātitatis, quā fuit panis producitur materia virtute diuina, ex qua constat res genita: ita cū quis comedit species consecratas, ad desitionē, per calorem naturalē quātitatis, quā fuit panis, virtute diuina producitur materia, quā informatur forma nutriti: sicut si ibi mansisset materia panis. Vnde hāc quāstio, & quā traetatur in articulo. 7. sequit, post ea quā diximus in ar. 5. praecedenti nullā penitus habet difficultatē. Illā autē primā sententiā quā reprobat. S. Th. asserit Guillelmus Parisiensis in suo sacramentali, vbi dicit, quod species sacramētales nō vere nutrit. Et ad hoc probandū adducit historias duorum sacerdotū, qui voluerūt viuere comedēdo solū hostias cōsecratas, & breui tēpore mortui fuere sine quaūq; alia infirmitate, esto quod tentabāt cōsecreare hostias in magna quātitate, vt saturari & ventrem replere possent. Sed hāc probatio leuissima est: quia historiæ non sunt autenticae, sed potius fabulae. Ideo veritas nostræ cōclusionis, nēpe, qđ nutriat, stat.

Articu. septimus

Vtrum species sacramētales frangātur in hoc sacramento.



D SEPTIMVM sic procedit. Videtur quod species sacramētales non frangantur in hoc sacramēto. Dicit enim Philosophus. 4. Meroe. quod corpora dicuntur frangibilia propter determinatā dispositionē

NON

pororū. Quod non potest attribui sacramētales speciebus. Ergo sacramētales species non possunt frangi.

PRÆTEREA. Fractionē sequitur sonus. Sed species sacramētales non sunt sonabiles. Dicit enim Philosophus. 2. de anima, quod sonabile est corpus durum habens superficiem lenem. Ergo species sacramētales non franguntur.

PRÆTEREA. Eiusdē videtur esse māducari, frāgi, & masticari. Sed verū Christi corpus est, quod māducatur, secundū illud Ioānis. 6. Qui māducat meū carnē, & bibit meū sanguinē. Ergo corpus Christi est, quod frāgitur, & masticatur. Unde & in cōfessione Berengarij dicitur. Cōsentio sancte Romanae ecclesiæ, & corde, & ore profiteor, panē & vīnu, quā in altari ponūtur, post cōsecrationē, vīnu corpus & sanguinē Christi esse, & in veritate manibus sacerdotū trāctari, frāgi, & fideliū dētibus atteri. Nō ergo frāgio debet attribui sacramētaibus speciebus.

SED contra est, quod fractio sit per diuisiōnē quāti. Sed nullū quantū ibi diuiditur, nisi species sacramētales: quia neque corpus Christi, quod est incorruptibile, nec substantia panis, quā non manet, neque substantia vīni.

Ergo species sacramētales franguntur.

R E S P O N D E O dicendum, quod apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. Quādā enim dixerūt, quod nō erat in hoc sacramēto fractio secundūre veritatē, sed solū secundū aspectū intuētiū. Sed hoc non potest stare: quia in hoc sacramēto veritas sensus nō decipitur circa ea, quorū indiciū ad ipsū pertinet, inter quā est fractio, per quā extenui multa: quā quidem sunt sensibilia cōmuniā: ut patet in libris De anima.

VNDE alij dixerunt, quod erat quidē ibi vera fractio sine subiecto existēte. Sed hoc etiam sensui contradicit. Apparet enim in hoc sacramēto aliquid quantū prius vīnum existens, postea in multa partū, quod quidem oportet esse subiectum fractionis.

NON autem potest dici, quod ipsum corpus Christi vīnu frangatur. Primo quidē: quia est incorruptibile & impassibile. Secundo: quia est totum sub qualibet parte (vt supra habitum est) quod quidem est contra rationēm eius, quod frāgitur. Vnde relinquitur, quod fractio sit sicut in subiecto, in quantitate dimensua panis, sicut & alia accidentia. Et sicut species sacramētales sunt sacramētum corporis Christi vīni: ita fractio huius modi specierū est sacramētū dominic. epaf- sionis, quā fuit in corpore Christi vero.

A D PRIMA ergo dicendum, quod sicut in speciebus sacramētalibus remanet tra- rum & densum (vt supra dictum est) ita etiam remanet ibi porositas, & per conse- quens frangibilitas.

A D SECUNDUM dicendum, quod densitatem sequitur duritia. Et ideo ex quo in speciebus sacramētalibus remanet densitas, consequens est, quod remaneat ibi duri- tia, & per consequens senilitas.

A D TERTIVM dicendum, quod illud, quod manducatur in propria specie, ip- summet frāgitur, & masticatur in sua spe- cie. Corpus autem Christi non manducatur in sua specie, sed in specie sacramētali. Vnde & super illud Ioānis. 6. Caro non pro- dest quicquam, dicit Augustinus. Hoc est intelligendum, secundū illos qui carnaliter intelligebant: carnem quippe sic intellexerūt, quomodo in cādāre dilaniatur, aut in ma- cello venditur. Et ideo ipsum corpus Christi non frāgitur, nisi secundū speciem sa- cramentalem. Et hoc modo intelligenda est confessio Berengarij, vt fractio & attritio dentium referatur ad speciem sacramēta- lem, sub qua: vere est corpus Christi.



D OCTAVVM sic pcedi- tur. Videtur qđ vīno cōsecrato nō posset aliquis liquor misceri. Omne enim qđ permiscetur alicui recipit qualitatē ipsius. Sed nullus liquor po- test recipere qualitatē sacramētaliū specie- rū: quia accidentia illa sunt sine subiecto, vt dictū est. Ergo videtur, qđ nullus liquor pos- sit permisceri sacramētalibus speciebus. vīni.

PRÆTEREA. Si aliquis liquor per- misceatur illis speciebus, oportet, qđ ex his fiat aliquid vīni. Sed nō potest fieri aliquid vīni, neq; ex liquore (qui est substātia) & speciebus sacramētalibus (quā sunt accidentia) neq; ex liquore & sanguine Christi, qui rationē sua incorruptibilitatis neque additionē recipit, neque diminutionem. Ergo nullus liquor po- test admisceri vīno cōsecrato.

PRÆTEREA. Si aliquis liquor admis- ceatur vīno cōsecrato, videtur quod etiā ip- sum efficiatur cōsecratus, sicut aqua, quā ad- misceatur aquā benedicta, efficitur benedicta. Sed vīnu cōsecratū est vere sanguis Christi. Ergo etiā permixtus liquor esset sanguis Christi. Et ita aliquid fieret sanguis Christi, aliter quā per cōsecrationē. Quod est in con-ueniens. Non ergo vīno cōsecrato potest ali- quis liquor permisceri.

PRÆTEREA. Si duorum vīni totali- ter corrūpiatur non erit mixtio, ut dicuntur in 1. De generatione. Sed ad permixtionē cu- iuscūque liquoris, videtur corrūpi species sa- cramētalis vīni: ita quod sub ea definita esse sanguis Christi. Tū quia magnū & parū sunt differētiae quātitatis, & diversificat ip- sam, sicut albū & nigrū colorē: tū etiā quia lē quorū permixtus cū non habeat obſtaculū, vi- detur vīndiq; diffundi per totū, & ita definit ibi esse sanguis Christi, qui nō est ibi simul cū alia substantia. Non ergo aliquis liquor po- test permisceri vīno cōsecrato.

SED CONTRA est, quod ad sensum patet alium liquorem vīno permisceri posse post consecrationem, sicut & ante.

X ij RÉS-

Articul. octauus

Vtrum aliquis liquor possit vīno con- secrato commisceri.

RESPONDEO dicendum, quod istius questionis veritas manifesta est ex præmissis. Dicitur enim cum supra, quod species in hoc sacramento remanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantie, ita etiam consequuntur modum agendi, & patiendi, ut scilicet agere & pati possint, quicquid ageret vel pateretur substantia, si ibi praesens existeret. Manifestum est autem quod si esset ibi substantia vini, liquor aliquis posset ei permisceri.

HUIUS tamen permixtionis diuersus est effectus, & secundum formam liquoris secundum quantitatem. Si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod posset diffundi per totum vimum, totum fieret permixtum. Quod autem est commixtum ex duobus, neutrum miscibilium est: sed utrumque transit in quoddam tertium ex his compositum. Unde sequeretur, quod vimum prius existens, non remaneret: sed si liquor permixtus esset alterius speciei (puta si permisceretur aqua) solueretur species vini, & esset liquor alterius speciei. Si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus (puta si vimum permisceretur vino) remaneret quidem eadem species, sed non remaneret idem numero vimum, quod declarat diuersitas accidentium: puta si unum vimum esset album & aliud rubeum.

SI VERO liquor adiunctus esset tam parue quantitatis, quod non posset perfundi per totum, non fieret totum vimum permixtum, sed aliqua pars eius. Quae quidem non remaneret eadem numero propter permixtionem extraneæ materiæ: remaneret tamen eadem specie, non solum si parvus liquor permixtus esset eiusdem speciei, sed etiam si esset alterius speciei: quia gutta aquæ multo vino permixta transit in speciem vini, ut dicitur in primo de generatione. Manifestum est autem ex predictis, quod corpus & sanguis Christi remanent in hoc sacramento, quandiu ille species manent eadem numero: consecratur enim

hic panis, & hoc vimum.

VNDE si fiat tanta permixtio liquoris cuiuscumque, quod pertingat ad totum vimum consecratum, & fiat permixtum, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi. Si vero fiat tam parua aliquius liquoris adiunctio, quod non posset diffundi per totum, sed usque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit tamen sub alia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Innocentius. 3. dicit in quadam decretali, quod ipsa accidentia vimum appositorum videntur afficer: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare subiectum: sicut & subiectum contingit accidentia permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur.

HOC tamen non est sic intelligendum, quasi idem numero accidentis, quod prius fuit in vino ante consecrationem, post modum fiat in vino apposito: sed talis permutatio sit per actionem. Nam accidentia vini remanentia retinent actionem substantia secundum predicta: & ita immutando afficiunt liquorum appositorum.

AD SECUNDUM dicendum, quod liquor appositus vino consecrato nullo modo miscetur substantiae sanguinis Christi: miscetur tamen speciebus sacramentalibus. Ita tamen quod permixtione facta corrumpuntur predictæ species, vel in toto vel in parte: secundum modum quo supradictum est, quod ex speciebus illis potest aliquid generari. Et si quidem corrumpantur in toto, nulla iam remanet questio: quia iam totum erit uniforme. Si autem corrumpantur in parte, erit quidem una dimensio secundum continuitatem quantitatis, non tamen una secundum modum essendi: quia una pars eius erit sine subiecto, alia erit in subiecto: sicut si aliquod corpus constituatur ex duabus metalis, erit unum corpus secundum rationem

rationem quantitatis, non tamen unum secundum speciem nature.

ADTERTIVM dicendum, quod sicut Innocentius. 3. dicit in decreto predicto. Si post consecrationem calicis aliud vimum mittatur in calicem, illud quidem non transiit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidensibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eius latet, unde circunfunditur, non madidans circumfusum.

QUOD quidem intelligendum est, quod non fit tanta permixtio liquoris extranei, quod sanguis Christi desinat esse sub coto: tunc enim dicitur unde circunfundi: non quia tangat sanguinem Christi, secundum eius proprias dimensiones, sed secundum dimensiones sacramentales sub quibus continetur. Nec est simile de aqua benedicta: quia illa benedictio nullæ mutatione facit circa substantiam aquæ sicut facit consecratio vini.

AD QUINTVM dicendum, quod quidam posuerunt, quod quantumcumque parua fiat extranei liquoris permixtio, substantia sanguinis Christi desinat esse sub coto, & hoc ratione inducta. Quae tamen non cogit: quia magnum & paruum diversificant quantitatem dimensionum, non quantum ad eius essentiam, sed quantum ad determinationem mensuræ. Similiter etiam liquor appositus adeo potest esse parvus, quod sua parvitate impeditur ne diffundatur per totum, & non solum dimensionibus, quæ licet sint sine subiecto: tamen obstat alteri liquori: sicut & substantia si ibi ad esset, secundum ea que præmissa sunt.

TN HOC octauo articulo sunt duo. Primum est conclusio affirmativa, qua respondetur questioni proposita, & probatur. Secundo exponit quod & qui effectus querentur ex huiuscmodi permixtione. Quo ad primum est conclusio affirmativa huiuscmodi. Potest aliud liquor permisceri speciebus consecratis. Probatur. Quia sensu constat aliud liquorē permisceri speciebus consecratis. Secundo. Bene sequitur. In prædictis articulis probauimus, species in sacramento Eucharistiae remanentes adipisci virtute consecrationis modum essendi substantie. Ergo etiam adipiscuntur modum agendi & patiendi, nempe, ut agere & pati possint quicquid ageret, vel pateretur substantia,

si ibi esset. At manifestum est, quod si ibi esset substantia vini alius liquor posset ei commisceri. Ergo etiam non sic ibi substantia vini.

IN SECUNDA parte articuli Diuis Thom. ponit alias conclusiones, quibus exponit, quid sequeretur ex illa permixtione: quarum prima est. Si aliquis liquor permisceretur speciebus consecratis in tanta quantitate, quod posset diffundi per totum vimum consecratum: torum fieret per mixtum, & vnu tertium distinctum ab utroque miscibili. Probat. Quia quod est commixtum ex duobus neutrorum miscibili est: sed utrumque trahit in tertium ex his compostis: ut in libris De generatione dicitur. Ergo ex illa mixtione resulcat vnum tertium, quod nec est ille liquor, nec ipsa species. Et ex his colligit. S. Tho. 2. conclusionem, quod vna consecratum prius existens facta illa mixtione perfecta non remaneret. Colligit secundo, quod si liquor permixtus esset alterius speciei à vino (nempe si misceretur aqua) solueretur species vini: & illud mixtum esset alterius speciei. Colligit tertio, quod si liquor adiunctus esset eiusdem speciei (nempe si vimum consecratum permisceretur vino consecrato) remaneret eadem species, sed non remaneret idem numero vnum. Probatur hoc. Quia diuersa accidentia numero reperiuntur in illo mixto, ab accidentibus quæ erant in miscibili: ut si vnu albū miscatur rubeo. Colligit. 4. quod si liquor adiunctus esset tā parua quā titatis, quod non posset diffundi per totum, non fieret totū vnu consecratū permixtū: sed aliqua pars eius. Et tunc sola illa pars mixti non remaneret eadē numero propter illā mixtione extraneæ materiali remaneret tamen eadē specie, etiā illa mixta particula, non solum quando ille parvus liquor permixtus esset eiusdem speciei: sed etiā si esset alterius speciei. Probatur. Quia parua aqua addita magnæ vel maiori notabiliter quātitati vini conuertitur in vnu: ut dicitur in primo de generatione. Colligit. 5. sanctus Tho. quod (ut supra probauimus) corpus & sanguis Christi remanent in hoc sacramento, solum quandiu illæ species manent eadem numero quæ fuerunt consecratae: quia consecratur hic panis & hoc vnum. Vnde colligit sexto, quod si fiat tanta per mixtio liquoris, sive eiusdem speciei sive alterius, quod pertingat ad totum vimum consecratum, erit aliud mixtum, & non remanebit ibi sanguis Christi, nec in toto, nec in aliqua particula minima. Colligit septimo, quod si fiat tam parua aliquius liquoris adiunctio, quod non posset diffundi per totum, sed usque ad aliquam partem specierum: desinet esse sanguis Christi sub illa parte specierum vni consecrati: quia ibi non manent eadem species numeri quæ fuerunt consecratae. Sed remanebit sub alia vel alijs particulis ad quas non pervenit illa mixtio. Hac. S. Tho. Ex quibus omnibus repetam aliquas propositiones, ex his quas. S. Tho. scribit.

PRIMA propositio est. Si aliqui liquores diversarum specierum perfecte & in notabili quantitate miscetur illi liquores definiti esse, & sit unum tertium alterius speciei ab illis miscibilibus. Hac poterit probari: quia non est maior ratio, quod illud tertium sit huius quam illius miscibilis speciei. Ergo est alterius.

SECVNDA propositio est. Si miscantur duo liquores eiusdem speciei in magna quantitate: ex illis sit unum tertium distinctum numero, sed eiusdem speciei.

TER TIA propositio est. Si cum vino consecrato miscetur alius liquor alterius speciei, tantus quantum erat vinum consecratum: nec manet ibi sanguis Christi. Probatur. Non manet sanguis Christi nisi quadiu manent eadem numero species, quae fuerunt consecratae. At tunc non manent eadem species. Ergo.

ET confirmatur. Quia tunc iam non manet unum consecratum. Nec manet alius adiunctus liquor. Ergo sit unum tertium alterius speciei: ut dictum est in prima propositione.

Q VAR TA propositio est. Si miscetur unum non consecratum speciesbus consecratis ita quod fiat mixtio perfecte per omnes particulas: nec manet sanguis Christi, sed sit unum tertium unum, aliud numero a miscibilibus. Et videtur quod consuetudo ecclesie sit pro hac propositione: quia semper ad communionem in missa lauatur calix bona quantitate vini & aquae, ut non remaneant alienae particulae, vel aliquid humiditatis specierum consecratarum.

Q VINTA propositio est. Si ista mixtio fiat in aliqua parte specierum, & non in toto: nec manet sanguis Christi in illa parte, sed manet in alijs partibus, vbi non fit mixtio. Hac patet ex dictis: quia in illa parte vbi fit mixtio non manent eadem species, quae fuerunt consecratae.

S E D contra. Ex dictis sequitur, quod si essent duo calices pleni vino, alter consecratus & alter non, & miscantur: nec manet sanguis Christi. Probatur. Quia ex propositionibus. S. Th. manet aliud unum distinctum numero a miscibilibus. Ergo nec manent eadem species quae fuerunt consecratae.

SECVNDO. Sequeretur quod per solum motum localem desineret esse sanguis Christi sub speciesbus sacramentalibus. Probatur Sequella. Si ita manent species, quod partes earundem specierum miscantur, ita quod inferae sint supernae. Probatur. Quia propterea per ad mixtionem vini cum speciesbus consecratis non manebat sanguis Christi: quia siebat unum tertium. Sed etiam tunc sit unum tertium per illam ad mixtionem & motum localem. Ergo.

TER TIO. Sequeretur etiam, quod si diversae species consecratae miscantur (ut duo calices consecrati) desineret esse ibi sanguis Christi propter eandem rationem.

Q VAR TO. Unum unum non corrupti aliud:

quia non sunt contraria, & manet eadem materia & forma. Ergo etiam vbi miscentur diverse species consecratae, non desinunt esse species, & ita nec desinit esse ibi Christi sanguis.

Q VINTO. Continuum non potest diuidi in omnes suas partes, nec valet dicere quod diuiditur continuu in partes insensibiles minores minus quia licet illae partes non possent per se manere, possunt tamen continuae cum alio vino eiusdem speciei. Et sic non probat. S. Th. illa conclusionem, nempe, quod non maneat idem unum per illam ad mixtionem partium: nec probat quod non manent eadem species & sanguis Christi.

DVRANDVS in. 4.d. 12.q. 3. respondet ad hoc dubium quatuor conclusionibus. Prima est. Si cum speciesbus consecratis admisceatur alius liquor alterius speciei in sufficiente quantitate, corruptur species consecratae: ut si aqua in notabili quantitate admisceatur speciesbus consecratis corruptur illae species consecratae: quia etiam corruptur unum si ibi esset, & non manet ibi sanguis Christi.

ET in hac propositione etiam conuenit Durandus. S. Thomas tribuit illam corruptionem per mixtionem, & Durandus dicit, quod non corruptur tunc illae species propter permixtionem, sed propter contrarietatem: quia illa erat contraria, neque liquor, qui admixtus est, species consecrata.

PALVDANVS. 4.d. 12.q. 5. & Capreolus. d. 13.q. 1. soluunt argumenta quae facit Durandus contra sanctum Thomam. Et dicunt, quod non solum per contrariam actionem fiat corruptio, sed etiam per partium divisionem & per commixtionem: ut si aqua miscetur vino, partes vini diuidunt partes aquae, & contra, vise, ad minutissimas partes: itaque sub illis nec conservatur aqua, nec unum: sed sit unum tertium.

ET tunc ad Durandum dicunt, quod verum est,

quod aqua in magna quantitate admixta vino pa-

co per actionem contrariae corruptit unum: tamen

hoc esset per magnum tempus. Ideo illa transfor-

tatio praeuenitur per admixtionem, & citius sit il-

la corruptio vini & aquae, & sit illud tertium.

SECVNDA propositio Durandi est, quod si per naturam aliis liquor alterius speciei cum speciesbus consecratis in parua quantitate, tunc talis liquor conserueretur in unum, nec aliqua pars specierum consecratarum corrumperetur. Probatur. Quia sicut gutta aquae posita in igne corruptitur ab igne: ita si ponatur in calice consecrato corruptitur, & sit vino: sicut si talis gutta aquae ponereetur in vino corrupteretur & fieret vino.

PALVDANVS & Capreolus vbi supra dicunt, quod verum est illam guttam aquae posse conuertere in unum, per contrarietatem, ut Durandus afferit: sed ad illam conuersionem requiriunt mora temporis, & interim per reactionem illa gutta aquae corrupteretur aliquam guttam vini: sed tandem unum conuerteret totum illud quod apposuit fuit de aqua, & illud quod con-

quod cōtersum fuit de vino in aquam, in unum conuertet. Et quia illud non potest fieri sine materia fiet verū unum, & ibi non erit sanguis Christi. **TER TIA** propositio Durandi est, quod si miscetur duo vina, alterum consecratum & alterum non, non corruptur species: quia nec corruptetur unum si neutrum esset consecratum. Probatur. Nam corruptio non est, nisi a contrario. Et ibi non est contrarietas. Ergo. &c.

PALVDANVS autem, & Capreolus dicunt, quod Durandus presupponit falsum quoddam, neque, quod non fiat corruptio, nisi per contrariam actionem: quia (inquit) etiam fit per mixtionem partium. Sic ut enim unus gladius dividit alterum eius de specie: ita unum unum aliud unum.

Q VAR TA propositio Durandi est, quod si miscetur unum rubeum consecratum cum albo consecrato, non corruptur species consecratae. Sed Paludanus, & Capreolus dicunt, quod corruptum per illam divisionem dictam & per illam mixtionem. Dicunt item quod possunt corrupti per alterationem: quia forte ad unum album requiritur aliqua caliditas, vel aliqua qualitates, sub quibus non conservatur unum rubeum vel econtra: quia forte ad unum rubeum requiritur intensior humiditas: ita quod sub tam intensa humiditate non saluatur unum album.

TANDEM est differentia inter Durandum & aliquos alios, qui cum illo tenent ex una parte, & S. Th. & Palud. & Capre. ex alia: quia Durandus dicit species consecratis, vel aliquid aliud nunquam corrupti per divisionem vel admixtionem, sed ratione contrarietatis solum. S. Th. vero & sequaces dicunt, quod etiam per admixtionem & divisionem corrupti sunt aliqui.

SED quid ad argumenta quae faciebamus contra S. Th. Dico pro illorum solutione quod duplex est mixtio: ut dicit Aristoteles. 2. de generatione. Altera perfecta: Altera imperfecta. Perfecta est, quando fit mixtio per totum: ita quod qualibet pars mixti est mixta. Imperfetta autem, quando non qualibet pars est mixta.

SECVNDO dico, quod forte naturaliter nunquam datur perfecta mixtio. Ideo bene dicit Durandus, quod per mixtionem non corruptur species: quia esto diuidantur conservantur, sub paruis partibus: quia non fit mixtio perfecta.

TER TIO dico, quod S. Th. loquitur de mixtione perfecta, & ita intelligit omnes suas propositiones, quod si detur mixtio perfecta, fit unum tertium, & nullum miscibili manet, & ita nec manent species, nec sanguis Christi per solam mixtionem. **Vnde** ad illud quod dicebamus, quod per solum motum localem corruptur species, & si diversae species consecratae miscerentur corrupteretur. Dico, quod verum est, si fiat perfecta mixtio.

SECVNDO dicit Amedeus, quod nunquam ibi fit perfecta mixtio: quia nunquam diuiduntur omnes partes, & illae que diuiduntur, continuantur,

cum sint eiusdem rationis & sine subiecto. Hoc Amedeus, 1. de generatione q. 2. r. 5. Et dicit, quod quando miscetur unum cum speciesbus sic mixtio: quia diuiduntur partes specie: unum, & non continuantur cum unio: quia illae essent sine subiecto, & unum est subiectum. Dicit secundus (ut ego dicebam) quod corruptur: quia agunt in le iuicem ad producendum formam vini.

SED quid tunc generatur quando miscentur species consecratae, vel quando miscetur unum speciesbus consecratis?

DICO quod unum. Quia si essent antea vina generaretur unum tertium unum. Ergo nunc etiam unum generatur: cum eadem sint actiones, & eodem modo agat species: sicut si esset unum. Si autem miscetur duo liquores diversarum specierum, nempe, aqua & species consecratae generabitur alii quid aliud alterius speciei, secundum exigentiam dispositionum, quae per illam divisionem causantur. ET tunc materia illius liquoris adiuncti informabitur forma illius mixti, quod producitur: & ad desitionem specierum consecratarum diuina virtute (ut supra dictum est) producetur sufficiens materia ad productionem praediti mixti.

Quæstio. xix.

De forma huius sacramenti.



EINDE considerandum est de forma huius sacramenti. Et circa hoc queruntur sex.

PRIMO. Quae sit forma huius sacramenti.

SECVNDO. Utrum sit conueniens forma consecrationis panis.

TERTIO Utrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis.

Q VAR TO. De virtute utriusque, forma

Q VINTO. De veritate locutionis.

SEXTO. De comparatione unius formæ ad aliam.

Articul. Primus

Vtrum haec sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.

AD PRIMI

D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod haec non sit forma huius sacramenti. Hoc est corpus meum, & Hic est calix sanguinis mei. Illa enim verba videntur pertinere ad formam huius sacramenti quibus Christus corpus suum & sanguinem consecravit. Sed Christus ante benedixit panem acceptum, & postea dixit, Accipite & comedite. Hoc est corpus meum (ut habetur Matthaei. 26. & similiter fecit de calice. Ergo praedicta verba non sunt forma huius sacramenti.

PRAETEREA. Eusebius Emissenus dicit, quod inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus convertit, dicens, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Ergo totum hoc videtur pertinere ad formam huius sacramenti. Et eadem ratio est de verbis pertinentibus ad sanguinem.

PRAETEREA. In forma baptismi exprimitur persona ministri & actus eius, cum dicitur, Ego te baptizo. Sed in præmissis verbis nulla fit mentio de persona ministri, nec de actu eius. Ergo non est conueniens forma sacramenti.

PRAETEREA. Forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti. Unde sacramentum baptismi quandoque perfici potest solis verbis forma perlatis omnibus alijs prætermis. Si ergo praedicta verba sunt forma huius sacramenti, videtur, quod aliquando possit hoc sacramentum perfici his solis verbis prolatis, et omnibus alijs prætermis, quæ in missa dicuntur. Quod iam videtur esse falsum: quia ubi verba alia prætermittentur, praedicta verba acciperentur ex persona sacerdotis proferentes, in cuius corpus & sanguinem, panis & vinum non convertuntur. Non ergo praedicta verba sunt forma huius sacramenti.

SED CONTRA. est, quod Ambrosius dicit in libr. de Sacramentis. Consecratio fit verbis & sermonibus domini Iesu; nam per reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo refer-

tur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Ubi autem sacramentum conficitur, iā non suis sermonibus sacerdos vicitur, sed vicitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

R ESPONDEO dicendum, quod hoc sacramentum ab alijs sacramentis differt in duobus. PRIMO quidem quantum ad hoc, quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materiae, Alia vero sacramenta perficiuntur in usu materie consecratæ.

S E C V N D O. Quia in alijs sacramentis consecratio materiae consistit solum in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentum inter quendam spiritualem virtutem, quæ per ministerium qui est instrumentum animatum potest ad instrumenta in anima procedere. Sed in hoc sacramento consecratio materiae consistit in quadam miraculosa conversione substantiae: quæ à solo Deo perfici potest. Unde minister in hoc sacramento perficiendo, non habet alium actum nisi prolationem verborum.

E T quia forma debet esse cōueniens rei, ideo forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus.

P R I M O quidem, quia forma aliorum sacramentorum importanter summa materia, puta baptismationem, vel consignationem: sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiae, quæ in transubstantiatione consistit: puta cum dicitur, Hoc est corpus meum, vel Hic est calix sanguinis mei.

S E C U N D O. Quia si formæ aliorum sacramentorum proficeruntur ex persona ministri: sive per modum exercentis actum, sicut cū dicitur, Ego te baptizo, vel Ego te confirmo: sive per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, accipe potestatem &c. sive per modum deprecantis: sicut in sacramento extremeunctionis dicitur, per istam unctionem & nostram intercessionem &c. Sed forma huius sacramenti proficitur quasi ex persona ipsius Christi loquentis: ut detur intel-

ligi,

ligi, quod minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quod profert verba Christi. AD PRIMVM ergo dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod Christus qui habebat potestatem excellentiam in sacramentis, absque omni forma verborum hoc sacramentum perfecit: & postea verba prolati, sub quibus alijs post modum consecrarent. Quod videtur sonare verba Innocentij. 3. dicēti. Sane dici potest, quod Christus virtute diuina perficit: & postea a formam expressit, sub qua posteri benedicent. Sed contra hoc expresse sunt verba euangelij in quibus dicitur, quod Christus benedixit, quæ quidem benedictio aliquibus verbis facta est. Unde praedicta verba Innocentij sunt opinione magis dicta, quam determinativa.

Q V I D A M autem dixerunt, quod benedictio illa facta est quibusdam alijs verbis non nobis ignotis. Sed nec hoc stare potest: quia benedictio consecrationis nunc perficitur per imitationem eorum quæ tunc acta sunt. Unde si tunc per haec verba non est facta consecratio: nec modo fieret.

E T ideo alijs dixerunt, quod illa benedictio eisdem etiam verbis facta est, quibus modo fit: sed Christus ea bis prolati. Primo quidem, secrete ad consecrandum: secundo manifeste ad instruendum. Sed nec hoc stare potest: quia sacerdos consecrat, proferens haec verba, non ut à Christo in occultâ benedictione dicta, sed ut publice prolati. Unde cum non habeat sum huiusmodi verbanisi ex Christi prolatione, videtur quod etiam Christus manifeste ea proferens consecraverit.

E T ideo alijs dixerunt, quod euangelistæ non semper eundem ordinem in recitando seruauerunt, quo res sunt gestæ: ut patet per Augustinum in lib. De consensu Euangelistarum. Unde intelligendum est ordinem rei gestæ sic exprimi posse: accipiens panem benedixit, dicens, Hoc est corpus meum, deinde fregit et dedit discipulis suis. Sed idem sensus haberi

poteat etiam verbis Euangeli non mutatis: nam hoc participium, dicens, concomitantia quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt. Non autem oportet, quod haec concomitantia intelligatur solum respectu ultimi verbi prolati: quasi Christus tunc ista verba protulerit, quando dedit discipulis suis. Sed potest intelligi concomitancia respectu totius præcedentis: ut sit sensus, dum benediceret, & frangeret, & daret discipulis suis, haec verba dixit. Accipite. &c.

A D S E C V N D V M dicendum, quod in his verbis, Accipite & comedite, intelliguntur usus materiae consecratae: qui non est de necessitate huius sacramenti (ut supra habitus est) ideo nec haec verba sunt de substâlia forma. Qui atamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiae consecratae usus (sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei) ideo per omnia ista verba exprimitur tota perfectio huius sacramenti. Et hoc modo Eusebius intellectus his verbis confici sacramentum, quantum ad primam & secundam perfectionem ipsius.

A D T E R T I V M dicendum, quod in sacramento baptismi minister aliquem actum exercet circa usum materiae, qui est de essentia sacramenti: quod non est in hoc sacramento. Et ideo non est similis ratio.

A D Q V A R T V M dicendum, quod quidam dixerunt hoc sacramentum perfici non posse, prædictis verbis prolatis, & alijs prætermis, præcipue quæ sunt in canone missæ. Sed hoc patet esse falsum, tum ex verbis Ambrosij supra indicatis: tum etiam quia canon missæ non est idem apud omnes, nec secundum omnia tempora sed diversa sunt à diversis apposita.

V N D E dicendum est, quod si sacerdos sola verba prædicta proferret cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentione faceret, ut haec verba intelligeretur quasi ex persona Christi prolatas, etiam si verbis prædictis hoc non recitaretur.

GRATIA

GRAVITER tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacramentum: ut pote ritus ecclesiae non servans. Nec est simile de baptismo, quod est sacramentum necessitatis: defensum autem huius sacramenti potest supplerre spiritualis manducatio, sicut Augustinus dicit.

IN HOC primo articulo Divus Thomas intendit agere de totali forma totius perfecti sacramenti, nempe prout conficitur in pane & vino: & secundum quod est perfecta refectio spiritualis per modum cibi & potus. Hoc constat ex eo quod in secundo articulo aget de forma consecrationis panis: & in 3: de forma consecrationis vini. **SECUNDO.** Scribit Divus Thomas conclusione hanc affirmativam. Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei, est forma sacramenti Eucharistie. Probat testimonio Duci Ambrosij in argumento in contra: qui in libro De sacramentis dicit. Vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos utitur: sed utitur sermonibus Christi, qui sermones non sunt aliud quam praedicta verba. Hoc est corpus meum. Ergo illa sunt forma huius sacramenti. Probat secundo eandem conclusionem ex differentia inter hoc sacramentum & alia sacramenta, & inter formam huius sacramenti & aliorum sacramentorum. Et conficitur argumentatio hoc modo sub paucis. Hoc sacramentum differt ab alijs in duobus: & forma huius sacramenti differt a formis aliorum sacramentorum etiam in duobus. At illae differentiae & illa in quibus hoc sacramentum & sua forma differunt ab alijs sacramentis significatur conuenienter per iliam propositionem. Hoc est corpus meum. &c. Ergo illa est forma huius sacramenti. Prædictas autem differentias vide in litera. S. Th. quia ibi manifeste ponuntur. Et si arguas contra conclusionem: quia non constat ex euangelio verba illa esse formam huius sacramenti, respondet docttor ad prium satis loculeenter, id est vide in eo, & nos presius examinabimus.

Dubium primum. HAEc materia de forma Eucharistie mouetur & absolvitur a Magistro sententiis in. 4. d. s. cap. 3. & ibide a scholasticis qui super eum scribunt.

SED est hic primum dubium an praedicta forma, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei, sit vere & proprie forma sacramenti Eucharistie, & sit dicenda & vocanda vere forma huius sacramenti, vel an sit dicenda forma consecrationis huius sacramenti, & non forma sacramenti.

AD HOC respondet Scotus. in. 4. d. s. q. 1. ad. 3. quod est falsum dicere praedicta forma esse huius sacramenti formam: sed formam consecrationis huius sacramenti. Probat prius: quia sacramentum Eucharistie est permanens post ipsam consecrationem. At verba illius formae non sunt permanentia: sed successiva. Ergo illa verba non sunt

forma sacramenti, sed consecrationis: quia etiam est successiva, & ideo requirit aliquam formam verborum. Vnde infert, quod praedicta verba dicuntur verba sacramentalia: quia pertinent ad sacramentum, non tanquam forma eius: sed tanquam forma consecrationis eius. Hoc Scotus.

SED melius est dicere cum Magistro sententiis, ubi supra, quod vere praedicta oratio dicitur forma huius sacramenti. Hoc dicit. S. Th. hic & ita proponit questionem hanc, an s. h. ac oratio, Hoc est corpus meum, sit forma huius sacramenti, & non dicit an sit forma consecrationis. Et responderet, quod est forma huius sacramenti, & non consecrationis. Hoc etiam est communis Theologorum sententia super Magistrum ubi supra. Omnes enim vocant praedictam orationem formam huius sacramenti, & non formam consecrationis. **P**RO quo nota, quod forma alicuius rei capitur duplicitate. Vno modo proprie, pro illa parte quae essentialiter & intrinsecum componit rem: dabo illi esse & perfectionem formae rerum naturalium. Alio modo capitur metaphorice, pro omni illo quod perficit & conficit rem: licet non permaneat componens rem ipsam, & non est agens principale. Vnde cum haec verba, Hoc est corpus meum, perficiant & conficiant sacramentum Eucharistie, & non sint agens principale: conuenienter dicuntur forma sacramenti huius.

SECUNDO. Dico, quod non requiritur ad formam, quod maneat cum materia: sed quod det alijs quod esse materiam, vel in materia. Quod faciunt praedicta verba.

TERTIO. Dico, quod disputatio est de nomine. Et ad argumentum Scoti ex his facile responderetur negando consequentiam: quia ad esse formam alicuius rei, non requiritur quod permaneat cum ipsa re, ut dictum est.

IDEO supposito quod conuenienter dicitur, hoc sacramentum habere formam, queritur an sit illa, Hoc est corpus meum. &c. Ad quod responderetur quod ita. Et probatur. Quia ab initio post coenam Christi habuit ecclesia, praedictam creationem formam esse huius sacramenti.

SECUNDO. Ita habetur cap. Cum marthæ de celebratione missarum: ubi dicitur. Sane multa tam de verbis quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omnia: quia Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Et ita explicauerunt praedictam orationem esse formam huius sacramenti.

TERTIO. Idem etiam dicitur in concilio Florentino sub Eugenio quarto.

QUARTO. Ita dicit Ambrosius libro. 4. de sacramento tom. 4. cap. 4. Et habetur de consecratione. d. 2. cap. Panis est.

QVINTO. Pro hoc est Cyprianus libro De coena Domini in principio.

SEXTO. Quia si Christus alijs verbis consecraret, non mutaret postea: quia non est aliqua ratio cur

tio cur mutaret, vel hoc aliquando explicaret. **S**ED contra (dicunt heretici) Christus non conficerat his verbis. Ergo non est haec forma huius sacramenti. Hoc est enim corpus meum. Ad hoc responderet. S. Th. hic ad primum, & priori ad Corinthios. 11. & Matthæi. 26. & Gabriel supra Canonem lectione. 38. & communiter alijs, & negat quod Christus non conficerit illis verbis. Et ad illa verba euangeli Matthæi. 26. Accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit dicens, Accipite, & comedite, hoc est enim corpus meum. Dicunt, quod euangelista non seruat ordinem rei factæ: sed idem volebat, ac si dixisset. Num acciperet panem fregit, & benedixit dicens, Hoc est enim corpus meum. Unde hac forma quam nobis reliquit consecrat. Et ita dicit. Marci. 4. Et accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait illis. Sumite, Hoc est corpus meum. Et Lucas dicit. Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dices, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in mea commemoratione. Non est aliud dicere, hoc facite in mea commemoratione, quam dicere. Hoc formam consecrandi, in hoc sacramento exercete in mea commemoratione, vel, hac forma viimini ad conficiendum hoc sacramentum. Quod expressius dicit Paulus priore ad Corinthios. 11. Ego enim accepi a domino, qd & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in mea commemoratione. Ecce Paulus tradens Corinthios formam Eucharistie, dicit se illa accepisse a domino. Ergo illa est forma. Et verba euangeli prædicto modo sunt interpretanda.

DUBIUM secundum, an illud verbum (quod pro vobis tradetur) quod scribit Paulus priore ad Corinthios. 11. & illud quod scribit Lucas. 21. s. quod pro vobis datur, sit de forma.

VIDE TVR quod ita: quia ita dicitur in forma calicis, qui pro vobis effundetur. Ergo. &c.

PRAETEREA. Duranus dicit. 4. d. 8. q. 2. quod legit, & traduci fecit sibi quoddam missale diu Basilij, & quod erat missa ab angelis dictata ubi in forma corporis erat, quod pro vobis tradetur. Ergo. &c.

AD HOC ex consensu omnium dico, quod verbum illud non est de forma. Ratio est: quia non dixit Christus illud tanquam de forma.

SECUNDO. dico, quod forte Christus non dixit illa verba eodem contextu cum alijs verbis, quae sunt de forma.

TERTIO. Eset error intolerabilis: quia nec in ecclesia Romana, nec in Graeca conficeretur sacramentum. Nam Graeci addunt aliqua verba quae Latini non apponunt, sic enim conficiunt (ut hic refert Caietanus) Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum. Latini similiter aliter dicunt. Hoc est enim corpus meum.

In qua forma addunt verbū (enīm) quod Graeci non faciunt. Igitur si omnia verba quibus conficerant Latini sunt de forma. Graeci non conficiunt, & item si omnia verba quibus utitur Graeci sunt de forma, certe Latini non conficiunt.

ERASMVS & Caietanus dicunt, quod est legēdus textus Pauli, quod pro vobis traditur, vel frāgitur: quia ita legunt Graeci. Sed si est verū, quod Duranus dicit, falsum dicit Erasmus. Siue autē legatur uno siue alio modo, nihil ad nostrā questionem, an s. sint de forma illa verba, quod pro vobis tradetur.

NO S igitur ad questionem respondentes dicimus, quod non sunt de forma verba illa, quod pro vobis tradetur.

AD illud vero Durandi, quod assert ex missali Basilij, dico, quod esto ibi sint, non tamen tanquam de essentia, aut necessitate formæ.

DUBIAT TVR tertio, an ad conficiendum Dubium sacramentū sufficiat illa verba, Hoc est enim tertium. corpus meum, & illa. Hic est enim calix sanguinis mei noui & aeterni testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, vel an requirantur omnia verba, quae sunt in canone, ut illa, qui pridie quam patetetur, &c. HOC dubium mouetur hic à doctore sancto in argumento. 4. Ad quod responderet Scotus. 4. d. s. q. 2. quod est dubium an consecrata maneret hostia si illa verba, qui pridie quam patetetur, &c. non dicerentur etiam. Ratio est: quia non videtur tunc, quod illa verba sola prolatā sine alijs significant, quod illic est corpus Christi potius quam corpus ipsius proferentis sacerdotis: quia non significatur, quod sacerdos dicit illa verba in persona Christi, & non in sua.

SECUNDO dicit Scotus, quod nihilominus non esset illa hostia iterum consecrata: quia nec posset ibi apponi cōditio, nec est necessarium sicut in baptismi, cum sacramentum hoc non sit ita necessarium sicut sacramentū baptismi.

SED non obstante hoc, quod dicit Scotus absolute dicendum est cum. S. Th. hic ad quartum, quod sufficiunt illa sola verba, Hoc est enim corpus meum, ad consecrandum sicut dubio aliquo. Idem dicit. S. Th. in. 4. d. 8. q. 2. ar. 4. q. 3. ad. 3. Idem dicit Duranus. 4. d. 8. q. 2. Idem Maior. d. 9. q. 3. ar. 5. & communiter alijs. Et probatur. Illa verba, qui pridie, &c. dicuntur in persona Christi, & non ad consecrātū. Ergo sine illis conficitur sacramentum.

SECUNDO. Illa verba, qui pridie, &c. non sunt in omnibus missalibus: quia Graeci (ut multi dicunt) aliter habent loco illorum verborum.

TERTIO: quia alias illa verba essent de forma, quod secundum omnes falsum est.

QUARTO. Quia illa verba dicuntur materia liter, ut patet ex intentione consecrantiū, qui solū dicunt haec verba significative, Hoc est enim corpus meum, ad consecrandum panem.

QVINTO. Omnes Christiani edocti sunt & sciunt,

Dubium
quartum.

sciunt, quod sacerdotes cum solis illis verbis, Hoc est corpus meū, consecrant panē, & quod alia dicuntur materialiter. Ergo si sola illa verba dicuntur a sacerdote cum intentione consecrandi: omnes intelligent, quod dicuntur in persona Christi, & sic consecrant, & statim omnes adorāt hostiam.

SED postquam certum est, quod sola illa verba sufficiunt ad consecrandū: si quis sacerdos tenteret consecrare cum solis illis verbis in aliquo casu dubitatur, an sit ei licetum.

AD HOC dicit Maior in illa d. 9. q. 3. argumento. s. quod ita: vt si esset hora vespertina, & aliquis sine viatico moreretur, licet e pesset sacerdos cum solo superpelio intrare locū occultū propter scandalum & consecrare. Probatur. Quia ita siebat tempore diuī Petri Apostoli. Nā (vt refert Innocentius, 3. lib. de officio missæ. cap. 1.) Diuī Petrus prius Antiochiae missam celebravit, & dicebat tantum. 3. orationes in principio: & postea solum apponebat formas estéticas ad cōsecrādū. HIS non obstantibus dico cū. S. Tho. hic ad. 4. quod in nullo casu licet consecrare hoc sacramentum cum sola forma sine alijs verbis. Idem dicit. S. Tho. in. 4. d. 3. q. 2. ar. 4. q. 3. ad. 3. Ratio est: quia hoc sacramentū nō est simpliciter necessarium, scut baptisma. Ideo in nullo casu licet frangere ritum ecclesiæ in hoc. Et ad illud de duō Petro, dico, quod tunc liceret: postquā non erat alijs ritus ecclesiæ in contrarium. Nunc autem institutus est, & præceptus est alius ritus: & fieret irreuerentia sacramento, si absque illo ritu cōficeretur. Ideo potius debet infirmus ab hac vita sine viatico decedere, quamquod iniuria vel irreuerentia fiat sacramento. Quam ob rem, vt parochi qui cūgam languentium habent, hæc pericula euadat seruent sanctum Eucharistię sacramentū (vt moris est) quo facile possint indigēribus subuenire. Vnde nec liceret sine vestibus sacris & sine missa hoc confidere sacramentum: esto dicātur omnia verba canonis, etiam ad communicādum infirmum, propter eandem rationem: quia fieret irreuerentia sacramento.

Articul. secūdus

Vtrū hæc sit cōueniens forma cōsecrationis panis, Hoc est corpus meū.

DSECUNDVM sic proceditur. Videtur quod hæc nō sit cōueniens forma consecratio-

nis panis, Hoc est corpus meū. Per formam enim sacramenti debet exprimi sacramenti effectus. Sed effectus qui fit in consecratione panis, est cōnuersio substancialiter.



CONVER-

panis in corpus Christi, quæ magis exprimitur per hoc verbum sit, quā per hoc verbum est. Ergo in forma consecrationis deberet dici, hoc sit corpus meum.

PRÆTEREA. Ambrosius dicit in libro de sacramentis. Sermo Christi hoc cōficit sacramentum. Quis sermo Christi? Hic quo facta sunt omnia, iubat dominus & facta sunt calix & terra. Ergo & forma huius sacramenti cōuenientior esset per verbum imperatiuum: vt diceretur, hoc sit corpus meū.

PRÆTEREA. Per subiectum huius locutionis importatur illud quod cōuertitur: sicut per prædicatū importatur cōuersionis terminus. Sed sicut est determinatum id, in quod fit cōuersio (nō enim fit cōuersio nisi in corpus Christi) ita est determinatū id quod cōuertitur: non enim cōuertitur in corpus Christi nisi panis. Ergo sicut ex parte prædicati ponitur nomine, ita ex parte subiecti debet ponino men: vt dicatur, Hic panis est corpus meū.

PRÆTEREA. Sicut id in qđ terminatur cōuersio, est determinata natura (quia est corpus) ita cūa est determinata persona. Ergo sicut ad determinandum naturā dicitur corpus, ita ad determinandum personam debet dici. Hoc est corpus Christi.

PRÆTEREA. In verbis formam nō debet ponari aliquid, quod non sit de substātia eius. Inconuenienter ergo additur in quibusdam libris hæc coniunctio, enim, quæ non est de substātia forme.

SED contra est, quod dominus hac forma incōscrambo est vsus: vt pater Matth. 26.

RESPONDEO dicendum, quod hæc est cōueniens forma cōsecrationis panis. Dicitur est enim quod hæc consecratio consistit in cōuersione substanciali panis in corpus Christi. Oportet autem formam sacramenti significare id, quod in sacramento efficitur. Vnde & forma consecrationis panis, debet significare ipsam cōuersionem panis in corpus Christi. In qua tria considerantur. 1. ipsa cōuersione, & terminus à quo, & terminus ad quē.

CONVERSIO autem potest considerari duplitter. Uno modo vt in fieri: alio modo vt in facto esse. Non autem debuit significari cōuersio in hac forma, vt in fieri: sed vt in facto esse. Primo quidem: quia hæc conuersio nō est successiva (vt supra dictū est) sed instantanea. In huiusmodi autem mutationibus fieri nō est nisi factū esse. Secundo. Quia ita se habent forme sacramentales ad significandum effectū sacramenti: sicut se habent forme artificiales ad representandum effectū artis. Forma autem artificalis, est similitudo reali effectus, in quem fertur intentio artificis sicut forma artis in mente edificatoris, est forma domus edificata principaliter, edificationis autem per consequens. Vnde & in hac forma debet exprimi conuersio, vt in factū esse, ad quod fertur intentio.

ET quia ipsa conuersio exprimitur in hac forma, vt in factū esse, necesse est extrema quoque conuersonis significantur, vt se habent in factū esse conuersoris. Tunc autem terminus ad quem habet propriā naturam suę substancialē: sed terminus à quo non manet secundū suam substātiā, sed solum secundū accidentiis quibus sensu subiaceat, & ad sensum determinari potest. Unde conuenienter terminus conuersoris à quo exprimitur per pronomen demonstrativum relatum ad accidentia sensibilia quæ manent: terminus autem ad quem, exprimitur per uomen significans naturā eius in quod fit cōuersio. Quod quidem est totum corpus Christi, & non sola caro eius: vt dictum est. Vnde hac forma est cōuenientissima: Hoc est corpus meum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fieri non est ultimus effectus huius consecrationis: sed factum esse, vt dictum est. Et ideo hoc potius debet exprimi in forma.

AD SECUNDUM dicendum, quod sermo Dei operatus est in creatione rerum, qui etiam operatur in hac consecratione: alter tamen & aliter. Nā hic operatur effectus & sacramentaliter, id est, secundum vim

significationis. Et ideo oportet in hoc sermone significari ultimum effectum cōsecrationis per verbum substantiū indicatiū modi, & presentis temporis.

SED in creatione rerum operatus est solum effectus: que quidem efficacia est per imperium sue sapientie. Et ideo in creatione rerum exprimitur sermo diuinus per verbum imperatiū modi: secundum illud Genes. 1. Fiat lux & facta est lux.

ADTERTIVM dicendum, quod terminus à quo in ipso facto esse conuersoris, nō retinet naturam suę substancialē: sicut terminus ad quem. Et ideo non est simile.

AD QUINTVM dicendum, quod per hoc pronomen, meum, quod includit demonstrationē prime personae (quæ est persona loquens) sufficiēter exprimitur persona Christi: ex cuius persona hæc p̄feruntur, vt dictū est.

AD QUINTVM dicendum, quod hæc coniunctio, enim, apponitur in hac forma, secundum consuetudinem Romanae ecclesiæ, à beato Petro Apostolo derivatā: & hoc propter continuationem ad verba præcedentia. Et ideo non est de forma: sicut nec verba præcedentia formam.

IN HOC secundo articulo agit. S. Tho. peculiariter de forma consecrationis panis: & respondet una conclusione affirmativa, quam probat, & subinde minorem assumptā in probatione exponit. Est igitur conclusio. Hæc forma, Hoc est corpus meum, est cōueniens. Probat. Hæc consecratio consistit in cōuersione substanciali panis in corpus Christi: vt supra probatum est. At forma sacramenti debet significare id quod efficitur in sacramento: quia significando facit. Ergo forma huius sacramenti significat cōuersionem substanciali panis in corpus Christi. Quod facit prædicta forma, Hoc est corpus meum. Ergo illa est cōueniens forma. Hanc minorem, quod prædicta forma significet prædictam cōuersionem panis in corpus Christi: exponit. S. Th. luculentem vide in eo.

SECUNDO. In argumēto in cōtra probat prædictam formam esse cōuenientem: quia illa uetus fuit Christus in cœna ad confiendum hoc sacramentum: vt patet Matth. 26. Ergo est cōuenientissima: infert rursus. S. Th.

DUBIUM. DVBITATVR hic prius an illa cōiunctio, primum, enim, sit de forma, ita quod sine illa non sit sacra


sacramentum. Dicit S. Tho. ad ultimum argumentum quod non est opus ibi immorari.

Dubium secundum.
SED an peccaret mortaliter sacerdos, qui illam particula sciens dimitteret aut eam mutaret. DICO quod talis peccaret venialiter: quia non seruat ritum ecclesie. Sed credo quod sine contumulo nullo modo peccaret mortaliter, quia est parua omissione & parua mutatio.

SECVNDO ita est conueniens predicta forma, quod quicunque mutaret illam, esto seruetur sensus, peccaret: & aliquando mortaliter, si ex talia mutatione sequereur scandalum, aut expone ret se periculo non seruandi sensum verae formae huius sacramenti. Si tamen seruetur sensus, semper fiet verum sacramentum. Quod autem fiet verum sacramentum, esto mutentur verba, si serueror sensus, probatur. Quia Christus cofecit in lingua hebraica, & Mattheus scriptis etiam euangelium in eadem lingua & Paulus in greca scripsit priorem ad Corinthios, ubi loquitur de hoc sacramento. In eadem lingua greca scripsit Iohannes euangelium suum, & Marcus in lingua Itala, & ita dicit Armachanus in lib. de questionibus Armenorum. Nihilominus in lingua latina confici tur verum sacramentum: quia seruatur verus sensus formae huius sacramenti,

Articul. tertius.

Vtrum haec sit conueniens forma consecrationis vini, Hic est calix sanguinis mei.



D TERTIVM sic proceditur, videtur quod haec non sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, noui & aeterni testamenti, mysterium fiduci, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sicut enim panis conuertitur in corpus Christi ex vi consecrationis: ita & vitrum in sanguine Christi, sicut ex predictis patet. Sed in forma consecrationis panis, ponitur in recto corpus Christi: nec aliquid aliud additur. Inconuenienter ergo in hac forma ponitur sanguis Christi in obliquo, et additur calix in recto, & dicitur, hic est calix sanguinis mei.

PRAETEREA. Non sunt maioris ef-

ficiacia verba quae proferuntur in consecratione panis, quae ea quae proferuntur in consecratione vini: cu[m] utraq[ue] sint verba Christi. Sed statim dictu[m], hoc est corpus meum, est perfecta consecratio panis. Ergo statim cu[m] dictu[m] est, hic est calix sanguinis mei, est perfecta consecratio sanguinis. Ita ea quae sequuntur non videantur esse de substantia forme: praeferuntur cu[m] pertineant ad proprietates huius sacramenti.

PRAETEREA. Testamen[t]um nouum pertinet videtur ad internam inspirationem: vt patet ex hoc quod Apostolus ad Heb. 3. introducit verba quae habentur Hier. 31. Cōsumabo super domum israel testamen[t]um nouum, dando leges meas in membris eorum. Sacramentum autem exterius visibiliter agitur. Inconuenienter ergo in forma sacramenti dicitur, noui testamenti.

PRAETEREA. Nouum dicitur aliquid ex eo quod est prope principium sui esse. Aeternum autem non habet principium sui esse. Ergo inconuenienter dicitur, noui & aeterni: quia videtur contradictionem implicare.

PRAETEREA. Occasions erroris sunt hoibus subtrahenda: secundum illud Esaiae 57. Auferte offendicula de via populi mei. Sed quidam errauerunt estimantes mystice solu esse corpus & sanguinem Christi in hoc sacramento. Ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei.

PRAETEREA. Supradictu[m] est, quod sicut baptismus est sacramentum fidei: ita eucha[ristia] est sacramentum charitatis. Ergo in hac forma magis debet ponit charitas, quam fides.

PRAETEREA. Totum hoc sacramentum, & quantum ad corpus, & quantum ad sanguinem est memoriale dominice passionis: secundum illud prima Corint. 11. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibitis, mortem domini annuciabitis. Non ergo magis debuit in forma consecrationis sanguinis fieri mentio de passione Christi, & eius fructu, quam in forma consecrationis corporis: presertim cum Luca 22. dominus dixerit.

Hoc

Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.

PRAETEREA. Passio Christi (ve supra habitu est) ad sufficientiam profuit oibus quantu[m] vero ad efficientiam, profuit multis. Debuit ergo dici, qui effundetur pro oibus, aut pro multis, sine hoc quod adderetur pro nobis.

PRAETEREA. Verba quibus hoc sacramentum co[n]ficitur, efficaciam habent ex institutione Christi. Sed nullus euangelista recitat Christum haec omnia verba dixisse. Ergo hec non est conueniens forma consecrationis vini.

SECUNDUM autem ad remouendum impedimenta viriusque predicatorum si peccata, secundum illud Hebr. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, i.e. a peccatis. Et quantum ad hoc subditur qui pro vobis & pro multis effundetur in remissione peccatorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cu[m] dicitur, hic est calix sanguinis mei: est locutio figurativa, & potest dupliciter intelligi. Uno modo, secundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento: ut sit sensus, hic est sanguis meus contentus in calice, de quo sit hic mentio: quia sanguis Christi in hoc sacramento co[n]secratur, in quantu[m] est potus fiduum, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari, per vas, huic usui accommodatum.

ALIO modo potest intelligi, secundum metaphoram, prout per calicem, similitudinarie intelligitur passio Christi, qua ad similitudinem calicis inebriat: secundum illud Trenorum 3. Replevit me amaritudibus inebriavit me absinthio. Unde et ipse dominus passionem suam calicem nominat. Matth. 26. dicens. Traseat a me calix iste, ut sit sensus, hic est calix passionis meae, de quo sit mentio in sanguine scorbuti a corpore co[n]secrato: quia separatio sanguinis a corpore fuit per passionem.

AD SECUNDUM dicendum, quod quia ut dictu[m] est sanguis scorsum co[n]secratus, expressa passionem. Christi representat: ideo potius in consecratione sanguinis fieri mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subjectum. Quod etiam designatur in hoc, quod dominus dicit, quod pro vobis tradetur, quia si diceret, quod pro vobis passioni subiectetur.

AD TERTIUM dicendum quod restamentum est dispositio hereditatis. Hereditate

gnandu[m] dicitur, noui et aeterni testamenti.

SECUNDUM ad iustitiam gratiae, qua est per fidem secundum illud R. 0. 3. Quem proposuit Deus propitiatorum per fidem in sanguine eius: ut sic ipse iustus, iustificatus esset, qui ex fide ex Iesu Christi. Et quantum ad hoc subditur, mysterium fidei.

TERTIO autem ad remouendum impedimenta viriusque predicatorum si peccata, secundum illud Hebr. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, i.e. a peccatis. Et quantum ad hoc subditur qui pro vobis & pro multis effundetur in remissione peccatorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cu[m] dicitur, hic est calix sanguinis mei: est locutio figurativa, & potest dupliciter intelligi. Uno modo, secundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento: ut sit sensus, hic est sanguis meus contentus in calice, de quo sit hic mentio: quia sanguis Christi in hoc sacramento co[n]secratur, in quantu[m] est potus fiduum, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari, per vas, huic usui accommodatum.

ALIO modo potest intelligi, secundum metaphoram, prout per calicem, similitudinarie intelligitur passio Christi, qua ad similitudinem calicis inebriat: secundum illud Trenorum 3.

Replevit me amaritudibus inebriavit me absinthio. Unde et ipse dominus passionem suam calicem nominat. Matth. 26. dicens. Traseat a me calix iste, ut sit sensus, hic est calix passionis meae, de quo sit mentio in sanguine scorbuti a corpore co[n]secrato: quia separatio sanguinis a corpore fuit per passionem.

AD SECUNDUM dicendum, quod quia ut dictu[m] est sanguis scorsum co[n]secratus, expressa passionem. Christi representat: ideo potius in consecratione sanguinis fieri mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subjectum. Quod etiam designatur in hoc, quod dominus dicit, quod pro vobis tradetur, quia si diceret, quod pro vobis passioni subiectetur.

AD TERTIUM dicendum quod restamentum est dispositio hereditatis. Hereditate

Z autem

autem cœlestē dispositus Deus hominibus dā
dā per virtutē sanguinis Iesu Christi: quia
(ut dicitur Hebræo. 9.) ubi est testamentū
mors necesse est intercedat testatoris.

SANGVIS autē Christi duplicitate est ho
minibus exhibitus. Primo quidem in figura,
quod pertinet ad vetus testamentum. Et
ideo Apostolus ibidē concludit, unde nec
primum testamentum sine sanguine dedica
cum est. Quod patet ex hoc, quod sicut dici
tur Exod. 24. Lecto omni mandato legis à
Moysi, omnem populum aspersit dices. Hic
est sanguis testamenti, quod mandauit ad
nos Deus.

SECUNDO autem est exhibitus in rei
veritate, quod pertinet ad nouū testamentū.
Et hoc est, quod Apostolus ibidē præmittit
dices, ideo noui testamēti mediator est Christus,
ut morte intercedente recompensationem
accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis.
Dicitur ergo, hic sanguis noui testamentū:
quia iam non in figura, sed in veritate ex
hibetur. Vnde subditur, qui pro vobis effusus
detur. Interna autē inspiratio ex huius san
guinis virtute procedit: secundum quod pas
sione Christi iustificamur.

AD QVARTVM dicendum: quod
hoc testamentum est nouum ratione exhibi
tions. Dicitur autē aeternum, tam ratione
aeternæ Dei præordinationis, quam etiā ratione
aeternæ hereditatis, quæ per hoc testamentū di
stionatur. Ipsa etiā persona Christi cuius san
guine testamentū disponitur, est aeterna.

AD quintum dicendum, quod mysterium
hic ponitur, non quidem ad excludendam
rei veritatem: sed ad ostendendā occultatio
nē: quia et ipse sanguis Christi occulto modo
est in hoc sacramēto, & ipsa passio Christi
occulte fuit figurata in veteri testamento.

AD SEXTVM dicendum, quod dicitur,
mysterium fidei, quasi fidei obiectum: quia
qđ sanguis Christi secundū veritatē sit in
hoc sacramento, sola fide tenetur: ipsa etiā
Christi passio per fidē iustificat. Baptismus

aūt dicitur sacramētu fidei: quia est quadā
fidei protestatio. Hoc autem est sacramētu
charitatis quasi figuratum & effectuum.
AD SEPTIMVM dicendum, quod (sc
cut dictum est) sanguis seorsum cōsecratus
à corpore expressius representat passionem
Christi. Et ideo potius in consecratione san
guinis fit mentio de passione Christi & fru
ctu ipsius, quam in consecratione corporis.

AD OCTAVVM dicendum, quod san
guis passionis Christi, non solum habet effi
caciā in iudeis electis, quibus exhibitus est
sanguis veteris testamenti: sed etiam in gen
tilibus. Nec solum in sacerdotibus, qui hoc con
ficiunt sacramētū: vel alijs qui sumunt:
sed etiam in illis pro quibus offertur. Et ideo
signanter dicitur, pro vobis Iudeis, & pro
multis gentilibus: vel pro vobis mandu
cantibus, & pro multis pro quibus offertur.

AD NONUM dicendum, quod euange
listæ non intendebat tradere formas sacra
mentorum, quas in primitua ecclesia opo
tebat esse occulas: ut dicit Dionysius in fine
ecclesiastice hierarchie: sed intenderunt hi
storiam de Christo texere.

ET tamen hac omnia fere verba ex diuer
sis scripturæ locis accipi possunt. Nā quod
dicitur, hic est calix, habetur Luca. 22. & pri
ma Corinthiorū. 11. Matth. aut. 26. dicitur,
hic est sanguis meus noui testamentū, qui pro
multis effundetur in remissionē peccatorū.
Quod autē additur, eterni, & iterū, myste
riū fidei, ex traditione domini habetur, que
ad ecclesiā per Apostolos peruenit: secundum
illud prime Corinthiorum. 11. Ego accepti à
domino, quod & tradidi vobis.

IN HOC tertio articulo. S. Thomas intendit
agere de forma cōsecrationis sanguinis Chri
sti. Et quia iam probatum fuit in primo articulo
quod hæc oratio, hic est calix sanguinis mei, &c.
cum alia, hæc est corpus meū, est forma huius sa
cramēti: querit modo hic de convenientia hu
iis formæ, hic est calix, &c. Et prius citat vnam
opinionē aliorum, qui in reprobant. Secundo res
pondet vna conclusione affirmativa, quā probat.
Tertio exponit verba, quæ scribuntur in predi
cta forma.

Quo

QVO ad primum dicit, quod dixisse, quod
de substantia huius formæ solum sunt hæc quin
que verba, hic est calix sanguinis mei. Sed hoc
(inquit) est inconveniens: quia alia verba que se
quuntur, sunt determinationes illius prædicati: i.
sanguinis Christi, ergo pertinent ad integratē
prædictæ loquutionis. Ergo omnia sunt de substā
tia formæ huius.

IDEO quo ad secundum dicit. S. Thomas dicē
dum esse cum alijs melius sentientibus, quod. s.
ōnia verba illa quibus ecclesia vtitur in hac for
ma. Hic est calix. &c. vsque ad illud exclusive, hoc
quotienscumque feceritis. &c. sunt de substantia
formæ. Afferitq; hæc verba, hoc quotiescumque fe
ceritis, in mei memorī. &c. nō esse de substantia
formæ vlo modo. Quod probat: quia pertinent
ad vsum sacramenti, non ad sacramētū. Quod
autem omnia illa verba, quibus vtitur ecclesia in
forma illa sanguinis vsque ad illud, hoc quotiens
cūque. &c. sunt de substantia formæ probat. Prius.
Quia sacerdos eodem ritu & modo, nempe tenē
do calicem in manibus, omnia illa verba profert
pro forma. Ergo omnia sunt de substantia formæ.

SECUNDO probat: quia Luca. 22. interponū
tur verba sequentia verbis præmissis, cum dicitur
ibi, Hic calix nouum testamentū est in meo san
guine. Ergo omnia illa prædicta verba sunt de
substantia formæ illius.

IN TERTIA parte articuli quo ad tertium ex
ponit prædicta verba, quæ ponuntur in forma illa,
Et dicit quod per priora verba formæ. hic est ca
lix sanguinis mei. significatur ipsa conuersio vni
in sanguinem Christi, eo modo quo dictum est
in forma consecrationis panis: per verba vero se
quentia significatur virtus sanguinis effusus in pas
sione, quæ operatur in hoc sacramento.
Additque, quod virtus sanguinis Christi effusus in
passione ordinatur ad tria. Primum ad adipiscē
dam aeternam hereditatem. Hoc probat ex illo
hebræorum. 10. Habemus fiduciam in introitu
sanctorum per sanguinem eius. s. Christi. Ad quod
significandum, nempe, quod consequimur salutē
spiritualē per sanguinem Christi, dicitur, noui.

SECUNDO ordinatur virtus sanguinis Chri
sti ad iustitiam gratiæ, quæ est per fidem.

Proba
tur hoc ex illo Romanorum. 3. Quem proposuit
dens propitiatorem per fidem in sanguine eius:

vt sit ipse iustus, iustificans eum, qui ex fide est

IESU Christi. Et ad hoc significandum dicitur,

mysterium fidei.

TER TIO (inquit) ordinatur virtus sanguinis Chri
sti ad remouendum impedimenta salutis
aeternæ & gratiæ, quæ sunt peccata. Hoc demon
strat ex illo Hebræorum. 9. Sanguis Christi emū
abit conscientias nostras ab operibus mortuis,
idest, à peccatis. Hæc namq; sunt opera mortua.

Et ad hoc significandum, dicitur in prædicta for
ma: qui pro vobis & pro multis effundetur in re
missionem peccatorum. Hæc. S. Tho. in corpore.

PRAECIPVM dubium, quod hic est & vni
cum, est, an sola hæc verbi, Hic est calix sanguini
nis mei sunt formæ huius sacramēti Euchristi;
vel an etiam omnia alia verba quibus ibi ven
tut sacerdotes ecclesia, necessaria sunt ad formam:
vsque ad illud verbum exclusive, hæc quo: i.eascū
que. &c. Ita quod si desit aliquod illorum verbo
rum nihil sit in hoc sacramento. Hec questio
fuit dubia apud multos: & sunt de hoc quinque
opiniones.

PRIMA est Scotti in. 4. d. 8. q. 2. ar. 2. vbi postquā
dissolut questionem secundum aliorum senten
tias, ad suam deueniēt multa dicit. Et prius dicit
nobis esse ignorantiam formam consecrationis, tam
corporis, quam sanguinis Christi.

SECVNDO dicit, quod infra canonem Missæ
continentur prædictæ formæ, nempe, à verbis co
municantes) vsque ad uerbum (suplices) ita quod
qui non dixerit omnia illa verba canonis non sit
securus, an confecerit sacramētū: nec deberet
adorari illa hostia, nisi sub conditione quousque
prædicta illa verba canonis omnia essent comple
ta. Hæc Scotus.

SED hæc sententia non potest teneri. Prius quia
est contra communē sententiam sanctorū, gra
uiumque Theologorum, qui omnes aliquam esse
certam, & ecclesia notam formam consecratio
nis sanguinis affirmant.

SECVNDO est contra hanc Scotti sententiam
vñs adorationis & cultus omnium Christiano
rum. Qui omnes absolute adorant sacramētū
post prolationem immediate factum illorū ver
borum: quibus pro forma vtitur sancta Romana
ecclesia. Et ad hoc ipsum, ut adoretur corpus &
sanguis Christi eleuatur statim prædictis verbis
formæ prolatis. Ergo sententia Scotti defendi nō
potest.

TER TIO cōtra Scottum in hoc, sunt argumēta
& concilia quæ adduximus in primo huius quæ
stionis articulo ad probandum has orationes, hoc
est corpus meum, & hic est calix &c. esse formam
huius sacramēti. Ergo non potest defendi sen
tentia Scotti.

SECVNDA opinio (relieto Scoto in hoc) & ri
tus græcorū: ut refert Caieteranus in hac quæstio
ne articulo primo dices, quod fuit informatus à
fide dignis, Gracos in consecratione sanguinis
vñis verbis pro forma illius consecrationis. s.
hic est sanguis meus noui testamentū, qui pro vo
bis & multis effundetur in remissionem peccato
rum. Et Durandus in. 4. d. 8. q. 2. refert se etiam à
fide dignis sic accepisse, Gracos prædicta forma
in consecratione calicis vñi.

ET probatur, quod illa sit vera forma: quia ec
clesia Romana non reprehendit eos in hoc.

SECVNDO. Inter eos fuere grauissimi docto
res multi & pi, qui quidē formam illā non reci
perent, si vera forma non esset.

TERTIO quia Durandus dicit, se vidisse quoddum missale beati Basilij ubi erat missa ab angelis dictata: & habebat prædictam orationem ad consecrandum sanguinem Christi. Sed esto ita sit, quod Graci forma vtantur prædicta: non tamen dicunt, quod omnia illa verba ad consecrandum sanguinem Christi necessaria sunt. Ideo rationes adductæ ad probandum: quod illa oratio sit forma apud Gracos: non probant, quod omnia illa verba sint necessaria ad consecrandum Christi sanguinem, quod nos inquirimus. Quærimus enī quod & quæ verba requirātur præcise ad cōficiendū sanguinis Christi sacramētū. **EST** igitur terra opinio Durandi in.4.d.8.q.2. & multorum aliorū: ut inferius citabo: qui dicit formam consecrationis sanguinis esse hanc orationē tantum, hic est calix sanguinis mei, catena vero verba, quæ subiectūtuntur esse quasi prædicati determinationes, vsque ad illud verbum (peccatorum) inclusine. Et ideo non sunt necessaria ad formam consecrationis: sed sunt addita ad excitādam devotionem, & ad significandum fructū dominicæ passionis. Et hoc ultimum videtur etiā dicere. S. Tho. in hoc articulo.

QVARTA opinio est Caetani in suis commentarijs super primum articulū huius quæstionis, ubi dicit, formam consecrationis sanguinis esse solū hæc verba, hic est sanguis meus. Quod probat multis argumentis, quæ nos iverius referemus.

QVINTA opinio est Capreoli in.4.d.8.q.1. conclusione. & dicentis, quod omnia illa verba, quæ sunt in hac oratione, hic est calix &c. vsq; ad illud, hæc quotiescumque feceritis, exclusive, sunt de necessitate formæ, præterquam illa coniunctio enim: itaque si aliquod illorū desit nō erit sacramentum. Idem dicit frater Bartholomeus de spina in proprio opusculo de forma consecrationis sanguinis. c.3. Et hic loquitur dure & nō imitatur comitatem, urbanitatē ac humilitatē. S. Thomas cuius se discipulum ingenue fatetur: sed vocat oppositum dicentes hereticos, scismaticos, sine suffiente autoritate & ratione. Et probat, quod sententia sua sit catholica: & Caetani heretica. Prius quia omnibus prædictis verbis ecclesia Romana vtitur ad sanguinem Christi consecrandum. Ergo omnia sunt necessaria.

SECUNDO probatur idem ex concilio Florētino sub Eugenio. 4. ubi sic diffinitur. Forma verborum quibus in consecratione corporis & sanguinis domini sacra Romana ecclesia apostolorum Petri & Pauli doctrina & autoritate firmata semper vti consueverat: præsentibus duximus inserendā. In consecratione corporis domini, hac vtimur forma verborum. Hoc est enim corpus meum, sanguinis vero, hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissione peccatorum. Et rursus in aliodecreto eiusdem concilij sic habetur,

Forma huius sacramenti sunt verba quibus Christus confecit hoc sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substātia panis in corpus Christi, & substātia vini in sanguinem conuertitur. Hec cōcilium. Ex quibus colligitur, quod omnia predicta verba ad formam consecrationis sanguinis Christi necessaria sunt.

TER TIO confirmat idem ex cap. Cū Marchè, extra de celebra missarum, ubi virtualiter dicitur, quod illud verbum (mysterium fidei) est de substātia formæ consecrationis sanguinis. Quia ibi inquiritur, quæ sint formæ quas Christus expressit ad cōsecrādum Eucharistię: & obiicitur, quod hæc verba (mysterium fidei) non sunt de forma: eo quod in euangelio nō habeantur. Et pontifex respondet, quod ratio illa non militat: quia nec illud (æterni) habetur in euangelio: & tamen pertinet ad diſtam formam. Ergo pontifex supponit tanquam in fide clarissimum, quod per predicta verba Christus confecit sacramentum Eucharistię.

QVARTO probat idem ex. S. Tho. hic ubi dicit, quod omnia prædicta verba sunt de substātia formæ. Et probat. S. Thomas: ut supra deduximus.

HIS NON obstantibus dico, & sit prima propositio. Solū hæc verba, Hic est calix sanguinis mei, vel hæc, Hic est sanguis meus, vel alia æquivalētia quo ad tertium verborum, sunt de necessitate formæ ad sensum prædictum: ita quod cum solis illis sine quocumque alio verbo conficietur sanguis Christi, si sacerdos per sola illa verba id intendat. Hæc est sententia Magistri sententiarum in.4.d.8.cap.3. Est etiam sententia domini Caetani in suis commentarijs super primum articulū huius quæstionis. Idem tenet Ioannes maior in.4.d.8.q.vnicu: & dicit quod est communis opinio. Idem dicit diuus Ambrosius lib.4. de sacramentis thomo.4. cap. 4. Idem dicit Durandus in.4.d.8.q.2. Idem Richardus, Armachanus in lib.9. de quæstionibus Armenorū cap.3. Et addit quod omnes quatuor euangelistæ in hoc sensu cōcordant. Richardus ponit utrunque opinionem, nempe, quod forma consecrationis sanguinis sit solū, hæc verba, Hic est calix sanguinis mei: & aliam. s. quod sunt omnia verba vsque ad illud, in remissionem peccatorū, & ambas relinquunt probabiles.

SECUNDO Pro nobis est Scotus, & diuus Bonita ventura in.4.d.8. in proprijs quæstionibus de hoc. Et probatur hæc nostra prima cōclusio. Prius. Illa verba solū sunt de necessitate formæ aliquius sacramenti: quæ significant id quod sit in sacramento, & in coius virtute sit. At illa prædicta verba, hic est calix sanguinis mei, sunt huiusmodi: sola namque illa verba significant trāsubstantiationem vini in sanguinem Christi, quod sit in sacramento, & virtutem Dei qua illud sit. Ergo sola illa sunt de necessitate formæ.

TER TIO

TERTIO. Illa verba quæ pro vobis effundetur, non sunt de necessitate formæ consecrationis sanguinis Christi. Ergo nec alia quæ sequuntur ante cedens probo. Illud verbum quod pro vobis datur, quod scribit Lucas post illa verba, hoc est corpus meū, in forma cōsecrationis panis, & illud quod pro vobis tradetur, quod scribit Paulus priore ad Corinth.ii. in eadem forma consecrationis panis, non sunt de eius necessitate: Ergo nec illud qui pro vobis & pro multis effundetur, est de necessitate formæ cōsecrationis sanguinis. Cōsequētia p̄batur: q̄a eadē est rō de vīa & de alia forma.

QVARTO. Illa alia verba quæ sequuntur hæc prædicta, hic est calix &c. nempe, qui pro vobis & pro multis &c. nō faciūt quod significāt: nec quod in sacramento significāt, vt etiam dicit. S. Tho. Ergo non sunt de necessitate formæ consecrationis sanguinis Christi.

QVINTO. Hic sensus, hoc est corpus meum, sufficit ad consecrationem panis. Ergo hic sensus hic est calix sanguinis mei solus sufficit ad consecrandum vinum.

SEXTO. Vtraq; cōuersio pertinet ad nouū testamentū. Et in consecratione panis non requiritur mentio aliqua de nouo testamēto. Ergo nec in consecratione vini. Pro nobis est etiam Dionysius carthusiensis in.4.d.8.q.5. ubi dicit, quod hoc sibi videtur, si in hoc deberet ferre sententiam. Sed et inquit iudicio aliorum.

SEPTIMO. Ḡ acti solum vtruntur his verbis in forma cōsecratiōis sanguinis Christi, hic est sanguis meus noī test: menti. qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissione peccatorū: vt dicit Durandus & Caetanus. Et vere conficiunt sacramentū quia nec ab ecclesia Romana reprehēduntur in hoc, nec à sanctis & alijs illustribus doctribus, qui in eis fuerūt. Ergo certū est quod non omnia illa verba quæ sunt in forma qua vtruntur sacerdotes latini, sunt de necessitate formæ consecrationis sanguinis Christi. Et quod nec hæc verba, qui pro vobis & pro multis effundetur &c. sunt de necessitate formæ consecrationis vini: iam probauimus. Probatur etiā ex illo Pauli priore ad Corinth.ii. ubi dicit se à Christo accepisse totū hoc dīctū: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Et ita tota illa oratione. s. hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur in remissione peccatorum) vtruntur. Graci pro forma consecrationis panis: de cuius tamen necessitate non est illud, qđ pro vobis tradetur: vt manū feste declarat & tenet sancta Romana ecclesia. Ergo nec alia verba, qui pro vobis & pro multis &c. sunt de necessitate consecrationis vini, esto simul cū alijs verbis quæ sunt de necessitate prædicta formæ à Christo fuerint dīcta. Constat enim ex dīctis qđ non omnia quæ Christus dixit in coena simul cū verbis quæ sunt de necessitate formæ cōsecrationis Eucharistię, sunt necessaria ad conficiendum sacramentum.

SECUNDO probatur à simili. Hoc pro nomen ego est de substātia formæ baptismi, id est, de forma baptismi. & non est de necessitate baptismi. Ita in hac alia forma consecrationis sanguinis Christi, illa verba tequentia sunt de forma, licet non de necessitate formæ, sicut si dicamus manū esse de homine, vel de substātia hominis, eo quia est de perfectione substātia hominis, licet non sit de quiditate vel necessitate. Et hoc ipsum cōfirmat ratio. S. Tho. quid quid dicit Spīta, nempe, quod ideo alia verba prædicta in prima cōclusione, dicuntur de substātia formæ conse-

erationis sanguinis Christi: quia sunt determinatio-
nem prædicti ius locuti nisi. Hic est calix sanguini-
s mei, id est, quia perficiunt significationem
prædictæ locationis.

SVNT igitur omnia verba quibus utitur sacer-
dotes Romanae ecclesie in forma consecrationis
sanguinis Christi, de substantia formæ: sed non
eodem modo, quia hæc verba, hic est calix sanguini-
s mei, ita sunt de substantia formæ, quod sunt
de quiditate & de necessitate: ita quod sine illis,
vel aliquo illorum, ut dictum est in prima conclusio-
ne, non conficietur sacramentum. Alia autem verba ita
sunt de substantia formæ consecrationis sanguini-
s Christi, quod non sunt de quiditate, id est, de
necessitate: ita quod sine illis cum solis alijs præ-
dictis in prima conclusione conficietur sacramentum.
TERTIA conclusio est. Sacerdos nihilominus
qui mutaret formam consecrationis sanguinis Chri-
sti, qua utitur ecclesia romana. & uteretur solum
his verbis pro prædicta forma, hic est calix sanguini-
s mei, peccaret mortaliter, tanquam agens con-
tra ritum ecclesie in materia graui quod est hæc sa-
cramentorum materia. Ex his patet etiam manifeste,
quid dicendum sit ad illud quod afferabatur ex co-
cilio & ex capitulo Marthæ. Nam nec partes in con-
cilio, nec pótifex in illo capitulo intendebat determina-
re quod, aut quæ verba erat de necessitate sacra-
menti, vel formæ consecrationis: sed intendebat di-
cere quod & quæ verba erant de forma & quibus
utendum erat ad consecrandum sanguinem Christi, si-
ue essent de necessitate sive de perfectione præ-
dictæ formæ. Quod patet: quia in illo cœcilio di-
citur, quod forma consecrationis calicis est oia illa
verba, Hic est enim calix sanguinis mei noui. &c.
vñq; ad illud in remissionem peccatorum inclusum, &
forma consecrationis panis est. Hoc est enim cor-
pus meum. At illa particula enim, ut incōfesso est
apud eos, non est de necessitate formæ. Ergo intētio
pontificis & concilij non erat determinare quod
& quæ erant verba necessaria ad conficiendum
hoc sacramentum: quia verbū (enim) non est de
necessitate. Nil igitur habetur ex illo concilio &
ex illo capitulo nisi quod illa sunt verba quibus debet
confici sacramentum. Cæterum quod sunt necessaria
illa oia quæ ibi ponuntur inde non colligitur.

Quod si dicas, verba. S. Tho. posse recipere illam
ex positione: at tamē eius intētio non erat illa in
cœcilio, nec pontificis in illo capitulo sed quod intēde-
bat dicere quod illa erant de necessitate. Dico
quod hoc non constat, ut patet ex dictis. Immo esto
ita sic quod illud. S. Tho. intēdebat: tamē ipse non
reprobavit nostrā opinionē immo ponit utrāq; nec
notra aliquid scissinatis aut hæreseos inurit: quod sine
rōne facit Spina. Et in hoc, cū ipse sit principiū
satis fallibile & tot tangit; graues doctores teneat
opinionē doctissimi & piissimi domini Caetani.
vt citamus, errat ipse potius præuentio iudi-
cii sanctæ Romanæ ecclesie (qd & alijs faciūt)
cuius tamen est errates corrigeret, & pertinaces

dōnare. Cuius quidem censuræ me & mea oīa
submittit. Nullus tamen aliquis debet condonare
maxime in re probabili quoque ipsa sancta Roma-
na ecclesiæ condonatum iudicauerit, aut nisi mani-
festus error sit in scripturis dānatus.

DVB: TATVR secundo: quando erit ibi ^{Dubia}
sanguinis Christi. Infine, s. huius verbi secundum
guinis mei, vel postea in fine horum omnium, pro
multis effundetur in remissionem peccatorum?
AD hoc dico, quod dependet dubium hoc ex intē-
tione sacerdotis. Si enim intēdat sacerdos conse-
crare his tantum verbis, hic est enim calix sanguini-
s mei, erit in fine illius verbi mei, si autem in-
tēdat consecrare per oīa illa verba, quibus utitur
ecclesia erit in fine illorum omnium. Eodem modo si
intēdat absolute consecrare, eo s. modo quo intē-
dit ecclesia, quod melius est, erit in fine etiam omni-
um verborum illorum: quia (ut diximus) ecclesia hoc
intendit. Ideo & nos diximus absolute omnia illa
verba esse de substantia formæ, eo modo quo ex
posuimus. Et quidem male facheret sacerdos aliud
intendens, quam intendit ecclesia.

AD hæc notandum est circa illa expositione. S. T.
illorum verborum: Hic est calix sanguinis mei noui
& eterni testamenti, id est esse, ac si dicat, quo sanguine
confirmatum nouum testamentum meum, quo testa-
mento promissa est salus, gratia, & remissio pec-
catorum digne sumentibus hoc sacramentum.

Articul. quartus.

Vtrum prædictis verbis formatum
insit aliqua vis creata, effectiva con-
secrationis.



DQVARTVM sic pro-
ceditur. Videtur, quod prædicti
verbis formatum non insit ali-
qua vis creata, effectiva con-
secrationis. Dicit enim Damascenus in. 4. lib.
Sola virtute Spiritus sancti fit conuersio pa-
nis in corpus Christi. Sed virtus Spiritus sā
etiam est virtus increata. Ergo nulla virtu-
te creata horum verborum conficitur hoc sacra-
mentum.

PRÆTEREA. Opera miraculosa
non sunt aliqua virtute creata, sed sola vir-
tute diuina, ut in prima parte habitum est.
Sed conuersio panis & vini in corpus & san-
guinem Christi est opus non minus miraculo-
sum, quam creatio rerum, vel etiam formatio
corpo-

corporis Christi in utero virginali. Quod
quidem nulla virtute creata fieri potuerunt.
Ergo nec hoc sacramentum consecratur ali-
qua virtute creata dictorum verborum.

PRÆTEREA. Prædicta verba non
sunt simplicia, sed ex multis composta: nec si-
mul, sed successione proferuntur. Conuersio au-
tem prædicta (ut supradictum est) fit in instan-
ti, unde oportet, quod fiat per simplicem virtu-
tem. Non ergo fit per virtutem horum verborum.
SED CONTRA est, quod Ambrosius
dicit in lib. de Sacramentis. Sitata est vis in
sermone domini Iesu, ut inciperet esse, quod
non erat: quanto magis operatorius est, ut
sint quæ erant, & in aliud consumetur. Et sic,
quod erat panis ante consecrationem iam cor-
pus Christi est post consecrationem: quia ser-
mo Christi creaturam mutat.

RESPONDEO dicendum, quod quidam
dixerunt, nullam virtutem creata esse, nec in
prædictis verbis ad transsubstantiationem fa-
ciendam, nec etiam in alijs sacramentorum
formis, vel etiam in ipsis sacramentis, ad in-
ducendos sacramentorum effectus. Quod (si-
cūt supra habatum est) & dictu sacerdotum
repugnat, & derogat dignitati sacramentorum
nouæ legis. Unde cum hoc sacramentum sit præ-
ceterius dignius (sic supra dictum est) conse-
quens est, quod in verbis formalibus huius sa-
cramentis sit quedam virtus creata, ad conuersio-
nem huius sacramenti faciendam, instrumentalis
tamē: sicut et in alijs sacramentis: sicut supra
dictum est. Cū enī hec verba ex persona Chri-
sti offerantur ex eius mādato, cōsequitur vir-
tutem instrumentalem à Christo: sicut & cetera
eius facta: vel dicta habet instrumentalis
salutiferam virtutem: ut supra dictum est.

AD PRIMA ergo dicendum quodcum
dicitur, sola virtute Spiritus sancti panis in
corpus Christi converti: non excluditur vir-
tus instrumentalis, quæ est in forma huius sa-
cramenti: sicut cu dicitur solus faber facit cul-
tellum, non excluditur virtus martelli.

AD SECUNDVM dicendum, quod ope-

ra miraculosa nulla creatura potest facere
quasi agēs principale, potest tamē ea facere
instrumentaliter: sicut ipse tactus manus Chri-
sti sanauit leprosum. Et per hunc modum ver-
ba Christi convertunt panem in corpus Christi.
Quod quidem fieri non potuit in conceptice corpo-
ris Christi, qua corporis Christi formabatur,
ut aliquid à corpore Christi procedens habe-
ret instrumentale virtutem ad ipsius corporis
formationem. In creatione etiā non fuit aliquid
externū, in quod instrumentalis actio creatus
reponset terminari. Unde nō est simile.

ADTERTIVM dicendum, quod prædi-
cta verba, quibus fit consecratio, sacramenta-
liter operantur. Unde vis conuersa, quæ est
in formis horum sacramentorum consitit
significationem, quæ in platione ultime dicitur
vis terminatur. Et ideo in ultimo instanti
prolationis verborum, prædicta verba cause-
quuntur hæc virtutem, in ordine tamē ad præ-
cedentia. Et hæc virtus est simplex ratione
simplicis significati: licet in ipsis verbis exte-
rius prolatis sit quædam compositio.

IN HOC quarto articulo diuinus Tho. repro-
bat quandā opinionem, quæ dicebat nullā vir-
tutem esse in verbis formarum huius sacramenti.
Respondet deinde unica conclusione affirmati-
va, quæ est huiusmodi In verbis formalibus hu-
ius sacramenti est quedam virtus creata ad eius
conuersionem faciendā. Probatur. Prūstimo
nō diuinus Ambrosius in argumēto in cōtra. Secūdo:
quia opposita sententia repugnat dicitis sacerdotū.
Tertio: quia dicere oppositum, nempe, quod sacra-
menta nouæ legis non habent virtutem aliquam,
est derogare omnibus sacramentis nouæ legis, &
dare ancam, ut contemnantur & irrideantur.
SECUNDA conclusio est. Illa virtus est instru-
mentalalis, sicut in alijs sacramentis. Probatur. Hæc
verba proferuntur in persona Christi, & ex eius
mādato. Ergo cōsequuntur quandā virtutem in-
strumentale à Christo: sicut exterā eius facta vel
dicta habet quandā instrumentale salutiferā vir-
tutem. Et de hoc vide cūdē. S. Tho. supra in hac pri-
ma. 4. questione. 3. ar. 4. de Sacramentis in cōmu-
ni. Et præter rationes. S. Tho. probatur prima prin-
cipialis cōclusio ex cœcilio Florentino sub Eugenio.
vbi sic dicitur. Sacerdos in persona Christi loquens: hoc cōfecit sacramentum. Nā ipsorum ver-
borum virtute substātia panis in corpus Christi, &
substātia vini in sanguinem cōvertitur, vbi assertū
vides virtutem verborum. Ergo sententia. S. T. est vera.
Z iiiij DVBI:

Dubium vnicum. **D**UBITATVR. An illa virtus sit qualitas vnicum. **D**aliq; positiva iheres illis verbis, vel quidest. **A**D HOC Dico prius, quod absolute concedendū est, virtutem aliquā esse in istis verbis, hoc est corpus meum. Probatur in concilio Florentino dicitur, quod sacerdos virtute verborum cōuertit panē in corpus Christi. Ergo aliqua virtus est in verbis formae huius sacramenti. **S**ECUNDIA propositio est. **H**ec virtus non est qualitas superaddita verbis, sed est vīsus vel applicatio illorum ad cōsecrandū, secundū quod à Deo sic institutum est, vel est ipsamēt voces, ut à Deo sic institutæ ad consecrandū, ut musica est virtus ad eleuandum animā in Deū. Ita ipsamēt voces, sine alia qualitate, vel entitate sunt à Deo Opti. Max. elevata ad convertendum panē in corpus, & vinum in sanguinem Christi. **S**ED querunt thomistæ, an hæc verba seu forma faciant quod desinat esse substātia panis solū, vel an faciat, quod ponatur ibi corpus Christi. Ali qui dicunt, quod solū faciēt, quod desinat esse ibi panis. Et probant. Quia si corpus Christi non esset ante consecrationē nō possent illa verba ponere illud illic: quia esset creatio, quod creatura facere non potest, etiam instrumentaliter. **E**GO autem illis non obstantibus dico, illa verba esse causam effectuā, qd panis desinat esse, & sit ibi corpus Christi. Probatur. Ibi solū est vna transsubstantiatio, quæ terminatur ad corpus Christi. Et illa verba efficiunt instrumentaliter illarū transsubstaniationē. Ergo etiam efficiūt, quod sit illic corpus Christi. **A**D argumentum in contrariū dico prius, quod est dubium, an ista verba possent ponere corpus Christi in sacramento, si alias nusquā esset. **S**ECUNDIO dico, quod illo concessō, non sequitur illa verba concurrere cum creatione simpliciter: quia solū facerent, & terminaretur ad existentiā corporis Christi hic, & non ad existentiā simplicerit. Et etiam non esset creatio proprie: quia non produceretur tunc illud corpus simplicerit ex nihilo, sed tunc dicit ad desinētē panis. **T**ERTIO dico, quod de fato solum habent verba ista, hoc est corpus meum, virtutem ponendi corpus Christi in sacramento, eo modo quo est extra sacramentum: si vivit, viuū, si mortuū est, mortuum, & si gloriosum est, gloriosum. De hoc vide ea, quæ diximus supra in hac prima. 4. q. 14. art. 5.

Articul. quintus,

Vtrū p̄dicitæ locutiones sint veræ. **D** Quintum sic proceditur. Videlicet, quod p̄dicitæ locutiones non sint vera. Cū enim dicitur, hoc est corpus meum, ly, hoc est

demonstratiūm substantie. Sed secundū p̄dicta quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc est ibi substantia panis: quia transsubstantiatio fit in ultimo instanti prolationis verborum. Sed hoc est falsa, panus est corpus Christi. Ergo & hoc est falsa, hoc est corpus meum.

PRAETER EĀ. Hoc pronomen, hoc, facit demonstrationē ad sensum. Sed species sensibiles, quæ sunt in hoc sacramento, neque sunt ipsum corpus Christi, neq; accidētia corporis Christi. Ergo hæc locutione non potest esse vera, hoc est corpus meum.

PRAETER EĀ. Hæc verba (sicut dictum est) sua significatione efficiunt conuersiōnem panis in corpus Christi. Sed causa effectuā p̄ intelligitur effectus. Ergo significatio horum verborum p̄ intelligitur conuersiōnem panis in corpus Christi. Sed ante conuersiōne hæc est falsa, hoc est corpus meum. Ergo simpliciter est iudicandū, qd sit falsa. Eta dēratio est de hac locutione, hic est calix sanguinis mei. &c.

SED CONTRA ēst, quod hæc verba proferuntur ex persona Christi, qui de se dicit Ioannis. 14. Ego sum veritas.

RESPONDĒO dicendum, quod circa hoc multiplex fuit opinio. Quidā enim dixerunt, quod in hac locutione, hoc est corpus meum, hæc dictio, hoc, importat demonstrationem & cōceptā, & non & exercitā: quia tota ista locutio sumitur materialiter, cū recitatue proferatur. Recitat enim sacerdos, Christum dixisse, hoc est corpus meum. Sed hoc stare non potest: quia secundū hoc verba hæc non applicarentur ad materiam corporalem p̄sente. Et ita non perficeretur sacramentum. Dicit enim August. super Iohann. Accedit verbum ad elemētum, & sic sacramentum. Et praterea ex hoc totaliter non evitatur difficultas huius questionis: quia eadē rationes manent circa primam prolationem, quia Christus hæc verba prolatit. Quare manifestū est, quod non materialiter, sed significatiue

ficiarie sumebantur. Et ideo dicendum est, qd etiā quando proferuntur a sacerdote, significatiue, & non tantum materialiter sumuntur. Nec obstat, quod sacerdos ea recitatue profert, quasi à Christo dicit: quia propter infinitam virtutem Christi, sicut ex conta Etu carnis sue, vis regenerativa peruenit, nō solum ad illas aquas, quæ Christū tetigerūt, sed ad omnes ubique terrarum per omnia futura secula: ita etiam ex prolatione ipsius Christi hæc verba virtutem consecratuā sunt cōsecuta, à quocūque sacerdote dicātur, ac si Christus ea presentiūliter proferret.

ET IDEO alij dixerunt, quod hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demonstrationē, non ad sensum, sed ad intellectum: vt sit sensus, hoc est corpus meum, id est, significatiū per hoc, est corpus meū. Sed nec hoc stare potest: quia cum in sacramentis hoc efficiatur, quod significatur, non fieret per hanc formam, ut corpus Christi sit in hoc sacramento secundū veritatem: sed solum sicut in signo. Quod est hereticum, ut supradictum est.

ET IDEO alij dixerunt, quod hæc dictio, hoc, facit demonstrationem ad sensum: sed intelligitur, hæc demonstratio, non pro illo instans locutionis quod profertur hæc dictio, sed pro ultimo instanti locutionis: sicut cum aliquis dicit, nunc rāceo, hoc aduerbiū, nunc, facit demonstrationem pro instanti immediate sequenti locutionē. Est enim sensus, statim his verbis dictis, rāceo. Sed nec hoc stare potest: quia secundū hoc, huius locutionis esset sensus, corpus meum est corpus meū. Quod p̄dicta locutio non facit, quia hoc fuit etiā ante prolationem verborum. Vnde, nec hoc p̄dicta locutio significat.

ET IDEO aliter dicendum est, quod sicut p̄dictum est: hæc locutio habet virtutem factiuam conuersiōnem panis in corpus Christi. Et ideo comparatur ad alias locutiones, quæ habent solum vim significatiūm & non factiuam: sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est facultatei conceptionis intel-

lectus nostri speculatiūi, quæ est accepta à rebus: nam voces sunt signa intellectū secundū Philosophum. Et ideo sicut conceptio intellectus practici, non presupponit rem cōceptam, sed facit eam: ita veritas huius locutionis, nō presupponit rem significatam, sed facit eam, sicut enim se habet verbum dei ad res factas per verbum.

HAEC autē conuersio non fit successiue, sed ministrante: sicut dictum est. Et ideo oportet quidem intelligere p̄dictam locutionem secundū ultimum instans prolationis verborū: non tamen ita, quod presupponatur ex parte subiecti, id quod est terminus conuersiōnis. quod corpus Christi sit corpus Christi, nec etiam illud, quod fuit ante conuersiōnē. panis: sed id, quod cōmuniter se habet quantū ad verumque. s. contentum in generali sub istis speciebus. Non enim faciunt hæc verba, qd corpus Christi sit corpus Christi: nec quod panis sit corpus Christi: sed quod contentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi.

ET IDEO signanter nō dicit dominus, hic panis est corpus meum, quod esset secundū intellectū secundū opinionis, neque hoc corpus meum est corpus meum, quod esset secundū intellectū tertiae. Sed in generali, hoc est corpus meū, nullo nomine apposito ex parte subiecti: sed solo pronomine, quod significat substantiam in cōmuni, sine qualitate id est, forma determinata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hæc dictio, hoc, demonstrat substantiam, sed absque determinatione propriæ naturæ: sicut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc pronomen, hoc, nondemonstrat ipsa accidentia: sed substantiam sub accidentibus cōcētam, quæ primo fuit panis, & postea est corpus Christi. Quod licet non informetur his accidentibus, tamen sub eius continetur.

ADTERTIVM dicendum, quod significatio huius locutionis p̄ intelligitur rei significatiæ

gnificata ordinatur & sicut causa naturaliter est prior effectu. Non tamen ordine temporis: quia hec causa simul habet secundum suum effectu. Et hoc sufficit ad veritatem locutionis.

IN HOC articulo. S. Tho. refert. 3. opinione, quas reprobat. Absolutum deinde dubium propositum secundum propriam sententiam. Quo ad primum est prima propositio. Quidam dicunt, quod in hac locutione, hoc est corpus meum, hec dictio, hoc, importat demonstrationem, ut concepta, & non ut exercitata (quod alii dicunt in actu signato, & non in actu exercito) hoc est ut concepta, vel in actu signata, id est, ut significatur demonstratio tantum. Ut si loquaris de signo demonstrativo diffiniendo vel explicando eius distinctionem, ut facit, qui docet pueros linguam latinam dicendo, illud pronomen hoc, est ad demonstrandum, & tamen tunc nihil demonstrat. Ut exercita autem, vel et in actu exercito capitur demonstratio quando actualiter ali quid dicitur, ut cum quis dicit, hic homo currit, ostendes ad sensum tacitum currentem. Dicebat ergo illi doctores, dictio nem illam (hoc) in illa forma praedicta nihil demonstrare, sed solum accipi materialiter. Probat. Quia illa forma solum recitatione dicitur a sacerdote. Nam recitando Christum illam dixisse eadem profert, & non demonstrando. Ergo. &c.

SED probat diuus Tho. hoc esse falsum. Prius. Quia si illud, quod praedicta dicit opinio esset verum, non applicarentur praedicta verba ad corporalem materiam presentem, ut constat. Et ita non conficeretur sacramentum: quia ad hoc, quod conficiatur sacramentum, requiritur, quod verba formae applicentur ad materiam sensibilem presentem, dicente August. super Ioannem. Accedit verbum ad elementum, & sit sacramentum.

SECUNDUM arguit contra hoc ipsum. S. Tho. Quia (inquit) secundum illam opinionem, non eveneratur huius questionis difficultas. Adhuc enim manet dubium quid demonstrat ir per illud pronomen, hoc, & quid demonstrauit Christus quando illud confecit sacramentum: cum sit manifestum quod Christus non recitatione protulit illa verba materialiter, sed significative & demonstrative. Et sacerdotes igitur etiam demonstrantes & significantes (ut Christus) eadem verba proferunt. Et soluit S. Tho. Argumentum praedicta opinionis, concessio antecedente, negando consequentiam.

Ratio est (inquit) quia propter infinitam virtutem Christi, sicut ex contractu carnis sue, vis regenerationis peruenit non solum ad illas aquas quae Christum tetigere, sed ad omnes ubique terrarum per omnia futura secula: ita etiam ex prolatione ipsius Christi, hec praedicta verba virtute in consecrati vam sunt consecrata quocumque sacerdote dicantur, ac si Christus ea presentialiter proferret.

At si Christus proferret praedicta verba, caperentur demonstrativa. Ergo etiam si a sacerdote proferantur. Ideo relata praedicta opinione, est secunda aliorum sententia, quod hec dictio, hoc, in praedicta locutione demonstrat ad intellectum & non ad sensum: ut sit sensus, hoc est corpus meum, id est, significatum per illud pro nomen, hoc, est corpus meum, esto, quod ad sensum nihil ostendatur. Sed reprehendit. S. Tho. hoc. Prius: quia cum in sacra mentis hoc efficiatur, quod significatur: non hetero per praedicta formam, ut corpus Christi sit in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo, quod est hereticum. Illatum probatur. Quia cum forma, per te, non demonstrat ibi esse corpus Christi: sed solum id significat. Et forma non facit, nisi quod significat. Ergo solum facit, quod sit ibi corpus Christi tanquam in signo, & non vere realiter. IDEO est tertia sententia aliorum dicentium, dictio nem istam, hoc, demonstrare ad sensum: sed tali modo, quod intelligitur illa demonstratione pro instanti locutionis, quo profertur, sed pro ultimo instanti locutionis. Ponit vnum exemplum. Ut cum quis interrogatus, quid agis, responderet, nunc raco. Illud aduerbiū, nunc, demonstrat pro instanti immediate sequenti illam locutionem: est enim sensus, statim his verbis prolati raco. Ita in hac locutione, hoc est corpus meum, illud pronomen, hoc, demonstrat pro ultimo instanti prolationis verborum illorum: hoc est demonstrat illam rem quae est sub illis speciebus in ultimo instanti prolationis verborum. Et nota hanc explicationem, ut intelligas differentiam inter. S. Tho. & hanc opinionem: quia postea videtur. S. Tho. incidere in hanc sententiam, quam hic reprobatur. Contra quam sic arguit. Quia secundum hanc positionem, non sensus praedicta locutionis esset, corpus meum est corpus meum, quem praedicta locutio non facit. Nam si ille esset sensus verus non conuerteret panem in corpus Christi, quia ille sensus ante institutionem sacramenti erat verus, & non sufficiebat ad conuertendum panem in corpus Christi. Ergo nec nunc sufficit. Praedicta igitur forma, hoc est corpus meum, non facit illum sensum, sed alius in quirendus est.

IDEO sequitur secunda pars articuli, in qua docto ponit suam veram sententiam aliquibus propositionibus. Prima est. Praedicta locutio, hoc est corpus meum, habet virtutem in factum conuersionis panis in corpus Christi: ut dictum est in articulo precedentem.

SECUNDA propositione est. Ista locutio, hoc est corpus meum, comparatur ad alias locutiones quae habent solum vim significativam & non factuam: sicut comparatur conceptio intellectus practicis (qua est factua rei) ad conceptionem intellectus speculativi: quae a rebus accepta est.

TERTIA propositione est, sicut intellectus practicus non presupponit rem conceptam, sed facit eam: ita veritas praedicta locutionis, non praesupponit

rem significat, sed fecit eam. Ratio (inquit) est quia sic se habet verbū dei ad res factas p̄ verbū. **Q** VAR TA propositio est. Conuersio hec non fit successiva, sed in instanti.

QVINTA propositio est, oportet intelligere praedictam locutionem pro ultimo instanti prolationis verborum. Sed non quod demonstretur formaliter corpus Christi, ut dicebat. 3. opinio quam reprobavit. S. Tho. nec quod demonstretur panis, sed quod demonstretur contentum in generali sub illis speciebus panis quod est commune ad panem & corpus Christi,

SEXTA propositio. S. Tho. est, Praedicta verba, hoc est corpus meum, non faciunt corpus Christi esse corpus Christi, nec quod panis sit corpus Christi: sed quod contentum sub his speciebus, quod contentum prius erat panis, post consecrationem est corpus Christi. Non idem numero contentum (ut postea praesupponit) nec idem specie, sed idem in genere contentum: quia utrumque tam panis, quam corpus Christi conueniunt in hoc, quod utrumque est, vel fuit contentum sub illis speciebus. **V**NDE sequitur septima propositio. S. Tho. quod propter hoc, quod dicimus in 6. propositione non dixit dominus Iesus, hic panis est corpus meum, quod est secundum intellectum secundum opinionem, nec dixit, hoc corpus meum est corpus meum, quod est secundum intellectum, 3. opinionis, sed dixit in generali, hoc est corpus meum, nullo nomine apposito à parte subjecti: sed solo pronome, quod significat substantiam in communione sine qualitate, sine forma determinante ad hanc vel ad illam speciem: ut latius apperiemus inferius. **H**ec S. Thomas

CIRCA opiniones quas refert. S. Tho. est notandum, quod prima opinio quam hic refert. S. Tho. est Innocentij de officio missæ. p. 3. cap. 56. & 57. Eandem tenet Glosa de consecratione. d. 2. c. Timorem docet. Eandem tenet Major in 4. d. 8. q. vniuersa. Idem Durandus. 4. d. 8. q. 2. ad primū, quantū ad sacerdotes Christi. Christus autem secundū ipsum demonstratiue protulit ipsa verba. Ratio horum sola ea est, quae refertur à S. Tho. hic in primo argumento. 1. quia illa verba dicuntur in persona Christi. Et quia non possunt ad sensum aliquid demonstrare, quod sit corpus Christi, quādo prius profertur hoc pro nomen, hoc, quia non dum est ibi corpus Christi.

CONTRA istos tamen probant optime rationes. S. Tho. quas vide in litera.

OPINIO. igitur. S. Tho. explicatur aliquibus propositionibus. Prima est. Tam Christus quam sacerdotes demonstrat aliquid per illud pronomen hoc. Hac probatur per rationes, quibus impugnat à S. Tho. alias opiniones.

SECUNDA propositione est. Nec à Christo nec à sacerdotibus demonstratur aliquid singulariter & determinate sed indeterminate, nempe contentum sub his speciebus. Idem dicit Richardus

d. 8. ar. 3. q. 3. Idem Durandus. d. 8. q. 2. ad primū, de Christo, licet non de alijs sacerdotibus, s. quod quando Christus consecrat demonstrauit contentum sub his speciebus in communi non in singulari, sed sacerdotes nunc nihil demonstrant, sed dicunt verba illa materialiter, ut dictum est. Et in hoc secundo differt Durandus à S. Tho. qui dicit, quod eodem modo demonstrat sacerdos, sicut demonstrauit Christus. Idem quātum ad 2. conclusionem, s. quod non demonstratur aliquid singulariter, sed in communi tenet glosa interlinearia super Lucam. c. 22. Idem Alexander. 4. p. q. 16. Idem Marsilius. 4. q. 6. Et probatur hec. 2. conclusio: quia non demonstratur panis, nec accidentia (sic enim est falsa propositio) nec demonstratur corpus Christi absolute & formaliter: qui ita non significatur, nisi quod corpus Christi est corpus Christi, & non significaretur, quod virtute illorum verborum incipiet, illic esse corpus Christi. Ergo demonstratur contentum sub speciebus.

SED contra. In sacramento non est aliquid commune, quod demonstretur, nisi accidentia quae non demonstrantur.

SECUNDUM. Pronomen demonstrativum non potest demonstrare, nisi restrinxendo ad singulare. Ergo non demonstrat in communi. Sicut si dicas, hic homocurrat, non demonstrabis nisi in singulare.

TERTIO. Quia non uniuersale, sed singulare est, quod conuertitur & in quod conuertitur, & de quo enunciatur illud praedicatum, corpus meum. **A**D HAEC dicit hic Caietanus, quod verum est, quod substantia singularis demonstratur, ea. s. que contenta est sub speciebus in ultimo instanti. Sed quid ad. S. Thom. qui dicit, quod demonstratur contentum in generali vel uniuersaliter. Dico quod vult dicere, quod demonstratur substantia contenta, non cum determinatione ad aliquam speciem, vel ad corpus Christi. Ita quod si pro illo instanti ultimo aliqua alia substantia ibi cotineretur, quae nec esset panis, nec corpus Christi: illa demonstratur per illud pro nomen hoc. Hec est intentione S. Tho. in articulo, quando dicit, quod oportet intelligere praedictam locutionem, secundum ultimum instans prolationis verborum, & in argumentis primo & secundo, ubi dicit, quod demonstratur substantia contenta, &c. Vnde hec videtur probabilior opinio, quod sacerdotes demonstrant (ut dictum est) ex intentione ecclesiæ: licet ipsi non intendant demonstrare. Et quod demonstrant substantiam contentam sub illis speciebus, pro ultimo instanti prolationis verborum. Non coarctando ad panem, nec ad corpus Christi, nec ad aliam speciem. Quod S. Tho. dicit in ultimis verbis articuli.

ALIA opinio quam dicit, verba illa teneri materia liter, est satis probabilis: quia omnia alia verba canonis dicuntur illic materialiter. Ergo & illa. **D**ubitatur hic prius, an hec oratio, hoc est corpus meum, sit vera prius quam fiat conuersio, vel ecclætra, prius fiat conuersio quam sit vera. **A**D

AD hoc respondet S. Tho. hic ad; quod prius natura est vera, quā sit illic corpus Christi dicit ī eodem instanti tēporis sit vera, & illic sit corpus Christi. Probatur. Quia hēc oratio est causa illius conversionis. Ergo debet esse prius. Prius nāq; est causa, tuo effectu. Est autē causa quatenus significat verū. Ergo quatenus vera practice efficit illam conuersionem instrumentaliter.

SCOTVS autē in. +. d. 5. dicit appositū. s. quod prius natura est illic corpus Christi, quā oratio sit vera. Et antequā corpus Christi ut illic dicit, quod illa oratio est neutra. Probat. Quia ab eo quod res est, vel non est oratio dicitur vera vel falsa. Ergo. &c.

AD HOC respondet Caietanus, quod illud est verū de orationibus speculabilibus: non autē de practicis. Secundo dico, quod illa maxima philosophorū est vera formaliter, sed practice dicitur vera prius natura, quam res sit.

Tertio & forte melius dico, quod illa propositionis Aristotelis. Ab eo quod res est vel non est. &c. non est causalis: ita quod sit sensus, quod veritas propositionis causetur à rebus semper. Sed vult dicere Aristoteles, quod oportet, quod ita sit in re sicut propositionis significat: quod p̄dīcta proposītio habet. ET cōtra Scotorum arguitur: quia antequā corpus Christi sit sub speciebus panis est propositionis. Ergo vera vel falsa. Nā propositionis est oratio verum vel falsum significans indicando. Ergo non est neutra, nec vñquā datur propositionis neutra. Aut enim sic est sicut illa significat, & ita est vera, aut nō est ita, & sic est falsa. Et quod dante, propositionis sit, probatur: quia propositionis est quoddā successuum. Ergo est quādō est aliquod instans continuatiū eius. Sententia. S. Tho. tenet Dionysius cartusianus in. 4. d. 3. q. 5. Et eandē tenet Caietanus hēc in suis cōmentariis.

DUBIUM. **V**BITATVR secundo est illa p̄positio. Secundo est vera. De hoc sunt duo modi d. cēdi. Primus est, quod nō significat, nec est vera quoque perficiatur, idest, vñque ad ultimū instans esse prolationis, & sic dicit Caieta, hic & probat.

SECUNDUS modus, (qui mihi magis applaudit) est, quod in quolibet instanti continuat uo partium propositionis est propositionis, & est vera, sed non pro quolibet instanti, sed pro ultimo instanti prolationis: vt isti, ego taceo, ego dormio, quā significant in quolibet instanti, in quo sunt, & sunt vera, sed non significat, nec sunt vera pro quolibet instanti continuari sed pro ultimo. i. his verbis dictis, taceo, dormio. &c. & hoc ex natura rei. Et probatur, quia quilibet successus iste, quādō est instans continuatiū, vt patet de motu & tempore. Et tamen dependenter à p̄dicato, & ab iis verbis, quās proferuntur in futuro: ita quod si sacerdos incepit proferre, hoc est corpus meū, & impediens erat deo sciente, ipsoque sacerdote ignorant, & non protulit, nūllic vero

ba, hoc est, nō fuit illa propositionis, nec significat nec fecit illā conuerſionē. sicut si dicas hic annus, vel hic dies est, & te nō sciente deus impedit motum coeli, ne ānus de quo loquereris perficiatur: non erat vera illa propositionis, quam dicebas: quia veritas illius dependebat à partibus futuris illius anni, quā deerant adhuc Ita dicendum est de hac, hoc est corpus meū. Hoc probat Iōnes maior in 4. d. 8 q. vñca. Et hoc asserit etiā Dionysius cartusianus vbi supra. Et hic modus semper mihi magis placuit etiam cum artes enarrarem.

ET ad argumentū Caietani, quo dicebat nō esse orationem, quā non est perfecta, i. quoque prolatæ sint omnes dictiones: nego illud nec ipse poterit probare: quia sic sequeretur, quod non esset annus nec mensis quoque omnes partes transirent: Ergo nos melius dicimus.

Articulus sextus.

Vtrum forma consecrationis panis consequatur suum effectum ante quā perficiatur forma cōsecrationis.

DEXTVM sic proceditur. Videlur quod forma consecrationis panis non cōsequatur suum effectum quoq; perficiatur forma consecrationis vini. Sicut enim per consecrationem panis incipit esse corpus Christi sub hoc sacramento ita per consecrationē vini, incipit esse sanguis. Si ergo verba consecrationis panis haberent suum effectum ante consecrationē vini sequeretur, quod in hoc sacramento inciperet esse corpus Christi sine sanguine, quod est inconveniens.

PRÆTEREA. Vnum sacramentū vnum habet complementum. Vnde licet in baptismo sint tres immersions: nō tamen prima immersio consequitur suum effectum quoque tertia fuerit terminata. Sed totū hoc sacramentū est vnum: vt supra dictū est.

Ergo verba quibus consecratur panis non consequuntur suum effectum, sine verbis sacramentalibus, quibus consecratur vnum.

PRÆTEREA in ipsa forma cōsecrationis panis sunt plura verba, quorum prima, non sequuntur effectum nisi prolati vltius sicut dictū est. Ergo pars ratione

nec verba quibus consecratur corpus Christi habent effectum: nisi prolati verbus quibus sanguis Christi consecratur.

SED cōtra est, quod statim dictis verbis consecrationis panis, hostia consecrata propinquit populo adoranda. Quod non fieret si non esset ibi corpus Christi: quia sic ad id latrā pertineret. Ergo verba consecrationis panis, suum effectū consequuntur, antequā proferantur verba consecrationis vini.

RESPONDEO dicendum, quod quidā antiqui doctores dixerunt: quod haedua formae, s. consecrationis panis & vini, se inuicem expectant in agendo: ita, s. quod prima non consequitur suum effectum antequam proferatur secunda.

SED hoc stare non potest: quia (sicut dictū est) ad veritatē huius locutionis, hoc est corpus meum, requiritur propter verbum præsentis temporis, quod res significata simul sit cum ipsa significatione locutionis: alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponetur verbum futuri temporis nō autē verbum præsentis: ita, s. quod nō dicereatur, hoc est corpus meū, sed, hoc erit corpus meū. Si significatio autē huius locutionis cōpletur statim completa locutione horū verborum, & ideo oportet rem significatam statim adesse. Quia quidem est effectus huius sacramenti, alioquin locutio non esset vera. Est etiā hoc positiō contra ritū ecclesiæ, que statim post prolationē verborū corpus Christi adorat.

Vnde dicendum est, quod prima forma, non expectat secundam in agendo: sed statim habet suum effectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex hac ratione videtur fuisse decepti illi, qui predictam positionem posuerunt. Unde intelligendum est, quod facta consecratione panis, est quidē corpus Christi ibi ex vi sacramenti & sanguis ex reali concomitātia: sed postmodum per consecrationē vini, fit ibi ecō verso sanguis Christi ex vi sacramenti corporis autē ex reali concomitantia. Ita quod so-

tus Christus est sub utraque specie: sicut sū pra dictum est.

AD SECUNDVM dicendum quod hoc sacramentū est vnum perfectione (sicut supra dictum est) in quantū s. constituit ex duabus, s. cibo & potu, quorum utrumque perso habet suam perfectionem. Sed tres immersions baptismi ordinantur ad unum simplicem effectum. Et ideo non est simile.

ADTERTIVM dicendum, quod duera verba, quae sunt in forma cōsecrationis panis constituant veritatem unius locutionis: nō autem verba diversarum formarū. Et ideo non est simile.

IN HOC sexto articulo diuus Th. refert opī unione, vel potius errorē dicentū, formas consecrationis panis & vini se mutuo expectare in suis effectibus: ita quod nō ponitur corpus Christi sub speciebus panis quoque proferatur forma consecrationis vini. Quo errore exploso, ponit secundo veram sententia, quā sic habet. Prima forma non expectat secundā in agendo: sed statim habet suum effectum. Probatur duobus argumentis: quibus sufficienter reprobat p̄dictus error. Et prius hoc modo. Ad veritatē huius locutionis, hoc est corpus meū, requiritur propter illud verbum præsentis, quod res significata, simul tempore sic cum ipsa significatione locutionis. At significatio huius locutionis, hoc est corpus meū, completur statim ipsa locutione horum verborū. Ergo oportet rem significatā statim adesse: quāres est esse huius sacramenti. Probatur consequentia: quia dato opposito, sequeretur, quod p̄dicta locutio non esset vera. Antecedēs vero probatur pro Maiori: quia si res significata expectaretur in futurum nō ponetur in p̄dicta locutione verbum præsentis temporis: sed verbum futuri, nempe, hoc erit corpus meū. SECUNDUO probatur: quia p̄dictus error est contra ritū ecclesiæ: quā statim p̄dicta oratione proponit hostiā toto populo adorandā. Quod nullo modo licet, si nondū esset ibi corpus Christi. Ergo dicendum est necessario, qđ statim prima illa forma hēc suā effectū.

ET ultra probationes sancti Tho. probatur qđ forma consecrationis panis, statim habeat effectum ante aliā formā: quia christus ita fecit, qđ statim dedit discipulis sui: vt omnes euāgelistæ referunt.

SED contra conclusionem arguitur hoc modo. Formæ sacramenti ordinis non statim habent suum effectum: sed à se inuicem dependent. Ergo etiam in hoc sacramēto. Probatur antecedēs: quia semel dicitur accipe potestate supradictus Christi

Christi verum: & semel, accipe potestatē supra corpus Christi mysticum.
AD hoc nego consequiam: quia potestas consistit in indiuisibili, hic autē consecratur materia distincta. Secundo, nego antecedens: quia potestas datur partialiter pluribus aëribus quo ad distinctos effectus. Et illud qđ semel datur, statim datur. & quod alia forma datur, statim datur etiā. Et ita id, quod sit per hanc formā, hoc est corpus meū, statim sit, esto alia forma nūquā adueniat.

Quæst. vicefima

De effectibus huius sacramenti.



EINDE considerandū est de effectibus huius sacramēti. Et circa hoc quāuntur octo.

PRIMO. Vt rū hoc sacramētum conferat gratiā.

SECVNDO. Vt rū effectus huius sacramēti sit adepte gloriæ.

TERTIO. utrum effectus huius sacramēti sit remissio peccati mortalis.

QUARTO. Vt rū per hoc sacramētum remittatur peccatum veniale.

QUINTO. Vt rū per hoc sacramētū tota pœna peccati remittatur.

SEXTO. Vt rū hoc sacramētū hominē præseruet à peccatis futuris.

SEPTIMO. Vt rū per hoc sacramētū proficit alijs quam sumentibus.

OCTAVO. De impedimento effectus huius sacramēti.

Articul. primus.

Vt rū per hoc sacramētum conferatur gratiā.

D PRIMM sic procedi-
tur. Videatur, quod per hoc sa-
cramētū nō conferatur gratiā.
Hoc enim sacramētū est nu-

trimentum spirituale. Nutrimentū autē non datur, nisi viventi. Cum ergo vita spiritu-
alis sit per gratiam, non competit hoc sacra-
mentū, nisi habenti gratiam. Non ergo per
hoc sacramētū confertur gratia, ut primo
habeatur, similiter etiam nec ad hoc quod au-
geatur: quia augmentū spirituale pertinet
ad sacramētū cōfirmationis, ut dictū est.
Non ergo p̄ hoc sacramētū gratia cōfertur.
PR AET E R E A. Hoc sacramētū con-
fertur, ut quedā spiritualis refectio. Sed re-
fectio spiritualis magis videtur pertinere ad
rūsum gratiæ, quā ad gratiæ collationē. Er-
go videtur, quod per hoc sacramētū gra-
tiæ non conferatur.

PR AET E R E A. Sicut supra dictū est,
in hoc sacramento corpus Christi offeritur
pro salute corporis, sanguis autem pro salute
anima. Sed corpus non est subiectū gratiæ,
sed anima: ut secunda parte habitū est. Er-
go ad minus quantum ad corpus per hoc sa-
cramētum gratia non confertur.

SED CONTRA est, quod dominus di-
cit Ioānis. 6. Panū quem ego dabo, caro mea
est pro mūdi vita. Sed vita spiritualis est
per gratiæ. Ergo per hoc sacramētum gra-
tiæ confertur.

R ESPOND E O dicendum, quod effectus
huius sacramēti debet considerari primo.
quidem t̄ principaliter ex eo, quod in hoc
sacramēto cōtinetur, quod est Christus. Qui
sicut in mundū visibiliter veniens cōtulit
mundo vitā gratiæ (secundum illud Ioā. 1.
Gratiæ t̄) veritas per Iesum Christū facta
est) ita in hominē sacramentaliter veniens.
vitā gratiæ operatur, secundū illud Ioā. 6.
Qui māducat me vivit propter me. Vnde
t̄ Cyrilus dicit. Viuificatiū Dei verbū,
vniū seipsum propriæ carni, fecit ipsam vi-
uificatiū. Decebat ergo eū, nostris quodāmo-
do vniū corporibus per sacramētū carnem
t̄ preciosum sanguinem: qua accipimus in
benedictionē viuificatiū in pane et in vino.
SECVNDO. Cōsideratur ex eo quod per
hoc

hoc sacramētū repræsentatur quod est pas-
sio Christi, sicut supradictum est. Et ideo ef-
fectus quem passio Christi fecit in mundo,
hoc sacramētū facit in homine. Vnde sup-
illud Ioān. 5. 19. Continuo exiuit sanguis t̄
aqua, dicit Chrysost. Quia hinc suscipiunt
principiū sacra mysteria, cū accesseris ad tre-
mendum calicem, ut ab ipso bibiturus Chri-
sti costa, ita accedas. Vnde t̄ ipse dominus
dicit Matth. 26. Hic est sanguis meus, qui
pro vobis effundetur in remissione peccatorū.
TERTIO consideratur effectus huius sa-
cramēti, ex modo quo traditur hoc sacra-
mentū, quod traditur per modū cibi t̄ po-
tus. Et ideo omnē effectum quem cibus t̄ po-
tus materialis facit, quantū ad vitā corpo-
ralē (quod s. sustentat, auget, reparat, t̄ de-
lectat) hoc totum facit hoc sacramētū quā-
tum ad vitā spiritualē. Vnde Ambrosius
dicit in lib. de sacramentis. Iste panis est vi-
te eternæ, qui animæ nostræ substatiā fulcit.
Et Chrysost. dicit super Ioān. Præstat no-
bis desiderantibus, t̄ palpare, t̄ comedere,
t̄ amplecti. Vnde t̄ ipse dominus dicit Ioān. 6. Caro mea vere est cibus, t̄ sanguis
meus vere est potus.

QUARTO consideratur effectus huius sa-
cramēti ex speciebus in quibus traditur
hoc sacramētum. Vnde August. ibidē di-
cit. Dominus noster corpus t̄ sanguinem suū
in eis rebus cōmēdativ. que ad unū aliquid
redigūtur ex multis. Namque aliud s. panis
ex multis granis in unū cōstat: aliud s. vīnum
in unū ex multis acmis confluit. Et ideo ipse
alibi dicit super Ioānē. O sacramētū pietati,
signū unitatis, o. vinculū charitatis. Et
quia Christus et eius passio est causa gratiæ:
t̄ spiritualis refectio, et charitas sine gratiæ
esse nō potest, ex omnibus præmissis manife-
stum est, quod hoc sacramētū gratiæ cōfert.

AD PRIMM ergo dicendum, quod hoc
sacramētū ex se ipso virtutē habet gratiæ
conferendi, nec aliquis habet gratiæ ante sū-
ceptionē huius sacramēti, vel nisi ex aliquo

voto ipsius, vel per se ipsum, sicut adultis
vel voto ecclésie, sicut paruuli: sicut supradictum
est. Vnde ex efficacia virtutis ipsius est
quod etiā ex voto ipsius aliquis gratiæ conse-
quatur, per quā spiritualiter uiuiscetur. Restat
igitur, ut cū ipsum sacramētū realiter sim-
etur, quod gratia augeatur, et vita spiritualis
perficiatur. Alter tamen quā per sacramen-
tum confirmationis, in quo augeatur, t̄ perfici-
tur gratia ad persistendū cōtra exteiiores
impugnationes inimicorum Christi. Per hoc
autem sacramētū augeatur gratia, t̄ perfici-
tur spiritualis vita, ad hoc quod homo in
seipso perfectus existat per cōiunctionē ad Deū.
AD SECUNDVM dicendum, quod hoc
sacramētū confert gratiæ specialiter cum
virtute charitatis. Vnde Damascenus cōpa-
rat hoc sacramētū carboni, quē Esaias vi-
dit, Esiae. 6. Carbo enim lignū simplex nō est
sed unitum igni: ita t̄ panis cōmunionis,
non simplex panis est, sed unitus dumita-
ti: sicut Gregor. dicit in homilia Pentecostes.
Amor dei nos est otiosus, magna enim ope-
ratur, si est. Et ideo per hoc sacramētū quā-
tū est ex sui virtute, non solū habitus gratiæ
t̄ virtutis confertur, sed etiam excitatur
in actū secundū illud. 2. Corinthiorū. s. Cha-
ritas Christi urget nos. Et inde est, quod ex
virtute huius sacramēti, anima spiritualiter
reficitur, per hoc qđ anima spiritualiter
delectatur, t̄ quodāmodo inebriatur dulce
dine bonitatis diuinæ, secundū illud Cātic. s.
Comedite amici, t̄ bibite, t̄ inebriamini
charissimi.

AD TERTIVM dicendum: quod quia sa-
cramēta operantur salutē, quom significat,
ideo secundū quandā assimilationē dicitur
quod in hoc sacramento corpus offertur pro
salute corporis, t̄ sanguis pro salute animæ,
quamvis verumque ad salutem utrinque
operetur scilicet sub utroq; totus sit Christus:
ut supra dictum est. Et licet corpus non si-
milit actu subiectum gratiæ, ex anima tra-
nata redundat effectus gratiæ ad corpus, dū
in pra-

*in presenti mōbra nostra exhibemus arma-
iustitiae Deo (ut habetur Romanorum. 6.)*
et in futuro corpus nostrum sortietur incorruptionem et gloriā anime.

IN HAC quæstione. 20. agit S. Tho. de effectibus Eucharistie quæ est pulchra materia & certe prædicanda; ut homines ad sumēdū hoc sacramentum alliciatur; quia conditio est humana querere aliquid, & amare propter utilitatem & lucrum. Cum igitur homines cognoscat se per sacramentum tam multa & maxima bona spiritualia consecuturos, frequētius & audius summent prædictum sacramentum, quam si vel nō intelligant eius fructum vel non bene. Vel si tepi de ament: opus est ut a prædicatoribus calefiant. Est igitur conclusio S. Thomi in fine articuli. Manifestum est quod hoc sacramentum gratiā confert. Probat hanc conclusionem multis rationibus & testimonij, & quatuor considerationibus satis luculenter. Vide eius literam.

HIC prius nota, quod hæc materia de effectibus huius sacramenti tractatur à Magistro sententiarium in. 4. d. 12. & ibidem ab expositoriis. Et tractat hoc Gabriel super canonem lectione. 83. & aliqui doctores tractat hoc in. d. 9. vt Richardus ar. 2. per. 3. quæstiones.

SECUNDО. Nota, quod Caietanus tractat in isto articulo materias sequentium articulorum: ego autem tractabo singula in loco suo. Quæ sūt huius articuli hic, & quæ aguntur à S. Tho. in alijs articulis ibidem tractabimus. Et ita distinctius aperientur dubia: & longe plura dicemus quam dicat dominus Caiet.

TER TIO circa conclusionem, qua dicimus,

quod hoc sacramentum confert gratiam, dubitatur prius, an sacramentum hoc conferat gratiam eo: quia sumitur, vel quatenus consecratur. AD HOC sit prima propositio. Sacramentum confer gratiā eo quia sumitur. Probatur Ioannis. 6. Qui manducat meam carnem, & biberit meū sanguinem, habet vitam æternam, quæ est per gratiā. Vbi Dominus solū promittit gratiam propter ipsā sumptionē, & nō propter cōsecrationē.

SECUNDО. In eodē cap. dicit dominus de se, quod est panis vita. s. gratiā, vel quæ est per gratiā. Et in hac propositione omnes conueniunt SECUNDО propositio est. Gratia datur tempore sumptionis. Sed quid vocatur tempus sumptionis? Ad hoc respondet Caietanus hic in suis commentarijs, quod est non solum quando actualiter sumitur sacramentum: sed postea quando manet sacramentaliter in homine, nempe in stomacho. Probatur per illud Ioannis. 9. Quandiu sum in mundo lux sum mundi. s. per gratiam.

SECUNDО. Probatur: quia sacerdotes post sumptionem sacramenti adhibent diligentiam, ne aliqua particula adhæreat palato, quasi ne per irreverentiam amittant effectum sacrameti. Vnde

de infert Caietanus, quod potest quis, quando sumit Eucharistiam, ita esse dispositus, quod nec tūc peccet, nec tūc recipiat gratiam, quia est in mortali, & putat, quod fecit diligentiam sufficientē, & non fecit sufficientem, & postea si conteritur ante quam corpus Christi desinat esse in illo homine sacramentaliter recipiet gratiam ex vi Eucharistie.

SED nota, quod hoc dicit Caietanus potest intelligi dupliciter. Vno modo quod in toto tempore quo manet corpus Christi sacramentaliter det gratiam successiue: alio modo quod detur simul in aliquo instati illius temporis. Et dico quod secundum Caietanum vterque sensus est probabilis: licet primus videatur magis de mēte Caiet. quia dicit quod quādiu manet corpus Christi in homine sacramentaliter pascit & illuminat animā. SED contra, Tunc non esset laudabilis ritus ecclesiæ, quæ dat fidelibus tenues hostias & parvas particulas: sed deberet dare grossas & magnas hostias, vt diutius morarentur in stomacho fidelium ut fideles haberent maiorem gratiam.

AD HOC negaret Caietanus sequellam: quia gratia sacramentalis est certa & terminata ex vi sacramenti, ideo parum facit quod diu maneant hostiæ vel non in ipsis sumentibus.

DICО autem, quod licet hoc sit probabile, conformius tamen ad euangelium gratia datur tota quam primum verum est dicere, quod iste manducavit corpus Christi. Et. S. Tho. q. 21. sequenti ar. 8. ad. 6. dicit quod gratia datur in sumptione huius sacramenti. Vnde. S. Tho. est pro nobis. Probatur: quia dicitur Ioannis. 6. Qui manducat meā carnem & biberit meū sanguinem habet vitam æternam. Ergo &c.

ET arguitur contra Caietanum: quia sequeretur, quod quis post sex dies sumptionis haberet gratiam virtute sacramentivt si nunc conteratur, & antea erat in mortali, & sacramentum manebat in stomacho. Quod videretur contra verba euangelij citata. Opiniem autem Caietani tenet Maior in. 4. d. 9. q. 1.

DUBIUM TVR secundo, an detur tanta gratia prosumptione corporis Christi tantum, quanta datur prosumptione corporis & sanguinis simul.

AD quod dico prius, quod latius hoc videbimus infra. q. 21. ar. 12. cum Caietano. Sed pro nunc dico, quod ita. Probatur: quia totum est unum sacramentum. Ergo solum datur una gratia.

SECUNDО, sequeretur, quod maior gratia datur duas sumenti hostias vel duas partes, quam sumenti unam tantum.

TER TIO probatur. Quia alias populus defraudatur maximo bono, cum nō comunicetur sub utraque specie. Et ita male facere ecclesia priuando populum tanto bono.

DUBIUM TVR tertio. Si iste effectus gratia impediatur tempore sumptionis, an po-

sta

rea possit redire quā cōteritur, vel disponitur ad gratiam. Et videtur quod ita: sicut dictum fuit de baptismō.

AD HOC dico prius, quod duplex est gratia quæ datur in hoc sacramento, vel prima & vel augmentum gratiæ præexistentis. Hoc supposito, respōdet Caietanus hic, duabus propositionibus. Prima est. Transacto tempore sumptionis nullus recipit amplius primam gratiam per hoc sacramentum. Secus si transacta actuali sumptione adhuc durante tempore sumptionis secundū suam imaginationem talis resipiscat.

SECUNDО propositio est. Etiam transacto tempore sumptionis resipiscēs (id est, se disponēs) pot recipere augmentū gratiæ, licet nō primā gratiā. SED contra primam cōclusionem arguitur hoc modo. Non videtur major ratio de prima gratia quam de augmentatione. Sed post redit augmentationem. Ergo etiam redit prima gratia.

AD HOC responderet ipse, quod est major ratio: quia hoc sacramentum ordinatur deper se ad augmentum gratiæ & non ad primam gratiam. EGO dico, quod ista quæ dicit Caietan. sunt probabilitas, sed non certa: quia nec ex scriptura habetur, nec auctoritate sanctorum constant.

IDEO credo, quod non redit effectus huius sacramenti post tempus sumptionis, nec est simile de hoc & de baptismō: quia hoc sacramentum est reiterabile, & non baptismus. Ideo sancti tribuerunt illū effectū baptismō & nō huic sacramēto.

SED contra de confessione, de qua etiam dicit. S. Tho. quod recessente fictione, sortitur suum effectum. Dico ad hoc, quod infra dicemus in materia de confessione, & pro nunc dico, quod non est eadem ratio de baptismō, confessione, & Eucharistia: quia baptismus, & confessio sunt sacramenta immediate instituta contra peccata & non Eucharistia.

ET confirmatur: quia si esset verum, quod dicit Caietanus de hoc sacramento, idem esset dicendum de poenitentia & omnibus alijs sacramētis, quod sine fundamento diceretur, nec ex scriptis, nec ex sanctis de alijs sacramentis, excepto baptismate & penitentia, vt infra dicemus.

DUBIUM TVR quarto si quis accipiat Eucharistiam in gratia, sed sine actuali actu charitatis: quia distractus, vel quia accipit per actū qui est peccatum veniale, an recipiat istud augmentum gratiæ tunc.

AD HOC dicit Caiet quod non, sed postea quādo se disponit. Sed cōtra. Nō potest quis accedere ad Eucharistiam in gratia, & indispositus nisi quia non habet actū, aut quia accedit cum veniali. Sed non habere actū nō impedit: quia sacramentum confert illud augmentum gratiæ ex opere operato, & veniale non impedit infusionē gratiæ. Ergo falsum est, quod dicit Caietanus.

SECUNDО: quia alias sequeretur, quod aliquis propter peccatum veniale damnaretur; quia propter illud non recipit gratiam.

IDEO dico cum. S. Tho. in hac quæstione art. 8. quod propter peccatum veniale non impeditur augmentum gratiæ, quanvis Caietanus illum loquitur interpres, sed nimis violenter.

DE ILLО etiam, qui sine actu accedit ad Eucharistiam, dico, quod recipit statim gratiam. Et hoc dicit. S. Tho. in. 4. 16. q. 2. art. 1. q. 1. ad. 3. Vbi dicit, quod ad recipiendam gratiā non semper requiritur actualis actus, seu intentio, sed sufficit habitus, s. habuisse actum, & non mutasse intentionem voluntariæ.

SED contra. S. Thomas in. q. de malo. q. 7. art. 12. ad. 2. dicit quod nunquam infunditur gratia alicui sine actuali feruore charitatis.

AD hoc dico, quod intelligit sine sacramento, se cus cum sacramento.

SED arguitur contra hoc pro Caietano: quia si daretur semper augmentum gratiæ sic acceditibus sine charitatis feruore actualiter, vel cum veniali: sequitur, quod sacerdos qui sic accedit, habebet magnam gratiam: quia multitoties sic accedit. Sed consequens videtur falsum: quia tepide opatur diligēdo Deū, vel alia bona exercēdo, quod nō faceret, nō haberet ita magnā gratiā. Ergo &c.

AD HOC dico, quod gratia non est habitus immediate ad operandum: vt dicitur in concilio Milvitanо, non tamen immediate, sed mediate, nempe per habitus: quia gratia immediate non diligit, sed charitas.

SECUNDО arguit Caiet. pro se: quia hoc sacramentum est nutrimentum in vita spirituali, & non nutritur per hoc sacramentum: nisi ille qui per actum vitalem sumit illud, qualis actus non est peccatum veniale.

AD HOC dico, quod satis est, quod talis habet, vel habuit actum vitalem, quo voluit, vel vult accipere sacramentum manes seu per in gratia, ad hoc, quod recipiat augmentum gratiæ.

TER TIO. S. Thomas in. 4. d. 12. q. 2. art. 1. q. 3. dicit, quod cum peccato veniali, non recipit quis gratiam, etiam cum sacramento.

AD HOC dico, quod mutauit sententiam in. 3. p. loco citato.

QVAR TO. Sequeretur, quod pueris daretur gratia ante usum rationis, si sumant hoc sacramentum, postquam non requiritur actus actualis.

AD HOC dico, quod latius disputabimus infra, cum tractabimus de sumentibus hoc sacramentum in. q. sequenti.

SECUNDО, quod non est simile de pueris: quia illi nunquam habuerunt actum, & adulti habuerunt, & habent tunc, quando sumunt Eucharistiam, habitualē vel virtualem intentionē. Quā pueri non habēt. Ideo non est eadem ratio.

Articul. secūdus

Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriae.



D SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod effectus huius sacramenti non sit adeptio gloriae. Effectus enim proportionaliter naturae causa. Sed hoc sacramentum competit viatoribus. Unde et viaticum dicitur. Cum igitur viatores nondum sint capaces glorie. videtur quod hoc sacramentum non causet adeptionem gloriae.

PRÆTEREA. Posita causa sufficiet, ponitur effectus. Sed multi accipiunt hoc sacramentum, qui nunquam peruenient ad gloriam. ut patet per Augustinum. 12. de Cunctitate Dei. Non ergo hoc sacramentum est causa adeptionis gloriae.

PRÆTEREA. Maius non efficitur à minori: quia nihil agit ultra suam speciem. Sed minus est accipere Christum sub specie aliena: quod sit in hoc sacramento, quam frui eo in specie propria, quod pertinet ad gloriam. Ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriae.

SED CONTRA est, qd dicitur Ioan. 6. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. Sed vita aeterna est vita gloriae. Ergo effectus huius sacramenti est adeptio gloriae. **RESPONDEO** dicendum, quod in hoc sacramento potest considerari, id ex quo habet effectum. si ipse Christus contentus, et passio eius representata, et id per quod habet effectum. s. usus sacramenti species eius. Et quantum ad utrumque competit huic sacramento, quod causet adeptionem vita aeterna. Nam ipse Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vita aeterna, secundum illud. Hebreorum. 9. Noui testamenti mediator est, ut morte intercedente, qui vocati sunt, accipiant remissionem aeternae hereditatis. Unde et in forma huius sacramenti dicitur, Hic est calix sanguinis mei noui eterni testamenti. Similiter etiam refectio cibi spiritualis, et unitas significat per species panis et vita habetur quidem in presenti, sed imperfecte.

perfecte autem in statu gloriae. Vnde Augustinus dicit super illud Iohannese. 6. Caro mea vere est cibus. Cum cibo et potu id appetant homines, ut non esuriant, nec sitiant, hoc veraciter non praestat, nisi iste cibus et potus, qui eos a quibus sumuntur immortales et incorruptibles facie in societate sanctorum: ubi pax erit, et unitas plena atque perfecta.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut passio Christi, in cuius virtute hoc sacramentum operatur, est quidem causa sufficientia gloriae, non tamen ita, quod statim per ipsum introducamur in gloriam, sed oportet ut prius simul copatiamur, ut postea simul glorificemur (sicut dicitur Romanorum. 8.) ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam.

Et ideo viaticum dicitur. In cuius figurâ legitur. 3. regnus. 19. quod Helias comedit, et bibit, et abulavit in fortitudine cibi illius. 40. diebus et noctibus usq; ad montem Dei Oreb.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut passio Christi non habet suum effectum in his, qui se ad eam non habent, ut debent: ita et per hoc non adipiscuntur gloriam, qui indecenter ipsum suscipiunt. Vnde Augustinus dicit super Iohannem, exponens illa verba, aliud est sacramentum, et aliud virtus sacramenti. Multi de altari accipiunt et accipiendo moriuntur. Panem ergo celestem spiritualiter manducate, in omnem ad altare apporate. Unde non est mirum, si illi qui innocentiam non seruant, effectum humus sacramenti non consequantur.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc, qd Christus sub aliena specie sumitur, pertinet ad rationem sacramenti, qd instrumentum agit. Nihil autem prohibet causam instrumentalem plus cere potior effectum: ut ex supra dictis patet.

IN HOC. Secundum articulo diuini Thomas posuit unum notable, & subinde unam affirmatiunculam conclusionem, qua respondet ad predictam questionem, & probat eam. Quo ad primum dicit quod est notandum, qd in hoc sancto sacramento sunt duo consideranda. Primum est id, ex quo sacramentum habet effectum suum, id est, virtutem ad faciendum, qd facit, nepe Christus & passio eius representata.

Secundum,

Secundum est, id per quod habet effectum, nempe usus sacramenti & species eius. Quo ad secundum est conclusio, qua est huiusmodi. Quantum ad utrumque predicatorum quae sunt in sacramento, conuenient huic sacramento causare adeptionem vita aeterna. Probatur: quia Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vita aeterna, secundum illud ad Hebreos. 9. Novi testamenti mediator est: ut morte intercedente, qui vocati sunt, accipient remissionem aeternae hereditatis. At Christus instituit hoc sacramentum ad hoc, quod per ipsum applicetur nobis virtus suae passionis. Ergo sacramentum hoc efficit adeptionem gloriae.

SECUNDO. In forma consecrationis sanguinis Christi dicitur, hic est calix sanguinis mei noui & aeterni testamenti, quod est dicere, est calix remissionis gloriae, qua sit in novo testamento his, qui digne sumunt hoc sacramentum. Ergo &c.

TERTIO. Refectio spiritualis & unitas, quae significantur per hoc sacramentum non habentur perfecte, nisi in gloria. Ergo sacramentum hoc efficit adeptionem gloriae.

QUARTO pro hoc est Augustinus. super illud Iohannis. 6. Caro mea vere est cibus &c. qui sic dicit. Cum cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant, nec sitiant, hoc veraciter non praestat, nisi iste cibus & potus: qui eos a quibus sumuntur immortales & incorruptibles facit in societate sanctorum, ubi pax erit, et unitas plena atque perfecta. Ergo ex Augustino manifeste habetur, sacramentum hoc esse causam adeptionis gloriae.

SED CONTRA est, qd dicitur. 1. Corin. 11. Qui manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat, et bibit. Dicit autem Glosa: ibidem, quod ille manducat, et bibit indigne, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat, et talus manducat, et bibit, sibi iudicium, id est damnationem. Ergo ille qui est in peccato mortaliter hoc, quod accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatum, quam remissionem sui peccati consequatur.

RESPONDEO dicendum, quod virtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Uno modo secundum se, et sic hoc sacramentum habet virtutem ad remittendu quaecumque peccata ex passione Christi, quae est fons et causaremissionis peccatorum.

ALIO modo potest considerari per comparationem ad eum, qui recipit hoc sacramentum, prout in eo inuenitur, vel non inuenitur impedimentum percepienti huius sacramenti effectum. Quicumque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum

a y tum



D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta. Sit hoc sacramentum abluctio scelerum. Sed scelerata dicuntur peccata mortalia. Ergo per hoc sacramentum peccata mortalia abluuntur.

PRÆTEREA. Hoc sacramentum agit in virtute passionis Christi, sicut et baptismus. Sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia: ut supradictum est. Ergo et per hoc sacramentum. Praesertim cum in forma huius sacramenti dicatur, qui promulgate effundetur in remissionem peccatorum.

PRÆTEREA. Per hoc sacramentum gratia confertur: ut dictum est. Sed per gratiam iustificatur homo a peccatis mortaliis, secundum illud Romanorum. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo per hoc sacramentum remittuntur peccata mortalia.

SED CONTRA est, qd dicitur. 1. Corin. 11. Qui manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat, et bibit. Dicit autem Glosa: ibidem, quod ille manducat, et bibit indigne, qui in crimine est, vel irreverenter tractat, et talus manducat, et bibit, sibi iudicium, id est damnationem. Ergo ille qui est in peccato mortaliter hoc, quod accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatum, quam remissionem sui peccati consequatur.

RESPONDEO dicendum, quod virtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Uno modo secundum se, et sic hoc sacramentum habet virtutem ad remittendu quaecumque peccata ex passione Christi, quae est fons et causaremissionis peccatorum.

ALIO modo potest considerari per comparationem ad eum, qui recipit hoc sacramentum, prout in eo inuenitur, vel non inuenitur impedimentum percepienti huius sacramenti effectum. Quicumque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum

Articulus tertius

Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

AGMV

tum percipiendi effectum huius sacramenti: eo quod non est conueniens susceptor huius sacramenti: tum quia non potest vniri Christo (quod fit per hoc sacramentum) dum est in affectu peccandi mortaliter. Et ideo, ut dicitur in lib. de ecclesiastici dogmatibus, si mens in affectu peccandi est, grauatur magis Eucharistie perceptione, quam purificetur. Unde hoc sacramentum ineo, qui ipsum percipit in conscientia peccati mortalis, non operatur remissionem peccati.

POTEST tamen hoc sacramentum operari remissionem peccati dupliciter. Vno modo non perceptum actu, sed voto: sicut cum quis prius iustificatur a peccato.

ALIO modo etiam perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam, et affectum non habet. Forte enim primo non fuit sufficenter contritus: sed deuote & reuerenter accedens consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis, que contritionem perficiet, & remissionem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod petimus, ut hoc sacramentum sit ablutione scelerum: vel eorum quorum conscientiam non habemus (secundum illud psalmi: Ab occultis meis munda me domine) vel ut ceteratio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem: vel etiam: ut robur nobis detur ad scelerum vitanda.

AD SECUNDVM dicendum, quod baptismus est spiritualis generatio, que est mutatione de non esse spirituale in esse spirituali & datur per modum ablutionis. Et ideo quantum ad extrinsecum non exconvenienter accedit ad baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis. Sed per hoc sacramentum homo sumit in se Christum per modum spiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis. Et ideo non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod gratia est sufficientia causa remissionis peccati mortalis: non tamen actu remissum peccatum mortaliter, nisi cu primo datur peccator. Sic an-

non datur in hoc sacramento. Unde ratio non sequitur.

IN HOC. 3. articulo Diuus. Tho. notat prius, quod virtus huius sacramenti potest considerari duplicititer. Vno modo secundum se & alio modo per comparationem ad eum qui recipit hoc sacramentum, secundum quod in eo inuenitur, vel non inuenitur impedimentum recipiendi huius sacramenti effectum, nempe peccatum mortale. HIS notatis scribit Doctor sanctus alias conclusiones. Quarum prima est. Hoc venerandum sacramentum secundum se habet virtutem remittendi quaecumque peccata. Probatur quia (ut dictum est) habet virtutem passionis Christi, que est fons & causa remissionis peccatorum. Ergo &c.

SECUNDA conclusio est. Quicumque habet conscientiam peccati mortalis habet in se impedimentum percipiendi effectum huius sacramenti. Probatur. Quia non est conueniens susceptor huius sacramenti. Ergo ineretur priuari eius frumenti: quia facit irreuerentiam sacramento.

SECUNDO. Quia qui est in peccato mortali non vivit spiritualiter. Ergo non debet spirituale nutrimentum suscipere, quod non est, nisi vivens.

TERTIO. Quia non potest vniri Christo (quod per hoc sacramentum fit) dum est in affectu peccandi mortaliter. Ergo habet impedimentum percipiendi effectum huius sacramenti.

QUARTO hoc ipsum confirmat ex lib. de ecclesiastici dogmatibus, ubi dicitur. Si mens in affectu peccandi est, grauatur magis Eucharistie perceptione quam purificetur. Ergo hoc sacramentum in eo, qui ipsum recipit in conscientia peccati mortalis, non operatur remissionem peccatorum.

TERTIA conclusio est. Sacramentum hoc potest operari remissionem peccati mortalis dupliciter. Vno modo perceptum solo voto, & non recte cum quis prius quam sumat Eucharistiam iustificatur a peccato per contritionem, quae inducit propositionem fernandi mandata dei (ut infra suo loco dicimus), & vnum praeceptorum est de Eucharistia sumenda.

QVRTA & notanda conclusio est. Sacramentum hoc realiter perceptum ab eo, qui est in mortali, cuius tamen conscientiam & affectum non habet remissione peccati operatur. Ponit diuus Thomas exemplum quia potest esse, quod ille qui accedit ad Eucharistiam non fuit prius sufficenter contritus sed deuote & reuerenter accedit, & consequitur per hoc sacramentum gratiam charitatis. Hac. S. Tho. Quia nos prius tractabimus.

ET tandem sententia. S. Tho. hic sicut dubius pro positionibus principibus. Prima est. Omnis accedens ad sacramentum cum conscientia peccati mortalis peccat mortaliter de novo. Vnde non solum non remittuntur illi mortalia peccata sed admittit vnuam de novo.

SECUNDA

SECUNDA conclusio est, quae est. 4. in litera articuli. Accedes ad sacramentum in peccato mortali nescienter (nempe quia putat se fecisse diligenter debitam, & non fecit) non semper peccat mortaliter tuum peccatum. Has duas propositiones ponit. 5. Tho. hic, ut constat. Idem dicit. q. 2. sequenti. ar. 4. ad. 5. Idem dicit in. 4. d. 9. q. 1. ar. 3. q. 2. Idem dicit Alexander. 4. p. q. 4. membro. 6. ar. 2. Idem dicit Bonaventura. 4. d. 9. ar. 2. q. 3. Idem Gabriel in. 4. d. 9. q. 2. conclusione prima, & super Canone lectione. 8. Idem sentit Marsilius in. 4. q. 6. ar. 4. conclusione prima & duobus corollaribus sequentibus. Idem Gerson libro de floribus Eucharistiae, & in tractatu ubi exponit canticum, Magnificat anima mea. Idem Adrianus in. 4. q. propria de Eucharistia. Idem Paludanus. d. 9. q. 2. Sed hi doctores dicunt, quod talis non peccat. At sanctus Tho. addit, quod non solum non peccat: sed recipit gratiam. Ratio est: quia licet talis sit indignus, accedit dignus, id est, accessus est dignus. Et ad intelligentem hoc nota, quod omnis dolor de peccatis, qui sufficit ad remissionem peccatorum dicitur contritio: Alius vero qui non sufficit dicitur attritio.

SECUNDO notandum, quod non est facile cognoscere, quis dolor est attritio, & quis contritio: quia licet communiter diffiniatur a doctoribus quod contritio sit dolor de peccatis propter Deum, & attritio sit dolor de peccatis propter poenas aut alias circumstantias, vel propter alia motiva: tamen hoc ipsum cognoscere difficile est: quia putant: homines quod dolent propter Deum, & saepe non est ita. Vnde nullus potest esse certus, & evidenter scire se esse in gratia, aut se esse contritum sine speciali revelatione. Probatur hoc, Priore ad Corinthios. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Et tamen habebat Paulus magna signa quod erat in gratia: quia nollebat se parari a charitate Christi.

SECUNDO probatur hoc per illud Iob. 3. Verebar omnia opera mea sciens quod non parceret delinqüenti.

TERTIO. Ecclesiastes. 9. Nescit homo verum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.

QUARTO. Proverbiorum. 20. Nullus potest dicere, Mundum est cor meum.

SEXTO. Iobi. 10. Si simplex fuero, hoc ipsu ignorabit anima mea,

SEPTIMO. In eodem capite habetur. Si dominus venerit ad me, & si recesserit, non videbo illum. HIS suppositis, probo secundam conclusionem, ubi est difficultas: quia de prima non est aliqua: cum sit expressa in Paulo. 1. ad Corinthios. 11. Prior. Si nunquam potest quis accedere ad Eucharistiam in peccato mortali quin peccet mortaliter: sequitur, quod omnis accedens ad Eucha-

rismam exponit se periculo peccandi mortaliter. Et ita omnis accedens peccat mortaliter. Probat sequella: quia nullus potest scire, quod est in gratia: vt probatum est. Ergo accedit ad Eucharistiam cum timore & periculo, quod est in peccato mortaliter. Ergo exponit se periculo peccandi mortaliter.

SECUNDUO. Non habemus in sacra scriptura, quod accedens ad Eucharistiam teneatur esse in gratia: sed solu, quod probet se: vt ait Paulus. Sed talis iam est probatus. Ergo accedit sine peccato. Et hoc argumentum probat sufficieater conclusionem. S. Thomae.

HIS non obstantibus dicit Maior in. 4. d. 9. q. 1. conclusione. 2. quod accedens in lethali ad Eucharistiam semper peccat de novo. Probat prius: quia vel talis fecit totum, quod debebat facere, vel non. Si fecit totum. Ergo est in gratia. Si non. Ergo ad hoc ignorat culpabiliter. Ergo peccat sic accedens, mortaliter.

PRO solutione huius nota, quod peccator solu tenetur dolere de peccatis ad hoc, quod remittatur illi peccata: & non tenetur querere, an fecerit examinationem vel non, nisi ad hunc finem, vt doleat de peccatis. Ad sumendum autem Eucharistiam non sufficit dolere: sed tenetur facere diligentiam ad querendum signa probabilia quod est sine peccato, vel in gratia. Tunc ad argumentum diu in antecedens. Talis fecit quod tenetur ad sumendum Eucharistiam, cocedo. Sed non facit, quod tenetur ad hoc quod sit in gratia: Quia ad hoc quod est in gratia deberet dolere de peccatis propter Deum. Vnde sequitur, quod dicit. S. Thomas esse verum. s. quod habens signa sufficientia ad iudicandum probabiliter, quod est in gratia, potest accedere ad Eucharistiam sine peccato.

ET contra Maiorem arguitur hoc modo. Si Deus fecisset legem, quod quantumcumque quis habeat signa probabilia, quod doluit de peccatis, & quod est in gratia: si tamen non doluit, non erit in gratia, ille qui sic habet illa signa non peccaret sic accedens ad Eucharistiam. Ergo nec nunc: quia eadē lex facta est nunc per illud, Probat se ipsu homo, &, Nisi poenitentiam egeritis, peribitis.

SECUNDUO. Si duo habeat aequalia signa, quod sunt in gratia, & in rei veritate non est nisi unus illorum, & accedunt sic cum illis signis ad Eucharistiam: non videtur quare peccet unus potius quam aliis. Ergo nullus illorum peccat sic accedens.

TERTIO. Tantum arcetur ab Eucharistia excommunicatus sicut peccator. Sed excommunicatus, qui invincibiliter ignorat suam excommunicationem & sic accedit, excusat. Ergo peccator &c. Quod autem excommunicatus possit sic ignorare excommunicationem. Probatur, si rusticus accipit absolutionem a non potente dare, & putat, quod poterat &c.

QUARTO. Dominus dicit Ioan. 6. quod hoc a iii sacramento

SACRAMENTUM dat vitam: quæ non datur, nisi mor-
tuis in peccato. Et S. Tho. in. 4. d. 9. q. 1. ar. 3. q. 2. di-
cit, quod hoc dicit August. s. quod hoc sacramen-
tū vivificat mortuos. Et hoc dicit August. in quo
dam sermone de hoc sacramento.

Dubium
primum.

DVBITATVR prius. Quādō dicit docto-
r quod potest quis accedere ignorāter ad Eu-
charistiam cū mortali, & excusatur: de qua igno-
rātia loquitur. Quia duplex potest esse ignorā-
tia. Altera, s. quia de facto peccauit mortaliter, &
putat quod non, & facit diligentiam ad reminis-
cendum, & non recordatur. Altera est: quia bene
recordatur, quod peccauit, & putat se sufficienter
dolere, & conteri de peccatis suis, & non facit.

AD HOC dico, quod loquitur de utraque: licet
facilius detur secunda: quia difficile erit, quod ali-
quis peccauerit, & quod faciat diligētiā, vt re-
cordetur, & quod nō recordetur, ad minus quod
peccauit: licet non recordetur quories peccauit.

Dubium
secundum.

DVBITATVR secundo, an ille talis ignorās-
temper consequatur gratiam per illud la-
cramentum, vel an solum remittatur peccatum.
Videtur ex. S. Tho. hic, quod semper consequitur
gratiam. Et ita dicit Alexander. 4. p. q. 4. & Ga-
bri. super canonē lect. 8. Et quod talis temper cō-
sequatur gratiam est probabilius, cum sacramētū
operetur ex opere operato. Et ille ignorans iam
est probatus iuxta mandatum Pauli.

SED cōtra. Quia tunc eis est talis certus quod est
in gratia. Probatur. Quia est certus quod facit
probabilem diligentiam, & quod disponit se sic
probabiliter.

RE SPONDETVR quod potest esse certus. I
sine formidine absentiri, sed non certitudine si
dei quia sunt de hoc opiniones propterea non est
de fide.

SECUNDUO. Dico quod non potest esse certus,
etiam ita sine formidine: quia non est certus si se
disponit ita sufficienter, vt cum sacramento de-
tur ei gratia.

ARGVO secundo hoc modo. Sequitur quod sine
poenitentia quis habet gratiam. Fator quod cū
sacramento sine contritione habet gratiam. Immo
sine actuālī contritione quia quando quis sumit
sacramētū melius est, quod cogitet de sacramē-
to, quam de peccatis. Saris est quod ante fuit at-
tritus aut probatus: vt dictum est.

Dubium
tertium.

DVBITATVR tertio, an sufficiat contrito-
nem ad accedendum ad Eucharistiam cum scie-
tia de peccato, vel an requiratur confessio. Evi-
deatur quod sufficiat contrito, quia talis est in gra-
tia, & iusti p̄ceptū Pauli est platus. Ergo &c.
HOC dubium mouetur circa primam conclusio-
nem. S. Tho. qui dicit quod accedens ad Eucha-
ristiam cum scietia peccati mortalitatis, peccat mor-
taliter. Et etatatur hoc in. 4. d. 9. & 17. Ad quod
dicō omnis, quod aliqui doctores non multū anti-
qui dicunt, quod nō requiratur confessio ad acce-
dendum ad Eucharistiam: sed suffici contrito.

Hoc Panormi. c. de homine extra de celeb. miss.
Ideā dicit Cajet. & cū maiori audacia. 3. p. q. 50.
ar. 4. & prima ad Corinthi. c. 11. & in ſumā verbo,
Cōmuniō sacramentalis. Et probat. Quia confes-
ſio non est de iure diuino ante ſumptionē Eucha-
ristie, nec de iure humano. Probatur. Quia Paulus
ſolū dicit. Probet autem ſe ipsum homo, &
non meminit de confessione aliquid: quia per cō-
fessionem non ſe probat conſitēs: ſed potius con-
fessor probat conſitētēm. Ergo non requiri-
tur cōfessio.

SECUNDUO probat. Si confessio ante ſumptionē
Eucharistie eſſet de iure diuino, ſemper eſſet
mihi accedere ad Eucharistiam ſine p̄œptū cō-
fessione. Sed Theologi ponunt aliquas exce-
ptions quando ſine confessione licet accedere ad
Eucharistiā. Ergo non eſſet de iure diuino. Mi-
nor probatur: quando alias eſſet infamia, quādō
non eſſet copia confessoris, vel ſimile aliquid: vt
poſtea dicemus.

TERTIO probat. Quia p̄œptū affirmati-
vum ſolum obligat tempore neceſſitatis. Sed Eu-
charistia non facit illam neceſſitatem. Ergo non
requiritur talis confessio.

QVAR TO. Ad alia sacramenta recipiēda nō
requiritur confessio. Ergo nec ad hoc.

QVINTO. Ad ministrādū alijs Eucharistiā,
non requiritur confessio. Ergo nec ad recipiēdū.
HIS non obſtantibus, Dico ad hoc, quod nullus
Theologus habuit hanc opinionem Cajetani: nō
enī inuenitur in alio.

SECUNDUO propositio eſt. Cajetanus tenet hoc
contra. S. Tho. in. 4. d. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. & in addi-
tionibus ad. 3. p. q. 6. ar. 5.

TERTIA conclusio. Dico cū. S. Tho. & cū cetera
Theologorū dempto domino Cajetano, quod
requiritur confessio ante cōmunionē ſub poena
peccati mortalitatis de nouo, quantū de ſe eſt. Dico,
quantum de ſe eſt: quia in aliquo caſu excufa-
etur: vt poſtea dicemus. Probatur prius quia ita di-
cit Hugo de. S. Victore in lib. de ecclieſtā
potestate ligandi atque ſoluendi: cuius verba ſunt.
Audacter dico, ſi ante ſacerdotis abolutionē ad
cōmunionē corporis & ſanguinis Christi quis
acciferit: pro certo ſibi iudicium māducat: & ſi
eum nimiū poeniteat, & vehementer doleat.

SECUNDUO. Pro nobis eſt Cyprianus in epifo-
lia ad fratres, quæ incipit. In gemiscere vos &c. Vbi
reprehendit ſacerdotes, qui lapsi dabant Eucha-
ristiam ſine ordine. id est, qui prius conſitē-
tur. Et dicit, quod eſt contra diſciplinā domini.

TERTIO. Idē dicit in lib. ad lapsos, qui incipit.
Pax ecce dilectissimi fratres. Idē dicit etiam in
epifolia ad Presbyteros & diaconos, quæ incipit.
Legi literas vestras. Cyprianus etiā in ſermone, de
lapsi dicit, quod ante ex homologem fuit
criminis nullis eſt pax, ſed belū, ad cōmunionē
accedere. Augustinus quoq; in epifolia ad Iulianū
comitē. Quādō dicit, inquit, recipere debemus
ante

antea ad confessionē & poenitētiū recurredū eſt.

QVAR TO probatur hec per illud quod dicit Eu-
ſebius in historia ecclieſtā li. 6. c. 25. Quod cū
Philippus imperator factus fuſſer Christianus,
& veller co-municare: nō eſt permisſus ab epif-
copo loci: nī prius conſitētur.

QVINTO probatur: quia ita dicit Glosa extra
de celebratione missarum cap. De homine, quæ
citat textus ad hoc: licet illi textus hoc non dicat
formaliter, videntur tamen illud aſſerere. Et licet
hoc non possit ſuſſicteſter probari ex ſacra ſcriptu-
ra, nec ex iure canonico, nec naturali: nec Cajet.
possit ſuſſicteſter expugnari per ſolas adduſtas
rationes & testimonia: probatur tamen ratione.

SEXTO in ordine arguo in hūc modum. Con-
ſuetudo generalis eſt in ecclieſtā à tempore Apo-
ſtolorum, quæ nullum admittit ad cōmunionē
(ſi peccauit) quin prius conſiteatur. Omnes nam-
que probi viri potant ſe peccare mortaliter: ſi nō
conſiteantur peccata mortalia ante cōmunionē.
Et haec conſuetudo vniuersalis obligat ſicut lex
vniuersalis extra de cōſuetudine cap. finali & c.
Ecclieſtā carum. ii. d. Rofensis etiam articulo, ſi
contra Lutherum multa adducit ad hoc ex ſacra
mitia, nī ſuſſicteſter.

SEPTIMO probatur. Apostolus i. ad Corin-
thi. ii. exigit ad Eucharistiam maiorem diligen-
tiam & diſpositionem, quam ad alia sacramenta.
Sed ad omnia alia ſuſſicteſter contrito. Ergo ad hoc
ſacramētū requiritur ſuſſicteſter: quia non vide-
tur quid aliud requiratur, plusquam ad alia ſacra
mitia, nī ſuſſicteſter.

OCΤAVO. Si probatio Pauli terminatur ad cō-
tritionem tantum, ſequitur, quod omnis accedes-
ſe ſine confessione, peccat mortaliter: quia exponit
ſe periculō, cum non poſſit ſcire evidenter ſe eſſe
contritum, & relinquit confessionem, quam faci-
le poſſit adhibere.

NONO probatur. Quia ſemper ſuit ille textus
Pauli ſic intellectus à ſanctis, quod illa probatio
debet eſſe per p̄œptū confessionē. Ergo ita eſt
tenendum.

DECIMO. Paulus manifeste (etiam ſecundum
Cajetanum) p̄cipit, quod hominines ſe probet,
ideſt, inquirat ſigna probabilia quod ſunt in gra-
tia: quia conſiteri, eſt potiſſimum ſignum, quod
quis ſit in gratia. At ille qui non conſitētur, non
inquirat ſigna probabilia, quod eſt in gratia. Ergo
agit contra p̄œptū Pauli. Ergo peccat mor-
taliter: quia potiſſimum ſignum ad iudicandum,
quod eſt in gratia, eſt conſitētē.

VNDECIMO. Iam hoc definitum eſt in conci-
lio Tridentino: vt in ſtra in materia de confeſſio-
ne citabo.

SED an ſint caſus aliqui vel exceptions, quart
do ſit p̄œptū confeſſione licet accedere ad
Eucharistiā?

AD hoc dicitur committere omnes doctores,
quod ita. Prima exceptione eſt, quando eſt necessa-

rium alicui ſumere Eucharistiā & non eſt co-
pia coſeffarij. Probatur hoc quia ſic eſt conſi-
tudo in ecclieſtā, quod tunc ſacerdos cum contri-
tione ſine confeſſione celebrat.

SECUNDUO probatur. Quia p̄œptū de iure
diuino p̄oſtituō non obligat contra p̄œptū
iuri naturali: vt cum quis non poſſet ſumere
Eucharistiā ſi conſitētur tunc, nī cum ſua in
famia, poſtē accedere ad Eucharistiā cum propo-
ſito conſitēdi poſtea. Et haec eſt ſecundū exceptio.

TERTIA eſt propter reuerētiam Eucharistie,
quando ſacerdos in medio miſſe recordatur ali-
cuius peccati quod antead admittit, non debet re-
linquere miſſam & conſiteri tunc: ſed ſufficit pro-
poſitum conſitēdi, & contrito. Et hoc ſit in medio, ſit in principio miſſe, ſit poſſint conſiteri ſine ſcandalō, ſit non: videtur probabilitus,
quia totum eſt vnu opus, quicquid alij dicant,
Et idem dicatur de laicis poſtquam iana ſunt pa-
rati ad recipiēndum Eucharistiā, eſto recordē-
tur alicuius peccati, doleant de illo, & proponant
quod poſtea conſitebuntur. Et hoc propter reue-
rentiam cōmunionis & mensa domini: quia cū
ſit vnu cōmunione, ſit reuerētia quod fiant ibi
interruptiones.

TVNC ad primū argumentū Cajetani di-
co, quod eſt de iure diuino: vt patet per Paulum &
per conſuetudinem ecclieſtā, vt probauimus. Et
dico quod Cajetanus male interpretatur Paulū:
quia Paulus vult, quod probet ſe homo eo modo
quo tenetur. Et dico (vt probauimus) quod tenetur co-
ſiteri ad talem probationem.

AD ſecundū negatur, quod ſi eſt de iure diuino
quod conſitētē p̄cedit ſumptionē Eucha-
ristie, quod non licet opponit in aliquo caſu.
Quia etiam non occidere eſt de iure diuino: &
tamen in deſcenſionem propriā, vel propter iu-
ſitiam licet. Ad alia patet ex his dictis manifeſte,
quid ſit dicendum.

SED. Quideſt non habere copiā coſefforis? Di-
co, quod eſt quanlo in ſtat necessitas celebri-
di, & nullus eſt habens iuriſdi-
ctionem qui poſſit audire illum, vel probabiliter
timetur quod talis coſeffarius reuelabit confeſſionem, vel ſcandalizabitur: vt ſi mulier conſitē-
tur, & probabiliter ſcitet quod ſi conſitētur tali pa-
rocho adulterium ſuum, ſolicitabit illum.

VLTIMO. Vide argumenta. S. Tho. Et in ſolu-
tione ad. 2. videtur quod. S. Tho. dicat, quod ad
baptiſtū non requiratur aliquis dolor. Sed de
hoc ſupra late diximus. q. 10. ar. 9. vide ibi.

Articul. quartus.

Vtrum per hoc ſacramētū remit-
tantur peccata venialia.

DQVARTVM. Sic primitur peccata venialia. Vnde **A**mbro-
sius dicit in lib. de sacramentis, quod iste pa-
nis quotidianus sumitur in remedium quo-
diana infirmitatis. Res autem huius sacra-
menti est charitas, non solum quantum ad habitum: sed etiam quantum ad actum, qui excitat per hoc
sacramentum: per quod peccata venialia solvi
tur. Vnde manifestum est, quod virtute huius
sacramenti remittuntur peccata venialia.

PRAETEREA. Si peccata venialia
per hoc sacramentum remittuntur, quaratio-
ne remittuntur omnia, remittuntur et omnia.

Sed non videtur quod omnia remittantur:
quia sic frequenter aliquis esset absque omni
peccato veniali, contra id quod dicitur I.
Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus, ipsi nos seducimus. Non ergo per hoc sa-
cramentum remittuntur aliquid peccati veniale.

PRAETERIVM dicendum, quod illud
verbum non est intelligendum quin ali-
qua hora posset homo esse absque omni reatu
peccati venialis: sed quia vitam istam san-
cti non ducunt sine peccatis venialibus.

ADTERTIVM dicendum, quod maior
est virtus charitatis, cuius est hoc sacra-
mentum, quam venialium peccatorum. Nam cha-
ritas tollit per suum actum peccata venialia:
quae tam non possunt totaliter impedire actum
charitatis. Et eadem ratio est de hoc sacramen-
to.

SED CONTRA est, quod Innocentius
tertius dicit, quod sacramentum venialia de-
let, et cauet mortalia.

RESPONDEO dicendum, quod in hoc sa-
cramento duo possunt considerari scilicet ipsum sa-
cramentum et res sacramenti. Et ex utroq[ue]
apparet quod hoc sacramentum habet vir-
tutem ad remissionem venialium peccatorum.
Nam hec sacramentum sumitur sub specie
cibi nutritientis. Nutrimentum autem cibi est
necessarium corpori, ad restituendum id quod
quotidie deperditur per actionem caloris na-
turalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid
in nobis deperditur ex calore concupiscentiae
per peccata venialia, que diminuunt feruo-
rem charitatis: ut in secunda parte habitum
est. Et ideo conuenit huic sacramento ut re-

mittat peccata venialia. Vnde **A**mbro-
sius dicit in lib. de sacramentis, quod iste pa-
nis quotidianus sumitur in remedium quo-
diana infirmitatis. Res autem huius sacra-
menti est charitas, non solum quantum ad habitum: sed etiam quantum ad actum, qui excitat per hoc
sacramentum: per quod peccata venialia solvi
tur. Vnde manifestum est, quod virtute huius
sacramenti remittuntur peccata venialia.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod peccata
venialia, et si non contrariatur charitati quā-
cum ad habitum: contrariatur tamē ei quantum
ad feruorem actus, qui excitat per hoc sacra-
mentum: rōne cuius peccata venialia tolluntur.

AD SECUNDUM dicendum, quod il-
lud verbum non est intelligendum quin ali-
qua hora posset homo esse absque omni reatu
peccati venialis: sed quia vitam istam san-
cti non ducunt sine peccatis venialibus.

AD TERTIUM dicendum, quod maior
est virtus charitatis, cuius est hoc sacra-
mentum, quam venialium peccatorum. Nam cha-
ritas tollit per suum actum peccata venialia:
quae tam non possunt totaliter impedire actum
charitatis. Et eadem ratio est de hoc sacramen-
to.

AD DUBIVM motū in hoc. 4. articulo ref-
pondet diu Thomas vñica conclusione af-
firmativa, præsupposito vno, ne in p[er]e, quod in hoc
sacramento sunt duo consideranda, scilicet ipsum sa-
cramentum & res sacramenti. Quo supposito, sic ha-
bet conclusio. Hoc sacramentum ex utroque præ-
dictorum habet virtutem ad remittendū peccata ve-
nialia. Probatur hoc modo. Hoc sacramentum est
quoddam nutrimentum spūale. Ergo restaurat id
quod quotidie deperditur in fidelibus de vita spū-
ali, nēpe, de feruore charitatis. Sed spiritualiter
quotidie aliquid in nobis deperditur per peccata
venialia, que diminuunt feruorem charitatis. Er-
go competit huic sacramento: ut remittat peccata
venialia. Probatur prior cōsequēcia à simili: quia
hoc est officium nutritiū, ut patet in corpora-
libus reparare ea quae deperduntur per calorem
naturalē. Ergo &c.

SECUNDUM probatur prædicta conclusio testi-
monio diuini Ambrosij, qui in libro de sacramentis
agit hunc panem quotidianum sumi in remediu[m]
quotidianae infirmitatis, quae est peccata veniale.
TERTIO probatur in argumento in contra-
testimonia Innocēti tertij diceris, hoc sacramentum
venialia delere, & cauere mortalia.

QVARTO

QVAR TO probat prædictā conclusiōē quo
ad rem sacramēti, hoc modo. Res huius sacra-
menti est charitas, non solum quantū ad habitū: sed quā-
tū ad actū qui excitat per hoc sacramēto. Per quā
actū (ut iñfra materia de poenitentia agemus)
remittuntur peccata venialia. Ergo virtute huius
sacramēti remittuntur peccata venialia.

HIC nota circa solutiones argumētorū, quod qua-
do. S. Thos ibi concedit quod per hoc sacramentū
tollūtur omnia peccata venialia: intelligēdū est,
dūmodo non cōplacat actualiter vel virtualiter
in aliquo vel aliquibus: quia tunc illa non remit-
tetur, sed omnia alia tollūtur in quibus non cō-
placet actualiter vel virtualiter, esto non cogite
de illis. Vnde non requiritur quod actualiter co-
gitet de illis venialibus, ut per sacramentū remit-
tantur: sicut nec ad hoc quod per dilectionē chari-
tatis remittantur quia illa dilectio qua quis vult
deo placere & in nullo displicere, etiā in minimo,
omnia venialia remittit quantum est de se, si ipse
non complacet in aliquo: ut dictum est.

Articul. quintus.

Vtrum per hoc sacramentū tota poe-
na peccati remittatur.

QUINTVM sic procedi-
tur. Videtur, quod per hoc sacra-
mentū tota pena peccati remit-
tatur. Homo enim per hoc sacra-
mentum suscipit in se effectū passionis Christi
(ut dictum est) sicut & per baptismū.
Sed per baptismū percipit homo remissiōē
oris penae virtute passionis Christi: quae suffi-
ciēter satisfecit pro omnibus peccatis: ut ex supra
dictis patet. Ergo videtur, quod per hoc sacramen-
tum homini remittatur totus reatus pena.

PRAETEREA Alexāder Papa di-
cit. Nihil in sacrificijs maius esse potest quā
corpus & sanguis Christi. Sed per sacrificia
veteris legis homo satisfaciebat pro peccatis
suis. Dicitur enim Leuit. 4. et. s. Si peccauerit
homo, offeret hoc vel illud pro peccato suo, et
remittetur ei. Ergo multo magis hoc sacra-
mentum valeat ad remissionem omnis penae.

PRAETEREA Cōstat, quod per hoc
sacramentū aliquid de reatu penae dimittitur
Vnde & in satisfactione aliquibus iniungi-
tur, quod pro se missas faciant celebrari. Sed

quaratione via pars pena dimittitur, eadē
ratione & alia: cū virtus Christi, que in hoc
sacramēto continetur, sit infinita. Ergo vide-
tur, qđ per hoc sacramēto tota pena collatur.
SED CONTRA, est quod secundum hoc
non esse homini alia pena iniungenda: sicut
ex baptizato iniungitur.

RESPONDEO dicendum, quod hoc sacra-
mentū simul est sacrificiū & sacramentum.
Sed rationē sacrificij habet in quantū offer-
tur: rationē autē sacramenti, in quantū su-
muntur. Et ideo effectū sacramēti habet, in eo
qui sumit, effectū autē sacrificij in eo qui of-
fert, vel in his pro quibus offertur.

SI Igitur consideretur, ut sacramēti
habet effectū dupliciter. Vno modo directe
ex vi sacramenti, alio modo quasi ex quadā
cōcomitantia sicut & circa continuā sacra-
menti dictum est. Ex vi quidē sacramenta
directe habet illū eff. Etū, ad quē est institu-
tū. Non est autē institutū ad satisfaciēdū,
sed ad spiritualiter nutriendū per unionem
ad Christū & ad membra eius: sicut & nutri-
mentū unitar nutritio. Sed quia hac unitas
fit per charitatem, ex cuius feruore aliquis cō-
sequitur remissionē, nō solum culpe, sed etiā
penā: inde est, quod ex cōsequēti per quādā
concomitantia ad principalem effectum ho-
mo consequitur remissionē penae, nō quidē
totius, sed secundū modum suae deuotionis et
feruoris. In quantū vero est sacrificiū habet
vīm satisfactiū: sed in satisfactionē magis
attendit effectus offerentis, quā quantitas
oblationis. Vnde & dominus dicit Luca. 21.
de vidua, que obtulit duo aera, qđ plus om-
nibus misit. Quādā ergo hoc oblatio ex sur-
quantitate sufficiat ad satisfaciēdū pro omni
in pena: tamē fit satisfactoria illus pro quibus
offerit, vel etiā offerentibus, secundū quan-
tūtate suae deuotionis, & non pro tota pena.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod sa-
cramentū baptismi directe ordinatur ad re-
missionē penae & culpe, non autem Eucha-
ristia: quia baptismus dat homini quasi cō-
moriens

morienti Christo. Eucharistia autem quasi nutriendo, & perficiendo per Christum. Unde non est similis ratio.

AD SECUNDVM dicendum, quod alia sacrificia oblationes, non operantur remissione totius pœnae, neque quantum ad quantitatem oblati, sicut hoc sacrificium, ne que quantu ad deuotionem hominis: ex qua contingit, qd etiā hic non tollitur tota pœna.

AD TERTIVM dicendum, quod hoc qd tollitur pars pœnae, & nō tota pœna per hoc sacramentū, non contingit ex defectu virtutis Christi: sed ex defectu deuotionis humanae.

N HOC articulo.. S. Tho prius ponit unum notabile, secundo scribit aliquot conclusiones. Notabile est, quod hoc sacramentū simul est sacrificium & sacramētum. Et rationē sacrificij habet, quatenus sumitur & conficitur. Unde colligitur, quod effectus sacramenti habet in eo, qui sumit. effectum autem sacrificij habet in eo, qui offert, vel in his, pro quibus offertur.

HIS animaduēsis, est quo ad secundum prima conclusio: Si sacramentū hoc consideretur, quatenus est sacramētum: habet effectum dupliciter. Vno modo directe, ex vi sacramenti. Alio modo quā ex quadam concomitantia. Et hæc non probatur in litera, sed supponitur nota.

SECUNDUM conclusio est. Sacramētum hoc ex vi sacramenti, directe habet illum effectum, ad quem est institutum, nempe, ad spiritualiter nutritiū per unionē ad Christū & ad membra &c. **HAE** probatur quia sacramētū hoc directe nō sicut institutum ad satisfaciendum. Ergo ad spiritualiter nutritiū. Et confirmatur. Sacramētum hoc est nutritiū spiritualē. Ergo uniuersitate nutritio spiritualiter: sicut nutritiū corporale uniuersitate nutritio corporaliter.

TERTIA conclusio. Sacramētum hoc ex consequenti, per quandam concomitantiam ad principalem effectum: remittit non solum culpam, sed etiā pœnā. Hæc probatur: quia illa unio ad Christū, quæ sit directe per hoc sacramentū, sit per charitatem, ex cuius seruore aliquis consequitur nō solum remissione culpe, sed etiā pœnā. Ergo etiā sacramentū hoc ex consequenti remittit illā pœnā.

QUARTA conclusio. Sacramētum hoc non remittit totam pœnam quando est magna quantitas est sacramētum, sed remittit plus vel minus secundū maiorem vel minorē seruorem vel deuotionem iuicipientis sacramētū.

QUINTA conclusio est. Sacramētum hoc quā tenus est sacrificium habet vim satisfaciū. **SEXTA** proposito est. In satisfactione magis

attēditur effectus offerentis, quā quantitas oblati nis. Hæc probatur ex illo Lucæ. 22, quod redēptor noster dixit, illā, si. viduā, quæ duo era misit, plus misisse omnibus.

SEPTIMA est. Quāvis hæc oblatio, idest, hoc sacramētū: quā sacrificiū est, de se & ex quantitate sua sufficeret, ad satisfactionē pro omni pœna: non tamen satisfacit efficaciter, nisi secundū quantitatē deuotionis vel seruoris illorū, qui offerunt, vel pro quibus offertur. Hæc. S. Tho.

CIRCA sextā & septimā conclusiones erat tractandū, an tantum valeat res diuina oblatā pro pluribus, cuilibet illorū, quantū valeret vni soli, si pro solo illo offerretur. Et Caietanus ex his duabus conclusionib⁹. 6. f. & 7. hic in suis cōmentarijs colligit partem affirmatiū. Et latius hoc ipsum afferit in proprio opusculo de hoc, quod habetur inter sua opuscula. fol. 76. At mihi non videtur verū hoc, quod dicit dominus Caiet. ita absolute, vt ipse afferit. Quia vero hæc materia cōmodius tractabitur infra in secunda quartā in materia desuffragijs mortuorū, illuc differatur pr̄sūs examinanda Deo duce.

Articulus sextus.

Vtrum per hoc sacramētum preserueretur homo à peccatis futuris.

D SEXTUM sic proceditur. Videtur quod per hoc sacramētū non preserueretur homo à peccatis futuris. Multi enim digne sumētes hoc sacramētū, postea in peccatum cadunt. Quod non accideret, si hoc sacramētum preserueret à peccatis futuris. Non ergo effectus huius sacramētū est à peccatis futuris preseruare.

PRÆTEREA. Eucharistia est sacramētū charitatis, ut supra dictum est. Sed charitas non videatur preseruare à peccatis futuris: quia sensu habita potest amitti per peccatum: ut in secunda parte habatum est. Ergo videatur, quod nec hoc sacramētum preserueret hominem à peccato.

PRÆTEREA. Origo peccati in nobis est lex peccati, quæ est in membris nostris: ut patet per Ap̄ostolum Rom. 1. orū 7. Sed mitigatio fornicatio, quæ est lex peccati, nō ponitur effectus huius sacramētū, sed magis baptismi. Ergo

Ergo preseruare à peccatis futuris non est effectus huius sacramētū.

SED contra est, quod dominus dicit Ioā. 6. Hic est panis de cœlo descendēs, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Quod quidē manifestum est, non intelligi de morte corporali. Ergo intelligit, quod hoc sacramētū preseruet à morte spirituali, quæ est pœnum. **RESPONDEO** dicendum, quod peccatum est quedā spiritualis mors animæ. Unde hoc modo preseruatur ab quis à peccato futuro, quo preseruatur corpus à morte futura. Quod quidem sit dupliciter.

VNO modo in quantū natura hominis interiorius roboretur cōtra interiora corruptiua.

Et sic preseruatur à morte pœbū & medicina. **ALIO modo**, per hoc quod munierit contra exteriōres impugnationes. Et sic preseruatur per arma quibus munierit corpus.

UTROQUE autem modo hoc sacramētū preseruat à peccato. Nam primo quidē, per hoc, quod Christo coniungit per gratiā, roboret spiritualē vitā hominis, tanquam spiritualis cibis & spiritualis medicina secundū illud psal. Panis cor hominis confirmet. Et Augus. dicit super Ioā. Securus accede, panis est, non venenum.

ALIO modo in quādam est quoddā signū passiū Christi, per quā victi sunt demones repellit omnē demonum impugnationē. Unde de Christo. dicit super Ioā. Ut leones flamā stirantes, sic ab illa mensa discedimus, terribiles effecti diabolo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod effectus huius sacramētū recipitur in homine secundū conditionem: sicut contingit de qualibet causa actua, quod eius effectus recipitur in materia secundū modū materia. Homo autem in statu viae, est huius conditionis quod liberū arbitriū eius potest flecti in bonum & malū. Unde licet hoc sacramētū, quādam est de se, habeat virtutē preseruans uam à peccato: non tamen auferit homini possibilitatem peccandi.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiā charitas quartū est in se, preseruat hominem à peccato: secundū illud Roman. 13. Dilectio proximi malum non operatur. Sed ex mutabilitate liberi arbitrij, contingit, quod aliquis post habitā charitatem, peccat, sicut post susceptionem huius sacramētū.

AD TERTIVM dicendum, quod licet hoc sacramētū non directe ordinetur ad diminutionem fornicatio: diminuit tamē fornicationem consequentia, in quantū auget charitatem: quia sicut August. dicit in lib. 83. questionum augmentū charitatis est diminutio cupiditatis. Directe autem confirmat cor hominis in bono per quod etiā preseruatur homo à peccato.

NOTANDVM, quod hic articulus motus est solum ad intelligendum Ioannē in illo verbo Ioan. 6. Hic est panis qui de cœlo descendit vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, & non est alia difficultas. Est autem bona doctrina ad prædicandum & allucidendum homines, vt se pe vellint accedere ad sacramētū, postquā ex illo habēt has duas cōmoditates, niēpe, roboretur interiorius spiritualiter per sacramētū ne facile rorū incident in peccatum, & pellūtur dæmones virute huius sacramētū, ne tentent hominem & inclinent ad peccandum. Non te prætereat verba August. & Christost. quæ ad hoc propositum affectūtur a doctore sancto.

VBITA TVR hic, quid demonstretur per illud pronomen, hic, in illis verbis Ioannis Ad hoc dicit glosa interlinearis, quod vel accipitur vt sit adverbium loci, idest, in isto loco, vel capitulū demonstratiue, pro illo, qui de cœlo veniebat, qui erat Christus ipse. Et tantundē est, ac si diceret. Panis qui descendit de cœlo, qui sum ego, dat vitam, quam panis, quem manducauerunt patres vestri, non poterat dare.

Articulus septimus.

Vtrum hoc sacramētum prospicit alijs quam sumētibus.

D SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod hoc sacramētum, non prospicit nisi sumēti. Hoc enim sacramētū est unius generis, cum alijs sacramētū, ut potest alijs condere.



conditum. Sed alia sacramenta non proficit nisi sumentibus, sicut effectum baptismi non suscipit, nisi baptizatus. Ergo nec hoc sacramentum prodest aliis, nisi sumenti.

PRAETERE A. Effectus huius sacramenti est adeptio gratiae & gloriae, & remissio culpae, ad minus venialis. Si ergo hoc sacramennum haberet effectum in aliis, quam in sumentibus, posset contingere, quod aliquis adipisceretur, & gratiam & gloriam, & remissione culpe absque actione & passione propria, alio sumere, vel offerente hoc sacramentum.

PRAETERE A. Multiplicata causa multiplicatur effectus. Si ergo hoc sacramentum prodest aliis, quam sumentibus, sequetur, quod magis prodest alicui, si multi sumerent hoc sacramentum, multus hostijs in una missa consecratis. Quod non habet ecclesia consuetudo, ut s. multi communiceat pro alicuius salute. Non ergo videtur, quod hoc sacramentum proficit illi sumenti.

SED CONTRA A. est qd. in celebratione huius sacramenti fit pro multis aliis deprecation. Quod frustra fieret, nisi hoc sacramentum aliis prodest. Hoc ergo sacramentum non solum sumentibus prodest.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut prius dictum est) hoc sacramentum non solum est sacramentum, sed etiam est sacrificium. In quantum enim in hoc sacramento representatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiis Deo, ut dicitur Ephesiorum. s. habet rationem sacrificij. In quantum vero in hoc sacramento traditur misericordia gratia sub visibili specie, habet rationem sacramenti.

SIC ergo hoc sacramentum sumentibus quidem prodest, & per modum sacramenti, & per modum sacrificij: quia pro omnibus sumentibus offertur. Dicitur enim in canone missae. Quotquot ex hac altaris participatione, sacerdos sanctus filii tui corpus, & sanguinem sum pserimus, omni benedictione calesti, et gratia repleamur.

SED aliis qui non sumunt prodest per mo-

dum sacrificij, inquantum pro salute eorum offertur. Unde & in canone missae dicitur. Memento domine famularum famularum tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redēptione animarū suarū, pro spe salutis & incolumentis sue.

ET utrumque modū proficiendi dominus expressit dicens. Matthei. 26. & Luce. 22. Qui pro vobis sumentibus, & pro multis aliis effundetur, in remissionē peccatorū.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc sacramentum præ aliis habet, quod est sacrificium. Et ideo non est similius ratio.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut passio Christi prodest quidem omnibus quantum ad sufficientiam, & ad remissionem culpe, & ad adoptionem gratiae & gloriae; sed effectum non habet nisi in illis qui passionem Christi coniunguntur per fidem & charitatem: ita & hoc sacrificium, quod est memoriale dominice passionis non habet effectum, nisi in illis qui coniunguntur huic sacramento per fidem & charitatem. Unde & Augustinus dicit ad renatum. Qui offerat corpus Christi, nisi pro his qui sunt membra Christi. Unde & in canone missæ non oratur pro his qui sunt extra ecclesiam. Illi tamē prodest plus uel minus, secundū modū devotionis eorum.

AD TERTIUM dicendum, quod sumpatio pertinet ad rationem sacramenti, sed oblatione pertinet ad rationem sacrificij. Et ideo ex hoc quod aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures, non accrescit alijs aliquid iumentū. Similiter etiā ex hoc quod sacerdos plures hostias consecrat in una missa, non multiplicatur effectus huius sacramenti: quia non est nisi unus sacrificium. Nihil enim plus est virtus in multis hostijs consecratis, quam in una: cum sub omnibus & sub una non sit nisi totus Christus. Unde nec si aliquis simul in una missa multas hostias consecras sumat participabit maiorem effectum sacramenti. In pluribus vero missis multiplica-

tur

tur sacrificij oblatio. Et ideo multiplicatur effectus sacrificij et sacramenti.

HIC Articulatus est ad exponendū canone missæ in litera. Quia doctor loquitur satis manifeste & distincte, vide eum.

SECVNDO. Nota solutionē ad. 3. pro illa quæstione, an pro patente tres vel multis missas fatis fiat si dicatur vna tantu. Et doctor dicit quod nō: quia tunc sunt plura sacrificia numero, & ita multiplicatur effectus spiritualis quem efficit sacramentum hoc, quatenus est sacrificium, idest, quatenus offertur Deo in memoriam illius oblationis, quia Christus in arca crucis fuit p hominibus oblatus. Et sicut oblatio illa, & passio Christi per hanc oblationē significata habet vim ad satisfaciendum pro peccatis hominum ex Dei ordinatione: ita etiā hæc oblatio illam significat habet virtutē satisfactiū pro eiusdem peccatis.

Articul. octauus

Vtrum per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.

D OCTAVVM sic procedit. Videtur quod per veniale peccatum nō impediatur effectus huius sacramenti. Dicit enim Augustinus super illud Ioh. 6. Patres vestri manducauerunt manna. &c. Panem cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata & si sint quotidianæ, non sint mortifera. Ex quo patet quod veniale peccata, que quotidiana dicuntur, spiritualiter manducationem nō impediunt.

Sed spiritualiter manducantes effectus huius sacramenti percipiunt. Ergo peccata venialia non impediunt effectus huius sacramenti.

PRAETERE A. Hoc sacramentum nō est minoris virtutis quam baptismus. Sed effectum baptismi (sicut supra dictum est) impedit sola fictio, ad quam non pertinet peccata venialia: quia sicut Sapientia dicitur, Spūs sanctus discipline effugiet fictū. Qui tamē per peccata venialia non fugatur. Ergo nec effectum huius sacramenti impediunt peccata venialia.

PRAETERE A. Nihil quod remoue-

tur per actionem alicuius cause, potest impediare eius effectum. Sed peccata venialia tolluntur per hoc sacramentum. Ergo nō impediunt eius effectum.

SED CONTRA A. est, quod Damascenus dicit in. 4. lib. Ignis eius, quod in nobis est desiderij, assumens eam que ex carbone, idest, ex hoc sacramento ignitionē, comburat nostra peccata, & illuminet corda nostra ut participatione diuini ignis igniamur, & deficeremur. Sed ignis nostri desiderij vel amoris impeditur per peccata venialia: que impediunt feruorem charitatis, ut in secunda parte habitum est. Ergo peccata venialia impediunt effectum huius sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quod peccata venialia duplenter accipi possunt. Vno modo prout sunt præterita: alio modo prout sunt actus exercita.

PRIMO quidem modo, peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius sacramenti. Potest enim contingere, quod aliquis post multa peccata venialia commissa deuote accedit ad hoc sacramentum, & plenarie huius sacramenti consequatur effectum.

SECVNDO autem modo peccata venialia non ex toto impediunt huius sacramenti effectum, sed in parte. Dictum est enim, quod effectus huius sacramenti non solum est adeptio habitualis gratiae vel charitatis: sed etiā quedam actualis refectio spiritualis dulcedinis. Que quidem impeditur, si aliquis accedit ad hoc sacramentum per peccata venialia in mente distractus. Nō autē tollitur augmentum habitualis gratiae vel charitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ille qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit: habitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter. Et ideo habitualiter effectum huius sacramenti percipit: non autem actualiter.

AD SECUNDUM dicendum, qd. baptismus nō ita ordinatur ad actualē effectū. I. feruore charitatis, sicut hoc sacramentum. Nam baptis-

baptismus est spiritualis regeneratio: per quam acquiritur prima perfectio, quæ est habitus, vel forma. Hoc autem sacramentum est spiritualis manducatio, quæ habet actualē delectationem.

AD TERTIVM dicendum, quod illa ratio procedit de venialibus præteritis: quæ per hoc sacramentum tolluntur.

A D RESPONDENDVM luculentius ad hoc octauum dubium in ordine huius questionis vigessimæ, est notandum ex duò Tho. hic, quod peccatum veniale potest considerari duplíciter. Uno modo quatenus est iam præteritum: alio modo quatenus iam actualiter exercetur, & manet in affectu.

SECVNDO est aduertendum, quod effectus huius sacramenti est duplex. Alter, est habitualis gratia vel charitas, quam consequitur suscipiens hoc sacramentum virtute eiusdem Eucharistie ex operato, ut aiunt. Alter est, quædam actualis refectionis spiritualis dulcedinis, id est, quædam actualis deuotio & spiritualis delectatio.

HIS visis scribit. S. Tho. tres propositiones. Quærum prima est. Peccata venialia quatenus præterita nullo modo impediunt effectum huius sacramenti, nec quo ad villam actualē dulcedinem. Probatur hac: quia post multa peccata venialia commissa: potest quis accedere deuote ad venerandum hoc sacramentum. Ergo accipiet plenum effectum huius sacramenti.

SECVNDA propositio sic habet. Peccata venialia quatenus præsentia, & actu exercita, non impediunt principalem effectum huius sacramenti, qui est adeptio gratiae habitualis vel charitatis. Et hec non probatur in litera: sed nos illam iam probauimus in primo articulo huius questionis. Et statim probavimus.

TERTIA positio divi. Th. est. Peccata venialia quatenus exercita & actualia sunt: impediunt minus principalem effectum huius sacramenti, qui est illa refectio actualis, dulcedinis spiritualis. I. illa actualis & spiritualis delectatio, qua sumens hoc sacramentum delectatur. Hec sanctus doctor. Ex his colligitur, quod dominus Caius in hac q. art. dicit expresse contra. S. Tho. cù dicit, quod accedens ad Eucharistiæ distractus per peccata venialia, vel peccatum veniale, non recipit gratiam habitualis, cuius oppositum hic asserit doctor suus, conclusione secunda.

SED DVBITA TVR hic prius. Si sumptio illa sit peccatum veniale, nempe, quia sumit propter inanem gloriam: an detur effectus sacramenti habitualis. Ad hoc dico, quod ita. **SED** cōtra, ergo propter peccatum datur gratia. Respondeo, quod non datur propter peccatum formaliter, sed proprie operatione, quæ est sum-

ptio sacramenti, eo quia sumptio est, non quia peccatum est.

SECVNDO probatur. 2. cōclusio doctoris. Quia nihil impedit aut expellit aliud, nisi quod est illi contrarium. Sed veniale non est contrarium charitati habituali. Ergo &c.

TERTIO. Si illa eadem numero gratia, quæ datur in Eucharistia daretur ante peccatum veniale, postea peccatum veniale adveniens non tollit illam gratiam, sed compatiuntur simul. Ergo, esto prius sit peccatum veniale, non impeditur ex parte gratiae, quin infundatur illud augmentum gratiae: nec ex parte sacramenti quod de se virtute sua habet non ponenti obicem mortalis culpe conferre illud gratiae habitualis augmentum.

Quæstio. XXI.

De vsu siue sumptione huius sacramenti in communi.



EINDE considerandum est de vsu siue sumptione huius sacramenti. Et primo quidem in communi: secundo quomodo Christus est unus hoc sacramento.

CIRCA primum queruntur duodecim. **PRIMO.** utrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum. s. sacramentaliter, & spiritualiter.

SECVNDO. utrum soli homini conueniat manducare hoc sacramentum spiritualiter: **TERTIO.** utrum solius hominis iustis sit, manducare sacramentaliter.

QUARTO. utrum peccator manducans sacramentaliter, peccet.

QUINTO. de quantitate huius peccati. **SEXTO.** utrum peccator accedens ad hoc sacramentum sit repellendus.

SEPTIMO. utrum nocturna pollutio impedit hominem à sumptione huius sacramenti. **OCTAVO.** utrum sit solū à ieiunis sumendum. **NONO.** utrum sit exhibendum non habentibus usum rationis.

DECIMO. utrum sit quotidie sumendum.

VNDECIMO. utrum liceat oīno abstinere.

DUODECIMO. utrum liceat percipere corpus sine sanguine.

Articul. primus,

Verum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.



D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non debet distingui duo modi manducandi corpus Christi. s. sacramentaliter & spiritualiter. Sicut enim baptismus est spiritualis regeneratio (secundum illud Ioā. 3). Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto &c.) ita etiam hoc sacramentum est spiritualis cibus.

Vnde Dominus de hoc sacramento loquens, dicit. Ioh. 7. Verba que ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt. Sed circa baptismum non distinguunt duplex modus sumendi. s. sacramentalis & spiritualis. Ergo nec circa hoc sacramentum debet hec distinctione adhiberi.

PRÆTEREA. Quorum unum est propter alterum, non debet ab invicem diuersi: quia unum ab alio speciem trahit. Sed sacramentalis manducatio ordinatur ad spiritualis sicut ad finem. Non ergo debet sacramentalis manducatio contra spiritualis diuidi.

PRÆTEREA. Quorum unum non potest esse sine altero, non debet contra se diuidi. Sed videtur, quod nullus possit manducare spiritualiter, nisi etiam sacramentaliter manducet: alioquin antiqui patres hoc sacramentum spiritualiter manducassent. Frustra etiam esset sacramentalis, si sine ea spiritualis esse posset. Non igitur conuenienter distinguunt circa hoc sacramentum duplex manducatio. s. sacramentalis & spiritualis.

SED CONTRA est, quod super illud Corin thiorū. 11. Qui manducat, et bibit idigne &c. dicit Glosa. Duos dicimus esse modos manducandi: unum sacramentaliter & aliud spiritualiter.

RESPONDEO dicendum, quod in sumptione huius sacramenti, duo sunt consideranda. s. ipsum sacramentum & effectus ipsius: de quorum utroque iam supra dictum est. Perfectus igitur modus sumendi hoc sacramentum

est, quando aliquis ita hoc sacramentum sufficiens quod percipit eius effectum. Ceterum autem quādōq; (sic supra dictum est) quod aliquis impeditur a percipiendo effectu huius sacramenti.

Et talis sumptio huius sacramenti est imperfecta. **SIC VUT** igitur perfectus contra imperfectus diuiditur: ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius, diuiditur contra spiritualis manducationem, per quam quis percipit effectum huius sacramenti, quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem & charitatem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etiam circa baptismum & alia huiusmodi similis distinctione adhibetur. Nam quidam suscipiunt tantum sacramentum: quidam vero sacramentum & rem sacramenti. In hoc tamē differt: quia cum alias sacramenta perficiantur in usu materie: percipere sacramentum est ipsa perfectio sacramenti: hoc autem sacramentum perficitur in consecratio materie, et ideo uterque usus est consequens hoc sacramentum. In baptismis etiam et alijs sacramentis characterem innumeris, illi qui accipiunt sacramentum, recipiunt aliquem spiritualem effectum. s. characterem, quod non accidit in hoc sacramento. Et ideo magis in hoc sacramento distinguunt usus sacramentalis & spiritualis: quam in baptismis.

AD SECUNDUM dicendum, quod sacramentalis manducatio, quæ pertinet ad spiritualis, non diuiditur contra spiritualis, sed includitur ab ea. Sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualis diuiditur, quæ effectum non consequitur, sicut imperfectus, quod non pertinet ad perfectionem speciei, diuiditur contra imperfectum.

AD TERTIVM dicendum, quod (sic ut supra dictum est) effectus sacramenti potest ab aliquo percipi, si sacramentum habeat in usu, quam non accipiat in re. Et ideo, sicut aliqui baptizatur baptismi flaminis, propter desiderium baptismi, atque baptizetur baptismi aqua, ita etiam aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentum antequam sacramentaliter sumant. **SED** hoc contingit dupliciter. Uno modo p-

peer desideriū sumēdi ipsum sacramētū. Et hoc modo dicuntur baptizari, & māducere spūaliter & non sacramētaliter, illi, qui de siderant sumere hæc sacramēta iā instituta. ALIOmodo ppter figurā sicut dicit Apo stolus. i. Corinthiorum. 10. quod antiqui pa tres baptizati sunt in nube & in mari, & qd spiritualem escam manducauerunt, & spiri tualem potum biberunt. Nec tamen frusta adhibetur sacramentalis manducatio: quia plenius inducit sacramenti effectū ipsa sacra menti susceptio, quam solum desiderium, si cuit supra circa baptismum dictum est.

Hic articulus primus est utilis ad intelligen dum aliquos graues doctores, velut est illa glosa quæ citatur à S. Th. in arguento in cōtra. Quia graues doctores ita loquuntur de hoc venerando sacramento: quod ponunt formaliter distictos modos manducandi. Et ad hos modos explicandos dicit diuus Thomas, quod in sumptione huius sacramenti sunt duo consideranda, nempe, sacramentum ipsum, & effectus ipsius, de quibus iam late supra dictum est.

S E C V N D O. Dicit. S. Th. quod duplex est modus sumendi hoc sacramentum. Alter perfectus, & spiritualis; alter vero dicitur imperfectus & sacramentalis tantum.

HIS notatis, sunt duas propositiones in. S. Tho. Prima est. Quando quis sumit sacramentum, & propter suam iadispositionem non suscipit effectum habitualē sacramenti, de quo diximus in articulo. 8. quæstionis præcedentis, sumit sacramētū solū sacramētaliter & imperfecte. Et ille dicitur imperfectus inodus sumēdi hoc sacramētū. **S E C V N D A** propositio est. Quando quis sumit Eucharistiam ita dispositus, quod etiā suscipit eius effectum habitualē (vt supra dictum est) sumit hoc sacramētū perfecte, vel spiritualiter. Et hic modus sumendi cum tali dispositio ne, vocatur spiritualis, vel perfectus modus sumendi Eucharistiam.

Hæc materia tractatur à Magistro & doctori bus scholasticis in. 4. d. 9. & sumitur ex Augus. in quodam sermone de verbis domini, & in libro sententiarum Prosperi, & in libro de remedio po nitentiae, & habetur de cōsecratione. d. 2. c. Quid est Christum manducare, cū duobus sequētibus.

DUBIUM vnicū. Hic ad: quod cum sacramentum recipitur in voto, consequitur quis effectum sacrameti, an intelligat, quod cōsequitur effectum qui datur ex opere operato, vel aliū. Dico, quod intelligit alii effectum, & non illum qui datur ex opere opera to. Sed est alius qui datur pro illo bono actu aut desiderio, quo vult Sacramentum sumere. Proba

tur. Quia ex opere operato nō datur, nisi sumenti, & pro ipsa sumptione: vt constat ex his, quæ su pra citauimus ex. c. 6. Ioānis. Qui māducat meā carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam æternam. Vult ergo. S. Th. quod qui suscipit hoc sacramentum in voto, suscipit effectum sacramēti, idest, suscipit aliquā peculiarem gratiam pro illo bono desiderio, quo desiderat ipsum sacramētum. Et forte quod pro alio desiderio bono de alio obiecto, ceteris paribus, non reciperet ille, qui desiderat hoc sacramentum tantam gratiam, quam recipit pro hoc desiderio.

Articu. secundus

Vtrum solius hominis sit hoc sacra mentum spiritualiter sumere.

DSECVN DVM sic pro ceditur. Videtur quod non soli us hominis sit hoc sacramētū spiritualiter sumere, sed etiam angelorum. Quia super illud Psal. Panē angelorum manducavi homo, dicit glosa. i. corpus Christi, qui est vere cibus angelorum. Sed hoc non esset, si angelī spiritualiter Christum non manducarent. Ergo angelī spiritualiter Christum manducant.

P R A E T E R E A. Augustinus. dicit super Ioan. Hunc cibum & potum, societate vult intelligi, corporis et membrorum suorum que est ecclesia in prædestinatis. Sed ad istā societatem non solum pertinent homines: sed etiam sancti angeli. Ergo sancti angeli spiritualiter manducant.

P R A E T E R E A. Augustinus. in lib. de verbis Domini dicit. Spiritualiter man duca dū est Christus, quoniam ipse dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meū san guinem, in me manet, & ego in eo. Sed hoc cōuenit non solum hominibus, sed etiam sanctis angelis: in quibus per charitatē est Christus, et ipsi in eo. Ergo videtur, quod spiritualiter manducare, non solum sic hominum, sed etiā angelorum.

S E D C O N T R A est, quod August. dicit super Ioan. Panem de altari spiritualiter mā ducate, innocentia ad altare portate. Sed angelorum

angelorum non est accedere ad altare, tanquam aliquid inde sumpturi. Ergo angelorum non est spiritualiter manducare.

R E S P O N D E O dicendum, quod in hoc sa cramento continetur ipse Christus, non qui dem in specie propria. Sed in specie sacramēti. Dupliciter ergo contingit manducare ipsum Christum.

VNO modo prout in sua specie consistit. Et hoc modo angelī manducant spiritualiter ip sum Christum, in quantum ei uniuertur frui tione charitatis perfecte, & visione mani festa (quem panem expectamus in patria) non per fidem, sicut nos ei hic vñimur.

A L I O modo contingit spiritualiter man duce Christum, prout est sub speciebus hu ius sacramenti: in quantum, scilicet, aliquis credit in Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum. Et hoc non solum est spi ritualiter manducare Christum, sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum. Quod non competit angelis. Et ideo licet ange li spiritualiter manducant Christum, non tamen conuenit ei spiritualiter manducare hoc sacramentum.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod sumptio Christi sub hoc sacramento ordina tur sicut ad finem ad fruitionem patric, qua angelī eo fruuntur. Et quia ea quæ sunt ad finem deriuātur à fine, inde est, quod ista mā ducatio Christi, qua eum sumimus sub sa cramento, quodammodo deriuatur ab illa mandatione, qua angelī fruuntur Christo in patria. Et ideo dicitur homo manducare panem angelorum: quia primo & principali ter est angelorum, qui eo fruuntur in specie pro pria. Secundario autem est hominum, qui Christum sub sacramento accipiunt:

A D S E C U N D U M dicendum, quod ad societatem corporis mystici pertinent quidem & homines, & angeli, licet homines per fidem: angeli autem per manifestam visionē. Sacraenta autem proportionantur fidei, per quam veritas videtur in speculo & in eni-

gmate. Et ideo proprio loquendo, non ange lis, sed hominibus conuenit manducare spiri tualiter hoc sacramentum.

A D T E R T I U M dicendum, quod Christus manet in hominibus secundum presentem statum per fidem. Sed in angelis beatis est per manifestam visionem. Et ideo non est simile: sicut dictum est.

IN HOC secundo ar. S. Tho. notat duo. Deni de ponit duas conclusiones, quibus responderet ad dubium motum in ipso articulo.

QVO ad primum dicit, esse notandum, quod in huc sacramento continetur ipse Christus vere & realiter: vt supra dictum fuit, non in propria spe cie, sed sub specie sacramenti.

S E C U N D O dicit, quod dupliciter contingit mā ducare Christum spiritualiter. Uno modo prout in sua specie consistit: alio modo prout est sub spe ciebus huius sacramenti.

T E R T I O alit aduertendum (inquit) quod man duce Christum spiritualiter prout in propria specie consistit: est ei vñir fruitione perfectæ cha ritatis, & visione manifesta. Et manducare Chri stum spiritualiter prout est sub speciebus sacra menti: est credere in Christum cum desiderio su mendi hoc sacramentum. Et hoc non solum est spiritualiter manducare Christum: sed est spi ritualiter manducare hoc sacramentum.

HIS notatis sunt due conclusiones. Quirum pri ma sic habet. Angeli manducant Christum in propria specie primo modo. Probatur: quia ei vñi untur fruitione, quod erat spiritualiter ipsum mā ducare in propria specie vt diximus. Ergo &c. **S E C U N D A** conclusio est. Soli homines mandu cant spiritualiter hoc sacramentum, vel Christū prout est sub speciebus huius sacramenti & non Angeli. Probatur: quia vt diximus māducere spi ritualiter hoc sacramentum: est credere in Chri stum cum desiderio sumendi hoc sacramentum. Hoc autem non competit Angelis: sed solum ho minibus. Ergo &c.

HIC articulus mouetur propter illud dictum Prophetæ Psal. 77. Panem Angelorum mandu cauit homo.

DICO igitur, quod illud dictum dupliciter intel ligitur. Uno modo (vt exponit. S. Tho.) accipitur, panis pro Christo. Et est dicere, panem Angelo rum manducavit homo, idest, Christum, qui mā docatur ab angelis in propria specie per fructio nem. Secundo intelligitur de manna, quod mini sterio Angelorū formabatur, hoc est, dicebatur panis angelorum, eo quod ministerio angelorum erat formatus. Et pro intelligentia illius loci Psal. 77. vide solutionem. S. Tho. ad primum.

Vtrum solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.

D T E R T I V M sic proceditur. Videatur, quod nullus possit Christum manducare sacramentaliter, nisi homo iustus. Dicit enim August. in li. de remedio paenitentiae. Ut quid paras dentem, & ventre, crede, & manducasti. Credere enim in eum, hoc est panem viuum manducare. Sed peccator non credit in eum: quia non habet fidem formatam, ad quam pertinet credere in Deum: ut in secunda parte habitus est. Ergo peccator non potest manducare hoc sacramentum, quod est panis viuum.

P R A E T E R E A . Hoc sacramentum maximum dicitur esse sacramentum charitatis: ut supra dictum est. Sed sicut infideles privatur fidei: ita omnes peccatores privantur charitate. Infideles autem non videantur posse sacramentaliter sumere hoc sacramentum: cu in forma huius sacramenti dicatur, mysterium fidei. Ergo pari ratione nec quis peccator potest corpus Christi sacramentaliter manducare.

P R A E T E R E A . Peccator magis est abominabilis Deo quam creatura irrationalis: Dicitur enim in Psal. de homine peccatore. Homo cu in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illus. Sed animal brucium (puta, mus, aut canis) non potest sumere hoc sacramentum: sicut etiam non potest sumere sacramentum baptismi. Ergo videtur, quod pari ratione, nec peccatores hoc sacramentum manduent.

S E D C O N T R A est, qd super illud Ioan. 6. Patres uestris manducaverunt manu in deserto, & mortui sunt: dicit Aug. Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Vnde dicit Apost. Iudicium sui manducar & bibit. Sed non moriuntur sumendo, nisi peccatores. Ergo peccatores corpus Christi sacramentaliter manducant, & non solum iusti.

R E S P O N D E O dicendum qd circa hoc quidam antiqui errauerunt: dicentes quod corpus

Christi, nec etiam sacramentaliter a peccatoribus sumitur, sed quia cito labijs peccatoris contingit, tam cito sub speciebus sacramentalibus definit esse corpus Christi.

S E D hoc est erroneum. Derrogat enim veritati huius sacramenti ad quam pertinet (sicut supra dictum est) qd manentibus speciebus corporis Christi, sub eis esse non definit. Species autem manet, quadiu substantia panis maneret, si ibi adesset, ut supra dictum est. Manifestum est autem, qd substantia panis aupta a peccatore non statim esse definit: sed manet, quadiu per calorem naturalē digeritur. Vnde tam corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet a peccatoribus sumptis. Vnde dicendum est, quod peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solum iustus.

A D P R I M U M ergo dicendum est, quod illa verba et similia, sunt intelligenda de spiritualem mādicatione: que peccatoribus non cōnenit. Et ideo ex prauo intellectu horum verborum, videatur pradictus error processisse, dum nescierunt distinguere inter corporalem, & spiritualem mādicationem.

A D S E C V N D U M dicendum est, qd etiam si infidelis sumat species sacramentales, corpus Christi sub sacramento sumit. Vnde manducat Christum sacramentaliter si, ly, sacramentaliter, determinat verbum ex parte manducati. Si autem ex parte manducatis, tunc propter loquedo non manducat sacramentaliter: quia non utitur eo quod accipit ut sacramento, sed ut simplici cibo. Nisi forte infidelis intenderet recipere illud quod ecclesia confert, liceat non haberet fidem veram circa alios articulos, vel etiam circa hoc sacramentum.

A D T E R T I V M dicendum est, qd etiam si mus, vel canis hostiam consecratam manducet substantia corporis Christi non definit esse sub speciebus quadiu species ille manent: hoc est quadiu substantia panis maneret, sicut etiam si proijceretur in lutum. Nec hoc verget in detrimentum dignitatis corporis Christi, qui volunt a peccatoribus crucifigi, absque diminutione

diminutio & sua dignitatis: praesertim cu mus aut canis non tagat ipsum corpus Christi secundum propriam speciem, sed solum secundum species sacramentales.

Q V I D A M autem dixerunt, qd statim qd sacramentum tagitur a mure, vel cane definit ibi esse corpus Christi. Quod etiam derogat veritati sacramenti: sicut supra dictum est.

N E C tam dicendum est, quod animal brutum sacramentaliter corpus Christi manducet: quia non est natu ut eo ut sacramento. Vnde non sacramentaliter, sed paccidēs corpus Christi manducat sicut manducaret ille qui sumeret hostiam consecratā, nesciens eā esse consecratā. Et quia id quod est per accidens non cadit in divisione alicuius generis: ideo hic modus manducandi corpus Christi, non ponitur terius praeter sacramentalem & spiritualē.

H I C A R T I C U L U S tertius motus est a S. Th. ppter errore illū quē reprobavit in fronte articuli. Vnde refert S. Th. qd quidam antiqui dicebāt, qd corpus Christi nec sacramentaliter sumitur a peccatoribus: sed quam primū cōtingit labijs peccatoris definit esse corpus Christi sub illis speciebus sacramentalibus. Sed S. Th. dicit quod hoc est erroneum, ideo ponit cōclusionē, quae sic habet. Peccator existens in peccato mortiferō, potest (& si illicite) corpus Christi manducare sacramentaliter & non solum iustus, adhuc sensum, quod sicut corpus Christi in iusto descendit cu speciebus ad stomachū: ita ē in peccatore. Sed iustus recipit augmentū gracie propter talē manducationē, & peccator peccat mortaliter p talē manducationē, ut supra diximus. Hęc cōclusio probatur in argumēto in cōtra, testimonio diui Augustini, & in corpore articuli hac ratione. Ut supra probauimus late, corpus Christi ex lege & pacto Christi redēptoris postquam per cōsecrationē ponitur sub speciebus sacramentalibus, manet sub illis quadiu manet ipse species sacramentales. Sed species manet etiam in stomacho peccatoris. Ergo & corpus ipsum benedictum ibi manet. Ergo sumitur sacramentaliter vel manducatur a peccatore Christi corpus.

S E C V N D O. Cōfirmatur hęc cōclusio. Quia si manentibus speciebus non māsseret corpus Christi, cu hoc non cōstet, adoraretur creatura adoratione latrā. Quod fieri licet non potest. Ergo dicendum est, qd est veritas sacramenti, quod manet corpus Christi quadiu manent species sacramentales. HIC nota, quod ille error (qd peccatores non possunt manducare corpus Christi, id est, quod si su-

mant statim corpus Christi euolat in coelum: & qd non descendit ad stomachū) est glosa de conse. d.2.cap. Tribus gradibus. Idē dicit etiam de iustis. Et magister sentētiarū d.9.cap.2.dicit, quod quidam obtuso corde aliqua dicta sanctorum legētes, erroris caligine inuoluti sunt: adeo vt presumperint dicere corpus & sanguinem Christi à bonis tāsumi. Et nec ipse citat, qui fuerunt illi: nec ipsi eius interpres, qui deberet facere postquā onus exponēdi sumperū, & illud asserūt. Vnde magister dicit quod illa opinio est error. Et S. Th. in 4.d.9.q.1.ar.2.q.1.dicit quod est heretica. Et hic dicit quod est erronea opinio.

S E D quomodo probatur qd sit hoc hereticū? Dico qd ratioē. S. Th. s. quia derogat veritati sacramenti, quae est, qd quandiu sunt species panis, est illic corpus Christi, postquam semel fuit p cōsecrationē SECUNDΟ probatur per illud Pauli priore ad Corinth.ii. Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Ergo aliquis indigne manducat. Ergo in peccato mortali, quia qui in peccato mortali manducat, ille indigne manducat.

T E R T I O. Ex facto Christi. Qui Christus dedit Iudæ, cu iā misisset diabolus in cor eius: ut tradiceret eum. Et postea dicunt Euangelistæ (vt Matthæus) quod Christus dedit Iudæ corpus suum. Et dicit his verbis, quod cu discubaret Iesus cum duodecim discipulis suis dixit, Accipite & comedite & bibite ex eo (s. calice) omnes. Et sancti ita dicunt quod Iudas sumpsit corpus Christi. Et Lucas dicit. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Ergo ibi erat Iudas.

Q U A R T O. Probatur nostra conclusio testimonijs sanctorum. Qui omnes ita dicunt priore ad Corinth.ii. & super Matthæ. 26.

P R A E T E R E A . Ex articulo isto & exprimo hius questionis colligitur quod manducare sacramentaliter spiritualiter cōtingit dupliciter. Vno modo voto: cu quis desiderat quidē sumere sacramentū, sed non sumit: quia vel desunt ministri, vel alia causa non sumpsit sacramentū. Altero modo quidam sumit sacramentū cu effectu sacramenti. Sacramentaliter autē manducatur solum vnomodo. s. cu qd sumit sacramentū ea intentione qua est sacramentū, vel ea qui ecclesia intendit administrare illud tāquā sacramentū. Vnde qui sumit hostiam cōsecretā quidē, sed tāquā non cōsecretā, quia ignorat: non sumit sacramentaliter, & si sumat sacramentū. Vnde colligitur triplice esse modū in inducādi hoc sacramentū: sacramentaliter. s. & spiritualiter. Et spiritualis modus est duplex: ut diximus.

Articul. quartus.

Vtrum peccator sumat corpus Christi sacramentaliter peccet.

D Q V A R T V M Sic pro cedetur. Videtur qđ peccator sumens corpus Christi sacramē taliter, nō peccet. Nō enim est maioris dignitatis Christus sub specie sacramētū, quā sub specie ppria. Sed peccatores tāgentes corpus Christi sub specie ppria nō peccabat, quin etiā veniā peccatorū cōsequebātur: sicut legitur Luce.7. de muliere peccatrice, et Matt.14. dicitur. Quicūq; tētigerū fimbriā vestimenti eius salui facti sunt. Ergo non peccant, sed magis salutem consequuntur sacramentum corporis Christi sumendo.

P R A E T E R E A. Hoc sacramētū (sicut & alia) est quadā spiritualis medicina. Sed medicina datur infirmis ad salutē: secundū illud Matt.9. Nō est opus vallenib; medici: sed male habētibus. Infirimi autē vel male habētes spiritualiter, sunt peccatores. Ergo hoc sacramētū absque culpa sumere possunt.

P R A E T E R E A. Hoc sacramētū cū in se Christū cōtineat, est de maximis bonis. Maxima autē bona (secundū Aug. in libr. de libero arbitrio) sunt quibus nullus male potest roti. Nullus autē peccat, nisi per abusum alieni rei. Ergo nullus peccator sumens hoc sacramentum peccat.

P R A E T E R E A. Sicut hoc sacramētū sentitur gustu & tactu, ita & visu. Si ergo peccator ex eo qđ sumit hoc sacramētū peccat, videtur etiā qđ peccaret vidēdo. Quod patet esse falso: cū ecclēsia omnibus hoc sacramētū uidēdū et adorādū pponat. Ergo peccator nō peccat ex hoc qđ manducat hoc sacramētū.

P R A E T E R E A. Cōtinuit quādoq; qđ aliquis peccator nō habet conscientiā sui peccati, nec tamē talis peccare videtur corpus Christi sumēdo: quia secundū hoc omnes peccarē qui sumūt, quasi periculo se exponētes: cū Apost. dicat prima Corinth.4. Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Non ergo videtur, quod peccator icedat in culpā, si hoc sacramentum sumat.

SE D C O N T R A est, qđ Apostolus dicit prima Corinth.11. Qui māducat et bibit

indigne iudicū sibi māducat et bibit. i. condēnationē. Dicit autē Glosa ibidē, quod indigne manducat & bibit, qui in crīmine est, vel irreuerenter tractat. Ergo qui est in peccato mortali, si hoc sacramentum accipiat: damnationem acquirit mortaliter peccans.

R E S P O N D E O dicēdū, qđ in hoc sacramētū sicut in alijs, id quod est sacramentum, est signum eius quod est res sacramenti. Duplex autē est res huius sacramēti: sicut supra dictū est. Vna quidē quae est significata et contenta. s. ipse Christus: alia autē est significata & nō contenta. s. corpus Christi mysticū: quod est societas sanctorū. Quicūq; ergo hoc sacramētū sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo & unitū, & mēbris eius incorporatū. Qđ quidē sit per fidē formata: quā nullus habet cū peccato mortali. Et ideo manifestū est, qđ quicūq; cū peccato mortali hoc sacramētū sumit, falsitatem in hoc sacramēto cōmittit: & ideo incurrit sacrilegiū tāquā sacramēti violator, & propter hoc mortaliter peccat.

A D P R I M V M ergo dicēdū, qđ Christus in ppria specie apparet, nō exhibebat se tāgendū hominibus in signū spiritualis unionis ad ipsū: sicut exhibetur sumēdus ī hoc sacramēto. Et ideo peccatores ēū in ppria specie tāgentes, nō incurrebat crimen falsitatis circa diuinam, sicut peccatores sumentes hoc sacramentum.

ET præterea Christus adhuc gerebat similitudinem carnis peccati: et ideo cōuenienter se peccatoribus tāgendū exhibebat. Sed remota similitudine carnis peccati per gloriā resurrectionis, se tāgi phibuit à muliere, quae defecit fidei circa ipsū patiebatur: secundū illud Ioh.20. Noli me tāgere nōdū enim ascendi ad patremū. s. in corde tuo: ut Aug. exponit. Et ideo peccatores qui defectū fidei formatae patiuntur circa Christū, repelluntur à contactu huius sacramenti.

A D S E C V N D V M dicendum, quod non qualibet medicina competit secundum quemlibet statum infirmitatis. Nam medicina qua datur iam liberatis à febre, ad confortationem: noceret si daretur adhuc febricitantibus.

citantibus. Ita etiam baptismus et pñnitētia sunt quasi medicinæ purgatiæ: que dantur ad tollendam febrē peccati. Hoc autem sacramentum est medicina confortatiua: que non debet dari nisi liberatis à peccato.

A D T E R T I V M dicendum, quod maxima bona intelligit Augustinus virtutes animæ, quibus nullus male utitur quasi principijs mali: vsus: ut patet in his qui de virtutibus superbiunt. Ita & hoc sacramentum quantum est ex se, non est principium mali: vsus, sed obiectū. Unde Augustinus dicit. Multi indigne accipiunt corpus Christi: per quod docemur quam caudendum sit male accipere bonum. Ecce enim per bonū factum est malum, dum male accipitnr bonum: sicut contra, Apostolo per malum factum est bonum, cum bene accepit malum, scilicet, cū stimulū Sathanæ patiēter portauit.

A D Q V A R T V M. Dicendum, quod per visum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramentum eius: quia s. non pertingit visus ad substantiā corporis Christi, sed solum ad species sacramentales: ut supra dictum est. Sed ille qui manducat, non solum sumit species sacramentales: sed etiam ipsum Christum, qui est sub eis. Et ideo à visione corporis Christi nullus prohibetur, qui sit sacramentum Christi consequitus, scilicet baptismū. Non baptizati autē non sunt admittēdi etiā ad inspectionem huius sacramēti: ut patet per Dionysū in lib. Ecclesiast. Hierar. Sed ad mandationē nō sunt admittēdi, nisi soli illi, qui non solum sacramētū realiter sunt Christo cōiuncti.

A D Q V I N T V M dicēdū, qđ hoc qđ nō habet aliquis cōsciētiā sui peccati, pēt contingere dupliciter. Vno modo per culpā suam, vel quia per ignoratiā iuris, quā nō excusat, reputat nō esse peccatū quod est peccatū (putasi aliquis fornicator reputaret simplicē fornicationē nō esse peccatū mortale) vel quia negligens est in examinatione sui ipsius: cōtra id quod

Apostolus dicit prima Corinth.11. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Et sic nihil minus peccat peccator sumens corpus Christi: licet non habeat conscientiam peccati, quia ipsa ignorantia est ei peccatum.

A L I O modo pēt cōtingere sine culpa ipsius: puta cū doluit de peccato, sed nō est sufficiēter cōtritus. Et intali casu nō peccat sumēdo corporis Christi: quia homo per certitudinē scire non potest verum sit vere contritus. Sufficit enim si in se signa contritionis inueniat: puta, si doleat de præceritis & proponat cauere de futuris. Si vero ignorat hoc quod fecit esse actū peccati, propter ignorantia facti quae ex causa (putasi accessit ad nō suā quā credebat esse suā) nō est ex hoc dicendus peccator. Si militer etiā si totaliter est peccatu oblitus, sufficit ad eius deletionē generalis cōtrito: ut in frā dicetur. Unde iā nō est dicēdus peccator.

I N H O C . 4 . articulo diuus Thomas ponit alii duas conclusiones: quarum primi est. In hoc sacramento, sicut in alijs, aliiquid est quod est sacramentum tantum: & aliud quod est res sacramenti. Sacramentum tantum, est id quod est signum illius, quod est res sacramenti. Res autem sacramenti, est id quod significatur per illud signum, nempe species panis & vini. Et illud quod sic significatur est duplex, scilicet, corpus Christi verum, & vias vel societas, & inter has duas res sic interest.

S E C V N D A cōclusio est. Peccator (nēpe existēs in peccato mortali) sumens hoc sacramentum sacramētūliter mortaliter peccat. Probatur hæc. Prior ex illo prioris ad Corinth.11. Qui māducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. Ergo peccat mortaliter.

S E C V N D O probatur hoc modo. Quicunque sumit hoc sacramentum eo ipso quod sumit significat se esse Christo unitum & mēbris eius in corporatum quod sit per fidem formitam Charitate, quem nullus habet cum peccato mortali. At quicunque sumit hoc sacramentum cum peccato mortali cōmittit falsitatem in hoc, vel cōtra hoc sacramentū, ob qđ facit illi notabilē iniuriam. Ergo est sacrilegiū mortaliter tanquam violator sacramenti. Ergo mortaliter peccat.

H O C dubium quod. S. Tho. agit in hoc articulo. fuit iam superius à nobis tractatum. q. 20. immeđiate præcedenti ar. 3. Vide ibi, ne sit opus toties eadem repetere. Sed doctor sanctus mouet hic rursus questionem hanc: ut absolveret perfecte

tractatum de sumptibus hoc venerandum sacramentum. Et secundo, ut redderet rationem proprii quare peccat mortaliter, qui in peccato mortali suscipit hoc sacramentum. Et dicit quod ratio est: quia ille mentitur cum iniuria sacramenti: tunc dictum est. Et etiam peccat: quia agit contra illud Pauli primae ad Corinthios. II. Probet autem seipsum homo. Sed ille qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad Eucharistiam, non se probat. Ergo.

SECUNDUM Est hic notandum, quod illud quod dominus Caieta, hic asserit, quod licet accedere ad hoc sacramentum cum sola contritione non potest iam defendi, etiam gratia exerciti. Tum quia (ut probavimus in quaestione immediate praecedente articulo.3.) semper fuit contra mentem sanctorum, & piorum Christianorum ritum & usum id quod Caietus dicit; tum quia nostra atate diffinatum fuit in concilio Tridentino contra sententiam Caietani necessariam esse confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistie. Cuius concilij formalia verba scribemus infra in materia confessionis. Et haec sententia affirmativa quod requiratur confessio sacramentalis sub poena peccati mortalis ante sumptionem Eucharistie: fuit semper communis sententia theologorum excepto uno Caietano.

Articul. quintus.

Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauiissimum omnium peccatorum,

DQ VINUM Sic proceditur. Videtur quod accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauiissimum omnium peccatorum. Dicit enim Apostolus prima Corinth. II. Quicunque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, Glōsa ibidem. Hoc est, ic si Christum occiderit punietur. Sed peccatum Christum occidentium, videtur fuisse grauiissimum. Ergo et hoc peccatum quo aliquis cum conscientia peccati ad mensam Christi accedit, videtur esse grauiissimum.

PR AETEREA. Hieronymus dicit in quadam epistola. Quid tibicum feminis qui ad altare cum Deo fabularis: dic sacerdos, dic clericos, qualiter eisdem labys filium

Dei oscularis, quibus osculatus es labia mere- tricis? O Iuda osculo filium hominis tradis. Et sic videtur fornicator ad mensam Christi accedens peccare sicut Iudas peccauit, cuius peccatum fuit grauiissimum. Sed multa alia peccata sunt grauiora, quam peccatum fornicationis & præcipue peccatum infidelitatis. Ergo cuiuslibet peccatoris ad mensam Christi accedit, peccatum est grauiissimum.

PR AETEREA. Magis est abominabilis Deo immunditia spiritualis quam corporalis. Sed si quis proiceret corpus Christi in lutum vel sterquilinium, grauiissimum repudaretur eius peccatum. Ergo grauius peccat, si ipsum sumat cum peccato, quod est immunditia spiritualis. Ergo hoc peccatum est grauiissimum.

SED CONTRA est, quod super Ioan. 15. Si non venissem & locutus eis non fuisset peccatum non haberent, dicit August. hoc intelligendum esse de peccato infidelitatis, quoniam tenentur curta peccata. Et ita videtur hoc peccatum non esse grauiissimum. Sed magis peccatum infidelitatis.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est) duplenter aliud peccatum potest dici grauius alio. Uno modo per se, alio modo per accidentem.

PER se quidem secundum rationem sue speciei que atteditur ex parte obiecti. Et secundum hoc quantum id, contra quod peccatur, est maius: tanto peccatum est grauius. Et quia divinitas Christi est maior humanitate ipsius, & ipsa humanitas est potior, quam sacramenta humanitatis: inde est, quod grauiissima peccata sunt, quae committuntur in ipsam divinitatem, sicut est peccatum infidelitatis & blasphemia. Secundario autem sunt grauius peccata, quae committuntur in humanitatem Christi. Vnde & Matth. 12. dicitur. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum: non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Tertio autem loco sunt peccata quae committuntur contra sacramenta, quae pertinent ad humanitatem Christi. Et post hoc sunt alia peccata contra puras creaturem.

Peracci

PER ACCIDENS autem unum peccatum est grauius also ex parte peccantis, puta, peccatum quod est ex ignorantia vel infirmitate, est levius peccato, quod est ex contemptu, vel ex certa scientia. Et eadem ratio est de alijs circumstantijs. Et secundum hoc istud peccatum in quibusdam potest esse grauius: sicut in his qui ex actuali contemptu cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. In quibusdam vero minus graue: puta, in his qui ex quodam timore ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. Sic ergo patet, quod hoc peccatum est multis alijs grauius secundum suam speciem, non tamen est omnium grauiissimum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod peccatum indigne sumptuum hoc sacramentum, comparatur peccato occidentium Christum secundum similitudinem (quia utrumque committitur contra corpus Christi) non tamen secundum criminis quantitatem. Peccatum enim occidentium Christum, fuit multo grauius. Primo quidem: quia illud peccatum fuit contracorpus Christi in specie propria: hoc autem peccatum est contra corpus Christi in specie sacramenti. Secundo: quia illud peccatum processit ex intentione nocendi Christo, non autem hoc peccatum.

AD SECUNDUM dicendum, quod fornicator accipiens corpus Christi, comparatur Iudeo Christum osculanti, quantum ad similitudinem criminis (quia uterque ex signo charitatis Christum offendit) non tamen quantum ad criminis quantitate: sicut etiam prius dictum est. **HAEC** tamen criminis similitudo non minus competit alijs peccatoribus quam fornicatoribus. Nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cuius signum est hoc sacramentum, & tanto magis quanto peccata sunt grauiora. Secundum quid tamē peccatum fornicationis magis reddit hominem inceptum, ad perceptionem huius sacramenti: in quantum, s. per hoc peccatum spiritus maximus carnis subiicitur, & ita impeditur fervor

dilectionis, qui requiritur in hoc sacramento PLVS tamen poterat impedimentum ipsius charitatis, quam feror eius. Vnde peccatum infidelitatis, quod funditus separat hominem ab ecclesia unitate, simpliciter loquendo, maxime hominem inceptum reddit ad suspicionem huius sacramenti, quod est sacramentum ecclesiastice unitatis: ut supra dictum est. Vnde grauius peccat infidelis accipiens hoc sacramentum, quam fidelis peccator: & magis contemnit Christum secundum quod est sub sacramento: presertim si non credit Christum vere sub hoc sacramento esse: quia quantum est in se diminuit sanctitatem huius sacramenti & virtutem Christi operantis in hoc sacramento: quod est contemnere hoc sacramentum in se ipso. Fidelis autem, qui cum conscientia peccati sumit, contemnit hoc sacramentum non in se ipso, sed quantum ad usum indigne accipies. Vnde et Apostol. I. ad Corinthios. II. assignans rationem huius peccati dicit, Non dico corpus Domini i. non discernes ipsum ab alijs cibis, quod maxime facit ille qui non credit Christum esse sub hoc sacramento.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui proiceret hoc sacramentum in lutum, multo magis peccaret, quam ille, qui cum conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedit.

PRIMO quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriæ faciendo huic sacramento: quod non intendit peccator indigne corpus Christi accipies.

SECUNDUM: quia homo peccator capax est gratiae. Vnde etiam magis est aptius ad suscipiendum hoc sacramentum, quam quæcumque alia irrationalis creatura. Vnde maxime, in ordinatione veteretur hoc sacramento, qui proiceret ipsum canibus ad manducandum, vel qui proiceret in lutum conculcandum.

IN HOC articulo.5. (postquam in articulo.4: immediate praecedenti, & in articulo.3, quaestio nis praecedenti, & in alijs locis iam firmatum sit peccatum esse mortiferum, accedere ad Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis) intendit diuinus Thomas explicare, quam grande sit hoc peccatum. Et prius ponit unum notabile: vbi exponit. & docet vnde pensanda est grauitas peccati. Secundo

b iiiij respon

respondet aliquibus propositionibus.

Q VO ad primū dicit, esse notandum, quod duplīciter vnu peccatū dicitur esse grauius alio. Vno modo per se, et alio modo p accidēs. Per se illud peccatū dicitur grauius alio, quod ex specie est grauius. i. quod est de peiori obiecto. Per accidentis autē dicitur illud peccatū grauius alio, quod ex aliqua circumstantia grauius efficitur: vt ceteris paribus, grauius est peccare sciens, quā peccare ex aliqua ignorantia, nec affectata, nec excusante.

HIS suppositis est prima cōclusio, quā ex dictis colligitur. Quāto id cōtra quod peccatur, est maius; tāto peccatū est grauius: vt grauius est ex obiecto peccare cōtra Deū, quā contra hominē purū. Et grauius est contra regē, quam contra ciuitatem.

COLLIGITVR Secunda conclusio. Grauiissima peccata sunt, quā committuntur in ipsam diuinitatem: vt infidelitas, & blasphemia.

TERTIA propositio. In secundo gradu sunt peccata, quā cōmittuntur in Christi humanitatē. Ista ppositiones, secūda videlicet & tertia probantur ex illo verbo Christi Mat. 12. Qui dixerit verbū contra filium hominis remittetur ei. Qui autē dixerit verbū contra spiritum sanctum, nō remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.

VAR TA propositio est. In tertio gradu grauitatis sunt peccata, quā cōmittuntur cōtra sacramēta: quā sacramēta pertinet ad humanitatē Christi.

VINTA propositio. In quarto gradu grauitatis, sunt alia peccata, quā cōmittuntur cōtra puras creatureas.

Per accidentis autē, hoc ipsum peccatū

quod cōmittitur, accedendo ad Eucharistiam in peccato mortali potest esse grauius in uno, quā in alio: & in eodē diuersis temporibus: vt si accedat ex contemptu vnius, vel uno tempore, vel cū cōsciētia peccati, & accedat ex aliquo timore aliis, vel alio tempore. Et omnia sunt manifesta in litera.

DVRANDVS tamen in. 4. d. 9. q. 4. art. 2. impugnat duo, quā hic dicitur à doctore sancto circa primā, secūdā, & tertīā cōclusions. Et prius impugnat illud, quod dicit. S. Th. quod sicut se habet obiectū ad obiectū, ita actus ad actū: quia dicit Durā. quod illud solū intelligitur quādo actus sunt eiusdem rationis. Nā licet grauius sit indigne māducare corpus Christi, quā māducare cibū p̄phānū etiā cum peccato mortaliter amē grauius est occidere hominē, quā indigne māducare corpus Christi.

SECVNDO impugnat illud, quod dicit. S. Th. quod grauius est peccatū cōtra Deū, quā cōtra creatureas. Cōtra inquit quā grauius est indigne sumere Christū, quā iurare fallū ad saluādū patriā. Et tamē primū est cōtra Christū, etiā vt q̄tenus homo est in sacramēto: & secūdū īmediate cōtra Deū.

AT ad hāc dico, quod. S. Th. intelligit ex gene-

re. Secus ex nocturno vel ex circumstantia aliqua: vt ipse. S. Th. manifeste tradit.

DUBIUM **VBITATVR** quis plus peccat, accedens vnicum. **D** ad hoc sacramētum in mortali, an non sumens tempore quoteneretur ex ecclesiā p̄cepto.

AD HOC dico, quod plus peccat, qui accedit in peccato, quia hoc est p se malū, omittere autē est malū, quia prohibitū. Et nō sumere Eucharistia, nō est iniuria, quā fiat ipsi sacramēto: et accedere ad illud in peccato mortali est de se iniuria et magna irreuerētia. Ergo grauius peccatū est accedere in mortali ad Eucharistiā, quā non sumere tempore quo quis tenetur sumere. Ideo si quis debet accedere ad Eucharistiā cū peccato mortali, melius, id est, minus malum est omittere & non sumere sacramētum. Et hoc ei potius consulendum est.

Articul. sextus,

Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

D SEXTVM Sic proceditur. Videtur quod sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Non enim est faciendū cōtra Christi p̄ceptum propter vitādū scandalū, vel infamia alicuius. Sed Dominus precepit Mat. 7. Nolite sanctū dare canibus. Maxime autē datur sanctū canibus, cum hoc sacramētum peccatoribus exhibetur. Ergo nec ppter vitādū scandalū, nec propter vitādū infamia alicuius, debet hoc sacramētum peccatori petenti dari.

PRAETEREA. De duobus malis minis est eligendū. Sed minus malū esse videtur si peccator infameatur, vel etiā si ei hostia non consecrata detur, quam si sumens corpus Christi mortaliter peccet. Videtur ergo hoc potius esse eligendū quod vel infametur peccator petens corpus Christi, vel etiā quod detur ei hostia non consecrata.

PRAETEREA. Corpus Christi interdū datur suspectis de crimine, ad eorū manfestationē: Legitur enim i decretis. 2. q. 4. Sepe contingit vt in monasterijs monachorū sumta perpetrētur: idcirco statutum, vt q̄i ipsi fratres de talibus expurgare se debet, missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo ex presertibus fratribus, et sic expleta missa cōnes cōmunicet in hac verba. Corpus Christi sit tibi hodie ad p̄bationem. Et infra. Si Episcopo aut presbytero aliquo maleficiū fuerit imputatu, pro singu-

p singulis missā celebrare debet & cōmunicare, et de singulis sibi imputatis innocētē se ostendere. Sed peccatores occultos nō oportet manifestare, quia si frontē verecūdī abiecerit, liberi peccabū: vt Aug. dicit in lib. de verbis Domini. Ergo peccatoribus occultis nō est corpus Christi dandum, etiam si petant.

SED cōtra est, quod super illud Psal. Māduca

uerū et adorauerū ônes pingue terrae, dicit Aug. Nō prohibeat dispensator pingue terrae.

i. peccatores, mensam Domini manducare.

R ESPONDEO dicendū quod circa peccatores distinguendū est. Quidā enim sunt occulti: quidā vero manifesti s. per evidētiā facti: sicut publici & surarij aut publici raptores, vel etiā per aliquod iudicij ecclesiasticū, vel seculare. Manifestis ergo peccatoribus non debet etiā peccatis sacra cōmuniō dari.

Vnde Cyprian. scribit ad quendā. Pro dilectione tua consulendum me existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo qui apud vos constitutus adhuc in artis sue dedecore perseverat, an talibus sacra cōmuniō cum ceteris Christianis dari debeat.

Puto nec magestati diuinæ, nec euāgelice disciplina cōgruere, vt pudor & honor ecclesiæ, tam turpi & infami contagione fœderetur.

SI vero nō sunt manifesti peccatores, sed occulti: non potest eis peccatis sacra cōmuniō denegari. Cū enim quilibet Christianus ex hoc ipso quod est baptizatus, sit admissus ad dominicā mensam: nō potest eis ius suū tolli, nisi pro aliqua causa manifesta. Unde super illud prime Corinth. s. Siis qui frater nominatur inter vos &c. dicit Glosa Augustini.

Nos à cōmuniōne quenquā prohibere nō possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, vel seculari, nominatum atque coniunctum.

POTEST tamen sacerdos qui est cōscius criminis occulte monere peccatorem occultum,

vel etiam in publico generaliter omnes ne ad mensam Domini accendant, ante quā de pecatis p̄nitentia, & ecclesiæ reconciliatio. Nā

post p̄nitentiā & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus nō est cōmuniō deroga da: p̄cipue in articulo mortis. Vnde in cōciō Carthaginē legitur. Scenitis arq, hystri onibus ceteris, huiusmodi psonis, vel apostatis cōversis ad Deū, reconciliatio non negetur. AD PRIMA. ergo dicendū, quod sancta prohibitur dari canibus, id est, peccatoribus manifestis. Sed occultis nō possunt publice puniri sed sunt diuino iudicio reseruanda.

AD SECUNDUM dicendū, quod licet peius sit peccatori occulto, peccare mortaliter sumēdo corpus Christi, quā infamari: tamē sacerdoti ministrati corpus Christi peius

est peccare mortaliter infamando iniuste peccatorē occultū, quam quod ille mortaliter peccat: quia nullus debet peccatū mortale cōmittere, vt aliū liberet à peccato. Vnde August. dicit in lib. quest. super Genes. Periculissime admittitur haec cōpensatio: vt nos faciamus aliquod mali, ne alius grauius malū faciat. Peccator tamē occultus potius deberet eligere in famari, quā indigne ad mēsa domini accedere.

HOSTIA A tamēō consecrata nullo modo debet dari loco cōsecratæ: quia sacerdos hoc facies, quantū in se est, facit idolatrare illos qui credunt esse hostiā cōsecratā, siue alios praesentes, siue etiā ipsum sumētē: quia (vt August. dicit) Nemo carnē Christi māducet, nisi prius adoret. Vnde extra de celebratione missa.

c. De hoīe, dicitur. Licit is qui p̄ sui criminis cōsciēti reputat se indignū, peccat grauius si se ingerat: grauius tamē videtur offendere,

qui fraudulēter illud p̄sumperit simulare.

AD TERTIVM dicendū quod decreta illa sunt abrogata p̄ contraria docimēta Romanorū Pōtificū. Dicit enim Stephanus pa-

pa. Ferricādētis vel aqua feruētis examina-

tio, cōfessionē extorqueri à quolibet, sacri ca-

nones nō cōcedūt. Spōtanea enim confessione

vel testū aprobatōne, publica delicta cōmi-

ssā sunt regimini nostro iudicare: occultā ve-

ro et incognita illi sunt relinquēda, qui solus

wonit corda filiorū hominū. Et idē habetur.

extra

non primomodo. Nam peccator nō habet ius ad Eucharistiam: quia peccat petendo, & sumendo. Ergo alius non peccat negando. Nec peccat, eo quod non dat, quod suum est, quia sacramentum non est suum. Nec peccat: quia infamia illum: quia talis infamia nō imputatur illi neganti Eucharistiam: sed ipsi peccatori, qui petit id, ad qđ non habet ius. Et ideo alius potest negare: quia viritur iure suo: sicut fecit ille qui se defendit à debito sibi imposito ab alio, esto inde sequatur infamia imponentis debitum.

AD HOC dico, quod talis negans peccat utroque modo: quia ille peccator habet ius in foro exteriori, ut non condenetur ab homine, sed reputetur innocens, licet non habeat ius in foro conscientiae. Ideo condannatur à Deo.

SECUNDО nota, quod leges non respiciunt particularia, sed communia, & illud, quod impluribus fit. Vnde, licet forte aliquis peccator digne in famaretur ob suam temeritatem: tamē ut in plurimum & absolute, non licet, quia esset dare occasionem sacerdotibus, ut plures infamarent.

TERTIO arguitur. Non licet dare gladium furioso potenti. Ergo nec Eucharistiam peccatori. **A**D hoc nego consequentiam quia furiosus vult nocere alteri.

SED contra, ponamus, quod talis furiosus vult se occidere, adhuc illi nō licet dare gladiū. Ergo &c. **A**D hoc dicunt aliqui, quod non est simile: quia de illo furioso constat publice, quod male facit, & non constat de alio potenti Eucharistiam.

SED contra, ponatur, quod nulli constat, nisi sacerdoti, vel vni solum, quod talis est furiosus, adhuc non licet dare illi gladium. Ergo nec alteri Eucharistiam.

IDEO dico ultimo, quod non est simile de temporalibus & spiritualibus.

SECUNDО & melius, nego consequentiam: quia furiosus non potest tunc vitare illud peccatum aut nocumentum. Sed petens Eucharistiam, potest evitare illud peccatum, ideo sibi imputetur, si non vult abstinere.

SED si sciant aliqui ex astantibus peccatum illius an liceat negare illi peccatori? Videtur, quod ita: quia potest probare sacerdos illū esse peccatore. **A**D HOC dico, quod non: quia adhuc est occultum, & quandiu manet occultum peccatum, esto aliqui illud sciant, non licet illud manifestare. **V**LTIMO est argumentum vnum contra eandem. conclusionem, quod est huiusmodi. Non licet dare medicinam infirmo potenti, si medicus sciat illam esse nocuum. Ergo nec licet dare peccatori occulto publice potenti.

AD HOC nego cōsequētiā: quia in infirmitate nō sequitur infamia, nec habet ius ad potionem: sicut aliis ad Eucharistiam in publico: & si semel bibat infirmus non potest vitare nocumentum quod inde sequitur, & peccator potest peccatum vitare, & digne sumere.

Articul⁹ septimus

Vtrum nocturna pollutio aliquē impedit à sumptione huius sacramenti.



D SEPTIMVS sic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio non impedit aliquem à sumptione corporis Christi. Nullus enim impeditur à sumptione corporis Christi, nisi per peccatum. Sed nocturna pollutio accidit sine peccato. Dicit enim Augusti. 12. Super Genesim ad literā I psalmi phāsia, quae sit in cogitatione sermocinantis, cū ex pressa fuerit in visione somniantis, ut inter illam. **V**eram coniunctionem corporū non discernatur, continuo mouetur caro, & sequitur, quod eius motu sequi solet: cum hoc tam si ne peccato fiat, quam sine peccato à vigilatibus dicitur, quod ut diceretur, proculdubio cogitatum est. Ergo nocturna pollutio nō impedit hominem ab huius sacramenti sumptione. **P**RAETEREA. Gregorius dicit in epistola ad Aug. Episcopū Anglorū. Si quis sua coniuge non cupidine voluptatis rapus, sed tātū creandorū liberorū gratia vitetur: ille profecto, sive de ingressu ecclesie, sive de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Ex quo patet, quod carnalis pollutio etiā vigilatibus, si sit sine peccato, nō prohibet hominem à sumptione corporis Christi. Multo igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientia. **P**RAETEREA. Nocturna pollutio videtur solam immunditiam corporalem habere. Sed alię immunditiam corporales, quae secundum legem impediēbat ab ingressu sanctorū, in noua lege non impediunt à sumptione huius sacramenti: sicut de muliere pariente vel menstruata, vel fluxum sanguinis patiente, scribit beatus Grego. Augustino Anglorū Episcopo. Ergo videtur, quod nec etiā nocturna pollutio impedit hominem à sumptione

ptione huius sacramenti.

PRAETEREA Peccatum veniale non impedit hominem à sumptione huius sacramenti. Sed nec etiam peccatum mortale post pœnitentiam. Sed dato quod nocturna pollutio proueniret ex aliquo peccato precedēti (Si ne crapula, sive turpū cogitationū) plerūq; tale peccatum est veniale: & si aliqui sit mortale pōt cōtingere, qđ de mane pœnitit & peccatum suū cōfitetur. Ergo videtur, qđ nō debeat impediti à sumptione huius sacramenti.

PRAETEREA Grauius peccatum est homicidij, quam fornicationis. Sed si aliquis de nocte somniet se homicidium perpetrare, aut furtum, aut quod cunque aliud peccatum, nō propter hoc impeditur à sumptione corporis Christi. Ergo videtur, quod multo minus fornicatio somniata cum pollutione subsequente, impedit à sumptione huius sacramenti. **S**ED CONTRA est, quod Leuiti. 15. dicitur. Vir de quo egredietur semencitus immundus erit usque ad vesperum. Sed immundus non patet aditus ad sacramenta. Ergo videtur quod propter pollutionē nocturnā aliquis impeditur à sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

RESPONDEO dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem ratione cuius ex necessitate impedit hominem à sumptione huius sacramenti. Aliud autē ratione cuius nō ex necessitate impedit hominem. Sed ex quadā congruentia. Ex necessitate quidē impedit hominem à perceptione, solum peccatum mortale. Et quan uis nocturna pollutio secundum se considerata, peccatum mortale esse nō possit: nihilominus tamen ratione sua cause, quandoque habet peccatum mortale annexum.

ET ideo consideranda est causa pollutionis nocturnae. Quandoque enim prouenit à causa extrinseca spirituali, scilicet ex demonum illusione, qui (sicut in prima parte habitum est)phantasma commouere possunt, ex quo rum apparitione pollutio interdu subequi-

tur. Quandoque vero prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, ex precedētibus cogitationibus. Aliquā aut ex causa intrinseca corporali, vel ex superfluitate, sine debilitate naturae, sive etiā ex superfluitate cibi, vel potus. **Q**UAELIBET autem harum trium causarum potest, & sine peccato, & cum peccato veniali, vel mortali existere. Et si quem sit sine peccato, vel cū peccato veniali, nō ex necessitate impedit sumptionem huius sacramenti: ita scilicet, quod homo sumendo sit reus corporis & sanguinis domini. Si vero sit cum peccato mortali impedit ex necessitate. Illusio enim dæmonum quandoque prouenit ex precedēti negligētia preparationis ad devotionem: que potest esse & veniale, & mortale peccatum. Quādoque vero prouenit ex sola nequitia dæmonum volentium impedire hominem à sumptione huius sacramenti. Vnde legitur in collationibns patrum, quod cum quidā frater pateretur pollutionem semper in festis in quibus erat cōmunicandū, seniores cōperto, qđ nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerūt, qđ p̄ter hoc à cōmunione non cessaret, & ita cessauit illusio dæmonū. **S**IMILITER etiā præcedētes cogitationes lasciviae, quandoq; possunt esse omnino sine peccato: puta) cū aliquis causa letōnis vel diputationis cogitur de talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia & delectatione, non erūt cogitationes immunda sed honestae, ex quibus tamē pollutio sequi potest: sicut patet ex autoritate Augustini supra inducta. Quādoque vero præcedētes cogitationes sunt ex concupiscentia & delectatione, & si adh̄it cōsensus erit peccatum mortale: si autem desit, erit veniale. **S**IMILITER etiā & causa corporalis, quādoque est sine peccato: puta cū est ex insuffititate naturae, unde & quidā inuigilando ab qđ peccato fluxū seminus patiuntur, vel etiā si sit ex superfluitate naturae: sicut enim cōtingit sanguinem fluere ab qđ peccato, ita & semē quod est superfluitas sanguinis secundū philosophus

losophum. Quandoq; vero est cū peccato: puerū puenit ex superfluitate cibi vel potus. Et hoc etiā potest esse peccatum veniale vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quam circa sumptionē cibi & potus. Unde & Gregorius scribens Augustino Anglorū Episcopo dicit, cessandum esse à communione: quando ex turpibus cogitationibus prouenit; non autē quando prouenit ex superfluitate cibi vel potus, praesertim si necessitas adsit. Sic igitur ex causa pollutionis considerari potest, utrū nocturna pollutio impedit ex necessitate sumptionē huius sacramēti.

EX quadam vero congruentia impedit quātū ad duo, quorū unū semper accidit. scilicet quādā fæditas corporalis, cū qua propter reuerentiam sacramēti, nō decet ad altare accedere (unde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant) nisi forte talis immunditia sic perpetua vel diurna: sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi. Aliud autē est euagatio mentis, quæ sequitur pollutionē nocturnam: præcipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentū, quod ex congruitate prouenit, postponi debet ppter aliquā necessitatē: puta (ut Grego. dicit) cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhibere ministerium pro eo quod sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

AD PRIMAM ergo dicendum, quod ex necessitate quidē non impeditur homo à sumptione huius sacramēti, nisi propter peccatum mortale. Sed ex quādā cōuenientia pōt homo impediri, poter alias causas: sicut dictū est.

AD SECUNDUM dicendum, quod coitus cōiugalis, si sit sine peccato (puta si fiat causa pli generandae, vel causa reddendi debitum) nō alia ratione impedit sumptionem huius sacramēti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna) quæ accidit sine peccato. scilicet propter immunditiam corporalem & mentis distractionē. Ratione cuius Hieronymus dicit super Mattheū. Si pane: propositionis ab

bis qui uxores tetigerant, comedī non poterant, quanto magis panis, qui de celo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante vacuere amplexibus, violari atque contingi. Non quod nupias condēnemus: sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debeamus. Sed quia hoc secundū congruitatem, non secundum necessitatem, intelligendū est: Gregorius dicit, quod talis est suo iudicio relinquendus. Si vero non amor procreāde sobolis, sed voluptas dominatur in opere (ut ibidē Greg. subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc sacramētum.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut Gregor. dicit in epistola supradicta ad Augustinū Anglorū episcopū) in veteri testamēto, aliquipolluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis spiritualiter intelligit. Unde huiusmodi corporales immunditiae, si sint perpetuae, vel diurnae, non impediunt sumptionē huius sacramēti salutaris, sicut impediabant accessum ad sacramenta figuralia. Si vero cito transeant (sicut imunditia pollutionis nocturna) ex quādā congruentia impediunt sumptionē huius sacramēti, per illū diem quo hoc accidit. Unde & Deutero. 23. dicitur. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno polluitur sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.

AD QUARTIVM dicendum, quod licet per contritionē, & confessionem auferatur reatus culpe: non tamen auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecuta.

AD QUINTVM dicendum, quod somniū homicidij non inducit corporalē immunditiam, nec tā tantā distractionē mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intentionē. Si tamen somniū homicidij, proueniat ex causa, quæ est peccatum praesertim mortale, impedit a sumptione huius sacramēti ratione sua causæ.

IN HOC 7. articulo est vna distinctio statim in fronte articuli: & sunt multæ propositiones. Distinctio est. Duo sunt consideranda circa nocturnam pollutionem. Alterum est ratione cuius ipsa pollutio ex necessitate impedit hominem à sumptione Eucharistie: alterum est ratione cuius non ex necessitate, sed ex congruitate quādā pollutio impedit hominem à sumptione Eucharistie.

HIS adnotatis est prima proposicio. Solum peccatum mortale impedit hominem ex necessitate à sumptione huius sacramēti. Et hæc quia manifesta est non probatur.

SECUNDĀ conclusio est. Quanvis nocturna pollutio secundum se considerata non poslit esse peccatum mortale: potest tamen ratione sua cause habere annexum peccatum mortale. Vnde colligitur, quod ad sciendum quando pollutio nocturna impedit sumptionē Eucharistie ex necessitate aduertendū est ad causā pollutiois nocturnae.

TERTIA proposicio est. Pollutio nocturna aliando prouenit ex causa extrinseca spirituali, nempe ex demonum illusione.

QUARTA proposicio est. Pollutio nocturna quādāque prouenit à causa intrinseca spirituali,

nempe ex præcedentibus cogitationibus.

QUINTA proposicio est. Pollutio nocturna aliando prouenit ex causa intrinseca corporali: ut ex superfluitate cibi vel potus, aut ex debilitate naturæ.

SEXTA proposicio est. Quælibet harum trium causarum potest esse & sine peccato, & cum peccato veniali: & aliquando cum mortali.

SEPTIMA proposicio est. Si pollutio nocturna sit sine peccato, aut cum solo peccato veniali non impedit sumptionem Eucharistie ex necessitate: ita quod si homo sic sumat Eucharistiam, sit reus corporis & sanguinis domini: ut ait Apostolus. OCTAVA proposicio est. Si pollutio nocturna sit cum peccato mortali: impedit ex necessitate sumptionem Eucharistie. Et si petas an illius demoni possit esse aliquando peccatum mortale dicit quod ita, nempe, quando notabiliter homines negligunt orationē & devotionem. Quod deberent indeutri notare: quia lèpe potest quis se exponere periculo peccandi mortaliter, eo quia non orat dominum ut subueniat.

NONA proposicio est. Aliquando turpes cogitationes sunt ex cōcupiscentia. Et si tunc adhuc consensus: erit peccatum mortale. Vnde colligitur quod quantūcumque sunt turpes cogitationes diu in homine si non consentit, aut exponit se periculo consentienti, non erit peccatum mortale: nec proprie dicentur morosæ cogitationes, quod in primis secundæ pressius tractabimus.

DECIMA proposicio est. Quotiescumque causa pollutionis est peccatum mortale, etiam est ipsa pollutio. Et tunc abstinentiam est à sumptione Eucharistie.

VNUDECIMA proposicio est. Quotiescumque

causa pollutionis vel non est peccatum, vel est peccatum veniale cattum, pollutio impedit sumptionē Eucharistie solum ex quādam congruentia propter duo, nempe, propter fœditatem corporis, & propter distractionem mentis: quorum alterum vel utrumque sequitur ex pollutione. Ideo congruum est, vt illa die sic pollutus abstineat à sancto sacramento.

DVODECIMA proposicio est. Quando pollutio solum ex congruitate, & nō ex necessitate impedit sumptionem Eucharistie: licetū est illa die accedere ad sacramētum, si superueniat causa alii qua rationabilis: vt si sit dies qua omnes solēt communicare, & notaretur ille qui non communicat, vel si est sacerdos & est dies festus, & nō est alius qui celebret, & sunt multi querentes missam. Hæc S. Tho. in sententia. Et pro tota materia nota, qd vocamus nocturnam pollutionem) vt communiter sine controversia vocant theologi omnem illum pollutionem, & solā illum, quæ quando actu exercetur non est libera formaliter, siue fuerit antea volita inse, vel in causa sua, siue non.

ET vt altius ista aperiāntur, est adnotadū, quod materia huius articuli tractatur à doctoribus cū magistro in. 4.d.9. & ibidē à S. Th. q. vnica ar. 4.

DENDE circa conclusionem. S. Tho. qua dicit quod pollutio nocturna de perse non est peccatum: sed aliquando habet annexum, dubitatur an pollutio ipsa nocturna sit aliquando peccatum: ita quod sit verum dicere, pollutio nocturna est peccatum: sicut est verum dicere, sursum est peccatum.

AD HOC respondet paludanus in. 4.d.9.q.3. conclusione. i. quod pollutio nocturna nunquam est peccatum, sed aliquando est signum peccati. Probat: quia dormiens pro tunc non est liber, ideo illa pollutio pro tunc non est voluntaria. Ergo non est peccatum. Idem dicit Maior in. 4.d.9.q.1. Idem videtur dicere. S. Tho. in. 4.d.9.q. vnica art. 4. & 2. Sec. q. 154. ar. 5. & hic: quia dicit quod per se non est peccatum, sed aliquando habet peccatum adiunctū. EGO autem ad hoc dico, quod possumus sic dicere, quod ipsa pollutio nocturna in se non est peccatum propter rationem factam.

SECVNDIO (quod mihi magis placet) dico, qd pollutio nocturna quæ prouenit ex peccato mortali: est peccatum mortale. Probatur. Quia alias homicidium in ebrio antea volitum nō esset peccatum: quia tunc formaliter non est voluntarium.

Secundo. Dormire nunquam esset peccatum: cū dormiens non habeat libertatem. Sed consequē est falsum: quia potest somnus prohiberi propter causam rationabilem, & tūc proprie est peccatum.

SED quid ad. S. Th. Dico quod dicit, quod non est secundum se peccatum: quia non est tunc immediate & for maliter volita. Ideo dicit secundū se, sed absolute est peccatum quando est volita in causa. Ergo.

ET ad argumentum Paludani dico, quod est volita in

lita in sua causa, quod sufficit ad peccatum proprium: sed non est distinctum peccatum à peccato causa ex qua sequitur. Sed est explicanda illa pollicio in confessione: quia alias non sufficienter explicabitur causa, ex qua sequuta fuit pollutio, ut si sequuta fuit ex nimio cibo vel potu, oportet dicere, excessi cibo & potu tantum, quod sequuta fuit pollutio nocturna, vel si hoc dubitat, debet sic dicere sub dubio.

Dubium secundum

DUBITATVR Secundo, circa illud quod dicit. S. Thomas, quod ex causa pollutionis considerari potest, an ex necessitate impedit sumptionem Eucharistiae nocturna pollutio, quo modo hoc intelligitur. Vel intelligitur quod ille qui pollutus est ita, quod peccatum mortale fuit causa illius pollutionis, esto dolet, & cōteratur, & confiteatur, non possit illa die accedere ad Eucharistiam sub poena peccati mortalis: vel an intelligitur quod manens sic in peccato mortali ex quo secura fuit pollutio, non possit accedere ad Eucharistiam sub poena noui peccati. Et videtur quod intelligat doctor primo modo: quia de secundo non erat noua difficultas, cum iam sit determinatum, quod accedens in mortali ad hoc sacramentum peccet mortaliter.

AD HOC dicit Richardus in. 4.d.9.ar.2.q.3.qd pollutio nocturna proueniens ex peccato mortali, ex necessitate impedit illa die a sumptione huius sacramenti, esto confiteatur vere, & dolet de peccato illo & de pollutione sequuta ex illo. Probat: quia irreuerenter accedit. Sicut si timeret vomitum & accederet: peccaret mortaliter.

SED ego dico tanquam probabilius, quod esto pollutio proueniens ex peccato mortali, si talis conseretur & conteritur, non peccat mortaliter accedens illa die ad Eucharistiam. Hoc dicit Paludanus. d.9.q.; idem dicit Gabrielect. 10. super canonem. Idē Gerson in tractatu peculiari de pollutione. Idē Silvester in summa verbo, Eucharistia. 3. Quest. 10. & dicit quod. S. Th. loquitur ex opinione aliorum. Idem dicit Bonaventura. d.12. q.3. in 4. Idē dicit Major in. 4.d.9.q.2.9.2. & 6. Et ego pro hoc. Prius, quia talis est in gratia & mundus spiritualiter, & dominus dicit Matth. 5. quod non lotis manibus manducare non coquinat hominem. Ergo licet corpore sit immundus: spiritualiter est mundus. Ergo non peccat &c.

SECUNDΟ. Paulus non ponit sub precepto tam pollutio impedimentum sumptionis Eucharistiae: sed solum dicit quod probet se homo. Quod ille facit per confessionem. Ergo &c.

TERTIO. Vel illa pollutio impedit sumptionem Eucharistiae post contritionem & confessionem, quia est peccatum: vel quia distrahit mentem. Non prius, quia grauius est homicidium, & non impedit a sumptione Eucharistiae contritum & confessum. Nec secundum: qui tunc legitimus concubitus impedit sub poena peccati mortalis, qd nullus unquam dixit, & tamen magis distrahit.

QVARTO probatur. Quia non videtur quā tempore debet sic abstinere sub precepto: non haberetur, nec constat. Ergo &c.

QVINTO. Quia non habetur in sacra scriptura, quod talis pollutio impedit sumptionem. Eucha ristiae sub precepto, post contritionem & confessionem. SED unde habuerūt doctores: quia etiā sancti ha buerunt, quod est abstinentia à sumptione Eu charistiae post pollutionem nocturnam, potius quam post quodcumque aliud peccatum.

DICVNT quod habetur ex utroque testamento. Ex veteri patet. 1. Reg. 21. de panibus propositionis, & ex Leuiti. 7. quibus non erat licetum vesci pollutis. Et illi panes significabant hoc sacramentum. Et ex novo testamento ex Paulo. 1. ad Corinth. 7. vbi dicit coniugibus. Nolite fraudare ad iniucem, id est, redditis debitum, nisi forte ad tempus ex consensu: vt vaceris orationibus. Vnde habetur, quod actus coniugij distrahit mentem ab orationibus. Ergo etiam nocturna pollutio. Et distractabit mentem quo ad orationem. Ergo etiam quo ad sacramentum.

SECUNDO. Leui. 15. dicitur. Vir aquo egreditur semen coitus in mundus est usque ad vesperā. Ergo &c. Sed ex his omnibus citatis, & si que alia similia sunt, non sequitur quod sit mortale accedere ad Eucharistiam post pollutionem, confessum, & contritum.

DUBITATVR tertio an sit aliquod peccatum confessionem & contritum.

RESPONDITVR aliquibus propositionibus: quarū prima est. Si pollutio fuit sequuta ex peccato mortali: talis accedens esto sit contritus & confessus, peccat mortaliter dese(nisi superueniat aliqui ratio vel causa rationabilis) propter irreverentiam, & quia agit contra consilium Sanctorū.

Et ita peccant qui post multa peccata statim post confessionem accedunt ad Eucharistiam: sed oportet prius vacare aliquot tempore orationibus et deuotioni.

SECUNDA propositione est. Si talis pollutione fuit sequuta ex peccato mortali, aut ex solo veniali, ceteris paribus, melius est abstinere proper reuerentiam & propter consilium Sanctorum.

TERTIA propositione est. Dixi ceteris paribus: quia in aliquibus casibus melius esset accedere: vt propter communionem, quia illa die communi cant alii, vel est festum & est quis solens communicare ex sua bona deuotione, vel est sacerdos qui debet celebrare, aut non est alius qui dicat missam, & tenetur illam dicere: vt dicit Gregorius & habetur. d.6. cap. Testamentum.

QVARTA propositione est. Accedere cum reverentia & deuotione ad Eucharistiam post pollutionem quae sequuta fuit sine peccato, id est, non fuit sequuta ex peccato, aut sequuta fuit ex peccato veniali tantum: non est peccatum, nec veniale. Probatur ex. S. Thom. qui dicit quod non accede re post talem pollutionem est de consilio Sancto rum,

rum, & ex coguētiā. Ergo non est veniale: quia abstinere à veniali, est de necessitate, & non solum de consilio & congruentia.

SED, an cōcubitus legitimus impedit? Ad hoc dico ex Gregorio in epistola ad Augus. Episcopū Anglorum (vt citat. S. Tho. hic ad. 2.) quod si mai ritus accedit ad uxorem causa concupiscentiae & delectationis debet illa die abstinere. Si autem accedit causa prolixie procreandæ, suo iudicio est relinquendus: ita quod si se inuenit distractum, non accedat, alias accedat.

DUBITATVR quinto cum Adriano. q. 4. de Eucharistia in. 4. an licet complacere in actibus excusatis per ignorantiam, aut per defectum rationis, qui actus alias essent peccata mortalia.

AD hoc respondet Andrianus, & ego cum illo, quod nullo modo absolute licet sub poena mortalis in actibus, qui de se sunt mali mortaliter, ita complacere. Vnde non licet Iacob. complacere, quia cognovit hanc. Probatur. Quia esset consenus deliberatus de malo obiecto: quod solum fuit excusatum per ignorantiam.

SECUNDO probatur. Quia si licet in præteritum licet etiā in futurum: & ita licet alicui, velle quod puela supponatur ei ipso nesciente, qd est falsū. Dixi in actibus, qui de se sunt mali: quia in actibus, qui sunt mali, quia prohibiti lege humana forte licebit complacere, nempe complacere, quia in die ieiunij cœnati optime, putans inuin cibiliter, quod non erat dies ieiunij. Ratio est: quia Ecclesia non intendit obligare ad non complacendum in tali actu sic excusat, illum, qui est bona fide paratus ad obedientiū Ecclesie. Sed nunc cō placet, quia iam non potest seruare præcepta Ecclie, & non erat malum cœnare illo die.

DUBITATVR Sexto, an in talibus pollutio nibus licet complacere propter bonū finē. **A**D HOC Paludanus in. 4.d.9. 4.3. dicit, qd ita. Idem dicit Adrianus in. 4.q.4. de Eucharistia cō clusione, fr. mo. qua resp. dicit ad prītam quæst. Et idem dicit. S. Th. in. 4.d.9.q.vinca. ar. 4. q.1.ad.3. Et hæc opinio est probabilis. Probatur. Quia licetum est complacere in morte inimici, quam non facerem, propter hoc vt non me vexet amplius. Et quia tunc talis potius complacet in illo fine bono quam impollutione.

SED hoc non obstante probabilius mihi videtur quod non licet complacere: etiam propter quicquid que finem, & quantuncumque bonum. Probatur prius quia talis complacentia absoluta est mala.

Ergo etiam illa conditionata. Probatur: quia vtrumque est de malo obiecto in ordine ad voluntatem. **S**ECUNDΟ quia etiam licet mulieri complacere in adulterio: quia concepit bonum filium. Et licet filio complacere quia pater interfecitus est: quia succedit in bona hereditate.

TERTIO. Bonitas vel malitia actus sumitur ex obiecto. Sed obiectum est malum. Paret: quia non

licet in illo absolute complacere, quod licet si es set bonum. Et Adrianus & Paludanus videntur decepti, quia putant, quod idem est complacere in causa & in effectu, quod est falsum: quia potest quis complacere in effectu, & non in factō. Vnde non vallet hæc consequentia. Licet complacere in antecedente. Ergo licet complaceret in consequente, quod ex illo antecedente sequitur. Paret. Quia licet mulieri complacere in filio & non in adulterio, quamvis complacere in adulterio sequatur ex hoc antecedente, nempe, complacere in filio ex adulterio habito. Et ideo hæc opinio est tutior, nec licet complacere in peccato, esto licet complacere in poenitentia de illo peccato.

DUBITATVR septimo, an illi, qui polluta rei licita, debeat abstinere a talibus, ne patientur illas pollutiones.

DICO ad hoc, quod non, nec propter hoc peccat. Sed contra, talis pollutio est voluntaria. Nego illud: quia cum non teneatur talis abstinere ab illis licitis propter pollutionem, nec ipse illam intendit, non dicitur voluntaria respectu illius. Et hoc dicit Caeteranus in Summa, verbo, Pollutio, & in 2. tomo suorum opusculorum. q.16. Vnde colligitur, quod qui bona fide & intentione audit confessiones aliorum vel studet materiam matrimonij vel peccatorum carnalium, ad prædicandum, vel docendum, vel sciendum, esto inde sequatur pollutio, non tenetur abstinere à bonis prædictis.

Articu. octauus.

Vtrum cibus vel potus præassumptus impedit sumptionem huius sacramenti.

DOCTAVVM sic procedit. Videtur quod cibus vel potus præassumptus non impedit sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est à Domino institutum in cœna. Sed Dominus post quā cœnauit, hoc sacramentū suis discipulis tradidit: sicut pater Luca. 22. et prim. Corinthiorū. 11. Ergo videtur, quod etiam post alios cibos assumpitos, nos debeamus sumere hoc sacramentum.

PRÆTEREA. 1. Corinthiorum. 11. dicitur. Cum conuenitus ad manducandum s. corpus Domini, in iuicem expectate, si quis autem esurit: domi manducet. Et ita videatur, qd post quā aliquis domi manducauerit, posse in Ecclesia corpus Christi manducare.

detur, qd postquam aliquis domi māducauerit, possit in ecclesia corpus Christi māducare. PRAETER EEA. In concilio Cartaginensi legitur, & habetur de consecratione d.

*PRAETEREA sumptio aquæ vel
medicine, vel alterius cibi vel potus in mi-
nima quantitate, vel reliquiarum cibi in ore
manentium, nec ieiunium ecclesiæ soluit, ne-
que sobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc
quod aliquis reverenter sumat hoc sacramen-
tum. Ergo per predicta non impeditur ali-
quis à sumptione huius sacramenti.*

P R A E T E R E A. Quidam de nocte profunda comedunt, aut bibunt, & forte totam noctem insomnem ducentes, de mane suscipiunt sacra mysteria nodum plene digesti. Minus autem impediretur sobrietas hominis, si in mane parum comederet, & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum: cum etiam sit quandoque maior distantia temporis. Ergo videtur quod talis cibi praecessu- ptio non impediatur hominem ab hoc sacra- mento.

PRETEREA. Non minor reverentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem. Sed sumpto sacramento licet cibum aut potum sumere. Ergo tu ante sumptionem.

S E D C O N T R A est, quod Augustinus dicit in libr. Responsionum ad Ianuarium. Placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus dominicum intraret, quam ceteri cibi.

R E S P O N D E O dicendum, quod aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter. Vno modo secundum se: si cut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti: ut supradictum est.

*Alio modo propter prohibitionem Ecclesiae.
ET SIC impeditur aliquis à sumptione
huius sacramenti, post cibum & potum
assumptum triplice ratione. Primo quidem
(sicut Augustinus dicit) in honorem huius
sacramenti, ut s. in os hominis intret, non
dum aliquo cibo vel potu infectum.*

*SECUNDO proper significationem,
ut s. detur intelligi, quod Christus (qui
est res huius sacramenti) & charitas eius
debet primo fundari in cordibus nostris: se-
cundum illud Matthei. 6. Quidam pri-
mum regnum Dei.*

TERTIUS propter periculum vomitus est) ebrietatis quæ quandoque contingunt ex hoc, quod homines inordinate cibis vivuntur: sicut est) Apostolus dicit. 1. Corinthi. 11. Alius quidem esurit: alius autem ebrius est.

AB HAC tamen generali regula excipiuntur infirmi, qui statim comunicandi sunt, etiam post cibum, si de eorum periculo dubitatur, ne sine communione decadant: quia necessitas legem non habet. Unde dicitur de consecra. d. 2. Presbyter infirmum statim communicet, ne sine communione moriatur.

*AD PRIMVM ergo dicendum, quod
sicut Augusti in eodem lib. dicit. Nec quia
post cibos Dominus dedit, propterea præsi aut
canati fratres ad hoc sacramentum accipien-
dum conuenire debent, aut mensis suis misce-
re, sicut faciebant, quos Apostolus arguit, et
emendat. Namq[ue] saluator, ut vehementius
commendaret mysterij illius altitudinem,
ultimum hoc voluit infigere cordibus, et
memoriae discipulorum. Et ideo non precepit,
qd deinceps tali ordine sumeretur, ut Apos-
tolis per quos ecclesijs dispositurus erat, serua-
ret hunc locum.*

AD SECUNDUM dicendum, quod illud verbum in Glosa, sic exponitur Si quis esurit & impatiens non vult expectare alios, manducet domi cibos suos. i. pane terreno passatur, nec post Eucharistiam sumat.

AD TERTIVM dicendum, quod capitulo

tulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatā, ut
in representationem dominicā cāna, illo die
à non ieunis corpus Christi sumeretur. Sed
nūc hoc abrogatum est. Nam sicut August.
in libr. prædicto dicit, per uniuersum orbem
mos iste seruatur, ut sc̄. corpus Christi à ie-
nis sumatur.

*AD QUARTVM dicendum quod
(sicut in. 2.p. habitum est) duplex est ieunium.
Primū est ieunium naturae, quod importat
privationem cuiuscunq; præassumpti per mo-
dam cibi vel potus. Et tale ieunium requiri-
tur ad hoc sacramentum propter predicta.*

Et ideo neq̄, post assumptionem aquae, vel
alterius cibi, aut potus, vel etiam medicinae,
in quantūcumq; parua quantitate, licet hoc
sacramentum accipere. Nec refert utrū ali-
quid huiusmodi nutriat, vel nō nutriat, aut
per se aut cū alijs, dūmodo sumatur per mo-
dū cibi vel potus. Reliquie tamē cibi remanē-
tes in ore, si casu aliter transglutiantur, nō im-
pediunt sumptionē huius sacramēti: quia nō
traiiciuntur per modū cibi, sed per modū salis-
uæ. Et eadem ratio est de reliquijs aquæ, vel
vini quibus os abluitur, dūmodo non traiici-
antur in magna quantitate, sed permixta sa-
line, quod vitari non potest.

*ALIVD autem est ieiunium ecclesiae, quod
instituitur ad carnis macerationem, & tale
ieiunium per predicta non impeditur: quia
predicta non mulierum nutririunt, sed magis ad
alterandum sumuntur.*

*AD QUINTUM dicendum quod cum
accidit, quod hoc sacramentum prius quam
alij cibi, debet in os Christiani intrare, non est
intelligendum absolute respectu totius tempo-
ris, alioquin qui semel comedisset, vel bibisset,
nunquam posset postea hoc sacramentum ac-
cipere, sed est intelligendum quantum ad eun-
dem diem.*

ET licet principiū diei secūdū diuersos diuersimode sumotur. Nā quidā à meridie, quidam ab occasiā, quidā à media nocte, quidā

ab oreu solis, diem incipiunt: ecclesia iamē R o
manā diem à media nocte incipit. Et ideo si
post medium noctem aliquis sumperit ali-
quid per modum cibi vel potus, non potest
eadem die hoc sumere sacramētū: potest ve-
ro si ante medium noctem. Nec refert utrum
post cibum vel potum assumptum dormie-
rit, aut etiam digestus sit, quantum ad ratio-
nem praecepti: refert autem quantum ad per-
turbationem mentis, quam patiuntur homi-
nes propter insomniatēm vel indigestionē.
Ex quibus si mens multum perturbetur, ho-
mo redditur ineptus ad sumptionem huius sa-
cramenti.

AD SEXTUM dicendum, quod maxima deuotio requiritur in ipsa sumptioe huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramenti effectus. Quæ quidem deuotio magis impeditur per precedentia, quam per sequentia, & ideo magis est institutum, quod homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quam post. Debet tamen esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti & reliquos cibos. Vnde & in missa oratio gratiarum actionis post communionem dicitur: & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt.

*SECUNDVM tamen antiquos canones,
statutum fuit à Papa Clemente (ut habetur
de consecra. d. 2.) Si mane dominica portio
editur usque ad sextam ieiunent ministri,
qui eam consumperunt. Et si. 3. vel. 4. hora
acceperint, ieiunent usque ad vesperum.*

*Antiquitus enim rarius missarū solemnia cœ
e brabātur, & cū maiore præparatione. Nūc
autem: quia oportet frequentius sacra myste-
rii celebrare, nō posset de facili obseruari. Et
ideo per contrariam consuetudinem est abrro-
gatum..*

HAEC quæstio tractatur à magistro sententiæ & ab expositoibus in. 4. d. 8. Et conclusio. S. Thom. quæ est omnium fidelium, est, qd' cōmunicaturus debet esse ieiunus. Probatur de cōsecratione. d. 2. cap. Liquido apparet. Et in eodem. titulo. c. Sacramēta. Et in quodā concilio Carta-
e si ginen-

ginense cap. 8. Et in cap. Ex parte, extra de celebratione missarum. Et hoc caput ex parte, specie liter factum est ad hoc à tota ecclesia.
SED Lutherus in lib. de abrogāda missa priuata dicit quod licet pranso accedere ad sacramentum Eucharistiae: quia Christus communicauit suos discipulos pransos. Ergo &c. Hac autem sententia Lutheri damnata fuit in concilio constantinense sessione. 13. Et Augusti. in epistola. 118. dicit, quod hæc consuetudo, quod communicatur sint ieiuni est in ecclesia relicta ab Apostolis. Et probatur. Quia Paulus primæ ad Corinth. 11. dicit. Conuenientibus autem vobis in vnum, iam non est dominicam cænam manducare, vnuis quisque propriam cænam præsumit. Ergo reprehendebat Paulus illos, qui præsumebant propriam cænam, id est, qui comedebant ante communionem.

SECUNDUM. Leuitici. 10. dicitur, quod dixit dominus ad Aaron. Vinum & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui quando intrabitis in tabernaculum testimonij: ne moriamini. Ergo hæc consuetudo est laudabilis & antiqua quod ante cibum illum spiritualem nullus aliis cibus prophanus tangat os, aut in stomachum hominis descendat.

ET ad argumentum Lutheri: concessu antecedente, negatur consequentia propter rationes quas. S. Tho. ponit prime ad Corinthios. 11. scilicet, quia tunc comedent iam discipuli Agnum Paschalem, qui erat figura huius sacramenti, & conueniebat, quod immediate expleta figura sumetur figuratum.

SECUNDUM vt hoc sacramentum in memoria retineretur. Ideo post cænam & omnia alia fuit datum Apostolis.

TER TIO vt statim à sacramento traharet Christus ad passionem: cuius hoc sacramentum est memoriale. Et probatur quod hoc fuit ab Apostolis. Quia si ipsi aliam consuetudinem introduxisserent, nullus illam mutaret: sed potius homines illam retinerent, quod comedenter ante sumptionem Eucharistiae.

Dubium primum **D**ubitum prius, circa. 6. argumentum quanto tempore abstinentem est post sumptionem sacramenti, à cibo prophano.

AD HOC dicit. S. Thom. in. 4. d. 8. q. 1. ar. 4. q. 3. Quod potest sacerdos statim post communionem comedere: quia sufficit abstinere illo tempore, quo dicuntur illæ orationes post communionem. Et idem videtur dicere hic ad. 6. & si non tam manifeste. Idem. dicit Albertus magnus & Dionysius Cartusiensis in. 4. d. 8. q. 4. Et idem dicit in eadem distinctione Palud. & Richard.

Dubium secundum **D**ubitum secundo, an liceat pransis comunicare & celebrare saltem in necessitate, nempe quia moritur quis, & non est Eucharistia, ad communicandum illum, an liceat tunc sacerdoti celebrare.

AD HOC dicit Major in. 4. d. 9. q. 3. ad. 5. Quod

nec tunc illud est licitum. Sed dicit, quod in tali casu licebit consecrare sine missa. Et in hoc, quod non liceat tunc post prandium missam celebrare, continuavit Palud. d. 8. q. 2. Sed non in alio quod liceat tunc consecrare sine missa: quia si licite fieret, quod dicit Major frangeretur multa præcepta: ut quod consecratur corpus sine sanguine: quia sic diuidetur Eucharistia & esset contra consuetudinem & alia præcepta ecclesiæ, quibus precipitur, quod non consecretur, nisi in missa, & integrum & perfectum sacramentum, quod tunc non fieret. Ideo dico, quod probabilius est, quod non liceat celebrare, nec confidere hoc sacramentum, nisi in missa & à ieiuno, quantumcumque alius moriatur sine via tico. Ratio est: quia alias fieret irreuerentia sacramento, & melius est, quod alias discedat sine Eucharistia, quam quod sacramento fiat iniuria: cu hoc sacramentum non sit simpliciter necessarium: ut supra diximus. Sed videtur quod sit falsum id quod diximus, quod nunquam licet diuidere sacramentum hoc in consecratione, id est, quod nunquam licet consecrare panem sine vino vel contra: quia si essemus in aliqua regione vbi esset panis triticeus & non vinum, tunc aut oportet celebrare, aut populus nunquam audierit missam, nec comunicabit in tempore Paschali, quo tenetur ex ecclesiæ præcepto. Quid igitur est faciebat videtur igitur quod tunc liceat celebrare: quia alias franguntur præcepta alia: nempe de audienda missa, & communione recipienda.

AD HOC dico, quod nec in illo casu liceret sic celebrare & consecrare solum panem: quia melius est, quod non fiat irreuerentia sacramento, quam quod alii audiant missam & communicerent. Nec in tali casu currunt alia præcepta. Nullus enim tunc tenetur missam audire, & satis est in voto Eucharistiam recipere. Quod dicit Major. in. 4. d. 8. q. 3.

SED, an liceat communicare infirmos pransos: Dico quod licet, ex consensu omnium.

Dubitum vnam guttam vni ante sacramentum. **Dubium tertium** AD HOC dico, quod non ex intentione: quia eadē ratione liceret sumere tres, & ita vna dragma. Sed si abluendo se sacerdos sine intentione deglutiat aliquam guttulam, non propterea dicitur præsus, nec debet abstinere ab Eucharistia, quia præcepta ecclesiæ sunt sane intelligenda, ut scilicet per modum cibi vel potus nihil ex intentione sumatur ante Eucharistiam, secus si aliquid descendat ad stomachum per modum saliuæ.

Dubitum post ultimam ablutionem sumere reliquias, quae remanserunt post communionem quartum eiusdem sacerdotis vel aliorum quos ipse communicauit.

AD HOC dico, quod ita: quia totum illud reputatur vnuis actus respectu ipsius sacerdotis. Hæc autem licentia non datur aliis communicanti

municantibus, sed tantum ipsi sacerdoti: quia alii, post primam sumptionem, non habent amplius, aliud facere, sacerdotibus autem incumbit totum, absoluere nempe totam refractionem, & dominicam illam communionem, & de cibo, illo & portu decenter disponere. Quod non fieret, si non liceret sacerdoti prædicta parvas reliquias sumere. Si quis autem postquam consecrat, & assumpsit, deprehenderit, quod non erat panis triticius, & assumpsit: licebit iterum consecrare, ut perficiat sacrificium. Imo tenebitur.

EX HIS oīto articulis, & ex his quæ dicuntur in sacris literis de hoc venerando sacramento, colligitur dispositio, quam debet habere omnis accessus ad sanctam Eucharistiam. Colligiturque affectus & deuotio, quæ ad altare accedendum est, quod omnes annotare debent attente. Et prius Apostolus Paulus accessus sicut cōmonefacit. I. Corinthiorum. 11. Probet (inquit) se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Accessus itaque ad hoc cælestē coniunctionem, ad hanc magnam coenam Regis æterni, incunbit, ut se prius excutiat, & conscientiæ sue complicatam rationem evoluat, ut infirmitatem & peccatum suum agnoscat, ut de peccatis poeniteat, secū reputans, quam graue sit commissum, ob quod expiandum Christus Dei filius mortis tradere, se non dubitat. Et denique accessus ad hanc sanctam mensam domini, debet diligentiam ad minus morale, quam viri probi apponere solent, facere ad se exanimandum, an sit in aliquo crimine mortali. Et si quid est criminis, quod conscientiam gravet, id ut sacerdoti Christi vice pare faciat: atque ea sarcina per verbum absolutionis (quod non sacerdos: sed Christi est) se exoneret, ut denique voluntatem deinceps peccandi, deponat. In prisâ autem onanem simultatem, si quam cū proximo, habet, omnino eximat, atque etiā cum eo in quantum inse fuerit, in gratiam redeat. Consentaneum est enim multum, ut ad venerandum sacramentum pacis & unitatis nullus accedat, nisi animo & voluntate vnuis sit cum omnibus, charitate & dilectione implens legem.

HANC sane preparationem præcedere oportet. Quandiu enim homo peccatum & infirmitatem suam non sentit, incepit iste ad participandum hoc sacramentum, quod interioris hominis esuriens querit. Esuriens quidem, de qua dictum est. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam Matthæi. 6. Non quam sibi facit homo. Sed quam dat Deus. Plane inepiti sunt, qui ignorantes Dei iustitiam, & suā volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti, qualis fuit ille superbus pharisæus. Non enim bene habentibus, (hoc est, se iustos & sine peccato præsumentibus) opus est medico, sed male habentibus. Matthæi. 5. Lucae. 18. Excluditur ergo ab hius sacramenti virtute: & qui defœ præsumes, disolutus, cum naufragia accedit: & qui impunitates, animo impuro, & charitate vacuo accedit. Indigne certe accipit: qui tunc accipit, cum debet agere poenitentiam. Ergo prius se iudicet, & severitate poenitentia se exerceat: ut à se ipso iudicatus, non indecedatur à deo. cessat enim vindicta diuina, si confessio præcurrat humana. Nullus iudas, nullus Simon, hanc mensam habeat. Pacis enim sacramento inquisitio pecuniarum & symonia non conuenit, nullus imamisericors, & nullus impurus, accedat.

NULLVS cōmunicet, nisi ex discipulis sit: alioquin sibi iudicium manducat, & bibit. Non quia malum accipit: sed quia bonum, malus male accipit. Habentem enim adhuc voluntatem peccadi, magis Eucharistiae perceptione grauari, quam purificari constat. Rursus si mens cuiuspiam de cætero peccandi, non habeat voluntatem, nec mortalibus criminibus prægraueretur (nimis talibus quod iudicio sacerdotis per poenitentiam vel publica vel secretam prius expiari oportuit) is confidens de domini misericordia (qui peccata pœnitentia confessioni donare consuevit) accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus. Quod si peccatis quotidiani, non tamten mortiferis adhuc morderis, antequam ad altare accedas attende quod dixeris nempe, dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim dimittis dimittetur tibi. Securus accede, panis nimis cælestis est non venenum. Sed vide si dimittis, nam si non dimittis mentiris. Et ei mentiris quem non fallis. Mentiri deo potes: Deum autem fallere non potes. Nouit enim ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus autem damnat aut coronat. Breuerit qui spiritualiter manducare vult, videbit ne sine ueste nuptiali se ingerat: sed innocentiam ad altare portet parabolæ euangelicæ memor, quam Matthe. cap. 22. describit, ne ei dicatur quomodo huc intrasti non habes uestem nuptialem, id est, candidam illam charitatem. Hoc est igitur primum & præcipuum, quod accessus ad sanctam Eucharistiam habere debet, nempe, laborare ut cognoscat si habet peccatum ad minus mortale. Deinde si peccatum inuenit propter Deum de eo dolere: & nunquam amplius peccare proponat, & ad sacramentum confessionis humiliiter accedat. Quibus deute expletis ad mensam Domini accedat.

SECUNDUM. Ut digne accipias venerandum hoc sacramentum: fides accedere debet. Ut quid (inquit, Augustinus) paras dentes & ventrem? Credere enim in eum, hoc est māducere panem vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Fide ergo opus est, quas sumens credas, non tantum veritatem corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, sed & credas & sentias per redēptionem quæ est in Christo. Iesu tibi gratis remitti peccata, quæ Christum veluti ad huc in Crucem pro te pendere, teq; sanguine suo in remissionem criminum aspergere intuearis. Et hoc

sacrificium pro te semel immolatum, sum cum laude & predicatione prosequaris: qua intelligas te veluti ē manu Christi corpus eius pro te traditum, & sanguinem in remissionem peccatorum effusum sumere, ut non aliter sis affectus, ac si dominum Iesum præsentem videres, proinde carnem illam quam tibi Christus ad salutem dat, prius adores quam manduces. Breuiter ea fide imbutus eris, qua in causas institutionis & fines huius sacramenti respicias diligenter. Eademque fide fructus tam mirificos (quos supra rettulimus, & adhuc infra colligemus) capias, ac adipiscaris. Adeptis vero rursus in proximi tui utraris communione, insequens & exemplum & præceptum domini tui, qui ait, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ioannis. 15. Maiore certe dilectione nos prosequi ille non potuit, quam ut animam suam poneret pro nobis. Quia ergo dilectione & nos oporteat proximos nostros, cōmembra nostra complecti, videmus. Qui hac viua fide accedit, is dænum quiescunque corpori domini communicat, mortem domini annuitat: & corpus domini secundū Apostolicam iusserionem dijudicat, referens fructum permanētem in vitam aeternam. Qui hac fide vacuus accedit: foris quidem manducat, non intus. Premit dentes: sed non capit mente. Sumit quidem is veram Christi carnem & sanguinem, & essentiam, non salubri efficientia. Sacramentum accipit: sed vitā Christi non accipit: ad iudicium sibi manducat, & bibt, non diuidans corpus domini. Hoc est enim (ut idem sapienter repetamus) manducare illā escam, & illum bibere potum: ita manducare, & bibere, ut in Christo maneat, & illum manente in te habeas: ac pro hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio, nec manducat spiritualiter eius carnem, nec bibt eius sanguinem: licet premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi. Sed magis tātē rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibt, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quā nemo digne sumit: nisi qui mundus est. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ergo prius quam accedat, probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

ITIDEM postquam ederit & biberit: probet semetipsum, an digne & cum fructu hoc sacramento sit vsus. Id quod hinc intelliget, nimirū, si senserit cor suum, hoc cibo uiuifico, ab operibus mortuis repurgatum, ea charitate inardescere, ut & inimicos odisse desinat, atque adeo experiat, se nunc ad omnia charitatis officia proximo impendenda paratum, ac prōptū esse, seque in rebus proximi afficti, non secus ac proprijs moueri. Nullum enim est certius testimonium, nos hoc sacramentum dignè suscepisse, quam cū sentimus post sumptum sacramentum, officia illa charitatis, cū magno virtute in prouentu in nobis elluscere. Id

quod & Petrus apostolus. 2. canonica ca. i. inquit cum ait, Satagit fratres, ut per bona opera certā vestram vocacionē & electionē faciatis. Quod si quis non sentiat hos effectus post sumptum Eucharistia, sed magis contrarios, vel cui nō præsto sunt hæc charitatis officia: adhuc cæcus est et manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Cui hoc solum superest, ut sedulo oret patrem cælestem, quo misericordia præmis istis affectibus expurget & panis illius supersubstantialis gustum in generet, tantum de affectua ccedentium dixisse sufficerit.

TERTIO colligitur paucis, quod ad hoc, quod quis digne communicare possit, debet esse fidelis viator, vsum habens rationis, ut sciat iudicare inter cibum prophanum & spiritualem, iejunus iejunio naturæ (ut supra diximus) non prohibitus rationabiliter ab ecclesia, legitime confessus criminis sua, corpore vallès, ne indecens ex creatio aut vomitus sequatur, non pollutus illa die vel nocte antea, ut explicuimus in hac quæstione artic. 7.) Et si publicus sit peccator, aut multa habuerit peccata, nisi aliqua fuerit necessitas, differatur ei communio, quousque adficeret, quos scandalizauit, & deuotionem aliquam acquirat, ne distractus & indeutus ad mentem domini accedat. Et sic dispositus: intrepidus veniat. Accipiet enim vitam aeternam à Christo redemptore Ioannis. 6. promissa, sic paratam suū benedictum corpus manducanti, & suum sanguinem sacrissimum bibet.

Articul. nonus

Vtrum non habentes vsum rationis debeant suscipere hoc sacramentum.



DNONVM sic proceditur. Videtur quod non habentes vsum rationis, non debeant hoc sacramentū suscipere. Requiritur enim quod aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat secundum illud. 1. Corinthiorum. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Sed hoc non potest esse in his, qui carent vsum rationis. Ergo non debet eis hoc sacramentum dari.

PRAETEREA. Inter alios, qui carent vsum rationis, sunt etiā arreptiū, qui energum dicuntur. Sed tales, etiā ab inspectione huius sacramenti arcetur: secundū Dionis. in lib. Eccliesia

clesiasticie hierar. Ergo carentibus vsum rationis, hoc sacramentum dari, non debet.

PRAETEREA. Inter alios carentes vsum rationis, maxime pueri carentur esse innocentes. Sed pueris hoc sacramentū nō exhibetur. Ergo multo minus alijs carentibus vsum rationis.

SED CONTRA. Est quod legitur in Concilio Aurasico (et habetur in decret. 26. q. 6. c.

Qui recedunt) amētibus quæcumq; pietatis sunt conferenda sunt. Et ita est eis conferendum hoc sacramētū: quod est sacramentū pietatis. **RESPONDEO** dicendū, quod aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter.

Vno modo: quia habet debile vsum rationis

sicut dicitur non videns, qui male videt.

Et quia tales possunt aliquam deuotionem hu-

ius sacramenti concipere, non est eis hoc sacra-

mentum denegandum.

ALIO modo dicuntur aliqui nō habere totaliter vsum rationis: Aut igitur nūquā ha-

buerūt vsum rationis: sed sic à nativitate per-

mancerūt. Et sic talibus non est hoc sacra-

mentum exhibendū: quia in eis nullo modo præ-

cessit huius sacramenti deuotio. Aut nō sem-

per caruerūt vsum rationis.

Ettū si prius quā

erant cōpotes sua mētis, apparuit in eis deuo-

tio huius sacramēti, debet eis in articulo mor-

is hoc sacramentū exhiberi: nisi forte timea-

tur periculū vomitus vel expunctionis.

Vnde in cōcio Cartagin. legitur (et habetur in

Decret. 26. q. 2.) Is qui in infirmitate peniten-

tiā petit, si casu dū ad eum sacerdos in uitatus

venis, oppressus infirmitate obmutuerit, uel

in frenesim couersus fuerit, dent testimonium

qui eū audierūt, & accipiat penitentiā.

Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur

per manus impositionē, & infundatur ori

eius Eucharistia.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ca-

rantes vsum rationis, possunt deuotionē ad sa-

cramentū habere, quantum ad aliquos quidem

præsentē, quantum ad alios autē præteritam.

AD SECUNDUM dicendū, qd Dion.

loquitur ibi de energuminis nōdū baptizatis, in quibus s. nō est vis demonis extincta; que riget in eis per originale peccatū. Sed de ba-

pitzatis, qui corporaliter ab spiritibus immū-

dus vexatur, est eadē ratio & de alijs amēti-

bus. **Vnde** Caßia. dicit. Eis qui ab insundis

vexātur spiritibus, cōmunionē sacrofanctā à senioribus nrīs nūquā meminimus iterductā

AD TERTIVM dicendū, qd eadē ra-

tio est de pueris recentier natīs, et de amētibus,

qui nūquā habuerūt vsum rationis. Unde ta-

libus nō sunt sacra mysteria dāda. Quāuis

quodā Greci contrariū faciāt propter hoc, qd

Dioni. 2. ecclesi. hierar. dicit baptizatis esse sa-

crā cōmunionē dāda: non intelligētes, quod

Dionis. ibi loquitur de baptismō adulitorum.

NEC tamen per hoc aliquod detrimentum

patiuntur, propter hoc, quod Dominus

dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carne filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non

habebitis vitam in vobis: quia sicut August.

scribit Bonifacio: tunc unusquisque fideliū corporis & sanguinis Domini particeps fit. s.

spiritualiter, quando in baptismate membrū corporis Christi efficitur.

SED QVANDO iam pueri incipiunt aliquam vsum rationis habere: ut possint

deuotionem concipere huius sacramenti, tunc

poteſt eis hoc sacramentum conſerbi.

IN HOC nono articulo est prius vna distin-

tiō deinde sunt in sententia aliquot proposi-

tiones. Distinctio est. Non habentes vsum ratio-

nis sunt duplices: Quidam sunt, qui dicuntur nō

habere vsum rationis, eo quod habent debilem v-

sum rationis. exemplum. Sicut dicitur quis non

videns, eo quod male videt: vt sunt aliqui etiops

& alij semifatu. Alij autē dicuntur nō habere

vsum rationis, eo quia totaliter vsum rationis carēt

Sed hi qui totaliter vsum rationis carent, sunt etiā

duplices. Quidam sic sunt carentes vsum rationis,

quod nunquam illum habuerunt, nec est spes qd

habebunt aliquando. Alij autem sunt, qui ita ca-

rent vsum rationis, quod non semper illo caruerūt,

imo aliquando illum habuerunt.

HIS notatis est prima prop̄positio. Habētibus vsum

rationis debilem et imperfectum, est Eucharistia

administranda. Probatur: quia tales possunt ali-

quā deuotionē huīus sacramenti cōcipere, & se

probare. Ergo nō est eis hoc sacramentū denegādū:

SECVNDA conclusio. illis qui nec habent, nec
vñquam habuere vsum rationis: non est dandū
hoc sacramentum. Probatur: quia hi nunquā ha-
buerunt deuotionē huius sacramenti, nec sciunt
discernere inter cibum & cibum, quod ad suscipiē-
dum sacramentum requiritur. Ergo &c.

TER TIA positio est. Non habentibus vsum ra-
tionis, qui tamē illū aliqñ habuerūt, si quādo illū
habuerūt ostēderūt deuotionis signa ad hoc sacra-
mētū: debet eis ministrari in articulo mortis mo-
do abit periculō vomitus vel expunctionis. Hec o-
stēditur ex concilio Carthaginēsi, qđ refertur in
decretis. 26. q. 2. c. Is qui, vbi sic dicitur, ls qui in in-
firmitate poenitētiā petit, si casu dum ad eū sa-
cerdos invitatus venit, oppressus infirmitate ob-
mutuit, vel in frenesim cōuersus fuit dent testi-
monium, qui eum audierunt: & accipiat poenitē-
tiā, & si continuo creditur moriturus, reconcili-
etur per manus impositionem, & infundatur
ori eius Eucharistia.

Dubium
primum

DVBITATVR primo, an sit danda Eucha-
ristia freneticis. Ad hoc dico, quod si tales
antea volebant sacramentum, & possunt acci-
pere sine irreuerentia: quia non expūnt, est eis dan-
da Eucharistia. alias non hanc opinionem habet
Maior. 4. d. 9. q. 1. ar. 2. Gabriel autē in. 4. d. 9. q. 2.
dubio. 4. dicit quod tali noa habenti vsum ratio-
nis non est danda Eucharistia salvo meliori iudi-
cio. Probatur: quia talis non diiudicat corpus do-
mini, vt dicit Paulus. Ad canonem vero quem ci-
tat. S. Th. dicit quod intelligitur de illis, quibus
manet vſus rationis, & allegat profe Alexan. 4. p.
q. 4. 9. membro. 5. Sed illa expositio canonis est
voluntaria: quia canon aperte dicit. quod est dan-
da Eucharistia freneticis, vt patet ex illis verbis,
vel in frenesim conuersus fuerit.

ET arguitur contra Gabrielem: quia non requiri-
tur actualis vſus rationis ad sumendum Eucha-
ristiā: quia etiā si sacerdos quando sumit Eucha-
ristiam naturaliter sit distractus, & pro tūc vsum
rationis non habeat vel attentionem, recipit fru-
ctum Eucharistie: vt probauimus supra. q. præ-
dente. ar. 8. Ergo etiam ille freneticus.

SECVNDO dicit Gabriel, quod est consuetudo
ecclesiarum non dandi Eucharistiam, nisi haben-
tibus vsum rationis.

AD HOC nego assumptum imo est contraria
consuetudo postquam habetur in iure.

SED contra quia etiam Eucharistia esset danda
omnibus amentibus, qui aliquando habuerunt
vsum rationis, & maxime quādotales petūt au-
petierunt Eucharistiam in articulo mortis, licet
non petierint tempore prudentiae.

AD HOC dico, qđ sicur dītū est de baptismo,
quod amentes, qui quando habuerunt vsum ratio-
nis, petierunt baptismum, sunt baptizandi: quia li-
bere, petierunt: ita dico, quod ad sumptionem Eu-
charistie requiritur, quod accepturus libere pe-
tit. Et quia amens iam non potest illam libertatē

habere: ideo licet aliquando habuerit libertatem,
iam non est danda Eucharistia tali si non petiuīt
tempore libertatis, & de proximo ad amentiam.
Nam si postquam petiuīt vixit predictus amēs
in prudentia longo tempore, in quo amplius non
petiuīt: non debet dari illi Eucharistia: quia vide-
tur formaliter vel virtualiter mutasse propositū.

DVBITATVR secundo, an freneticī Eucha-
ristiam sumentes, recipient gratiam.

Dubium
secundum

AD HOC dicit Caieta. 3. p. q. 79. artic. 1. Quod
non. Sed talibus conceditur Eucharistia, vt culto
diantur ab in cursu dæmonum.

SED contra est, quia videtur, Eucharistiam non
habere alios suos effectus nisi mediante primo si-
cut sol alios effectus habet, mediāte Luce primo
effectu suo. Ideo si non conferatur primus effec-
tus, hoc est, gratia: non conferuntur alijs. Et hoc
tenter. S. Th. Ideo dico quod talibus cōfertur gra-
tia. Et hoc est probabilis.

HAEC vero quæ diximus, sic intelligenda sunt,
dummodo non constet quod tales amentes aut
freneticī sunt in mortali. Nam si hoc constaret
nō debet eis dari Eucharistia. Sed diximus quod
eis danda est quando apparuerunt in illis, dū in
prudentia erant, signa contritionis & deuotio-
nis, non alias.

DVBITATVR tertio circa tertium argu-
mētū. S. Th. an Eucharistia sit dāda pueris.

Dubium
tertium

ET videtur quod ita, quia dominus dicit Ioannis
6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, nō
habebitis vitam in vobis. Ergo eis debet dari. Et
hoc est argumentū quod faciunt heretici. S. Th.
vero hic ad. 3. dicit, quod nō debet pueris dari Eu-
charistia, & in corpore articuli, dicit quod amenti-
bus, qui nunquā habuerunt vsum rationis nō
est danda Eucharistia ea ratione: quia nunquā
habuerunt deuotionem ad illam. Cū igitur pue-
ri nullam deuotionem ante rationis vsum habeat
non debet eis dari Eucharistia.

SED augetur dubium quia si aliquando eis da-
ta fuit, quare modo nō dabitur? Cyprianus enim
refert in. 5. sermone de lapsis quod adimpleti so-
lēnibus diaconus accepit calicē, et ceteris cōmu-
niciatis venit ad puellā, cui in fideles dederat panem
intinctū vino immolato idolis (parētibus puella
nescientibus) & ipsi puellæ reluctāti dedit diacho-
nus p̄sistens, de calice, et illa euomuit Eucharistia.

PRAETEREA Iacobus Faber. c. 2. Super Dio-
nysiū de ecclesiastica hierarchia dicit, quod le-
gitur in antiquis voluminibus, quod si necessitas
fuerit & etiam sine necessitate, post baptismum
antequā puer lacteatur, & ante missam, cōcētur.

AD HOC ipse Dionysius in eodem capi. dicit
etiā absolute, quod post baptismum omnes sunt
cōmunicandi. Sed dices quod loquitur de adulis
vt. S. Th. respondet.

AD HOC dico, quod hæc consuetudo non fuit
recepta in tota ecclesia. Sed fuit particularis: vt. S.
Thom. dicit hic ad. 3. quod suo tempore quidam

Graci

Graci communicabant parvulos suos.

SECVNDO idem videtur dicere Augusti. de
consecratione. d. 4. c. Si quis quia dicit in libro de
ecclesiasticis dogmatibus, quod si baptizandi fue-
rint parvuli respondeant pro illis alijs, & cōfirmē-
tur: & postea detur eis Eucharistia. Ergo August.
est cum Cypriano in hoc.

SED gloſa in cap. citato dicit, quod illud ultimā
refertur ad adultos. Vnde videtur, quod nunquā
fuit ista communis consuetudo in ecclesia. Sed in
Africa & in aliqua parte Græcia. Guido carmeli-
ta etiā lib. de heresis dicit, quod virus error ar-
menorum erat iste, quod dabant Eucharistiā pue-
ris. Sed bohemij esto in alijs errarent, non legun-
tur dedisse Eucharistiam pueris: licet modo dica-
tur, quod dant.

SED de hoc prius videndum est, an sit necessariū
dare Eucharistiam pueris: quia videtur, quod ita
ex illo domini Ioannis. 6. Nisi manducaueritis
carnem filij hominis &c. Nec sufficit dicere, quod
illud intelligitur de adultis: quia August. dicit li-
bro. 1. de baptismo parvolorum. c. 17. & libro. 3. c. 5.
quod intelligitur de omnibus eriam de parvulis.

AD EA tamen quæ August. dicit, dico quod ipse
se exponit, & dicit, quod per hoc, quod pueri bapti-
zantur incorporantur corpori Christi, & ita in-
telligit illud Ioannis. 6. Nisi manducaueritis &c.
Et ad hoc facit illud Pauli ad Galat. 3. Quicun-
que baptizati estis Christum induistis. Vnde se-
quitur, quod non requiritur actualis sumptio Eu-
charistie pro parvulis. Sed sufficit, quod per ba-
ptismum incorporentur Christo. Et de consecra-
tione. d. 4. c. in ecclesia saluatoris, & capi. nulli, qđ
sequitur immediate August. se exponit: vt dītū
est. Vnde dico, quod de fide tenendum est, quod
Eucharistia actualiter non est necessaria pueris:
quia alias ecclesia grauissime erraret, non dando
pueris Eucharistiam. Quod non est dicēdū: quia
omnes pueri perirent. secūdo. Nullum preceptū
imponitur parentibus v̄su rationis: vt sint pueri.

DVBITATVR quarto, an sit licitum dare
pueris Eucharistiam, esto non sit necessaria.
AD HOC dico, quod cum aliquando in aliqui-
bus ecclesijs darecur Eucharistia pueris: dese non
est malum dare illam pueris. Ideo non inuenitur
prohibitum in iure divino: nec inuenitur factum
illud condemnatum à iure canonico.

SECVNDO dico quod beneficit ecclesia prohi-
bendo ne detur pueris Eucharistia, propter reue-
rentiam, quæ debetur Eucharistie, cum infantes
semper euomant aliquid lacis vel cibi, esset ma-
gna irreuerentia, talibus Eucharistiam admini-
strare. Et quia nō possunt habere, nec antea potue-
rūt sic sine v̄su rationis deuotionē ad sacramētū.

DVBITATVR quinto, cum dese dare Eu-
charistiam pueris n̄ sit illicitum aut sacri-
legium, an si detur recipient gratiam.

AD HOC dominus Caius dicit, quod non. Ratio-
nies est, quia ad recipiendum gratiam in Eucha-

ristiā requiritur actualis attentio rationis. liberæ
quam pueri non possunt habere sic manentes sine
visitationis, quod requiritur. Idem dicit Major
in. 4. d. 9. q. 1. art. 2. Probabilis tamen videtur, qđ
datur gracia pueris illis. Probatur. Quia ad hoc
aliquando dabatur illis, vt augeretur gracia.

SECVNDO quia si Episcopus ordinaret puerū
reciperet puer gratiam, licet Episcopes male age-
ret ordinando illum ante tempus.

TERTIO. Puer baptizatus est in gracia. Ergo
est probatus. Probatur consequentia. quia ad hoc
solum præcipiebat Paul. quod probarentur homi-
nes ante sumptionē Eucharistie, ad sciendū si
erat in gracia, sic ad minus p̄ colecturas & signa.
Q. VOD autem pueris nō præcipiatur, quod su-
munt Eucharistiam, & quod ecclesia rationabili-
ter prohibeat, ne detur pueris sacramentum. pro-
bat Caius. ex Evangelio Ioannis. 6. Nisi manduca-
ueritis &c. & ex illo. Hec quod siens cumque fe-
ceritis &c. quia pueri non possunt manducare. Er-
go non præcipitur, vt derut illis ad manducan-
dum quia non possunt. Vnde heresicon dant
Eucharistiam pueris sub specie panis. Sed sub
specie vini.

SECVNDO probatur. Quia esset manifesta
heresicon dicere, quod quis non potest saluari, n̄ si
manducet Eucharistiam: quia tūc baptisitus nō
sufficeret ad salutem, quod est hereticum. Nec o-
mnes heretici dant Eucharistiam pueris: sed qui
dam Jacobelus nomine induxit illam heresicon.

DVBITATVR. Sexto quid intelligitur
per pueros, & an omnibus post pueritiam

Dubium
secundum

statim danda sit Eucharistia.
AD HOC dico ex omnī cōsensu, quod omni-
bus habentibus vsum rationis est danda Eucha-
ristia quantunque cito habeant illum vsum ra-
tionis: esto quod aīhuc cōfuse cognoscat ille puer
quid faciat. Nec propterea sequitur aliquid incō-
veniens. Vnde est communiter ex p̄standus. 14.
decimus annus ad communicandū quia com-
muniter ante illud tempus non accedunt pueri
ad Eucharistiam cum debita reuerentia licet in
multis non deberet expectari. 14. annus: quia ali-
qui ante illud tempus sciunt reuerenter accede-
re ad hoc sacramentum.

Articu. decimus.

Vtrum liceat quotidie hoc sacra-
mentum suscipere.

DDECIMVM. Si procedi-
tur. Vnde videtur quod nō liceat quo-
tidie hoc sacramentum suscipere.
Sicut enim baptisimus repre-
sentat dominicā passionem: ita hoc sa-
cramentum. Sed non licet pluries baptizari,
sed se

sed semel tantum: quia Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est: ut dicitur. Petri. 3. Ergo videtur quod non licet hoc sacramentum quotidie suscipere.

PRAETERE A. Veritas debet respondere figura. Sed agnus paschalis qui fuit figura huius sacramenti (ut supradictum est) non manducabatur nisi semel in anno. Semel etiam in anno ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. Ergo videtur quod non licet quotidie sumere hoc sacramentum: sed solum semel in anno.

PRAETEREA. Huic sacramentum in quo totus Christus contineatur maxima reverentia debetur. Ad reverentiam autem pertinet, quod aliquis ab hoc sacramento abstineat. Vnde et laudatur centurio, qui dixit Matt. 8. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Petrus qui dixit Luce. 5. Exaudi me domine: quia homo peccator ego sum. Ergo non est laudabile, quod homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

PRAETEREA. Si esset laudabile frequenter hoc sacramentum suscipere, quanto frequentius sumeretur, tanto esset laudabilis. Sed Maior esset frequētia, si homo plures in die sumeret hoc sacramentum. Ergo esset laudabile, quod homo plures in die communicaret. Quod tamen non habet ecclesia consuetudo. Non ergo videtur esse laudabile, quod aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

PRAETEREA. Ecclesia intendit suis statutis, fideliū utilitatē prouidere. Sed ex statuto ecclesiæ fideles tenentur solum semel cōmunicare in anno. Vnde dicitur extra de pénitētijs et remissi. Omnis virtus q[uod] sexus fidelis, suscipiat reuerenter ad minus in pascā Eucharistie sacramentum: nisi forte de proprijs sacerdotiis consilio ob aliquam rationabili causam, ad tempus ab eius perceptioē duixerit abstinentum. Non ergo est laudabile, quod quotidie hoc sacramentum sumatur.

SED CONTRA. Est, quod Aug. dicit in libr. de verbis Domini. Iste panis quotidianus est,

accipe quotidie, ut quotidie tibi proficit. **RESPONDEO** dicendū, q[uod] circa usum huius sacramenti, duo possunt considerari. Vnum quidē ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris. Et ideo utile est, quotidie ipsum sumere: ut homo quotidie eius fructū percipiat. Vnde Ambr. dixit in lib. de sacramentis. Si quotienscumq[ue] effunditur sanguis Christi, in remissionē peccatorū effunditur: debo semper accipere, qui semper pecco, debo semper habere medicinā. **ALIO** modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, ut cū magna reverentia & deuotione ad hoc sacramentū accedat. Et ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratus inueniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Vnde Aug. cū dixisset, accipe, q[uod] quotidie tibi proficit, subiungit, sic viue ut quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominū multa impedimenta huius deuotionis occurruunt, propter corporis indispōsitionē vel anime, non est utile omnibus hominibus, quotidie ad hoc sacramentū accedere: sed quotiescumq[ue] se ad illud homo inuenierit preparatū. Vnde in lib. de ecclesi. domag. dicitur. Quotidie Eucharistie cōmunionem accipere, nec laudo, nec vitupero.

AD PRIMVM ergo dicendū, q[uod] per sacramentū baptismi configuratur homo morti Christi, in se suscipiens eius characterem. Et ideo: sicut Christus semel mortuus est, ita solus semel debet homo baptizari. Sed per hoc sacramentum nō recipit homo Christi characterem, sed ipsum Christū, cuius virtus maneat in eternum. Vnde Hebreorum. 10. dicitur Vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Et ideo: quia quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentū suscipere.

ET quia præcipue baptismus est spiritualis regeneratione, ideo sicut homo semel carnaliter nascitur: ita debet semel spiritualiter renasci per baptismum: ut Aug. dicit super illud Ios. 3. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Sed hoc

Sed hoc sacramentū est cibis spiritualis. Unde sicut cibus corporali quotidie sumitur: ita & hoc sacramentum quotidie sumere laudabile est. Vnde dominus Luce. 11. docet petere. Panem nostrum quotidiarum, da nobis hodie. In cuius expositione August. dicit in libro de verbis domini. Si quotidie accipis, sic hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit. Hodie enim est quando Christus resurgit.

AD SECUNDVM dicendū, quod agnus paschalis præcipue fuit figura huius sacramenti, q[uod] ad passionē Christi, que representatur per hoc sacramentū. Et ideo tantū semel in anno sumebatur: quia Christus semel mortuus est. Et propter hoc etiā ecclesia celebra semel in anno memoriam passionis Christi.

Sed in hoc sacramento traditur nobis memoriale passionis Christi per modū cibi qui quotidie sumitur. Et ideo quātū ad hoc significatur per manna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

AD TERTIVM dicendū, quod reverētia huius sacramenti habet timorē amoris cōsunctū (vnde timor reverētiae ad Deū, dicitur timor filialis: ut in secunda parte dictū est) ex amore enim prouocatur desideriū sumēdi: ex timore autē co surgit humilitas reverēdi. Et ideo verūq[ue] pertinet ad reverētia huius sacramenti, & quod quotidie sumatur: & q[uod] aliquando abstineatur. Vnde August. dicit. Si dixerit quispiam, nō quotidie accipiendā Eucharistia, alius cōtra faciat unusquisq[ue], quod secundū fidem suam pie credit esse faciendū. Neq[ue] enim litigauerunt inter se Zacheus & ille Centurio: cū alter eorū gaudens suscepit Dominū, alter dixit, Nō sum dignus, ut intres sub tectū meū: ambo saluatorem honori facientes, quāuis non uno modo. Amor tamen et spes: ad quae semper scriptura nos prouocat, preferuntur timori. Unde cū Petrus dixisset, Exaudi me Domine: quia homo peccator suum, respondit Iesus, Noli timere.

AD QUARTVM dicendū, q[uod] quia

Dominus dicit, Panē nostrū quotidianū da nobis hodie, nō est plures in die cōmunicādū: ut saltē per hoc q[uod] aliquis semel in die cōmunicat, representetur unitas passionis Christi. **AD QUINTVM** dicendū, quod secundū diuersum statum ecclesie: diuersa circa hoc statuta emanauerūt. Nam in primitiva ecclesia, quādo magna vigebat deuotio fidei Christianæ statutū fuit: ut quotidie fideles cōmunicaret. Vnde Anacletus Papa dicit. Peracta consecratione omnes cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & apostoli statuerūt, & sancta Romanae ecclesia.

POST MODVM vero diminuto fidei seruore, Fabianus Papa indulxit: ut si nō frequentius, saltē ter in anno omnes cōmunicet. s. Pascha, Pēthecoste, & Natali Domini. So ther etiā Papa, in cōna Domini dicit esse cōmunicandum: ut habeatur in Decretū, de cōsecratione. d. 2.

POST MODVM propter iniquitatis abūdantiam, refrigescente charitate multorum: statuit Innocentius. 3. ut saltē semel in anno s. in pascā fideles cōmunicet. Consultatur tamen in libro de ecclesi. dogmatibus diebus dominicis esse cōmunicandum.

IN HOC articulo. 10. est vnum notabile, & aliquot conclusiones. Quo ad primum dicit. S. Tho. quod in vsu sacramenti sunt duo consideranda. Alterum est ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris. Alterū est ex parte sumentis, nempe deuotio & reverētia, quæ re quiritur in sumente Eucharistiam.

EST igitur prima propositio. Quantū est ex parte ipsius sacramenti, utile est ipsum quotidie sumere. Probatur: quia utile est, quod homo sumat fructū huius sacramenti quotidie.

SECUNDUM. Confirmatur hoc testimonio Ambros. qui sic dicit in lib. de Sacramentis. Si quotiescunq[ue] effunditur sanguis Christi, in remissionē peccatorū effunditur, debo semper accipere qui semper pecco, debo semper habere medicinam.

SECVNDA conclusio est, Quantū est ex parte sumētijs: omnis ille q[uod] se paratū inuenit ad hoc, laudabile est, quod quotidie sumat. Probatur hoc testimonio diui August. qui sic ait. Accipe quod quotidie tibi prospicit. Et subiungit. Sic viue, ut quotidie mercaris accipere.

TER TIA propositio est. Quantum est ex parte sumentis, non est utile omnibus hominibus, quod quotidie sumere hoc sanctum sacramentum. Probatur: quia propter occupationes huius vitæ, multi sunt distracti, & non accedunt, aut non accedent cum debita deuotio, ne reueentia.

CONFIRMATVR hec conclusio ex libro de ecclesiis dogmatibus: vbi ex August. sic legitur. Quotidie communicare, nec laudo, nec virtus per. Quoniam igitur est dese, sanctum & licitum est, quotidie communicare, sed propter indeuetionem suscipientis sanctum & iustum est multoies à sancto sacramento abstinere.

DUBIUM primum. **V**BITA TVR prius, an sit peccatum mortale distractum venire ad Eucharistiæ, alias tamen sine peccato mortali, sed in gratia existens. DICO quod non, cum sit in gratia, & recipit augmentum gratiæ ex opere operato: licet melius esset dese, abstinere, ne peccet venialiter: quia, vt in præcedenti questione diximus, esto quod peccet venialiter sumens Eucharistiæ sic distractus, recipit gratiæ augmentum ex opere operato. Non quatenus peccat: sed quatenus sumit sacramentum iuxta dominii promissionem.

DUBIUM secundum. **V**BITA TVR Secundo, an recipientibus plures in die Eucharistiæ detur semper gratia ex opere operato. Et videtur, quod ita: quia datur gratia ex vi sacramenti. Ergo non videtur, quare magis detur gratia semel, quam bis. Sed contra est, quia una sumptio immediate post aliam, non videtur, quod conferat gratiam.

AD HOC aliqui dicunt, quod requiritur aliquod internallum inter sumptiones Eucharistiæ. Sed hoc est falsum: quia non probatur, & sine apparentia dicitur. Ideo dico, quod quotienscumque sumetur Eucharistiæ, conferret gratiam: quia absolute dictum est, Qui manducat meam carnem. Ioan. 6. SED quare non communicamus plures in die? Dico quod propter irreuerentiam quæ fieret Eucharistiæ: quia hoc ipsum quod est plures in eodem die accedere ad Eucharistiæ, est irreuerentia. Sicut est irreuerentia, plures in die vel hora allo qui Regem, nisi peculiariis urget necessitas. Alia ratio est: vt representetur una passio & mors Christi. Ideo semel in die est communicandum solum. Lutherus tamen dicit, quod est mala consuetudo ecclesiæ, quod populus non communicet, nisi semel in anno. Ego autem dico, quod de iure diuinæ non est prohibitum, quod populus etiam plures communicet in anno. Nec est præceptum de iure diuinæ, quod plures communicet. Et aliquando ita fiebat, vt habetur Actorum. 2. vbi dicitur. Erant autem perseverantes in doctrina, & fratrepanis, scilicet confederati. Et tunc quotidie communicabant fidèles. Et ita Anacletus (vt hic ad quæst. refert. S. Thom.) præcepit fidelibus communicare omnibus diebus dominicis.

PRÆTEREA. August. ad Ianuarium (& habetur d. 12. cap. Ille autem) dicit, quod ita solebat

fieri, quod aliqui laici quotidie communicabant, & alii diebus dominicis. Postea quidam sumus Pontifex (vt refert. S. Thom. hic ad. 5.) Fabianus nomine, induxit, vt ter in anno populus communicaret. Postea vero refrigerante furore fidei & deuotionis, Innocentius. 3. statuit in capitulo. Omnis vtriusque sexus, quod semel in anno admissus, omnes communicarent.

IIDEO dico, quod laudabilior est consuetudo ecclesiæ, quam illa quam volebat Lutherus introducere. Probatur: quia ecclesia ita vtitur.

SECUNDO probatur. 1. ad Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacatis orationi. Ergo expediens est abstinere aliquando ab Eucharistiæ: nempe quando vel propter actum veneranda coniugalem, vel propter aliam causam quis est distractus. Sed qui vellet communicare plures in anno adhibita reverentia optime faceret, & si non sit aliqd præceptum. Et ita beatus August. in lib. confessionum dicit de matre sua, qd quotidie accedebat ad altare. Et Gerson tractatu. 9. sup Magnificat, dicit qd frigidus in deuotio sine peccato tñ nolentes accedere ad Eucharistiæ sunt sicut frigidi nolentes accedere ad ignem volentes ante effectu Eucharistiæ, quā sumunt eā.

PRÆTEREA. Gregorius. 4. dialogorum. c. vi timo mouet h. in questionem & laudat quedam præbyterum, qui quotidie communicabat: vt videris in eo. Et in concilio Agutensi (quod refertur de consecratione. d. 2. c. Seculares) fuit præceptum, quod omnes fideles admissus ter in anno, nempe in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini, communiquerent, & quod alias non reputarentur catholici. Ideo omnes se deberent disponere, & frequenter accedere ad hoc sanctum sacramentum: alias multum fructus perdunt. Vnde colligitur, quod deuotis & non distractis longe melius est ad hoc sacramentum frequenter accedere, quam raro vt constat. Et hoc est prædicandum frequenter. Et idem fuit præceptum in concilio Elibertano.

VBITA TVR tertio, an illi qui semel saltem in anno non communicant, sint de iure communii excommunicati.

DICO quod non. Probatur: quia non habetur in iure communii talis excommunicatio. Dico secundo, quod qui semel in anno saltem non communiquerat aut non constitutus, mortuo est per Episcopos excommunicandus, & hoc de iure communii. Probat: quia in illo. cap. Omnis vtriusque, dicitur, quod huiusmodi arceantur ab ingressu ecclesiæ. SECUNDO probatur: quia Fabianus Papa de consecratione. d. 2. c. Et si non frequentius, sic etiam præcepit dicens. Et si non frequentius, saltem in anno ter homines communiquerent, nisi forte, quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur. In Pascha videlicet, & Pentecoste, atque Natali Domini, qui nolunt ecclesiasticis carere, liminibus. Hoc addit, Fabianus in decreto suis. Vnde prædictum caput fuit de sumptu.

TRETIUS

TER TIO. In cœilio Elibertano (quod refertur de consecratione. d. 2. cap. Omnis homo) sic dicitur. Non cōnumerabitur inter catholicos, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini, non cōmunicauerit. Ego &c. Ex quibus omnibus colligitur, quam negligentes sunt Christiani, qui raro (nempe semel in anno) accedunt ad sanctum sacramentum.

DUBIUM quartum. **V**BITA TVR quarto, an mulieres nobiles alias deuotæ & omnes coniugati deuoti debeat abstinere ab actu coniugali aliquo certo tempore, quando volunt accedere ad Eucharistiam.

DICENDVM quod ita, ad minus tribus diebus ob reuerentiam sacramenti. Et probatur ex cœilio Elibertano, quod refertur de consecra. d. 2. c. Omnis homo, vbi dicitur: Omnis homo ante sacram communionem à propria vxore abstineret tribus, aut quatuor, aut octo diebus. Et hoc maxime intelligitur de coniuge inordinate exigente debitum. Nam si iniutus solum reddat, & esset dies festus solemnis in quo solet communicare, & alias est deuotus, & cum reuerentia solet accedere, credo quod bene facit accedens eadem die ad Eucharistiæ. Et hoc dicit etiam nobiscum Albertus magnus in. 4. in hac materia.

DUBIUM quintum. **V**BITA TVR quinto (quia diximus quod cum deuotione & reuerentia licet est quotidie cōmunicare, & distractus debet à communione abstinere) quid erit melius, accedere quotidie ex deuotione, charitate, & zelo communis boni, vel ex humilitate & timore abstinere multoies ab Eucharistiæ. Videtur, quod melius sit abstinere ex humilitate & timore. Probatur Matth. 8. & Luc. 14. Centurio ille pius & deuotus erat. Sed laudatur ex eo quia ex humilitate & timore reuerentia dixit, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et in hoc domino placuit. Ergo hoc est melius.

HOC tamen non obstante dico, quod cæteris paribus lôge melius est & Deo magis acceptum ex charitate & deuotione, & zelo boni communis quotidie ad sacramentum accedere, quam ex humilitate ab eo abstinere. Hæc probatur exemplo Zachæi qui Luc. 19. furore charitatis accepit Christum in domum suam gaudens, in quo maxime laudatur.


SECUNDO probatur: quia sacramentum hoc est sacramentum unitatis, & charitatis: & est medicina animæ & est refectio spiritualis. Ergo quotidie deuote eo vtendum est.

TER TIO Esto qd tñ meritorie quo ad se quis abstinenter ab Eucharistiæ sicut accederet: tamen habet magnam gratiam ex opere operato quam perdit si non manducat. Et deuote accedens quotidie ad sacramentum excitat alios frigidos & rapidos ad similia opera. Quod non erit sine fructu coram Deo. Et si sacerdos est deuotus quotidie celebans non solum sibi succurrat: sed omnibus alijs viatis & defunctis pro quibus celebrat. Ergo me;

lius est cæteris paribus quotidie cōmunicare ex charitate & zelo cōmuniis boni & ex deuotione, quam abstinere ex humilitate. Et ad illud de Centurione dico quod laudatur de illo bono actu, & de illa humilitate, non tamen quia melius esset.

Arti. undecimus

Vtrum liceat omnino à communione cessare.



DVNDECIMVM Sic proceditur. Videtur quod liceat cessarc omnino à communione. Laudatur enim Centurio de eo qd dicit Matt. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cū comparatur ille qui reputat à communione sibi esse abstinentiū: vt dictum est. Cū ergo nunquam legatur Christus in eius domū venisse, videtur qd liceat alicui tototempore vita sua à communione abstinere.

PRÆTEREA. Cuilibet licet abstinere ab his que non sunt de necessitate salutis. Sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis: vt supra dictum est. Ergo licet à sumptuoe huius sacramenti omnino cessare.

PRÆTEREA. Peccatores non tenentur communicare. Vnde Fabianus Papa cū dixisset, ter in anno omnes cōmunicent, adiūxit, nisi forte quis maioribus criminibus impediatur. Si ergo illi qui non sunt in peccato tenebantur cōmunicare, videtur quod melioris conditionis sunt peccatores quam iusti, qd est inconveniens. Ergo videtur quod etiam iusti liceat à communione cessare.

SED CONTRA. Est quod dicit dominus Joan. 6. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in vobis.

RESPONDEO dicendū, quod (sicut supradictum est) duplex est modus percipiendi hoc sacramentum. s. spiritualis, & sacramentalis. Manifestum est autem, quod omnes tenentur saltem spiritualiter manducare: quia hoc est Christo

Christo incorporari, ut supra dictum est. Spiritualis autem manducatio includit votum, seu desiderium percipiendi hoc sacramentum, ut supra dictum est. Et ideo sine voto percipiendi hoc sacramentum non potest homini esse salus: frusta autem esset votum, nisi impleretur quando opportunitas adesset.

ET ideo manifestum est, quod homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solum ex statuto ecclesiae, sed ex mandato Domini dicentis Luce. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ex statuto autem ecclesiae sunt determinata tempora exequae Christi præceptum. AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Gregorius dicit in Pastorali, illa est vera humilitas, cum ad res puerum quod voluntarie præcipitur pertinax non est. Et ideo non potest esse laudabilis humilitas si contra præceptum Christi & ecclesiae aliquis omnino à communione abstineat. Neque enim Centurionis præceptum fuit: ut Christum in sua domo recipere.

AD SECUNDVM dicendum, quod hoc sacramentum dicitur non esse necessitatis sicut baptismus, quantum ad pueros: quibus potest esse salus sine hoc sacramento, non autem sine sacramento baptismi. Quantum vero ad adulti: utrumque est necessitatis.

AD TERTIVM dicendum, quod peccatores magnum detrimentum patiuntur, ex hoc quod repelluntur à perceptione huius sacramenti. Vnde per hoc non sunt melioris conditionis. Et licet in peccatis permanentes, non excusentur propter hoc à transgressione præcepti paenitentiae, tamen qui (ut Innocentius dicit) secundum consilium sacerdotis abstinet, excusantur.

AD HOC dubium huius articuli respondens Adinus Thomas dicit prius esse aduerendum quod (sicut supra diximus) duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, spiritualis nempe, & sacramentalis: quos modos iam supra declaravimus. Et secundo, his suppositis. S. Thomas asserit propositiones alias: quarum prima est. Omnes homines tenentur ad minus spiritualiter, manducare hoc venerandum sacramentum. Probat. Quia spiritualiter manducare est Christo

incorporari. Sed omnes tenentur Christo habere. Ergo sacramentum hoc accipere. SECUNDA propositio est. Sine voto percipiendi hoc sacramentum non potest esse salus. Probat. Quia (ut probatum est) omnes tenentur spiritualiter manducare hoc sacramentum. At spiritualis manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum: ut supra dictum est. Ergo &c.

TER TIA conclusio est. Omnis homo tenetur sumere hoc sacramentum præcepto ecclesiae. Hæc constat ex ca. Omnis viriusque sexus. Extra de poenitentias & remissionibus.

QVARTA conclusio est. Omnis homo habet usum rationis tenetur ex mandato domini sumere hoc sacramentum. Hæc probatur. Quia, ut dividimus in prima propositione, omnis homo tenetur spiritualiter manducare hoc sacramentum. Quod non potest fieri sine desiderio sumendi Eucharistiam. Ergo homo tenetur habere desiderium sumendi hoc sacramentum. Sed frusta esset votum nisi impleretur quando opportunitas adesset. Ergo de iure diuino tenetur homo sumere hoc sacramentum.

SECUNDO probatur. Luce. 22. præcepit Dominus ut quilibet homo sumat hoc sancutum sacramentum dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Ergo ex præcepto Christi tenentur homines sumere hoc sacramentum. Et ex præcepto ecclesiae sunt determinata tempora exequae Christi præceptum, id est, ecclesia determinat quando est adimplendum præceptum Dei. Et dicit ecclesia in illo ca. Omnis viriusque &c. quod debet impleri hoc præceptum de sumendo hoc sanctissimo sacramento se mel in anno & tempore Paschali.

COLLIGITVR ergo sententia. S. Tho. his duabus propositionibus manifeste. Prima est. Omnes homines tenentur sub præcepto sumere Eucharistiam. Secunda est. Omnes adulti tenentur sumere Eucharistiam ex præcepto Christi redemptoris, & non solù ex præcepto ecclesiae. Sed non omnes conueniunt in hac sententia. Nam Gabriel. lect. 57. super canonem ponit opinionem Alex. deales. 4. p. q. 5. quæ est, quod non est tale præceptum de sumenda Eucharistia sacramentaliter, & realiter, iuris diuini. Et hanc opinionem videtur tenere Gabriel. Et hoc tenet Sylvest. in sua summa verbo Eucharistia, 3. in principio. Et S. Tho. in. 4. d. 9. q. 1. arti. 1. q. 2. Viderur fuisse huius opinionis. Et idem dicit Dioyisi. Carthusi. in 4. d. 12. q. 5. Et ad illud Ioannis. 6. Nisi manducaueritis &c. dicunt isti, quod intelligitur spiritualiter, & non de sumptione ista materiali.

Caiet. autem dicit hic, quod non est manifestum hoc quod teneantur Christiani communicare de iure diuino, & addit, quod tunc est sententia. S. Thom. quam habet hic, sed non probat. Et respondet ad rationes. S. Tho. quibus hic probat, quod est præceptum diuinum sumere Eucharistia realiter & spiritualiter tantum, nempe, quod homines incorpo-

ter &

ter & sacramentaliter. Duram tamen. 4. d. 9. q. 2. dicit, quod est præceptum de iure diuino, sicut hic dicit. S. Thom. Probat: quia sacramenta sunt instituta propter viatores. Ergo qui non sumit Eucharistiam eum conuenienter potest contemnit sacramentum. Et idem dicit de extrema uincione. Palud. autem. d. 9. q. 1. tenet sententiam. S. Tho. & Duran. tamen non placet ei ratio Duran. & merito: quia licet quis ex negligencia non sumeret Eucharistiam, non contemneret Eucharistiam, nec confirmationem: ut nos supra late ostendimus de confirmatione.

IDEO ponit ipse alias rationes. Prima est. In. d. 11. c. in his, dicitur, quod in his standum est consuetudini ecclesiae: quia cum ecclesia semper uisa fuerit, signum est, quod est præceptum iuris diuini. SECUNDO probat, quia alias forte Papaæ non posset obligare totum populum ad communianum. Sed hoc. 2. argu. nil vallet: quia ecclesia præcipit ieiunium, quod non erat de iure diuino. Caiet: autem etiam dicit, quod non videtur hocclarum, quod sit in præcepto diuino sumere Eucharistiam: & quod non potest probari.

SED tenendum est potius cum. S. Tho. hic: quod est præceptum iuris diuini sumere Eucharistiam realiter. Probatur: quia illud, Nisi manducaueritis carnem &c. Ioannis. 6. quod alii exponunt solum spiritualiter, etiam intelligitur corporaliter: quia intelligitur per alios spiritualiter, id est, quod Eucharistia habeatur in voto. Et frusta eset vobis, nisi corporaliter sumeretur.

SECUNDO, ex illo Ioannis. 6. Nisi manducaueritis carnem &c. Quæ verba manifeste sunt præceptiva: sicut de baptismo dicitur Ioannis. 3. Ni si quis renatus fuerit &c. Ex his verbis omnes colligunt baptismus esse in præcepto Christi. Ergo ex illis, Nisi manducaueritis &c. colligitur præceptum de Eucharistia sumenda,

TRETIO. Alias Pauli. I. ad Corinth. 11. non tam accurate commendaret quod homines, probati venirent ad sacramentum: si ex præcepto diuino non tenebantur sumere. Et tamen cum magna diligentia exhortatur homines ut se disponant ad sacramentum. Ergo est præceptum diuinum.

QVARTO sic conficio argumentationem. Ut iam dicebam, sicut de baptismo dicitur Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum celorum: ita dicitur Ioannis. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed propter illa prædicta verba Ioannis. 3. dicitur baptismus esse in præcepto.

Ergo propter alia similia verba dicta Ioannis. 6. de hoc sacramento: dicendum est, quod est diuinum præceptum, quod omnes adulti manducent sacramentaliter & realiter hoc venerandum sacramentum. Nec satissim, si dicas, quod illa verba, Nisi manducaueritis &c. intelliguntur spiritualiter, tantum, nempe, quod homines incorpo-

tur Christo, vel quod habeant desiderium sumendi Eucharistiam: quia hoc est torquere scripturam ad proprium sensum, & dare causam quod nunquam possimus habere argumentum efficax ex sacra scriptura. Nam sicut tu dicas, quod Christus intendebat per illud verbum, Nisi manducaueritis &c. id est, Nisi fueritis incorporati Christo: ita aliis dixisset, quod quando Christus dicebat, Diligatis invicem, volebat dicere, id est, curratis invicem. Et ita omnia inverteres.

QVINTO. Nullus ex illis, quos Christus allocabatur, poterat intelligere illum sensum, nempe, manducare carnem meam, id est, incorporari mihi, aut desidera meam manducare carnem. Ergo Christus insufficienter illos instruxit.

SEXTO: deciperet illos: quia illi intelligebant sensum proprium illius verbi, manducare, nec portarent alium (quem fautores alterius opinionis dicunt) intelligere: quia verba nullo modo illum faciunt, & Christus intelligebat illum alium sensum spiritualem per illos.

SEPTIMO. Si Christus intelligebat, Nisi manducaueritis, id est, nisi desideraueritis, quod est ipsi ritualiter manducare, ut alii dicunt, frustra eset illud desiderium, si non tenebantur ponere illud in actu. Superuacaneum enim erat præcipere, quod desiderarent homines manducare carnem Christi, si non tenebantur inquit manducare realiter.

OCTAVO. Christus loquebatur ad sese, quæ illi audientes omnes intelligebant: quia alias illos deciperet. Sed illi intellexerunt statim de reali mandatione, statim enim murmurabant de verbis Christi, Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit & dicebantque, quomodo poterit hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Ergo sic Christus intelligebat,

NONO. Si licet sic illud verbum, Nisi manducaueritis, interpretari: vt isti dicunt. Ergo quare non licet interpretari illud, quod Christus ibidem dicit. Ego sum panis vivus, id est, ego à vobis desiderandus sum, vel aliud simile. Quod absurdum est dicere: quia hoc dictum fuerat in multis alijs locis, & impertinens erat in illo loco. Ergo procul dubio dicendum est, quod præcipit homines carnem suam realiter sumere, & sic est diuinum præceptum realiter sacramentum hoc manducare.

DECIMO. Pro hoc est Innocentius. 3. (vt refert. S. Tho.) qui dicit, quod manducandus est agnus: ut à vastante angelo protegatur. At protegi à deustante angelo est de necelsitate salutis. Ergo &c.

VNDECIMO. Si non tenerentur homines diuini præcepto ad sumendum realiter hoc sacramentum, non præcipiteret ecclesia potius, quod sumerent omnes hoc sacramentum, quam confirmationem vel aliud. Sed ecclesia præcipit baptismum, confessionem, & Eucharistiam ab omnibus sumi realiter: & baptismus & confessio sunt in diuino præcepto. Ergo etiam Eucharistia. Vnde ego non dubito, nisi quod tenentur omnes hoc sacramen-

tientum realiter sumere ex diuino præcepto: ut hic ait diuus Thom. & Nicolaus de lira super Ioannem. c. 5. Sed præceptū hoc impositum est adulteris potentibus cum reuerentia manducare, & nō pueris, ut supra diximus.

DUBIUM PRIMUM. VBITATVR prius, quād obligatur quis ad sumendā Eucharistiam de iure diuino. DICO quod tempore necessitatis, stando in solo iure diuino: quia est præceptum affirmatum, Vnde captus inter Garrisenos aliquando habens presbyterum & opportunitatem cōmunicandi, & sciens probabiliter, quod nunquā amplius habebit illā opportunitate, & nūquā cōmuni- cavit, tenetur cōmunicare sub poena peccatorum talis.

DUBIUM SECUNDUM. VBITATVR secūdo, an sit de præcepto, quod ægrotantes sumant Eucharistiam. AD HOC dicit Palud. quod si tales parum post Pascha morerētut, & fuerunt cōmunicati in Pascham non peccarent, licet non sumerent Eucharistiam. Alter autem peccarent. Tamen Sylves. dicit, quod nullum est peccatum, saltem mortale. Et ita est tenendum, quia non est aliquid præceptum in contrarium. Sed eset veniale peccatum ex negligentia illud dimittere. Et est antiqua cōsuetudo in ecclesia, quod detur Eucharistia ægrotantibus: ut habetur de penitentijs & remissionibus. cap. Quod in te. Et Eusebius in Ecclesiastica historia refert de quodam ægroto, qui clamabat ut deferreretur ei Eucharistia, & statim euolauit in coelum allata Eucharistia.

PRAETEREA. Quod quis ægrotas ob negligentiam, non sumeret Eucharistiam propter ecclesiam antiqua in consuetudinem, grauiter peccaret, venialiter tamen citra contemptum. Vnde stando in solo iure diuino, sufficeret solum semel in vita cōmunicare.

Art. duodecimus

Vtrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine.

DDVODECIMVM. Sic proceditur. Videtur quod nō liceat sumere corpus Christi sine sanguine. Dicit enim Gelasius Papa, ut habetur de consecra. d. 2. Comperimus, quod quidam sumptat tantummodo corporis sacris portione, à calice sacrati crux abstinet. Qui proculduo, quoniam nescio qua superstitione docetur astringi: aut integras sacramenta percipient, aut ab integris arceantur. Non ergo licet sumere corpus Christi sine eius sanguine.



ADPR. I-

AD PR. I M V Mergo dicēdū, quod Gelasius loquitur quantum ad sacerdotes: quisi cū totum consecrant sacramentum, ita etiā toti cōmunicare debent. Ut enim legitur in concilio Toletano: quale erit sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur?

AD SECUNDUM dicendum, quod perfectio huius sacramentum non est in usu fideliū: sed in consecratione materie. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine: dummodo sacerdos consecrans sumat verumque.

AD TERTIVM dicendum, quod representatio Dominice passionis agitur in ipsa consecratione huius sacramenti: in qua nō debet corpus sine sanguine consecrari. Potest autem à populo corpus sine sanguine sumi. Nec exinde sequitur aliquid detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offerte, ut sumat, & sub utraq specie totus Christus contineatur: ut supra habitum est.

IN HOC articulo. 12. duo fiunt. Prius ponitur vnum notabile: Secundo ponuntur aliquæ eōclusiones. Notabile est, quod circa usum huius sacramenti duo sunt consideranda. Alterum est ex parte ipsius sacramenti. Alterum ex parte sumentium. Tunc est prima propositio. Quantum est ex parte sacramenti conuenit, quod utrumque sumatur: nempe & corpus & sanguis. Probatur: quia in utroque conficitur perfectio sacramenti. Ergo quantum est ex parte sacramenti, ut perfectum sumatur conuenit, quod utrumque sumatur.

Et ex hoc sequitur. 2. conclusio. Sacerdotes quando conficiunt hoc sacramentum, nullo modo debent conficere, nec sumere corpus sine sanguine. Probatur: quia ad eos pertinet hoc sacramentum & consecrare, & perficere. Ergo non debent consecrare, nec sumere corpus sine sanguine: quia alias esset conficere sacramentum mancum, & imperfectum, atque diuisum, quod in nullo euentu licet.

TER TIA propositio est. Ex parte sumentium requiritur summa reuerentia & cautella, ne aliquid accidat quod vergat in iniuriam tanti mysterij. Quod principie posset accidere in sanguinis sumptu: ne: qui quidem si incaute sumereatur de facile posset effundi. Et quia crevit multitudo populi Christiani, in qua continentur senes, & iuvenes, & parvuli: quorū quidam non sunt tāta discretionis, ut cautela debitā circa usum huius sacramenti adhibeant: ideo prouide in quibusdā ecclesijs obseruantur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum à sacerdote sumatur.

VNDE sequitur. 4. propositio. Prouide in quibusdam ecclesijs obseruantur, ut populo sanguis sumendus non detur: sed solū à sacerdote sumatur. Probatur ex tertia conclusione præcedente: quia si omnes cōmunicarent sub utraq specie, sequeretur frequenter ir reuerentia ipsi sacramento. Ergo &c. Probatur antecedēs: quia sunt multi senes, & iuvenes, & parvuli, & rustici, qui nō sunt tantæ discretionis, ut cautelam adhibeant, & diligenter

debitam circa usum huius sacramenti, ne aliquid fundatur aut aliqua irreuerentia sequatur. Ergo conueniens est, ut populus non cōmunicet sub utraq specie. Hec. S. Thomas.

SED. Videtur quod sit necessarium sumere hoc sacramentum sub utraq specie. Probatur ex illo mandato Domini Ioan. 6. Nisi manduaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

SECUNDUM. Ex illo Luke. 22. & Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem. TER TIO probatur, ex illo, Bibite ex eo omnes, in prædictis locis.

QVARTO. Ex illo Pauli primæ ad Corinth. 10. Omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus. Vnde habetur, quod tempore Pauli omnes sumebant sanguinem Christi.

QVINTO probatur ratione. Quia cum corpus & sanguis sint unum sacramentum: non sumentes sanguinem, non sumunt integrum sacramentum: & ita defraudantur magno bono. Propter hanc argumenta heretici dicunt quod omnes tenentur cōmunicare sub utraq specie: & suis heresis Pelagianorum, & Nestorianorum. Et eandem sententiam tenent nunc Lutherani & Germani.

SED contra, est consuetudo Ecclesiarum Latinarum. Nam apud Gracos ad huc videtur durare illa cōsuetudo, quod populus cōmunicet sub utraq specie. Et patet apud. S. Thomā. in. 4. d. 13. & hic, quod suo tempore non fuit vniuersalis consuetudo in tota Ecclesia. Tamen ex illo Pauli primæ ad Corinth. 10. habetur quod fuit consuetudo cōmuni- cādi populu sub utraq specie. Sed iam nō est talis consuetudo. Et est prohibitum in concilio Constantiensi sessione. 13. & in Basiliensi, ne scilicet populus cōmunicet sub utraq specie: licet Caetanus dicat, quod adhuc illa cōsuetudo manet apud Cistercienses, scilicet, cōmunicādi sub utraq specie non sacerdotes.

Ex dictis sequitur, quod est necessarium quod cōficiatur sacramentum sub utraq specie: & quod sumatur à sacerdotibus sub utraq specie: ut conficiatur perfectum sacramentum & non diuidatur.

DUBIUM PRIMUM. Cōmunicare populum sub utraq specie.

AD HOC est notandum quod dicit Rosensis. ar. 6. contra Lutherum quod authoritas Ecclesiarum est semper tenenda: cum regatur à spiritu sancto in spirante. Ideo quod non sit necessarium cōmunicare populu sub utraq specie, sufficit authoritas Ecclesiarum: sicut dictum est de baptismo, quod iam cessavit illa forma Apostolorum sub nomine Christi baptizandi: & nō haberur quādō cessavit nisi ex authoritate Ecclesiarum. Et ita dicatur de illo quod Apostoli mandauerunt Actuum. 19. de legalibus & sanguine suffocato: quod cessavit iam, licet nō habeatur quod cessavit nisi authoritate ecclesiarum. SECUNDUM. Quod apponatur aqua in calice, non habetur ex Evangelio, sed sufficit authoritas d. Eccl.

Ecclesiæ. Et ipsi hæretici ita concedunt. Ergo ita debent concedere, quod sufficiet authoritas Ecclesiæ, ad hoc quod totus populus non communicet sub vtraque specie.

Q. VOD autem Ecclesiæ bene faciat tenēdo hāc consuetudinem non communicandi. s. populum sub vtraque specie: habet exempla non solum ab Apostolis, sed ab ipso Christo. Nam Christus Luke.24. dedit sacramentum sub specie panis tantū, discipulis cunctis in Emmaus: vt dicit beatus Augustinus lib.3. de consensu Euangelistarum.c. 25. Vbi inquit, quod non potest quis cognoscere Christum nisi particeps fiat corporis eius. Et idē dicit beatus Chrysostomus Homelia. 17. super Matth. vbi dicit, quod Dominus de manu sua dedit panem sanctificante Cleophae, et non dedit vinum: vt patet ex ipsa historia. Ergo &c.

SECVNDO probatur hoc. In Euāgeliō Hebræorum, quod secūdum Hieronymum habet autoritatem historiæ veræ, in quo dicitur, quod Iacobus enim virum non comedendi panem donec Christus resurgeret, & postea Christus apparuit ei dicens. Accipe & comedere, dans ei panem consecratum. Et quod apparuerit, patet ex Paulo. priore ad Corinthi.15.

TER TIO. Theophilatus etiam dicit quod ille panis quem dedit Christus discipulis eunibus in Emmaus erat consecratus. Nam dicit magnam vim habet domini caro: aperuit illis oculos.

Q. VAR TO probatur hoc exemplo Apostolorum. Nam Paulus in naui dedit panem consecratum discipulis suis & Luce. Et hoc dicit Chrysostomus Homelia illa. 17. super Matth. Et Actuū. 2. legitur quod Apostoli diuidebant panem circa domos & quod erant perseverantes in fractione panis, nepe, cōsecreti; & nihil ibi habetur de vino.

Q. VINTO probatur hoc ex oratione dominica. Panem nostrum &c. vbi nō petitur vinum. Et hæc omnia sunt ex superabundantia: quia fidelibus authoritas Ecclesiæ sufficere debet. Hæc oīa adducit Rosensis ar.16. & Ioan. de turre cremata super cap. Comperimus, de consecra. d.2.

CIRCA hoc tamen est notandum quod dicit Caïetanus hic. s. quod vltra illos duos modos quos ponunt doctores manducandi Christum, nempe, sacramentaliter & spiritualiter, est ponendus tertius. s. absolute manducare Christum sine ordine ad aliquid aliud. Et videtur quod Augusti. etiam ponat istum modum loco citato, & affert à secundo: quia secundus conuenit solam viatoribus, tertius conuenit etiam Angelis. Vnde Christus dicitur panis Angelorum. Hoc autem præsupposito, dicit Caïetanus quod illud, Nisi manducaueritis &c. Ioan. 5. intellegitur hoc tertio modo. Quod idem est cū illo quod Paulus dicit, Quotquot baptizati estis Christum induistis, ad Romam. 6. Et probat hoc Caïetanus per Augustinum ad Bonifacium, vbi dicit Augustinus quod nibil aliud est manducare, quam esse partem corporis Christi, idest, fieri

membrum Ecclesiæ.

ET tunc per hoc respondetur ad primū argumentum, quod illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis &c. Dico quod intelligitur spiritualiter. Hæc Caïetanus. Sed vt supra diximus illa non est legitimus interpretatio. Ideo melius respondet Alfonſus à Castro h̄x̄res ultima de Eucharistia, vbi dicit quod intelligitur ille locus de manducatione corporali & reali; & citat ad hoc Theophilatum, Hieronymum, Augustinum, & alios.

SECVNDO. Dicit, quod esto Christus præcipiat quod realiter manducemus carnem eius & bibamus sanguinem: nō tamen præcipit vt hoc faciamus sub vtraque specie. Sed sufficit vna species: quia sub illa sumitur caro & bibitur sanguis, licet nō per modū potus, quod nō præcipit Dominus: sed solū præcipit Dominus, qđ realiter sumamus vtrūque, sive sub vna specie, sive sub vtraque. ET ad illud, Hoc facite in meam cōmemoratiōnem, dicit Caïetanus bene (vt constat ex historia Euāgeliō. Lucæ.21.) quod intelligitur solum de pane, & nō de sanguine, quia post illa verba, hoc facite in meam cōmemoratiōnem, sequitur de sanguine. Similiter & calicem &c. Et patet etiam ex Paulo. i. ad Corinthi. ii. Conuenientibus vobis in vnum, iam nō est dominicam carnā manducare, vbi nihil dicit de potu. Videtur quod iam sumebat populus sub specie panis tantum.

SECVNDO. Dicimus, quod illud fuit dictū sacerdotibus solum, & non toti populo. Et probatur quia eodem modo & in cod. c. dicitur Exemplum enim dedi vobis. Et vltra. Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Et ad hoc non tenetur populus. Ergo nec ad aliud.

PRAETEREA. De illo. Bibite ex eo omnes: sicut fuit dictū Apostolis: de illo autē quod citatur ex Paulo, Omnes qui de uno pane & calice participamus potest dici (vt dicit Rosensis) quod Gratia non legitur nisi solum, Omnes qui de uno pane participamus. Et ita legit Ambrosius illum locū.

SECVNDO. Dico, quod nos nō negamus quia tempore Apostoli fuerit illa consuetudo communica di populu sub vtraque specie: sed merito iam aboleuit ab vsi, quia tunc erant pauci Christiani & deuoti, & adhibebant debitā reuerentia ad sacramentū. Sed nunc sunt multi, qui talē diligētā non apponent: ideo nunc cautum est, ne communicent laici sub vtraque specie.

Ad Ultimū autē argumenū, dico quod populus recipit integrū sacramētū: sed nō perfectū. Et recipit perfectum effectum sacramenti: ideo non defraudatur in aliquo.

DUBITATVR secundo quantum ad sacerdotes, an liceat consecrare tātū alterā specie. Ad HOC dico, quod non, Imo est grande sacrilegium: vt habetur de cōsecratione. d.2. c. Cōperimus. SED, an sit hoc de iure diuino? Ad hoc dicit Major. in. 4. d.13. q.3. qđ nō est de iure diuino: sed solū de iu-

Dubium tertium

de iure humano positivo. Et ideo in. 4. d.9. q.3. ad.5. dicit, quod si est necessitas, quia moritur infirmus sine viatico, & non est confectum, poterit licet sacerdos confidere solum panem: tiam fermentatum, si non sit alijs panis.

SED ego dico, quod est sacrilegium de iure diuino, consecrare sub vna tantum specie. Et hoc dicit. S. Tho. in. 4. d.8. q.2. ar. 4. q.3. ad.3. vbi absolute dicit, quod baptismus in necessitate potest administrari sine solēnitate: Eucharistia autem nullo modo. Ratio (inquit) est, quia illi, qui est in necessitate constitutus sufficit spiritualiter manducare, si sacramentaliter non potest. Et ideo nullo casu excusarerur, qui conficeret sacramentum hoc in sola forma alijs omisssis. Hæc. S. Tho. in.

SECVNDO probatur ex illo Gelasi Papæ de cōsecratione. d.2. c. Cōperimus, vbi sic habetur. Cōperimus autem quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacrati crucis abstineant. Qui procul dubio (quoniam nescio qua superstitione docetur abstringi) aut integræ sacramenta percipiunt: aut ab integris arceantur: quia diuisio vnius eiusdemque mysterij, sine grandi sacrilegio nō potest peruenire. Hæc Gelasius. Vi des quomodo ante Gelasium erat sacrilegiū dividere Eucharistiam: Et hoc significat prædictis verbis: quia non prohibuit: sed denuntiat esse sacrilegium: nempe quia iure diuino erat prohibitum. Ergo nostra conclusio erat vera.

TER TIO probatur ratione: quia dese est irreverentia diuindere sacramentum.

Dubitatur tertio an populus perdat aliquid gratiae propter ea quod cōmunicat sub vna specie tantū. Et videtur, quod ita: quia vel potus sanguinis Christi est fructuosus, & dat gratiam, vel non. Non potest dici, quod non sit fructuosus. Ergo dat gratiam.

PRO quo nota, qđ dicit Caïe. qđ in hoc sacramētum sunt duo, s. causa gratiae, & signum gratiae.

SECVNDO dicit quod Christus solū est causa gratiae immediate, & species solum sunt mediū, ad hoc, quod applicetur nobis effectus sacramēti.

TER TIO dicit, qđ vere realiter est corpus Christi & sanguis sub vtraque specie.

Q. VAR TO dicit, quod licet gratia cōferatur in hoc sacramento à toto contento & non ab una parte solum, dicit tamen, illud quod continetur concomitante in hoc sacramento est causa gratiae, potius quam illud, quod continetur ex vi sacramēti: ut patet de diuinitate & anima Christi, & de corpore Christi.

Q. VINTO dicit, quod nō est maior virtus conseruatiōnē sub vtraque specie, quā sub vna tātū.

VNDĒ sequitur, quod tantus effectus confertur ab Eucharistia sub vna specie, quātus sub vtraq. Et hoc idē est, si dicamus, qđ species sūt causa gratiae, statim. Probatur hoc ex immediate dictis.

VNDĒ sequitur, quod tantam gratiam sumit populus sub vna specie, sicut sub vtraque.

PRAETEREA: Origenes homēlia. 15. super librum numerorum, & Ambrosius in lib. de Paradiſo, & Hiero, super epistolā ad Ephēsiōs (et habetur de consecratione. d.2. c. Dupliciter) expōnt illud Ioannis. 6. Qui manducat &c. Spiritualiter & nō corporaliter. Ergo antequā bohemij essent: sancti exposuerunt illud spiritualiter.

SED possent dicere Bohemij quare tūc nō cōmunicatur populus sub vtraque specie, postquā Apostoli fecerūt, & aliquā fuit consuetudo in ecclesiā. PR O huius solutione sunt notanda dicta Caïet. superius posita. Et illa, quæ dicit Caïe, tenet Cardinalis de turre cremata super cap. Compérimus de consecratione. d.2. c. vbi yberrime tractat hand quæstionē, & responderetur, sicut respondiūt inmediate ante. At ad huc nō satishit quæstionē: quia cū sit perfēctū sacramentū sub vtraque specie, & non sub altera tātū, quare non cōmunicatur populus sub vtraque specie?

AHOC dicit Caïe. & August. super illud Ioan. 6. Qui venerit ad me nō esuriet, vbi dicit August. quod idē est non esurire amplius, & credere, & si eut famel tollitur, sic etiā sitis spūaliter tollitur. NEC etiā adhuc satishit quæstionē maximē: quia (ut nos opinamur) adultri tenentur sumere hoc sacramentum spiritualiter & sacramentaliter.

IDEO advoctendum, quod duo considerantur in hoc sacramento. Alterū ex parte ipsius sacramenti. Et secundū hoc deberet dari sacramentū omnibus sub vtraque specie. Alterū est ex parte nostra, nempe præparatio & reuerentia debita. Et quia non potest hoc debite seruari, quin sāpe fundere tur sanguis: ideo beneficit ecclesiā, accepitā hāc consuetudinem. Et Nota id quod Papa Pius dicit de consecratione. d.2. c. Si per negligentiam, vbi disponit, quid agendum sit si sanguis distilauerit. VNDE lequitur, quod est magnū periculū, cōmunicare populu sub vtraque specie, & esset sacrilegium, non prohibere tantā irreuerentia, cū sāpe contingeret sanguinem fundi. Et hæc est prima ratio Ioannis de turre cremata.

SECVNDO probatur hoc: quia (ut habetur. c. presbyter) de consecratione. d.2. præcipit ibi, ut seruatur Eucharistia ad cōmunicandum infirmum, quia tamē male posset seruari, si esset necessarium seruari Eucharistiā sub vtraque specie: quia vinū statim corrūpit, vel cito fit acetum, & tunc oriūtur frequētē dubiū si manet sacramētū, aut nō.

TER TIA ratio est: quia illi, qui seruant duobus ecclesijs in pagis cum in vtraque non habeant Eucharistiam, oportet, quod deferant Eucharistiam ad infirmū alterius pagi, ad quē nō possit deferre Eucharistiā sub specie vini nisi cū magno piculō.

Q. VARTA ratio est, quam ponit Albertus magnus in tractatu de corpore Christi, & tangit illam. S. Tho. supra. q.15. quia sunt aliquæ regiones in quibus non est vinum. Ergo non posset ibi vīnum haberi ad cōmunicandum totum populum, si esset hoc necessarium.

d. if Q. VIN

QVINTA ratio est: quia sunt multi, qui nō possebunt bibere vinum: vt mulieres: & tales non possent cōmunicare sub specie vini, nisi cum magno periculo euomēdi, quod esset magna irreuerentia.

SEXTA ratio est ad euitādū errorem Nestorianorum, qui credebat, quod totus Christus nō est sub altera specie, sed sub vtraque simul.

SEPTIMA ratio est, propter conformitatem veteris legis cum noua: quia (vt habetur Leuitici. 16. & alijs locis) sanguis soluta spectabat ad sacerdotē principalem: carnes vero ad omnes filios Aarō. Ergo cum illud esset signum huius sacramenti, cōveniēter nunc sanguis solū spectat ad sacerdotes.

OCTAVA ratio est: quia oportet quod sacerdotes emineant in aliquo: ideo conuenienter habent hanc præminentiam super populum, scilicet, sumendi Eucharistiam sub vtraque specie.

NONA ratio est propter Bohemios, qui credūt, quod est necessariū cōmunicare sub vtraque specie: vt conuincātur de suo errore, & alij non inducantur in tantum errorem.

DECIMA ratio est propter cultum, qui soli Christo est tribuendus, & non speciebus, & qui necessario veller sumere vtranque speciem, aliquem cultū tribueret ipsis speciebus. Et Bohemij non possunt respondere ad primū rationem: quia non videatur, quod ipsi dent Eucharistiam patientibus nauis propter irreuerentiam. Ergo eodem modo nec debent cōmunicare sub vtraque specie propter irreuerentiam quae committitur in Eucharistiā, & ppter periculū effusionis. Constat igitur, quod prouide, prohibuit Ecclesia ne populus cōmunicet sub vtraque specie, & quod per hoc populus nō defraudatur in aliquo bono spirituali: quia totam gratiam recipit. Et ad illud quod quærebamus, an, scilicet, esset fructuosus ille potus, dico q̄d ita: quia pro tota refectione datur illa gratia, quæ datur pro sumptione sacramenti. Et si petas quando datur illagratia sacerdoti sumenti sub vtraque specie, an, scilicet, in principio quando sumit panem, an in fine quando sumit vinum consecratum.

DICO ad hoc prius, qđ iā diximus supra de hac re. Secundo dico, quod vtrumque est probabile, nē pe, quod datur in principio quando sumitur corpus: sed datur pro tota refectione, vel datur etiam in fine. Sed laicis datur tanta gratia quando sumunt corpus solum, quanta daretur si vtrumque sumerent. Sumit enim etiam tum sanguinem: licet non per modum potus.



EINDE considerandum est de v̄su huius sacramenti, quo Christus eo v̄sus est in prima sui institutione. Et circa hoc queruntur. 4.

PRIMO. Vtrum Christus sumpserit suū corpus & sanguinem.

SECVNDO. Vtrum Iudea dederit.

TERTIO. Quale corpus sumpserit, aut dederit. Vtrum, scilicet, passibile, vel impassibile.

QUARTO. Quomodo se habuisset Christus sub hoc sacramēto, si fuisse in triduo mortis reservatum aut consecratum.

Articul. primus.

Vtrum Christus sumpserit suum corpus et sanguinem.



D PRIMUM sic procedit. Videretur, quod Christus non sumpserit corpus suum & sanguinem. Non enim de factis Christi & diuersi asserti debet, quod auctoritate sacra scripturae nō traditur. Sed in Euāgelijs nō habetur, quod Christus corpus suum manducaverit, aut sanguinem suum biberit. Non ergo est hoc assertum.

PRÆTEREA. Nihil potest esse in se ipso, nisi forte ratione partium: prout scilicet, una pars eius est in alia: vt habetur. 4. Physi corum. Sed illud quod māducatur, est in māducante & bibete. Cum igitur totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti: videtur impossibile fuisse, quod ipse sumpserit hoc sacramentum.

PRÆTEREA. Duplex est sumptio huius sacramenti, scilicet spiritualis & sacramentalis. Sed spiritualis non cōpetebat Christo (quia nihil à sacramento accepit) & per consequens neque sacramentalis: quia sine spiritu li est imperfecta: vt supra habitum est. Ergo Christus nullo modo hoc sacramēto sumpserit.

SED

Quæstio xxii.

De modo quo Christus v̄sus est hoc sacramento.

SED CONTRA est, quod Hieronymus dicit ad Lesbiā. Dominus Iesu Christus ipse conuiauit cōmūnū, ipse comedēs, & qui comeditur.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt, quod Christus in cœna corpus & sanguinem suū discipulis suis tradidit: non tamen ipse sumpserit. Sed hoc non videtur conuenienter dici: quia Christus ea, quæ ab alijs obseruanda instituit, ipse primitus obseruauit. Vnde ipse prius baptizari voluit, quam alijs baptismum imponeret: secundū illud Actorum. 1. Cepit Iesu facere & docere. Vnde & primo ipse corpus suū & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit. Et hoc est: quod Ruth. 3. super illud, Cum & comedisset, & bibisset, &c. Dicit glosa, quod Christus comedit, & bibit in cœna, cum corpori & sanguinis sui sacramēti discipulis tradidit. Vnde quia pueri cōmunicauerunt carni & sanguini & ipsi participauit eiusdem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in Euāgelijs legitur, quod Christus accepit panem & calicem. Non est autem intelligendum, quod acceperit solum in manibus: vt quidā dicunt. Sed eo modo accepit, quo alijs accipiendum tradidit. Vnde cum discipulis dixerit, Accipite, & comedite, & iterū, Accipite & bibite: intelligendum est, quod ipse accipiens, comederit, & biberit. Vnde & quidam metrice dixerunt.

Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tenet in manibus; se cibat ipse cibus.

AD SECVNDVM dicendum, quod (siue supra dictum est) Christus secundū qđ est sub hoc sacramento, cōparatur ad locū, non secundū proprias dimensiones: sed secundū dimensiones specierum sacramentalium: ita quod in quocunque loco, ubi sunt illæ species, est ipse Christus. Et quia illæ species potuerūt esse in manibus & in ore Christi, ipse totus Christus potuit esse in manibus & in suo ore. Non autem hoc potuisse esse secundū quod cōparatur ad locū per proprias dimensiones.

AD TERTIVM dicēdū qđ (sic supra dictū est) effectus huius sacramenti, nō est solum augmentum habitualis gratiae: sed etiam quidam actualis delectatio spiritualis dulcedinis. Quāvis autem Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione hisius sacramenti: habuit tamē quādā spiritualis delectationem, in noua institutione huius sacramenti. Vnde ipse dicebat Luce. 22. Desiderio desideravi hoc Pascha māducare vobiscū. Quod Eusebius exponit de novo mysterio noui testamenti, quod tradebat discipulis. Et ideo spiritualiter manducavit, & similiter sacramentaliter, in quantum corpus suum sub sacramēto sumpsit: quod sacramentum sui corporis intellectus, & disposuit. Alter tanctis quāceteris sacramentaliter, & spiritualiter sumunt, qui augmentum gratiae suscipiunt sub sacramentalibus signis, quibus indigent ad veritatis perceptionem.

IN HOC articulo primo sunt duas conclusiones. Altera in corpore articuli altera ad. 3. argumētū. Prior est. Christus sumpserit corpus suū sacramentaliter. Secunda conclusio est. In illa sumptio ne non fuit ei augmentata gratia habitualis: sed habebat quādam delectationem spiritualē in noua institutione huius sacramenti. Et ista probantur in litera satis luculenter. ideo vide ibi.

SED non videtur quod. S. Tho. probet conclusiones prædictas: cum ad hoc non citet scripturas.

AD HOC dico, quod hoc pēdet ex historia Euāgelijs. Et quia ibi nō habetur quod Christus sumpserit corpus sacramentaliter: ideo Lutherus dicit quod non, quia Euāgelistæ non dicunt quod Christus sumpserit corpus suum. Sed hæc ratio nihil vallet: quia eodem modo probaretur quod nec Apostoli sumpserint: quia non dicunt Euāgelistæ, nisi vñus. s. Marcus, qui cap. 14. dicit. Bibiunt ex illo omnes. Non igitur vallet. Matt. Lucas. Ioan. non dicunt Apostolos sumpserint corpus Christi sacramentaliter. Ergo non sumpserunt.

SECVNDO. Hæc consequitio nulla est. Hoc non habetur in sacra scriptura. Ergo non est ita de fide. Quia (vt supra diximus. q. 5. articu. 2.) multa tenet Ecclesia in materia sacramentorum etiā tanquā de fide, quæ nō habentur in scriptura.

TAMEN doctores sancti, vt Chrysostomus super Matt. 26. & Egypcius super Leuiti. 8. c. Dicunt quod ita. Et Hieronymus in Epistola ad Eluidiam idem dicit: & habetur de cōscrta. d. 2. c. Nec Moy ses. Et cū. S. Th. tenet Alexāder de Alef. 4. p. q. 4. mēbro. 2. Et probatur. Quia Matth. 26. dicitur. Di d iii co au

eo autem vobis non bibam ammodo de hoc geni
mine vitis, vsque in diem illum, cū illud bibā vo
biscum nouum in regno patris mei. Ergo Christ
stus babit illud genimen vitis, quod alijs dabit.

Articu. secundus

Vtrum Christus dederit Iudæ corpus
suum.

D SECUNDVM. Sic pro
ceditur. Videtur quod Christus
Iudæ non dederit corpus suum. Ve
nim legitur Matth. 26. post
quam dedit Dominus corpus suum & sanguinem
discipulis: dixit eis. Non bibam ammodo
de hoc genimine vitis, vsque in diem illū:
cum illud bibam & vobiscum nouum in regno
patris mei. Ex quo videtur, quod illis quibus
corpus suum & sanguinem dederat: cū eo es
sent iterum bibit. Sed Iudas postea cū ipso
non babit. Ergo non accepit cū alijs discipulis
corpus Christi & sanguinem.

PRAETEREA. Dominus impleuit
quod præcepit: secundum illud Actuū. 1. Cæ
pit Iesus facere & docere. Sed ipse præcepit
Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Cū
ergo ipse cognoscet Iudam esse peccatorem:
videtur quod ei corpus suum & sanguinem
non dederit.

PRAETEREA. Christus speciali
ter legitur Iude panem intinctum porrexisse
Ioannis. 13. Si ergo corpus suum ei dedit, vide
tur quod sub bucella ei dederit: præcipue cum
legatur ibidem, quod post bucellam introiuit
in eum Sathanas. Vbi Augusti. dicit. Hinc
nos docemur, quam sit cauendū male accipere
bonum. si enim corripitur, qui non diuidicat
ideit, non discernit corpus Domini à ceteris ci
bus: quonodo non damnatur, qui ad eius men
sam fingens se amicum: accedit mimicus. Sed
cū bucella mentita nō accepit corpus Christi:
vt enim August. dicit super illud Ioā. 13. Cū
intinxisset panem, dedit Iude Simonis chario
ti: non vt putant quidā negligenter legentes,
sunt Iudas corpus Christi accepit. Ergo vi
-

detur, quod Iudas corpus Christi nō accepere
SED CONTRA est, quod Chrys. dicit.
Iudas particeps existens mysteriorum conser
sus non est. Vnde fit scelus eius: verique im
manius: tum quia tali præ oposito imbutus ad
diit mysteria: cū quia addies melius factus nō
fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

R ESPONDEO dicendū, quod Hilaris
posuit sup Matthæū, qđ Christus Iuda cor
pus suū & sanguinē dedit. Et hoc quidem
conuenies fuisse considerata malitia Iudæ. Sed
quia Christus nobis debuit esse exemplum iu
sticie, nō conueniebat eius magisterio: vt Iudæ
occultū peccatorē sine accusatore et euidēti pro
batione ab aliorū cōmunione separaret: ne p hoc
dareetur exēplū prælatis ecclesiæ similia facien
di, & ipse Iudas exasperatus inde sumere
occasione peccādi. Et ideo dicēdū est, qđ Iu
das cum alijs discipulis corpus Domini et san
guinem suscepit: vt dicit Dionysius in lib. Eccle
siastica Hierarchia, & Augusti. super Ioānē.

AD PRIMVM ergo dicendū, qđ illa est
ratio Hilarij ad ostendēdū qđ Iudas corpus
Christi nō sumpsit. Nō tamē cogit: quia Christ
us loquitur discipulis à quorū collegio Iudas
se separauit: nō autē Christus cū exclusit. Et
ideo Christus quātū est in se, etiā cū Iudæ vi
num in regno Dei babit. sed hoc cōmuniū ip
se Iudas repudiabit.

AD SECUNDUM dicēdū, qđ Chri
sto vota erat Iude iniquitas sicut Deo: nō autē
erat sibi nota per modū quo hominibus inno
scit. Et ideo Christus Iudam nō repulit à cō
munione: vt daret exēplū tales peccatores
occultos nō esse ab alijs peccatoribus expellēdos.

AD TERTIVM dicendū, qđ sine dubio
Iudas sub pane intincto corpus Christi nō sū
psit: sed simplicē panem. Significatur autē foras
sis (vt Augustinus ibidē dicit) per panis in
tinctionem fictio Iude: vt enim inficiant
ur nōnulla tinguntur. Si autē bonū aliquid
hic significat intinctio (s. dulcedine bonitatis di
uine: quia panis ex intinctione sapidor reddi
tur) idē bonū iegrati, nō immerito est sequentia
damna

dānatio. Et ppter hāc ingratitudinē id quod
est bonum, factum est ei malum: sicut accidit
circa sumēter corpus Christi indigne.

Et sicut Augus. ibidē dicit, intelligēdū est, qđ
Dominus iā anteā distribuerat omnibus disci
pulis suis sacramētū corporis & sanguinis sui:
ubi & ipse Iudas erat: sicut Lucas narrat.
Ac deinde ad hoc ventum est: ubi secundū
narrationem Ioannis Dominus per buccillam
rinctā atque porrectā suū exprimit pitorē.

IN HOC Secūdo articulo refert prius. S. Th.
sententiā Hilarij. Qui ad ppterā questionē res
pondit super Matth. Christū redēptorē nō dedi
se corpus suū Iudæ. Et diuus Tho. dicit qđ cōsyde
rata malitia Iudæ solū, conuenies fuisse, vnde Hy
larius motus fuit ad hoc dicēdū. Sed hoc nō obstā
te dicit. S. Tho. Iudæ cū alijs discipulis corpus &
sanguinē Domini suscepisse. Quod pbat prius te
stimonio dñi Chrysost. in argumēto in contra.
SECUNDO. Probat idē testimoniū diuī Diony
sij in lib. Ecclesiastica Hierarchia: & testimoniū
diuī Augustini super Ioānē.

TERTIO. Probat hoc ratioē in hūc modū. Chri
stus debuit nobis esse exēplū iustitiae, cū esset magi
ster & doctor totius veritatis. Ergo nō conueniebat
eius magisterio: vt Iudæ occultū peccatorē sine ac
cusatore & euidēti probatione ab aliorū cōmunione
separaret: ne p hoc daretur exēplū prælatis ec
clesiæ similia faciēdi, & ipse Iudas exasperatus ex
eo sumeret occasione peccādi. Ergo &c. Hec. S. Th.
ET hæc sententiā S. Tho est cōmanis & doctorū
scholasticorū, & sanctorū. Hoc ipsum dicit diuus
Hierony. super Marcū. 14. c. Vbi Marcus dixit Bi
berunt ex eo omnes. Quibus omnibus eg̃o subscri
bo: & probo pressius ex historia Euāgeli. Et prius
Matth. sic ait. c. 26. Vespere autē factō discubebat
cū duodecim discipulis suis, & edētibus illis dixit.
Amē dico vobis: quia vnuis vestru me tradidurus
est. Et infra coenātibus autē eis, accepit Iesus panē,
& benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, &
ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meū. Et ac
cipiēs calicē gratias egit: & dedit illis dices. Bibite
ex hoc omnes. Et ad hūc modū fere omnino eisdē
verbis referut Marcus & Lucas, ea qđ ad coenā
spectat. Vides hic primū omnes duodecim coenā
astitisse: & post modū (nulla prorsus ad huc de Iu
dæ recessu ad principes & sacerdotes mentione fa
ctā) subditur. Coenātibus autē eis (omnibus, scili
cet, duodecim) accepit Iesus panē: deditqđ discipu
lis suis. Quo loco cū nullus excipiatur, intelligē
dū est omnibus discipulis astātibus dedisse: ac ita
dedit Iude. Et hoc expressius cōuincit ex cali
cis distributione, vbi dicitur. Bibite ex eo omnes.
Ergo & Iudas babit, cū cū affuisse cōstat. Quod sibi
bit ex calice, cur nō etiā manducavit panē: cū etiā

in calice (vt ppterā ostēdimus) integra sit Christi
substāria, sicut in pane? Quod si adhuc cōtēdas lu
dā minime astitisse, dicās; cū coena facta, in qua
cū vnde decim fuerat, cōtinuo anē corporis cōsecra
tionē abiisse ad principes & sacerdotes; vt demo
do prodictionis eos cōueniret: & cū eis pasciscere
tur, atque ita nec corpus nec sanguinē (qđ alijs rece
perat) recepisse, hoc ex Ioāne facile cōuincit. Et
vt res sit apertior, hic cōsiderare oportet, qualiter
Christus (vt Ioānes testatur) bis ad coenam sedē
rit: ita vt prius coenā iuxta ritū Iudaicū, agnū Pas
chalē edendo fecerit. Huic coenā nullus dubitare
potest Iudæ affuisse: cū testetur Matth. Marc. & Lu
cas astitisse duodecim. Hac coena pfecta, surges
à coena lauit pedes discipulorū, cuius rei solus Ioā
nes meminit. Quod cū alijs euāgelistæ prætermise
rint, vix poterit quis ab eis edoceri, qualiter Chri
stus bis ad coenā sedērit: cū cōtinua narratione de
coena pfecta, nullū prorsus vnius ad alterā dis
crimē assignātes. Lotis igitur discipulorū pedibus,
iterū Christus rediit ad mēsam: quod Ioānes satis
aperte expressit dices. Postquā ergo lauit pedes eo
rū acceptū vestimenta sua, & cū recubuisse iterū di
xit eis. Scitis quid fecerit vobis? Et infra post hæc
cōmemorat bucellā dñi Iude: cū adhuc in mēsa
esset. Ex quibus verbis manifeste colliguntur Chri
stū bis ad mēsam coenātē recubuisse, semel ante
quā discipulorū pedes lauaret: atque iterū post quā
eorū pedes lauit. Et in hoc secūdo mēsa accubitu
Christus corpus suum discipulis dedit. De prima
coena est quod Matthæus, Marc. & Lucas aiunt,
vespere factō discubuisse, cū duodecim discipulis
suis: ad secūdā coenā post pedū lotionē factā expe
dit, quod dicūt. Coenātibus autē eis accepit Iesus
panē, & benedixit, atque fregit, deditque discipu
lis suis, & ait. Accipite & comedite. Hoc est cor
pus meū. In hac autē coena factū est, quod euāgeli
stæ referut Christū dixisse. Vnus vestrū me tradi
turus est. Atque postmodū, vt innotesceret Ioāni
traditore futurū Iudæ: dicūt panē intinctum Iude
porrexisse. Quod autē hæc in secūdā coena factā
fuerint in qua tuū corpus cōsecravit, aperte Ioānes
& Lucas testātur. Quod vero alijs euāgelistæ nar
rant, corporis Christi cōslationē, postquā dixe
rāt Christū dixisse, Vnus vestrum me traditurus
est: hoc est ex cōmuni modo loquēdi, quo sacræ li
teræ vtūtūr. Ut postquā generali locutione aliqua
enarrauerint iterū ad priora, que restabat clarus
discrendā redeant. Sic etiā Matthæus, Marc. & Lu
cas de hac coena tractātes, sub nomine vnius, qua
si vna sit (licet lotio pedū fuerit interiecta) conti
nua narratione ea quæ Christus dixit subiungūt:
nēpe, vnuis vestrū me traditurus est, & quæsequā
tur. At his enarratis ad coenātē historiā ex qua ali
qua prætermissa fuerāt redeentes subiungūt. Coe
nātibus autē eis accepit Iesus panē &c. ita vt ab il
lo loco quādā historiā retrocessionē factā agno
scas, nō autē cōtinuationē. Quod ex illa cōiunctione
apposita (videlicet, autē) suspicari licet. Nā si pse
d iiii cutio

critio illa esset historia, dixisset, coenantibus accepit Iesus patrem. At cum dixerit coenantibus autem eis, credendum est, historiam ad præterita, quæ dicenda restabant redire. Hæc autem ideo sic dixerui, ut iudee appareat, Iudam usque ad ultimam coenam suæ usque ad finem coenæ manuisse cum alijs undecim. Quo fit, ut si Iudas affuerit, manducauit etiam corpus Domini, & biberit eius sanguinem. præcipue cū Christus dixerit, Bibite ex eo omnes, & Marcus ita illos fecisse, quemadmodum Dominus præceperat, testatur dicens, Biberunt ex eo omnes. Huic autem sententia Lucas apertissime fauet, qui postquam verba consecrationis calicis dixerat, statim subiungit. Veruntamen manus tradentis me mecum est in mensa. Ex quibus verbis satis patet, Iudas fuisset presentes, cum Christus consecravit calicem, & tradidit discipulis. Et cum Marc. dicat, Biberunt ex eo omnes: conuincit etiam Iudam bibisse. Ne autem hæc ex nostro capite dieta videantur, sacros etiam in medium proferam autores: quibus in hac parte subscripti. Theophilactus super illud Matthe. 26. Coenatibus autem eis, accepit Iesus panem &c. sic ait. Apposuit autem vescentibus: ut ostenderet crudelitatem Iudei: quia in mensa & communione ciborum illius, quando & si fera fusset mäsueter se exhibuisset: tunc nec cū argueretur, intellexit. Sed & corpus illius gustas non poenituit. Hec Theophilactus. Et Chrysostom. in propria Homelia de preditione Iudei in eadem subserbit sententiā dicens. Fuit quidem aliquando Pascha Iuda: cum sed exemptum & euacuum est Paschæ spiritualis aduentu, quod Christus tradidit. Nam cum manducarent, inquit, & biberent, accepit panem, & fregit, & dixit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Agnoscat quod loquor, qui diuinis sunt consecrati mysterijs. Et iterum accepit calicem, & dixit, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat, ista Christo dicente. Iste est sanguis, dic Iuda, quem tragiata deuarij vendidisti: iste est sanguis de quo aate cum Pharisæis pascum fecisti? O Christi misericordia! O Iudei dementia. Illæ eum, 30. denarijs pasciscebatur, vt venaderet: & Christus ei sanguinem quem vendidit offerebat: vt haberet remissionem peccatorum. Hæc Chrysostom. Qui ex pœna asserit Iudam mensa dominice assedisse, Christumq. illi sanguinem suum tribuisse. Augusti. autem tot locis hanc sententiam repetit: ut nesciam quem illorum ceteris præferam. Nam omnes in medium afferre longum & superuacuum esset. Constat igitur Iudam corpus Domini manducasse, & sanguinem bibisse, Christo diceute, Bibite ex eo omnes. Sed his omnibus peractis, data fuit ei bucella non consecrata, vel panis intinctus: & tunc exiit à coena, & abiit ad principes & sacerdotes. Vnde omnia consonant.

SED quare Christus dedit corpus suum Iudei, cu

quod fecit, ne reuelaret peccatum Iudei, retinqueret exemplum prælati tegendi peccata subditorum. SED corra. Quia Iudas erat publicus peccator. Secundo. Christus prædidit Iudam cum dixit, Cui intinctum panem porrexero. &c.

AD HAEC dico, & ad primum, quod Iudas non erat publicus peccator: quia vt supra diximus, publicus peccator est, cuius tota vicinia est testis, vel est condemnatus a iudice, vel confessus in iudicio, vel conuictus testibus. Sed Iudas non erat talis: quia non dicitur publicus peccator, propterea quod decem vel viginti sciant. Vnde esto scirent discipuli Domini, non ideo dicebatur publicus peccator: esto scirent aliqui principes & sacerdotes.


AD secundum dicunt quidam, quod Christus solum dixit illud Ioanni qui non poterat vocare Iudeam, sed prodesse corrigo ipsum.

SECUNDO Christus sciebat illud peccatum esse manifestatum statim: ideo ipse non nocebat, esto per duas horas ante reuelaret.

TERTIO Christus sciebat, quod non recipere Iudas correptionem suam: ideo poterat dicere corram uno vel duobus, vel iudicibus, seu ecclesiis praesidentibus: sicut possunt alii puri homines in familiis euerteri.

Articulus tertius.

Vtrum Christus sumpscerit, & discipulis dederit corpus suum impassibile.



D T E R T I U M Sic dicitur. Videatur, quod Christus sumpscerit, & discipulis dederit corpus suum impassibile: quia super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos: dicit quædam Glosa. Illud corpus, quod habuit per naturam, dedit discipulis in carnatione mortale & passibile.

Et Leuit. 2. super illud. Si oblaorio tua fuerit de sartagine: dicit glosa. Crux super omnia fortis, carnem Christi, quæ ante passionem non videbatur nisi apta, post aptam fecit. Sed Christus dedit corpus suum, ut aptum ad manducandum. Ergo dedit tale quale habuit post passionem, scilicet, impassibile et immortalis.

P R A E T E R E A. Omne corpus passibile, per contactum & manducationem patitur. Si ergo corpus Christi erat passibile, per contactum

Etiam.

Etiam & consummationem discipulorum, passum fuisset.

P R A E T E R E A. Verba sacramentalia non sunt modo maioris virtutis, quando proferuntur a sacerdoce in persona Christi, quam tunc quando fuerunt proferata ab ipso Christo. Sed nunc virtute verborum sacramentalium in altari consecratur corpus Christi impassibile & immortale. Et ego multo magis tunc.

S E D C O N T R A est, quod sicut Innocentius. 3 dicit. Tale corpus tunc dedit discipulus, quale habuit. Habuit autem corpus passibile & mortale. Ergo corpus passibile & mortale discipulus dedit.

R E S P O N D E O dicendum, quod Hugo de sancto Victore posuit, quod Christus, s ante passionem diversi temporibus, quatuor doles corporis glorificati assumperit, scilicet, subtilitate in nativitate, quando exiit de clauso vetero Virginis, agilitatem: quando ambulauit siccis pedibus super mare, claritatem in transfiguratione: impassibilitatem in cena: quando corpus suum discipulu tradidit manducandum. Et secundum hoc dedit discipulus suis corpus suum impassibile & immortale.

S E D quicquid sit de alijs (de quibus supra dictum est, quid sentiri debeat) circa impassibilitatem tamen: impossibile est esse, quod dicitur. Manifestum est enim, quod idem corpus Christi erat, quod a discipulis tunc impræpria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur. Non autem erat impassibile secundum quod in propria specie videbatur: quinimo erat passioni paratus: Unde nec ipsum corpus Christi, quod in specie sacramenti dabatur: impassibile erat. Impassibili tammodo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile:

sicut inuisibiliter, quod ipse erat inuisibile. Sicut enim visio requirit contactum corporis quod videtur ad circumstantia medium visionis: ita passio requirit contactum corporis, quod partitur ad ea quæ agunt. Corpus autem Christi secundum quod est sub sacramento non comparatur ad ea, quæ circumstantia mediabitibus proprijs dimensioni

prædictum est) non comparatur ad ea quæ circumstant: mediabitibus proprijs dimensionibus, quibus corpora se tangunt, sed mediabitibus dimensionibus specierum panis & vini. Et ideo species illorum sunt quæ patiuntur, & videntur, non autem ipsum corpus Christi.

A D P R M V M ergo dicendum, quod Christus dicitur, non dedisse corpus suum mortale & passibile: quia non dedit mortali & passibili modo. Crux autem fecit carnem Christi upam manducacioni: in quantum hoc sacramentum representat passionem Christi.

A D S E C V N D V M dicendum, quod ratio illa procederet, si corpus Christi, sicut erat passibile: ita passibili modo fuisset subsacrameto.

A D T E R T I V M dicendum, quod (sic ut supra dictum est) accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento ex reali concomitancia non autem ex ratione sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi. Et ideo virtus verborum sacramentalium ad hoc existent, ut sit sub sacramento corpus Christi, scilicet, quibusunque accidentibus realiter in eo existentibus.

IN HOC tertio art. prius refert. S. Tho. sententia Hugonis circa propositum dubium, Quæ erat, quod Christus redemptor noster in cena assumptus impassibilitatem: & ita dedit corpus suum impassibile discipulis.

S E C U N D O S. Tho. reprehendit hanc, & ponit in sententia alias propositiones, quarum prima est. Christus redemptor noster sumpsit corpus suum, & ille dedit discipulis suis passibile, quale tunc erat extra sacramentum. Probatur. Manifestum est, quod idem corpus erat quod in cena a discipulis videbatur: & quod sub specie sacramenti sumebatur. At non erat impassibile secundum quod in propria specie videbatur: immo erat passioni paratus. Ergo ipsum corpus Christi, quod sub specie sacramenti dabatur, erat passibile atque mortale.

S E C U N D A propositio est. Christi corpus erat sub specie sacramenti modo impassibili, quod in se erat passibile: sicut sub specie sacramenti erat modo inuisibili, quod in se erat visible. Hæc probatur. Sicut visio requirit contactum corporis, quod videtur ad circumstantias medium visionis: ita passio requirit contactum corporis, quod partitur ad ea quæ agunt. Sed corpus Christi secundum quod est sub sacramento non comparatur ad ea, quæ circumstantia mediabitibus proprijs dimensioni

sionibus, quibus corpora se tangant, sed medianis tibus dimensiōibus specierū panis & vini. Ergo species illæ sunt quæ patiuntur, & vidētur; & nō ipsum corpus secundū qd̄ sub speciebus erat. Ergo sic est modo impassibili. Hac. S. Th. Et p̄ hac sententia est Innocetius, ut citatur in argumēto in contra. HANC quæstionem huius articuli mouet Hugo de. S. Victore lib. 2. de sacramētis. p. 3. c. 3. Dicit tamen. S. Th. quod Christus dedit corpus suum passibile in coena, & sic suscipit. Et ita habet Magis. in. 4. d. 1. & Innocetius in suo lib. de officio missæ. Contrarium tamen dixit Hugo: nempe, quod dedit corporis suum impassibile. Sed verior est sententia. S. Th. quam etiam tenet glōsa. 1. Corinth. 11. & sufficienter probatur à. S. Thoma.

Articul. quartus.

Vtrum si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum, vel cōsecuratum, ibi moreretur.

DQ VARTUM. Sic proceditur. Videtur quod si hoc sacramētū tempore mortis Christi fuisset seruatum in pixide, vel ab aliquo Apostolorū consecratum non ibi moreretur. Mors enim Christi accidit per eius passionē. Sed Christus impassibili modo, etiā tūc erat in hoc sacramento. Ergo non poterat mori in hoc sacramento.

PR AETEREA. In morte Christi separatus fuit sanguis eius à corpore. Sed in hoc sacramēto simile est corpus Christi & sanguis. Ergo Christus in hoc sacramētonō moreretur.

PR AETEREA. Mors accidit p̄ separationē animæ à corpore. Sed in hoc sacramēto cōtinetur tā corpus, quā anima Christi. Ergo in hoc sacramētonō poterat Christus mori. **S**ED CONTRA est, quod idem Christus qui erat in Cruce, fuisset in sacramento. Sed in cruce moriebatur. Ergo et in sacramento cōseruato moreretur.

RESPONDEO dicendum, quod corpus Christi idem in substantia, est in hoc sacramēto & in propria specie; sed non eodem modo.

Nam in propria specie contingit circunstan-
cia corpora per proprias dimensiones, non au-

tem prout est in hoc sacramento: ut supradictum est. Et ideo quicquid pertinet ad Christum secundum quod in se est potest attribui ei & in propria specie, & in sacramento existē si: sicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & cetera huiusmodi. Quicquid vero conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existēti, non autem prout est in sacramento: sicut irrideri, conspuī, crucifigi, flagellari, & cetera huiusmodi. Vnde & quidā metrice dixerunt. Pixide seruato poteris sociare dolorem. Innatū: sed nō illatus conuenit illi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sic ut dictum est) paſſio cōuenit corpori paſſo per comparationem ad agens extrinsecū. Et ideo Christus secundum quod est sub hoc sacramēto pati non potest: tamen mori.

AD SECUNDV dicendū, quod (sic ut supra dictum est) sub specie panis est corpus Christi ex vī consecrationis. sanguis autem sub specie vni. Sed nunc quidē quando realiter sanguis Christi non est separatus ab eius corpore, ex reali cōcomitantia & sanguis Christi est sub specie panis simul cum corpore, & corpus sub specie vni simul cū sanguine. Sed si tēpore passionis Christi, quādō realiter sanguis fuit separatus à corpore Christi, fuisset hoc sacramētum consecratū: sub specie panis fuisset solum corpus, & sub specie vni fuisset solum sanguis.

ADTERTIVM dicendum, quod (sic ut supra dictum est) anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia nō est sine corpore non autē ex vī consecrationis. Et ideo si tunc fuisset hoc sacramētum conseruatum vel peractum, quando anima erat à corpore realiter separata, non fuisset anima Christi sub hoc sacramēto: non propter defēctum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

IN HOC articulo quarto sunt tres conclusio-
nes. Prima est. Corpus Christi idem in sub-
stantia est in hoc sacramēto Eucharistia, &
in pro-

in propria specie: sed nō eodem modo. Probatur. Quia in propria specie contingit circumstantia corpora per proprias dimensiones: nō autē prout est in hoc sacramento. Ergo &c. Et haec conclusio iam ex supra dictis satis constat.

SECVNDA p̄positio est. Quicquid pertinet ad Christū secundū qd̄ in se est, p̄t attribui ei in propria specie, & in sacramēto existēti: sicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & alia id genus. **T**ERTIA p̄positio est. Quicquid vero conuenit ei per comparationē ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existēti, sed nō prout est in sacramēto: sicut irrideri ex eo quod videtur, conspuī, crucifigi, flagellari, & alia huiusmodi. Probat has duas vtrias propositiones. S. Th. cōmuti nō dicto multorū sic dicentiū. Pixide seruato poteris sociare dolorem. Innatū: sed nō illatus conuenit illi. Ex quibus colligitur quod si Christus moreretur extra sacramētu etiā moteretur in sacramēto: si iā aliquod sacramētu esset cōsecatū. Probat. Quia cū sit idē numero corpus extra sacramētu & in sacramēto, cōstat qd̄ nō est possibile sine nouo miraculo, qd̄ anima separetur ab eodē corpore extra sacramētu. & qd̄ nō separetur in sacramēto. Et deniq; oīa absoluta qd̄ nō dicū respectum ad aliqd̄ extrinsecū, qd̄ conuenitē corpori Christi extra sacramētu: cōuenirē eidem in sacramēto, si corpus Christi est in sacramēto, & extra sacramētu. Secus si solum esset in sacramento: quia potuit corpus Christi prius diuina potentia incipere esse in sacramēto, quā in vtero Virginis, vel extra sacramētu: ut supra diximus. q. 14. ar. 5. Et tūc ibi nō poterat occidi aut pati: prout in sacramento est.

COLLIGITVR secundo, quod si corpus Christi flagellaretur, vel occideretur extra sacramētu, aut vulneraretur: esset vulneratū, mortuū flagellatū in sacramento. Sed nō potest flagellari, nec occidi, aut vulnerari in sacramento: quia est ibi per modum nudæ substantiæ: ut supra exposuimus. **C**OLLIGITVR tertio, qd̄ ex lege Christi corpus sacramētū ponitur in sacramēto tali quale est à parte rei extra sacramētu: si passibile passibile, sigloriosum ut nunc, gloriosum.

DUBIUM primū

VBITATVR prius, an adorās Eucharistia, & quia non potest recipere recipiat gratiam ex opere operato.

AD HOC dico, quod nō: quia Dominus solū promittit gratiā māducātibus Iōā. 6. Vnde male faciūt presbyteri qui ex quacūque causa facili negat in firmis Eucharistia sumēdā: sed solū dāt adorādam. Sed debent sedulo aduertere, & si causa sit tāta, ita quod inde sequatur aliqua irreuerētia sacramēto: tūc nō detur Eucharistia infirmo. Si aut nō sit tāta deberet ad ministrariē infirmi amittant gratiam illam quæ datur ex opere operato.

DUBIUM secundū

VBITATVR secundū, an omnes sumētes recipiant aqualem gratiam ex opere operato,

quid sit ex parte devotionis.

Quæstio XXII.

De ministro huius sacramenti.



EINDE considerandum est de ministro huius sacramenti. Et circa hoc queruntur decem.

PRIMO. Utrum consecrare hoc sacramen-
rum sit proprium sacerdotis.

SECUNDO. Utrum plures sacerdotes si-
mul possint eandem hostiam consecrare.

TERTIO. Utrum dispensatio huius sacra-
menti, pertineat ad solum sacerdotem.

QUARTO. Utrum liceat sacerdoti con-
secranti abstinerre à communione.

QUINTO. Utrum sacerdos peccator posse
confidere hoc sacramentum.

SEXTO. Utrum missa malis sacerdotis mi-
nus valebat, quam boni.

SEPTIMO. Utrum heretici, cōsmatici, vel
excommunicati possint confidere hoc sacramētu.

OCTAVO. Utrum degradati.

NONO. Utrum peccant à talibus communio-
nem recipientes.

DECIMO. Utrum liceat sacerdoti omni-
no à celebrationē abstinere.

Articul. primus.

Utrum consecratio huius sacramenti
sit propria sacerdotis.



DPRIMVM sic proce-
ditur. Videtur quod conse-
cratio huius sacramenti, nō
sit propria sacerdotis. Dicitur
est enim supra, quod hoc sa-
cramētum consecratur virtute verborum,
que sunt forma huius sacramēti. Sed illa uer-
ba non

ba non mutantur, siue dicantur a sacerdote siue a quocunque alio. Ergo videtur, quod non solus sacerdos, sed etiam quilibet alius possit hoc sacramentum consecrare.

PRAETEREA. Sacerdos hoc sacramentum conficit in persona Christi. Sed laicus sanctus, est unitus Christo per charitatem. Ergo videtur, quod etiam laicus possit hoc sacramentum confidere. Vnde et Chrysost. dicit super Matth. qd' omnis sanctus est sacerdos.

PRAETEREA. Sicut baptismus ordinatur ad hominum salutem: ita et hoc sacramentum: sicut ex supradictis patet. Sed etiam laicus

potest baptizare: ut supra dictum est. Non ergo

est proprium sacerdotis confidere hoc sacramentum.

PRAETEREA. Hoc sacramentum per-

ficitur in consecratione materie. Sed alias ma-

terias cosecrare. scilicet chrisma, et oleum sanctum, et

oleum benedictum, pertinet ad solum Episcopum: quo-

rundamen consecratio non est tanta dignita-

tas: sicut consecratio Eucharistie, in qua est to-

eus Christus. Ergo non est proprium sacerdo-

tis: sed solus Episcopi hoc sacramentum confidere.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in quadam epistola, et habetur in Decretis.

d. 25. Ad presbyterum pertinet sacramentum corpo-

ris et sanguinis Domini in altari Dei confidere

RESPONDEO dicendum, quod (sic) su-

pradicatum est) hoc sacramentum est tanta di-

gnitatis, quod non conficitur, nisi in persona

Christi. Quicunque autem aliquid agit in perso-

na alterius: oportet hoc fieri per potestatem ab

illo concessam. Sicut autem baptizatio concedi-

tur a Christo potestas sumendi hoc sacramen-

tum: ita sacerdoti cum ordinatur confertur potestas

hoc sacramentum cosecandi in persona Christi.

Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus

dictum est a Domino. Hoc facit in mea com-

morationem. Et ideo dicendum est, quod pro-

prium est sacerdoti, confidere hoc sacramentum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod

virtus sacramentalis in pluribus consistit, et

non in uno tantum. sicut virtus baptismi co-

stitu in ipsis verbis et in aqua. Vnde et con-

tus consecratio non solum consistit in ipsis ver-
bus: sed etiam in potestate sacerdoti tradita in
sua consecratio et ordinatione: cum ei dici-
tur ab Episcopo, Accipe potestatem offeren-
di in ecclesia sacrificium, et p. tuus, quia p. mor-
tuis. Nam et virtus instrumentalis in pluribus
instrumentis consistit, p. que agit principale ages.

AD SECUNDUM dicendum, quod lai-
cus iustus unitus est Christo unitione spiri-
tuali per fidem et charitatem: non autem per
sacramentalis potestatem. Et ideo habet spi-
rituale sacerdotium ad offerendum principa-
les hostias: de quibus dicitur in Psal. Sacrificium
deo, spiritus contributatus, et Romanorum. 13.

Exhibeatis corpora vestra hostias viven-
tem. Unde et 1. Petri. 2. dicitur, Sacerdotium
sanctum, offerre spirituales hostias.

AD TERTIUM dicendum, quod perce-
ptio huius sacramenti, non est tanta neces-
titatis, sicut perceptio baptismi: ut ex supradi-

ctis patet. Et ideo licet in necessitatibus articulo
laicus possit baptizare: non tamen potest hoc
sacramentum confidere.

AD QUARTUM dicendum, qd' Episco-
pus accipit potestatem, ut agat in persona Christi
super corpus eius mysticum. 1. sup Ecclesiastis, quia
quidem potestate non accipit sacerdos in sua con-
secratio: licet possit ea habere ex Episcopi com-

missione. Et ideo ea que non pertinet ad disposi-
tionem corporis mystici, non reseruantur Episcopo
sicut consecratio huius sacramenti. Ad Episcopum:
p. vero pertinet tradere, non solum populo, sed
etiam sacerdotibus ea ex quibus possunt propriis
officiis usi. Et quia benedictio chrisma et

oleum sanctum, et oleum infirmorum, et aliorum que con-
secratur (puta altaris, Ecclesiastis, vestium et uia-
torum) pertinet quidam idoneitate ad sacramenta
perficienda, que pertinet ad officium sacerdotum.

Ideo tales consecrationes Episcopo reseruantur,
tanquam principi totius Ecclesiastici ordinis.

IN HOC primo arti. ponitur sola una conclu-
sio, que sic habet. Proprium est sacerdotum co-
secrare hoc sacramentum. Hec probatur prius testimonia
Isidori, qd' deluptum est ex quadam sua epistola, & ha-
betur in Decretis. d. 15. c. Perleonis, vbi sic dicitur:

Ad presby-

Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis
& sanguinis Domini in altari Dei confidere.

SECUNDUM probatur ad hunc modum. Hoc sacra-
mentum est tanta dignitatis, quod non conficitur, ni-

si in persona Christi. At quicquid in persona alterius sic, oportet illud agere per potestatem ei ab illo

cōcessa, & sacerdotes conficiunt hoc sacramentum
in persona Christi. Ergo eis conceditur potestas,

cum ordinatur, ad hoc faciendum. Probatur hēc
ultimā consequentia: quia per hoc quod sacerdo-

tes ordinantur ponuntur in gradu eorum, quibus

dictum est a Domino. Hoc facite in meā com-
memorationem. Ergo &c. H. c. S. Tho.

DE CONCLUSIONE. S. Tho. nempe, quod ad solos sa-
cerdotes spectet consecrare venerandum hoc sa-
cramentum, non potest dubitari a fidelibus, nec
vñquā fuit dubitatum, nisi ab hereticis. Probatur
hoc: quia sic est diffinitum in cap. Firmiter, extra
de summa trinitate & fide catholicā.

ET CONFIRMATUR ex significacione nominis: quia
sacrificus vel sacerdos dicitur a sacrificando. Ergo
soli sacerdotes possunt sacrificare confidendo cor-
pus Domini.

SED dubitatur a Luthero & alijs hereticis, quid
intelligatur per sacerdotes. Ad quod ipsi heretici
respondent, quod omnes Christiani sunt sacerdo-
tes: & quod omnes possunt consecrare.

SECVNDUM. Dicunt isti heretici, quod non de-
bet esse gradus in Ecclesia: sed quilibet Christianus
est simplex sacerdos, tam foemina, quā viri.
Nituntur heretici probare hoc ex illo Petri in sua
canonica. c. 2. Vos autem (inquit) genus electū, re-
gale sacerdotium gens sancta, populus acquisicio-
nis. En. inquit Lutherus. Petrum dicētem totum
populum Christianum sacerdotes esse.

SECVNDUM. Apocal. 5. dicitur in persona omnium
Christianorum. Fecisti nos Deo nostro regnum, &
sacerdotes. Et ideo dicitur Apocal. 20.

TERTIO probatur hoc ipsum tali ratione. Om-
nes illi sunt sacerdotes, ad quos spectat prædicare
verbum Dei. Sed ad omnes Christianos spectat
prædicare verbum Dei. Ergo omnes sunt sacerdo-
tes. Minorem probat: quia Paulus primē ad Corin-
thios. 3. dicit de omnibus Christianis. Vnusquisque
que videat quemodo superaedificat, id est, quā do-
ctrinam superaddat ad doctrinam Christi, qui
est fundatū iactum, supra quod nullū aliud
pot poni. Ergo ad eos Christianos spectat docere.

QVARTO probat ex illo. Erūt omnes docibi-
les Dei. Iohann. 6. Vnde infert. Si omnes erunt doci-
biles: & omnes erunt doctores.

HIS non obstantibus, sententia. S. Tho. quā (vt di-
xit) est & fuit semper omnium fidelium, est de fi-
de. Et hēc sententia Lutheri est heretica. De quo
nos infra in materia de sacramento ordinis latius
tractabimus. Sed pro nunc probatur quod in Ec-
clesia sint gradus. Prius. In veteri testamento (vt co-
stat) erant gradus. Ergo etiam in novo sunt gradus
in hominibus. Consequentiam ostendo: quia lex

vetus erat imperfectior, & ea quae ibi erant figura
bat ea, qd' debebat esse in novo testamento. Ergo &c.

SECVNDUM. Ita dicit Dionysius in libro de Ec-
clesiastica Hierarchia, per totum.

TERTIO probatur hoc ex noua lege. Prius: quia quando Dominus dixit Petro Matthæi. 26. Tibi
dabo claves regni cœlorum, aliquid plus promi-
bat Petro, quam alijs babilonis & pastoribus. Ergo
aliquid potestatis habuit Petrus, habetque sui suc-
cessores, quod alijs non habent.

SECVNDUM probatur ex illo Lucæ. 12. Qnū
autem inducent vos in Synagogis, & ad magistra-
tus, & potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut
quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim
sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat
vos dicere. Ergo aliquid datum fuit Apostolis,
quod alijs non.

TERTIO. De Apostolis dicit Paulus. i. ad Corin-
th. 4. Sicut existimet homo, vt ministros Dei,
quod etiam dixit ad Romam. 10. Ergo sacerdotes sunt
ministri Dei, & non alijs, ad sacramentum non admis-
sionem.

QVARTO. Etiam de Apostolis dicit Petrus
prima canonica. capit. 4. Vnusquisque, sicut acce-
pit gratiam in alterorum illam administrantes,

sicut boni dispensatores multi formis gratia Dei.
Ergo non omnes Christiani sunt in eodem gradu
immo sunt distincti gradus in Christi Ecclesia.

QVINTO. Primæ ad Corinth. 12. late confusat

Apostolus prædictum Lutheri errorē, & assignat
multos fore gradus in ecclesia.

SEXTO. Qd' mulieres non possint prædicare
aut docere publice, docet Paulus. i. Corinth. 5. & ad
Titum. 3. Vbi dicit. Mulierem autem loqui in ec-
clesia non permitto. Ergo mulieres non sunt sa-
cerdotissimæ: peccat namque ad sacerdotes prædicare
qd' Paulus prohibet mulieribus. Ergo &c. Hec
ipsum, scilicet, quod mulieres non prædicent, docet
Paulus. i. Corinth. 14. Sicque sancti intellexerunt
semp. Et ita in concilio Cartaginensi. 4. & ita ha-
betur. 3. d. cap. Mulier.

ET AD illa quæ adducit Lutherus facilium est
respondere. Prius ad illud Petri, atque Apocalyp-
sis, quod nil aliud inde habetur, nec Petrus & Io-
annes aliud volebant, nisi quod populus Christianus
habet has duas dignitates: nempe, regalem, &
sacerdotalem: non tamen quod quilibet Christianus
est sacerdos: sed volebant dicere, quod in po-
pulo Christiano aliqui sunt reges & aliqui sacer-
dotes: itaque totus populus Christianus habet Re-
gem, vel regiam dignitatem, & habet sacerdota-
lem potestatem, sed non in omni individuo.

AD rationem autem manifeste sat is ex scriptu-
ris probauimus, non spectare ad omnes Christianos
nos docere, aut prædicare.

AD illud autem quod adducit ex Paulo. Vnusquisque
que videat quomodo superaedificat &c. dico qd'
Paulus monebat Christianos: vt viderent, quomo-
do operabantur super fidem quam receperant
de funda

de fundamento quod iam erat, quod erat Christus. Ex quo sensu nihil habet Lutherus. Nihil enim valit unusquisque videat quomodo operatur conformiter ad fidem Christi. Ergo omnes sunt sacerdotes.

SECUNDUM dico, quod etiam Paulus volebat dicere, quod unusquisque videret, quomodo super ædificat, docendo conformiter ad doctrinam Christi. Sed tunc loquendo de doctrina publica & per modum prædicationis intellegitur de solis sacerdotibus, qui ex officio habent prædicare, & non de omnibus Christianis. Si autem velis intelligere illud de omni doctrina priuata: tunc etiam non valeret consecratio. Unusquisque videat, quomodo super ædificat, i.e. quomodo loquitur, & docet sermonem familiari. Ergo omnes sunt sacerdotes. Ex quibus omnibus colligitur hereticos nulla in suo errore ratione, aut apparentia fulciri.

Articul. secundus

Vtrum plures sacerdotes possint unam eandem hostiam consecrare.

D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod plures sacerdotes non possint unam eandem hostiam consecrare. Dicitur enim supra, quod plures non possunt simul unum baptizare. Sed non minor vis est sacerdotis consecrantis, quam hominis baptizantis. Ergo etiam non possunt simul plures unam hostiam consecrare.

PRÆTEREA. Quid potest fieri per unum superfue fit per multos. In sacramentis autem nihil debet esse superfluum. Cum ergo unus sufficiat ad consecrandum, videtur quod plures non possint unam hostiam consecrare.

PRÆTEREA. Sicut dicit Aug. super Ioan. hoc sacramentum est sacramentum unitatis. Sed contrarium unitati videtur esse multitudo. Ergo non videtur conuenies esse huic sacramento, quod plures sacerdotes eandem hostiam consecrent.

SED CONTRA. est, quod secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum, sacerdotes cum de novo ordinantur, concelebrant Episcopo ordinanti.

RESPONDÉO dicendum, quod (sicut dictum est) sacerdos cum ordinatur, constitui-

tur in gradu eorum, qui a domino acceperunt potestatem consecrati in cena. Et ideo secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum, sicut Apostoli Christo cœnati concenauerunt: ita noui ordinati. Episcopo ordinanti concelebrant. Ne propter hoc iteratur consecratio super eandem hostiam: quia (sicut Innocentius dicit) omni intentione debet ferri ad idem instantes consecrationis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Christus non legitur simul baptizasse cum Apostolo quando iniunxit eis officium baptizandi.

Et ideo non est similia ratio.

AD SECUNDUM dicendum, quod si quilibet sacerdotus operaretur in virtute propria superfluerent alii celebrantes uno sufficienter celebrare. Sed quia sacerdos non consecrat nisi in persona Christi: multi autem sunt omnes in Christo: ideo non refert utrum per unum aut per multos hoc sacramentum consecretur: nisi quod oportet ritum Ecclesia seruari.

AD TERTIUM dicendum: quod Eucharistia est sacramentum unitatis Ecclesiastica, quae attenditur secundum hoc, quod multis sunt unum in Christo.

TIN HOC. et. ar. sunt duas conclusiones. Prima est. Secundum consuetudinem quarundam Ecclesiarum sicut Apostoli Christo cœnati concenauerunt: ita noui ordinati Episcopo ordinanti concelebrant. Hæc probatur: quia sacerdos cum ordinatur constituitur in gradu eorum, qui a domino acceperunt potestatem consecrandi in cena.

SECUNDA conclusio est: Propterea quod multi sacerdotes consecrent unam & eandem hostiam non iteratur consecratio super eandem hostiam. Probatur testimonio Innocentij tertij dicitur, Omnia consecrantium intentionem debere ferri ad idem instantes consecrationis.

Hæc materia tractatur a Mag. in. 4. d. 13. Et videtur quod non possint multi sacerdotes eadē hostiam consecrare: quia frusta multiplicatur causa: vbi una sufficit. Hæc questione mouetur propter hoc: quia quādō creatur sacerdotes de novo in aliis Ecclesijs omnes consecrati cū Episcopo. Ad quā questionē dicit. S. Th. quod plures sacerdotes possunt eandem hostiam consecrare. Et hæc est sententia Innocentii in lib. de Officio missæ cap. 9. & c. 20. in p. 3. Et in Missali Romano dicitur. Episcopus legat alterum Canonem & sacerdotes sequantur.

HIC sunt duo dubia. Primita est an sit pos-

AD hoc

AD hoc dico quod ita: Nec est dubitandum: quia ibi est debita materia et forma, & intentio. Ergo fit consecratio, si simul sacerdotes proferunt illa verba. **SECUNDUM** probatur: quia ex communione sententia Theologorum plures possunt unum baptizare, si qui liber dicat verba & lauet baptizandum. Ergo plures possunt eandem hostiam consecrare, si quilibet simul cū aliis dicat verba consecrationis, & simul finiat prolationem verborum.

Dubium secundum

SECUNDUM dubium est, an isti qui de nomine creatur sacerdotes consecrent. Videtur, quod non: quia non possunt omnes simul proferre verba. Ergo qui prius profert consecrat, et non aliis. DICO quod de hoc sunt opiniones. S. Th. dicit, quod ita: quia in intentio illorum presbyterorum est consecrare, quando Episcopus consecrat. ET hoc dicit Palud. d. 13. in. 4. q. 4. Durā, tamen in. 4. d. 13. q. 3. dicit, quod est mala consuetudo, Rich. autem d. 13. ar. 2. q. 1. ponit utrumque modum. Ad argumentum tamen respondet Palud. quod Dominus qui est in sacramentis principalis causa consecrat prolatione verba pro ultimo instanti principalis prolationis omnium: & tunc producit effectum verborum. Et ideo omnes consecrant: licet parum antea, aut parum postea, proferant verba.

SED melius dicit hic Caie. in suis Commentarijs, quod qui simul proferunt cū Episcopo consecrant: alii autem, qui post proferunt, nihil faciunt. Et idem dicit Palud. licet loquatur latius quā Caie. Et si dicimus, quod hoc est contra. S. Th. dico quod non est: quia sic intellexit. S. Th. Et nec proferentes verba, ante vel post Episcopum sunt sacrilegi: quia soluta intendunt consecrare cum Episcopo.

SED quo ad istam intentionem videntur Caie. & Palud diversi. Vicit nanque Caie. quod tales nec debent velle consecrare, nec non consecrare: sed in generali debent intendere, quod intendit Ecclesia. Et ita in aliquibus aliis in quibus non est certa, quā debeamus habere intentionem. Sed licet hæc opinio sit probabilior, si quod proferentes verba ante, vel post Episcopum non consecrat potest tamē defendi opinio. S. Th. in sensu in quo defendit Palud, nepe, quod omnes consecrati. Et ad argumentum dico (ut dictum est de baptismate) quod non requiritur si multas naturalis: sed sufficit simultas humana & scibilis.

SED contra. Ponamus, quod quidam illorum sacerdotum proferat verba ante Episcopum. Talis consecrat. Ergo Episcopus postea non consecrat. AD HOC concessio antecedenti, negatur consequentia. Quia licet non sit simultas naturalis, est simultas humana & moralis quā sufficit.

SECUNDUM dico, quod verum est, quod in instanti ultimi prolationis primi proferentis ponit Deus ibi corpus suum. Sed non solum propter verba, solum prius proferentis: sed propter verba omnium concelebrantium. Et ita omnes consecrant.

TERTIUM. dico, quod Deus non ponit corpus figura ibi, nisi in ultimo instanti prolationis Episcopi.

copi: quia omnes illud intendebant.

DUBITATVR tertio, An possint plures sacerdotes consecrare eandem hostiam partialiter. Vnus unam medietatem, & alius aliam. Dubium tertium

AD HOC dico, quod si medietates sunt sensibili ter notatae possunt plures sacerdotes illam eandem hostiam consecrare partialiter. Si autem solum in confusa dicat, Volo ego consecrare medietatem, & aliis, volo etiam consecrare medietatem, nihil faciunt: quia intentione debet applicari in certam materiam, quod tunc non contingit. Vnde nec ille qui habet ante se plures formas intendens solum consecrare aliquas ex illis indiferenter, consecrat propter eandem causam.

SED contra, Ergo male facit ille, qui cum sibi dicuntur sunt quinquaginta forme intendit illas consecrare, & postea reperiuntur quinquaginta quinque.

DICO quod consecratis debet intendere consecrare totum, quod illic est, & non quinque vel octo tantum. Ideo non est scrupulus. Si autem intendenter consecrare indiferenter. scilicet & essent 55: nullæ esset consecrata propter dictam rationem. Ideo sacerdos quando habet multas hostias presentes: intendat consecrare omnes vel totum panem qui ibi est.

Articul. tertius.

Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.

DTERTIVM sic proceditur. Videtur quod non pertineat solum ad sacerdotem dispensatio huius sacramenti. Sanguis enim Christi non minus pertinet ad hoc sacramentum, quam corpus. Sed sanguis Christi dispensatur per Diaconos: unde & beatus Laurentius dixit beato Sixto, experire utrum idoneum ministrum elegeris, cui comisisti dominici sanguinis dispensationem. Ergo & par ratione dispensatio corporis Christi, non pertinet ad solos sacerdotes.

PRÆTEREA. Sacerdotes constituantur ministri sacramentorum. Sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiae: non in usu, ad quem pertinet dispensatio. Ergo videtur, quod non pertineat ad sacerdotem corpus domini dispensare.

PRAE

R A E T E R E A. Dionysius dicit in lib. ecclesiastica Hierarchie, quod hoc sacramentum habet perfectuam virtutem sicut et chrisma. Sed signare chrismatice baptizatos, non pertinet ad sacerdotem: sed ad Episcopum. Ergo etiam dispensare hoc sacramentum pertinet ad Episcopum: non ad sacerdotem.

S E D C O N T R A est, quod dicitur de consecra. d. 2. Peruenit ad nositiam nostram, quod quidam presbyteri laico aut feminæ corporis Domini tradunt ad deferendum infirmis. Igitur interdicit synodus, ne talis presumptio vel serius fiat: sed presbyter per semipsum infirmos communicet.

R E S P O N D E O dicendum, quod ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi: propter tria.

P R I M O quidem, quia (sicut dictum est) ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecravit corpus suum in cena: ita et alij sumendum dedit. Unde sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi: ita ad eum pertinet dispensatio.

S E C U N D O. Quia sacerdos constituiur medius inter Deum et populum. Unde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre: ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinatus, populo tradere.

T E R T I O. Quia in reuerentiam huius sacramenti, a nulla re contingitur nisi consecrata. Vnde et corporale et calix consecratur: et similiter manus sacerdotis ad tangendum hoc sacramentum. Vnde nulli alijs tangere licet, nisi in necessitate: puta si caderet in terram, vel in aliquo alio necessitatis casu.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod diaconus quasi propinquus ordinis sacerdotali, aliquid participat de eius officio: ut scilicet dispenset sanguinem, non autem corpus, nisi in necessitate iubente Episcopo, vel presbytero.

P R I M O quidem: quia sanguis Christi continetur in vase, unde non oportet quod tangatur a dispensante: sicut tangitur corpus Christi.

S E C U N D O. Quia sanguis designat redemptionem a Christo in populum derinaciam. Unde et sanguini admisceretur aqua: quae significat populum. Et quia diaconi sunt intersacerdotem et populum: magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quam dispensatio corporis.

A D S E C U N D U M dicendum, quod eiusdem est, hoc sacramentum dispensare et consecrare, ratione iam dicta.

A D T E R T I U M dicendum, quod sicut Diaconus in aliquo participat illuminatiuam virtutem sacerdotis, in quantum dispensat sanguinem: ita sacerdos participat perfectuam dispensationem Episcopi, in quantum dispensat hoc sacramentum, quo perficietur homo secundum se per comparationem ad Christum. Alio autem perfectiones quibus homo perficitur per comparationem ad alios: Episcopo reseruantur.

I N H O C articulo tertio sunt quatuor propositiones. Prima est. Ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi, id est, conferre sanctum sacramentum alijs, est sacerdotis ex officio, & non solum confidere idem sacramentum. Probatur prius de consecra. d. 2. cap. Peruenit: vt habes argumentum in contra.

S E C U N D O. Quia sacerdos consecrat, in persona Christi: vt in articulo primo huius questionis probatum fuit. At Christus sicut consecravit: ita ipsemet sumendum dedit. Ergo etiam sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi: ita ad eum pertinet dispensatio.

T E R T I O. Sacerdos constituitur medius inter Deum & populum. Ergo sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre: ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinatus populo tradere.

Q U A R T O. In reuerentia huius sacramenti a nulla re contingi debet nisi fuerit consecrata: vt sunt manus sacerdotis.

S E C U N D A propositio est. Corporalia, calix, & manus sacerdotis consecrantur, ad dignae tangentium hoc sacramentum.

T E R T I A propositio est. Nulli non sacerdoti licet tangere hoc venerandum sacramentum.

Q U A R T A propositio. In necessitate licet laicus tangere hoc sanctum sacramentum: vt si caderet in terram, aut combureretur ecclesia vbi est sacramentum, vel in alio simili necessitatis casu. Hoc. S. Thomas.

S E N T E N T I A S. Thomi. habetur cap. Peruenit de consecra. d. 2. Et extra de summa trinitate & fid. cath.

Dubium
primum.

fid. cath. cap. Firmicer. Et d. 93. cap. Non oportet. SED an hoc sit de iure divino, vel solum ex auctoritate ecclesiae?

DICO quod videtur esse de iure divino quantum ad administrationem: quia quantum ad consecrationem certum est quod est de iure divino, vt in articulo primo praecedente diximus. Quia sacerdotibus dictum est. Hoc facite in mea commemoratione. SED contra. Quia diaconus ministrabat sanguinem, quando populus comunicabat sub utraq; specie. AD hoc concedo cum. S. Tho. hic ad. 1. Quia officium diaconi est ministrare calicem & non corpus, cum non habeat manus consecratas. Vnde dico quod solus sacerdos est de se absolute & de iure divino ordinarius minister Eucharistie ad diaconum autem pertinet ex commissione, maxime in necessitate, cum non adest presbyter. Et tunc eriam sine commissione in tali necessitate poterit Diaconus administrare Eucharistie: vt dicit. S. Tho. in. 4. q. 1. q. 1. & Paludanus in eadem d. q. 1. in ultima parte questionis.

Dubium
secundum.

SED presente presbytero nolente administrare Eucharistiam aegroto, an possit Diaconus tunc administrare Eucharistiam?

AD HOC dico quod tunc Diaconus debet putare, quod presbyter habet causam negandi Eucharistie. Tamen si omnino constaret ei quod facit ex malitia, benefaceret administrando, sine scandalo tamen.

Dicitur tertio, an subdiaconus possit administrare Eucharistie, & alij gradus inferioris.

DICO quod non, cum non sit eis permisum ab ecclesia: quia non est debita reverentia. Nam sicut non esset debita reverentia consecrare sine ara & vestibus sacris: ita non esset debita reverentia, quod alius tangere Eucharistie prater eos quibus est permisum ab ecclesia, nepe, Diaconus & sacerdos. DVRANUS in. 4. d. 1. q. 4. refert, quod celebrantem Papa, quidam Cardinalis Diaconus comunicabat alios presbyteros Romam, & quod illa non erat bona consuetudo. Et si non erat necessitas, credo quod bene dicit Durandus. Et ita videtur dicere. S. Th. ad primum: vbi dicit, quod in necessitate iubete episcopo, vel sacerdote, Diaconus potest administrare Eucharistie. Vbi vides duo requiri ad hoc quod Diaconus possit ministrare Eucharistie, nepe, necessitate & commissione episcopi, vel sacerdotis.

SED contra. Quia Laicus posset leuare Eucharistie a terra, vel prohibere ne cadat. Ergo potest tangere Eucharistie.

AD hoc concedo antecedens. Nec tunc esset irreverentia: quod fit ad tollendum maiorem irreverentiam.

SECO contra, De Oza qui tetigit archam Domini, 2. reg. 6. & 1. para. 3. & propterea imperfectus est a domino. Sed maior reverentia debetur Eucharistie quam Archam. Ergo Laicus, etiam in necessitate, non potest tangere Eucharistie.

AD hoc dico quod non est simile. Quia Oza, aliunde habebat preceptum, quod nullo euentu tangenter. Dominus fecit illud ad terrorre populi: nepe praecepit: nul-

lus tangeret archam nisi soli sacerdotes?

SED an laicus tangere Eucharistie casibus sibi licitis alijs peccet mortaliter, si tangat in pecato mortali.

Dubium quartum

DICO quod videtur quod non, esto habeat tempus contendendi & confitendi, secluso contemptu: quia non tangit tamquam minister ecclesiae, sed tamquam supplices necessitate. Et supra in materia de baptismate dixit S. Tho. quod solus ille qui tamquam minister ecclesiae administrat sacramentum in mortali, peccat mortaliter, & non illi qui baptizant tamquam supplices necessitate. Sed de hoc supra diximus late.

Articul. quartus.

Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum.

Dicitur quod proceditur. Videtur quod sacerdos consacratis non teneatur sumere hoc sacramentum. In alijs enim consacrationibus, ille qui consecrat materiam, non utitur ea sicut episcopus consacratis chrysmano linitur eodem. Sed hoc sacramentum consistit in consecratione materie. Ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, non necesse habet uti eodem: sed potest licet a sumptione eius abstinere.

P R A E T E R E A. In alijs sacramentis minor non praebet sacramentum sibi ipsi. Nullus enim baptizare potest se ipsum, ut supra dictum est. Sed sicut baptismus ordinate dispensatur: ita et hoc sacramentum. Ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, non debet ipsum sumere a se ipso.

P R A E T E R E A. Contigit quandoque, quod miraculose corpus Christi in altari appareat sub specie carnis, et sanguinis sub specie sanguinis, quae non sunt apta cibo et potu. Vnde sicut supra dictum est, propter hoc sub alias specie traduntur, ne sint horrori sumentibus. Ergo sacerdos consecrans: non semper tenetur sumere hoc sacramentum.

S E D C O N T R A est, quod in concilio Tolejanensi legitur, et habetur de consecra. d. 2. cap. Relatum. Modis omnibus tenendum est: ut quotiescumque sacrificans corpus Christi, et sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari

altari imolat: totiens perceptionis corporis et sanguinis Christi, participem se praebat.

R E S P O N D E O dicendum quod (sicut suum prae dictum est) Eucharistia non solum mensa sacra sacrificium. Quicunq; autem sacrificium offert, debet sacrificij fieri particeps: quia exterius sacrificii, quod offertur, signum est interioris, quo quis se ipsum offert Deo: ut Aug. dicit. 10. de cuncta. Dei. Unde per hoc quod participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium extensus pertinere.

S I M I L I T E R etiam per hoc quod sacrificium populo dispensat: ostendit se esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primo debet esse particeps: sicut Dionys. dicit in lib. de eccl. Hierar. Et ideo ipse ante sumere debet, quam populo dispenseat. Vnde et in predicto cap. legitur. Quale est sacrificium, cui nec ipse sacrificans, particeps esse dinoscitur. Per hoc autem fit particeps, quod de sacrificio si. in it secundum illud Apostoli 1. Corin. 10. Non ne qui edunt hostias: particeps sunt altaris? Et ideo necesse est, quod sacerdos quotiescumque consecrat, summat integre hoc sacramentum.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod consecratio chrysantis, vel cuiuscunq; alterius materia: non est sacrificium: sicut consecratio Eucharistie. Et ideo non est similis ratio.

A D S E C U N D U M dicendum, quod sacramentum baptismi perficitur in ipso: vix materie. Et ideo nullus potest baptizare seipsum: quia in sacramento non potest esse idem agens et patiens. Vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat seipsum, sed panem et vinum. In qua consecratione perficitur sacramentum. Vix autem sacramenti est consequenter habens ad hoc sacramentum.

A D T E R T I U M dicendum, quod si miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumendum. Dicit enim Hieronymus super Leui. De hac quidem hostia, quae

in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet. Nec propter hoc sacerdos transgressor efficitur: quia ea, quae miraculose sunt: legibus non subduntur. Consilendum tamen esset sacerdoti, quod iterato, corpus et sanguinem Domini consecraret, et surremet.

I N H O C . 4 . A R T I C U L O est unica conclusio, quia formaliter responderetur ad propositum dubium: quae sic habet. Necesse est q; sacerdos quotiescumque celebrat, sumat integre hoc sacramentum. Probatur prius in argumento in contra ex cōcilio toletano. Vide ibi.

S E C U N D O probatur ratione in hunc modum. Quicunque offert sacrificium: debet esse particeps sacrificij. At per hoc fit particeps, quod de sacrificio sumit. Ergo necesse est, quod quotiescumque sacerdos consecrat, sumat integre hoc sacramentum. Maior assūpta probatur multipliciter. Priusquia exterius sacrificium quod offertur, est signum interioris sacrificij, quo quis se ipsum offert Deo: ut Augustinus dicit. 10. de ciuitate Dei. Ergo per hoc q; participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium interior pertinere. Et confirmatur prædicta major quia per hoc quod sacrificium populo dispensat ostendit se esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primū debet esse particeps.

ET confirmatur. Quia sic dicit Dionysius in lib. ecclesiastice Hierarchie. Vnde prius sacerdotes debent sumere quando consecrant hunc sacramentum, quam populo dispensent. Et confirmatur prædicta maior quia in cōcilio Toletano titulatio argumento in contra, dicitur. Quale est sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Minor principalis rationis probatur, ex illo Apostoli priore ad Corinth. 10. Nonne qui edunt hostias particeps sunt altaris? Hac. S. Tho. Et ad. 3. argumentum ponit. S. Tho. aliam conclusionem: quod quando miraculose apparet caro aut sanguis in hoc sacramento, non est sumenda illa species quae sic apparet: sed sacerdos tunc debet alium panem & vinum consecrare. Sed hoc quod quando apparet caro aut sanguis ibi debet sacerdos consecrare alium panem & vinum, est de consilio: ut hic non sit Caietanus, & non de præcepto: quia qui facit illud trahit absoluere sacerdotem ab obligacione sumendi illud sacrificium. Et hoc idem videtur dicere diuinus Hieronymus: ut in litera Doctoris adducitur.

ET principalis conclusio. S. Tho. habetur de obsecra. d. 1. cap. Per acta consecratione. Vbi dicitur quod sic Apostoli statuerunt & in alijs cap. ut citat. S. Tho. Et ratio etiam est: quia Eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. SED an hoc sit de iure divino? Videtur quod ita cum solis sacerdotibus dictum sit in cena. Hoc fatus

facite in meā cōmemoratiōē. Et hoc cōmuniter dicunt Theologi in. 4. d. 12.

SED an sacerdos malus, nēpe in mortali consecrans, sacrificet, & an sumptio Eucharistie sit de necessitate sacrificij? DICO quod ita, licet sacerdos offerat ante quā sumat: quia offert quod nō est pfectū sacrificij. SED an cōsecratio sit de ratione sacrificij? Vide tur quod non, cū missa veneris sancti sit vera misa & verum sacrificij, & non sit ibi consecratio. Vnde colligo nunquam licere sacerdotibus consecrare sacramentū hoc, quin illud sumant: cū nō solum sit sacramentum, sed etiam sacrificium: contra Maiorem: ut supra disputationis.

consecrationē huius sacramenti: cum scriptū sit Malachie. 2. Maledicā benedictiōibus vestris: et Dionysius dicit in epistola ad Demophilū monachū. Perfecte cecidit à sacerdoti talior ordine, qui nō est illuminatus: audax quidē nimis michi videtur talis sacerdota libus manū apponēs: audet immundas infamias (nō enim dīcō orationes) super diuinā symbola Christi formiter enunciare.

S E C U N D O contra est, quod Aug. dicit in lib. de corpore Domini. Intra ecclesiam catholica, in mysterio corporis et sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecranti, sed in verbo perficitur creatoris: virtute Spiritus sancti.

R E S P O N D E O dicendum quod sicut supra dictū est, sacerdos consecrat hoc sacramentū, non virtute propria: sed sicut minister Christi, in cuius persona hoc consecrat sacramentum. Non autem ex hoc ipso definit aliquis minister esse Christi, quod est melius: habet enim Dominus bonos et malos ministros, scilicet seruos. Vnde Matth. 24. dominus dicit. Quisputas est fidelis seruus et pruīes, &c. Et postea subdit. Si autē dixerit malus ille seruus in corde suo, etc. Et Apost. dicit. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet hō, ut ministros Christi, & tamen postea subdit. Nihil mihi conscientia sum: sed non in hoc iustificatus sum. Erat ergo certus se esse ministru Christi: tamen non erat certus se esse iustū. Potest ergo aliquis esse minister Christi: etiam si iustus non sit.

ET HOC ad excellētiā Christi pertinet, cui i sicut vero Deo seruunt, nō clumbona: sed etiam mala, quae per ipsius prouidentiā, in eius gloriā ordinātur. Vnde manifestū est, quod sacerdotes, etiā si non sint iusti, sed peccatores, possunt Eucharistia consecrare.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod Hieronymus, per illa verba improbat errore sacerdotū, qui credebāt se digne posse Eucharistiam consecrare, ex hoc solū quod sunt sacerdotes

dotes: etiā si sint pectores. Quod improbat Hiero. per hoc, quod maculosi accedere ad altare prohibetur. Nō tamē remouetur, quin si accesserint, sit verū sacrificiū, qd offerūt. AD SECUNDVM dicendū, quod ante illa verba, Gelasius Papa præmittit. Sacrosancta religio, que catholicā continet disciplinā, tantā sibi reverentia venducat: ut ad eam quilibet, nisi pura conscientia, nō audiat peruenire. Ex quo manifeste apparet, eius intentionis esse, quod peccator sacerdos non debet ad hoc sacramentū accedere. Unde per hoc, quod subdit. Quomodo celestis spūs aduocatus adueniet: intelligi oportet, quod nō aduenit ex merito sacerdotis: sed ex virtute Christi, cuius verba profert sacerdos.

AD TERTIUM dicendū, quod sicut eadē actio inquantū fit ex prava intentione ministri, potest esse mala: bona aut inquantū fit ex bona intentione Domini: ita benedictio sacerdotis peccatoris inquantū ab ipso indigne fit: est maledictione digna, & quasi infamia siue blasphemia, & nō oratio reputatur. Inquantū aut profertur ex persona Christi, est facta & efficax ad sanctificandū. Unde signanter dicitur. Maledicam benedicti onibus vestris.

IN HOC quinto articulo est vñica conclusio sic habens. Manifestū est, sacerdotes, etiā peccatores, posse eucharistiā consecrare. Hac probatur. Prius testimonio Aug. i libro de corpore Domini, qd habes in argumento in contra, vide ibi. SECUNDUM probat in ipso articulo eandē conclusionem ad hunc modū. Sacerdos cōsecat hoc sacramentū, non virtute propria, sed sicut minister Christi in cuius persona consecrat. At nō definit esse quis minister Christi, eo ipso qd est malus: quia Dominus habet bonos & malos ministros vel seruos. Ergo esto sit malus sacerdos cōsecrabit hoc sacramentum, si ētēt illud facere. Minorē probat multis testimonij sacrae scripturæ. Prius ex illo Mathei. 24. Vbi Dns dicit. Quis putas est fidelis seruus & prudens. &c. Et subdit. Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo. &c. Ergo colligitur, qd est seruus, & si malus.

SECUNDUM cōfirmat hoc ipsum ex Pau. i. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. Et tamen illico subiungit. Nihil mihi cōsciū sum, sed non in hoc iustificatus sum. Ergo erat Paulus certus, qd erat minister Christi; & nō

erat certus, qd erat iustus. Ergo potest quis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. ET confirmatur: quia ad Christi excellentiā pertinet, qd ei tanquam vero Deo seruant, non solum bona, sed etiam mala: quia per ipsius prouidentiā in eius gloriam & iustitiam ordinantur.

HAE sententia. S. Tho. est certa & de fide, & opposita sententia est heresis. Vucleffi condēnata in concilio constantiens. Et probatur: quia alias esset ecclesia in magno periculo idolatrati: cū nulli constet, an sit in gratia, vel non. Omnes etiā consecrantes exponerent se periculo idolatrati: quia si sunt in mortifero peccato, non cōsecerat secundum prædictam heresim.

SECVNDUO. Sicut lex naturalis nō variatur propter malos: ita nec variatur lex euangeli propter malos. Et oppositū fuit etiā error Donatistarū: ut beatus August. refert de baptismo lib. 5. cap. 25. & Chrysostomus super Ioannē. Et pro hoc etiā est Aug. contra Pitilianū. Et quia nos supra, cum ageremus de baptismo, latius hoc ipsum tractamus: ideo hic nō repetemus plura. Sed nota, quod quando. S. Tho. dicit, qd malus minister potest cōsecre hoc sacramentū: intelligit, i. si faciat, factū tenebit. Sed absolute dicendū est, quod nō potest: quia peccat mortifere consecrando in lethali peccato. Et id posse dicimur, quod licite possumus.

Articul. Sextus.

Vtrū missa mali sacerdotis minus valeat, quam missa sacerdotis boni.

D SEXTVM Sic proceditur. Videtur quod missa sacerdotis mali non minus valeat quam missa sacerdotis boni. Dicit enim Gregorius in Registro. Heu, in quā magnū laqueū incident, qui diuina & oculata mysteria, plus ab alijs sanctificata posse fieri credūt: cū unus idemq. Spiritus sanctus ea mysteria occulte atq. inuisibiliter operando sanctificet. Sed hæc occulta mysteria celebrantur in missa. Ergo missa mali sacerdotis non minus valeat, quam missa boni.

PRÆTEREA, Sicut baptismus traditur à ministro in virtute Christi, qui baptizat: ita hoc sacramentum in persona Christi consecratur. Sed non melior baptismus datur à meliori ministro: ut supra dictum est. Ergo etiāneq; melior missa est, que celebratur à meliori sacerdote.

PRÆ-

PRÆTEREA. Sicut merita sacerdotū differunt per bonum & melius: ita etiā differunt per bonū et malū. Si ergo missa, misericordia sacerdotis, est melior: sequitur quod missa mali sacerdotis sit mala. Quod est in conuenienter: quia malitia ministrorum nō potest redundare in Christi mysteria: sicut Augustinus dicit in lib. de baptismo. Ergo nec missa melioris sacerdotis est melior.

SED CONTRA est quod habetur in decretis. i. q. i. Quāto sacerdotes fuerint digniores, tanto faciliter in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

RESPONDEO dicendū, quod in missa dico est considerare. si sum sacramentum, quod est principale: & orationes quae in missa sunt pro viuis & mortuis. Quāto ergo ad sacramentū non minus valet missa sacerdotis mali, quam boni: quia utrobiq; idem conficitur sacramentum.

ORATIO etiam quae fit in missa, potest considerari dupliciter. Unomodo inquantū habet efficaciam ex devotione sacerdotis orantis. Et sic, non est dubium, quod missa melioris sacerdotis magis est fructuosa.

ALIO modo inquantū oratio in missa profertur à sacerdote in persona totius ecclesie, cuius sacerdos est minister. Quod quidē ministerium etiā in peccatoribus manet: sicut sacerdotia dictum est de ministerio Christi. Unde, etiam quantū ad hoc, est fructuosa, nō solū oratio sacerdotis peccatoris in missa: sed etiā oēs eius orationes quas facit in ecclesiasticis officijs, in quibus gerit personā ecclesie, licet orationes eius priuatae nō sint fructuose: sed cū illud Prover. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Hec. S. T. HIC prius nota ex Caie. in suis commentarijs super hunc articulum circa illud, quod dicit. S. Th. quod oratio dicta in missa à malo sacerdote in persona ecclesie est fructuosa. Videtur quod respondeat insufficienter: quia respondeat minus, quā petitur. Petebatur namq; an esset tā fructuosa, sicut si diceretur à bono ministro.

AD SECUNDUM dicendū, quod in sacramēto baptisminon sunt solēnes orationes pro omnibus fidelibus, sicut in missa. Et ideo quantū ad hoc nō est simile. Est autē si

mile quantū ad effectum sacramenti. **AD TERTIUM** dicendū, quod per virtutē spūs sc̄i (qui per unitatē charitatis comunicat in uice bona membrorū Christi) fit, quod bonū priuatū, quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosa alijs. Malū autē priuatū unius hominis nō potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum: ut Augustinus dicit in lib. contra Parmenianum.

IN HOC sicut est vñum notabile & conclu- siones. Notabile est, quod in missa sunt cōsidēranda duo. Nempe ipsius sacramētum, quod est principale. Secundum est orationes quae in missa sunt pro viuis & mortuis.

HIS notatis est prima conclusio. Quantum ad sacramentum, non minus valet missa sacerdotis mali, quam boni. Probatur: quia utrobiq; idem conficitur sacramentum. Quo ad orationes autē, quae sunt in missa, est notandum, quod possunt etiā duplicitē considerari. Vno modo quatenus habet efficaciam ex devotione sacerdotis orantis: alio modo quatenus oratio in missa profertur à sacerdote in persona totius ecclesie, cuius sacerdos est minister. Quod ministerium etiā manet in peccato ribus: sicut supra dictū est de ministerio Christi. ET tunc est secunda conclusio. Missa melioris sacerdotis est fructuosa, quam ad orationes quae in missa porrigitur, considerando orationes prædictas secundum quod habent efficaciam ex devotione ipsius sacerdotis orantis. Et hæc manifestior est, quam quod probatione indiget: quia orationes mali ministri nihil valent ex sola deuotione ipsius: quia non acceptantur à Deo.

TERCIA conclusio est. Orationes, quae sunt à malo ministro in missa & alijs diuinis officijs, quatenus profertur à tali malo ministro in persona ecclesie, sunt fructuosa. Potest hoc probari: quia exaudiuntur à Deo, quatenus representantur ex potestate ecclesie tradita huic sacerdoti orati. Deinde dicit, quod orationes priuatae mali sacerdotis non sunt fructuosa. Probatur hoc ex illo Proverbiorum. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Hec. S. T. HIC prius nota ex Caie. in suis commentarijs super hunc articulum circa illud, quod dicit. S. Th. quod oratio dicta in missa à malo sacerdote in persona ecclesie est fructuosa. Videtur quod respondeat insufficienter: quia respondeat minus, quā petitur. Petebatur namq; an esset tā fructuosa, sicut si diceretur à bono ministro.

AD HOC dico, quod intentio. S. Tho. est, quod est tā fructuosa, sicut si dicatur à bono ministro. Ratio est: quia ministerium in persona ecclesie nō est minus fructuose in suo gradu, quam in persona Christi in suo. Sed in persona Christi tantum valet dicta à malo quanto à bono ministro.

vt dicit S. Tho. quod missa quatenus sacramen-
tum tantum valet a malo dicta, quantum à bono
Ergo in persona ecclesie,
S E D dubitatur, absolute loquendo sine distin-
ctione, an plus valeat missa boni, quam mali sa-
cerdoris.

D I C O quod plus valeat missa boni: quia mis-
sa dicit multa s. sacrificium & orationes, &c.
& hoc dicit S. Tho. & Palu. 4. d. 13. q. 1. art. 3. Idē
Scotus 4. d. 13. q. 2. & Caiet. hic. Sed Scotus dif-
fert a S. Tho. in hoc: quia S. Thom. dicit, quod
oratio mali ministri in persona ecclesie dicta,
tantum valet, sicut oratio boni, secus autem de
priuata oratione. Scotus tamen dicit, quod nō:
licet dicatur a malo ministro in persona eccl-
esiæ. Et probat quia meritum nō datur commu-
ne & abstractum, sicut chimera. Ergo oportet,
quod sit alicuius partis ecclesie. Sed non est ma-
li illius ministri: qui ille cum sit malus nō me-
retur. Et est boni, ergo plus valet, etiā in perso-
na eccl-
esiæ, oratio boni ministri: quia est meri-
toria: & non oratio mali.

A D hoc dico, quod verum est, malum nō me-
rei ex propria persona. Sed orationes ab ipso in
persona eccl-
esiæ oblate, sunt meritoria media-
te. quia aliquando propter illas orationes dat
Deus alibi, pro quo porrigitur, aliquem bo-
num actum meritorium, quem alias non daret.
Vel dicendum, quod ille orationes sunt satissa-
ctioriae immediate, & fructuose, ratione partiū
eccl-
esiæ viuarum, itaque propter alios iustos &
viuetes, orationes cōmunes mali ministri acce-
ptātur. Vnde, qui petit missam, querat sacerdo-
tem iustum & sanctum: quia habebit longe ma-
iorem fructum & satisfactionem.

CIRCA materiam huius articuli, & quia s̄pē
S. Tho. dicit quod missa non solū est sacra-
mentū, sed etiā sacrificiū in animo est exponere: qd̄
sit sacrificium, & quomodo missa est sacrificiū,
& quid significant ea quā in missa aguntur. &
dicuntur. Et spero, quod erit adeo utilis, atq; io-
cundus tractatus, quod non pigebit lectore eū
perlegere, & s̄pē reuelare. In quo tractatu-
tor frequētius hoc nomine missa, eo quod à san-
ctis ex Hebræis sit mutuatum, & in lingua lati-
na receptum, & in conciliis patrum, ybi de vene-
rando Eucharistiæ sacramēto fit mentio, vīta-
tissimū. Ideo non est nomen barbarū: sicut non
nulli noui grāmatici putant: qui sacrificiū illud
quod sancti (vt dixi) vocant missam, dicunt sa-
crum, aut agere sacrum, aut rē diuinā. Quibus
nominiū, & ego vti scio: sed quia sunt nomina
cōmuniſſima, & non appropriata ad significan-
dū hoc excellentissimū sacrificium, quod est mis-
sa, ideo sine ratione prædicti scioli vtuntur eis
pro missa, relieto hoc nomine iam à principio
nascentis eccl-
esiæ appropriato, & imposito ad
significandū hostiam illam, quam vocat sancti
missam, & prædicti latini, sacrū, aut rē diuinā.

I D E O hic de paucis admonebimus. Missa, vo-
cabulum est ex lingua Hebræi mutuatum (vt
iā dicebā) quo significare voluerū patres id qd̄
Græci liturgiam vocant, nos sacram mysteriū
appellamus. Quæ, siue vestitum, siue tota sacer-
dotis, aliorūque ministrorum actionē species,
nihil aliud est quam repræsentatio quædam. io
cundissima mysterij humanitatis, & præsertia
passionis Christi. Nullam enim hic species ce-
remoniā (vt interi de reliquis sileā) otiosam,
quæ non suam peculiarem vim significandi ha-
beat. Cōstat autem missa, ex duabus potissimū
partibus. Nempe ex verbis Domini, quibus cor-
pus & sanguis eius conficitur, quæ receperunt in
canone. Hanc esse potissimā missæ partem, ne-
mo ambigit. Reliqua autē omnia, alteram par-
tē dicimus: (quæ vt supra ex Aug. adduximus)
nil aliud continet, quam laudes confessiones, ob-
secrationes, vel petitiones pro populo, antistibus
& regibus, longe omnium pientissimas. Quas
eccl-
esiæ sancta Dei exēplo capitū sui Christi,
huic augustissimo altaris sacrificio adhibendas
decreuit, idque mirabili quādā per orbē terra-
rum concordia. Nam si quid variant eccl-
esiæ diuersæ, in veritate catholica pseuerātes: id cer-
te pars admodum est, quo res ipsa non variatur.
Secuta est autem (vt iam diximus) eccl-
esiæ dominum suum: quem Mattheus testatur. 24. cap.
vltimū cōn. in qua corpus & sanguinem suū
porrexit, hymnum addidisse, & tādem hymno
dicto, exisse in montem olifeti. Ioannes. cap. 16.
etiam refert quo p̄acto pro discipulis, & pro to-
ta eccl-
esiæ, pro eorum verba creditura potissimū
pro eius vītate, Patrem coelestem orauerit.
Paulus Apostolus oblationem in cruce factam
(quam eccl-
esiæ ex domini sui institutione re-
præsentare studet) pertractat, de Christo sic ait
Qui in diebus carnis suæ præces, supplicatio-
neque ad eum, qui possit illum saluum facere
à morte, cū clamore valido & lachrymis orās,
exauditus est pro sui reueretia. Quid vero Chri-
stus, & pro quibus orauerit: apud Euangelistas
in historia passionis videre est. Insequēs igitur
eccl-
esiæ magistrū suum, missam orditur à psal-
modia. Supplicat deinde Deo cū gloriōsa cele-
bratione sanctissimæ Trinitatis in canticis Ky-
rieleison, & Gloria in excelsis. Et quoniam cō
uenimus ad participandum corpus Domini, si
non semper sacramentaliter exteriori partici-
patione, saltem spiritualiter per fidem: idcirco
eccl-
esiæ præparat animos nostros viuo verbo
Dei, quod partim ex Prophetica, seu Apostoli-
ca, partim ex Euangelica lectione detumitur:
quibus interserit cantica quædam laudis, Eu-
angelicæ lectioni annebitur sacrosancta fidei no-
stræ professione, seu cōfessione. Statim post,
se ad huius mystici sacrificij celebrationē acci-
git, præmisso cantico, quod Offitorium appella-
mus. Subinde, ad potissimā missæ partē (in qua
verbis

verbis dominicis corpus & sanguis domini con-
secratur) progressura, accepto in munus pane &
calice, gratiarum actionem, quam præfationem
dicimus) simul & hymnum illum angelicum &
plane diuinum ex Esaia cap. 6. & Matthei. 21. as-
sumptum deo concinit, imitata quidem domi-
nam suum. Nam (vt Euangelista ait) ipso accep-
to pane gratias agens, benedixit, & fregit.
HIS ergo præmissis progreditur ad sacerrimū
canonem, cuius (vt sepe diximus) præcipua pars
hæc est, in qua corpus & sanguis domini conse-
crantur. Interim tamen eccl-
esiæ, quia sacrificiū illud in cruce pro viuis & mortuis in remissionē
peccatorum oblatum est Christi institutione
recolit, in sequens dominum suum, varia peti-
tiones, præces, supplicationsque, ad deum effun-
dit. In primis obsequiū suum, quod ex iūsu Chri-
sti obitum acceptum haberit. Deinde ordine
quodā dominum deprecatur. Primum pro vi-
tate sanctæ ac catholicæ eccl-
esiæ generatim orat. Post, pro his, qui publicam alios regēdi, ac guber-
nandi, administrationem spiritualem, vel ciuitē
gerunt. Quem deprecādi ordinem ab Apostolo
acepit hoc cohortante. I. ad Corinth. 2. Obsecro
(inquietus) primum omnium fieri obsecrationes,
gratiarū actiones, pro omnibus hominibus, pro
regibus & omnibus qui in sublimitate sunt con-
stituti: vt quietam ac tranquillā vitam agamus
in omni pietate ac castitate. Nec vero tantum
pro ciuili magistratu: sed magis etiam pro eccl-
esiæ antistibus orandum esse, docet idem Paulus
ad Ephesios. 6. & ad Corinth. 4. & Lucas in acti-
bus Apost. 12. Post obsecrationē pro antistibus
& potestatibus: pro quibusdam etiam specialiter
orat, maxime pro his qui circumstant, fideque ac
p̄io affectu sacerdoti in actione communicant.
Et quia nō dubium est, nos curæ esse sanctis qui
cum Deo viuunt, illisque sua esse merita & preces
quibus pro nobis apud Deum sunt solliciti, quē
admodum pro inuicem viuis eiusdemq; corporis
solicita sunt membra, orat sacerdos vt Deus
id precibus sanctorum concedat. Non vt illorū:
sed sue diuinæ protectionis auxilio, in omnibus
muniamur, idque per Christum dominū nostrū.
Vide per quem petis: quia per Christum vnicū
Dei filium summe dilectum. Quid tibi pientis
simus ille pater negabit: quod per vnicum filium
suum petis? Nihil profecto.

D E I N D E ad cōsecrationem corporis & sa-
cruinis dominici processurus, fidem præambula
oratione acuit: qua inter alia oblationē seruitutis
suae, atque adeo cunctæ eccl-
esiæ acceptam habe-
ri, & vt nobis corpus, & sanguis domini nostri
Iesu Christi virtute diuini sermonis (quē profere
sacerdos) fiat, precatur. Accepta quidē semper
est patri hosti, quam in altari representamus,
quod ad se attinet. Ea enim sola patri cōplacuit.
Sed quod ad nos attinet, oblationē seruitutis
nostræ acceptam fieri petimus: ne indigne con-

tretemus, offeramus, ac manducemus: vtq; no-
bis virtus passionis Christi in fide manducanti-
bus applicetur.

S E Q; VI T V R deinde corporis & sanguinis do-
mini cōsératio: in qua huius sanctissimi sacra-
mēti institutio, & passionis dominicæ vis & effi-
cacia cōmemorantur ac prædicantur. Quā cōmi-
tatur oblatio huius sacrificij repræsentativa, qd̄
in memorā Christi domini Dei nostri tā beatæ
passionis, nec non ab inferis resurrectionis, & in
cœlos gloriosæ ascensionis, diuinæ maiestati offe-
rimus de suis donis ac datis: cui annexitur sup-
plex deprecatio ad Deum: quia petimus vt parti-
cipemus corpus & sanguinem dominicum, non
ad iudicium seu condonationem, sed potius ve-
tali participatione mediata, per Christum domi-
num nostrum gratia cælesti repleamur.

D E I N D E comedamus domino defunctorū
animas: sed eorum tantum, qui nos præcesserunt
cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Si-
gna autem fidei, sacramenta sunt & opera Chri-
stiano homine digna. Obdormiunt autem in som-
no pacis: qui in pace conscientia erga deum, cum
certa fiducia remissionis peccatorum lethalium
è viuis excesserunt: certissime credentes quod san-
guis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in re-
missionem peccatorum, non solum ad salutē vi-
uentium verū etiam ad absolutionē valeat mor-
tuorum, quodq; pietas viuentium his defunctis
prosits, qui cum viuerent hæc sibi vt prodeßent
postea, meruerunt. Nam si hoc sanctorum com-
munion (quam nos credere profitemur) significat,
quod in illo sanctorum cœtu omnia commu-
nia sint, nec quicquā proprium quemquā habere,
omnesq; omnium aliorum pias precatio-
nes, ac omnia opera alijs eiudem corporis mēbris, pro-
deße, certe sancta & salubris est cogitatio pro
defunctis exorare: vt à peccatis soluantur. Eam
autem orationem pro defunctis maxime effica-
cem esse patet: quæ sacrificio altaris coiūcta est.
POST orationem autem, pro defunctis postula-
tur & pro viuis, de multitudine miserationū do-
minii sperantibus consortium cum sanctis iam
cum Christo regnabitibus: idq; per eundem Chri-
stum dominum nostrū. Qui statim post, tanquam
Dei & hominum mediator, prædicatur omnium
bonorum author, & elargitor atq; huius sacrificij
institutor, confeßor, & ampliator.

IND E sacerdos progrederetur incipit ad participatio-
nem diuinissimi sacramēti: ad quam vt recte præ-
paremusr, hortatur alta voce omnes ad orationē
dominicam dicendam, quam omnes tunc dicere
deberent in hunc finem. In qua inter alia panem
hūc super coelestem nobis dari petamus, in cuius
calce subiectur oratio, qua vltima dominicæ
oratiōis præcatio magis explicatur. Et quia Chri-
stus in mēsa sua mysterium unitatis & pacis no-
bis cōsacravit: sequitur pacis domini sp̄racatio.
Pax vero Domini nō quāvis pax est, sed ipsa cor-
e iiiij dis

dis tranquilitas quae solis reconciliatis per fidem, ipsa remissione peccatorum contingit. Nam, quia remissio peccatorum, nisi per Dei misericordiam nobis in Christo propositam (quae fidei obiectum est) omnino haberin potest: idcirco ad agnum illum Dei contuerimus, qui solus tollit peccata mundi, cuius misericordiam imploramus, & deum pacem eam (quam diximus) nobis donari petimus. At praeter hanc pacem, quam per fidem habemus erga Deum, alia quoque domini pax est, hominis videlicet erga seipsum, quae ex priori proficitur, & per spiritum sanctum morifacientem subinde conscientiam nostram, ne dominaetur rursus peccatum in nostro mortali corpore, ingeneratur. Denique pax domini est charitas fraterna, qua ex animo remittimus proximo, veramque & Christianam concordiam cum eo habere per charitatem studemus. Hæc quoque simul cum charitate diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

EXTRA hanc triplicem pacem Domini, quam ipse abiens, nobis reliquit ac dedit, non est illa vera pax, Esaiæ. 48. Non est pax impia, dicit Dominus. Triplicem ergo hanc Domini pacem, sacerdos petit. Priorem in supplicatione ter repetita, quæ incipit, Agnus Dei, Altera in ea, quæ incipit, domine Iesu &c. Terriam omnes habere iubet, ut apud sint, sacerdotis mysteriis Christi. Ac sic tandem oculum pacis sumit, Christianæ charitatis symbolum. FRANGITVR interim hostia salutaris. Quæ quidem fractio in specie ratum panis sit: quæ post consecrationem remanet sine subiecto: Christus vero integer manet, & totus in singulis particulis. Fit autem hoc in signo seu sacramento, non sine in signi mysterio. Significat enim, & representat Christi passionem: quodque corpus Christi pro multis datum, & am multis participandam sit, quem adinodum. D. Paulus ait. Panis quem frangimus nonne comunicatio corporis Christi est? Per partes itaque maducatur in signo: sed manet integer totus in substantia, manet integer totus in corde nostro. Post hanc, se ad communionem parat, orationes aliquod ad Christum fundens: quibus hoc agit, ut & cordis ad Deum excitet affectum, & gratiam dignare sumendi vitæ panem impetrat. Deinde sumit sacramentum: post sumptionem, iterum orat: ut quod sumptum est corporaliter sub sacramento, spiritu liter etiam cum participatione virtutis, & effectus sacramenti (de quo, & supra diximus & infra adhuc latius dicemus) percipiatur. Rursus sacra cantio, quod communem vocamus succinitur. Sequitur præcatio postremo loco, sacerdos totum populum, velut in suâ urelâ suscepit, Deo benedictione tradit atque commendat. Quæ omnia sic agit, atque precatur sacerdos, ut interim nihil sibi, aut suis meritis, operibusne tribuat: sed cuncta prestari depositat, ex diuina misericordia magnitudine, per Christum dominum nostrum, per quem vbiique optat, fructum passionis nobis per fidem applicari, & cætera

quæ petuntur, tanquam per mediatorem donari, seu propinari.

QVOD in toto hoc missa contextu, non est pī, venerandum, ac sacrosanctum? Certe omnino facilius necesse est in Ecclesia vix nullum opus esse, quo fides magis exerceatur, & beneficium Christi illustretur, quam quod in missa per agitur: si tamē, quod agitur, recte intelligatur, & pio affectu geratur. In primis siquidem hic necesse est captiuare intellectum in obsequium Christi: ut sub visibilibus speciebus panis & vini ex omnipotencia verbi Dei, contineri credamus verū corpus & sanguinem Christi. Atque adeo hic nos salente sensu ad firmandum sacerdotum, sola fides sufficit.

PRAETEREA principalis finis institutionis huius sacramenti est, ut sit testimonium & quasi pinguis remissionis peccatorum, & futurae gloriae nobis per Christum promerit. Cum enim Christus corpus suum impertit, & nos sibi tanquam membra adiungit, testatur ad nos suum beneficium pertinere. Sic enim ait. Qui maducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Ergo quid magis acuit fidem, quam cum hoc spectaculum oculis ac manibus obiicitur.

ADDE missam totā huc spectare: ut in ea Christi beneficium annuntietur, prædicetur, illustretur, ac modis omnibus honorificetur. Et quis dubitat, Christum per usum missæ, veluti per instrumentum (saltum cum fides his accedit, quæ in ea gerimus) consolari, & vivificare conscientiam nostram.

DEINDE si annuntiatio & prædicatio mortis dominicae (in qua potissima Euangelij pars consistit) si inuocatio, gratiarum actio, & confessio præcipua fidei opera sunt, & præcipui cultus, ac opera Deo placetia, atque adeo sacrificia spirituallia nouæ legis quibus Deus sibi honorem haberi pronuntiat, ipso testante qui ait, Hoc facite in mea commemorationem. Præterea. Mortem Domini annuntiabitis donec veniat, priore ad Corinthi. II. & psal. 49. Immola Deo sacrificium laudis, & reddite altissimo vota tua. Et iterum. Inuoca me in die tribulationis, & honorificabis me. Et illic iterum ostendam illi salutare Dei. Profecto sequens est missam quam maxime opus fidei esse & Deo placere, quod tota illa actio constet annuntiacione dominice mortis, inuocatione, petitione, obsecratione, gratiarum actione, & similibus à dei exercitiis: quemadmodum supra ostendimus.

AT eos qui ecclesiam sanctam Dei insecat, male habet, quod missam sacrificium dicimus, quod defunctorum in Christo memores sumus, quod sanctos in Canone (ut dicunt) inuocemus. Proindeque cæco iudicio Canonean, qui tot seculis cœcordi torius ecclesiae cōfessu sacerdotibus est habitus, temere reiciunt atque aspernantur. Cuta quibus non est quod contendimus, quod iam sunt proprio iudicio condemnati. Tantum de paucis ad monemus pios ne illorum vel scriptis, vel dictis offendantur.

PRINCIP-

PRINCIPIO igitur hoc cōuenit missam ecclæsia sacrificium esse: & sic appellatam ab omnibus orthodoxis patribus, qui ab ipsis apostolorum temporibus in hæc usque tempora ecclesiam, & vita & doctrina sua miraculæ etiam comprobata illustrarunt, inter quos sunt Ignatius, Clemens, Ireneus, apostolorum sincroni, Cyprianus. Hieronymus, Ambrosius, Augusti, Chrysostomus, Gregor. Vniuersalis ergo consensus ecclesiae omnium temporum, testimonium est, omni exceptione maius, missam sacrificium esse. Ideo erroneū & hereticiū cum & temerarium est, hoc indubium vettere. SED hoc queritur, quale nanque sacrificiū sic missa. Aduersarij fingunt orthodoxos definisse oblationem in missa sacrificium esse, quod applicatum pro viuis & mortuis mereatur eis retrahit onem culpe & poenæ, & quidē ex opere operato, & si non accedit fides illorum quibus applicabitur. Fingunt proinde orthodoxos obscurare beneficium Christi, eosdemque rursus crucifigere filium Dei quod oblationi semel in cruce factæ, sacrificati onem pro peccatis nostris detrahant: ac missa, seu verius operi illi extero sacerdotis, tribuant. Verum hæ aspergines aduersariorum non debet ullum ecclesiae hominem offendere, quod longe a lia orthodoxorum semper fuerit ac sit mens, ac scientia, quam isti fingunt. Omnes pī quotquot ab origine mundi usque in hanc diem fuerunt, spiritu sancto suggeste ac dictante sciuerunt, unicum tantum esse sacrificium propitiatoriū, seu sacrificium pro peccatis nostris, imo totius mundi, nimirum Christum dominū agnum illum immaculatum pro nobis in cruce immolatum, qui occidit perhibetur ab origine mundi. De hoc enim omnis Scriptura testatur: quia agnus est, qui tollit peccata mundi, qui occidit est, & redemit nos Deo in sanguine suo, ex omnib[us] tribu & lingua & populo & natione, qui dedit animam suam pro dilectionis: ut videret semen longeum. Esaiæ. 51. De quo quidem, sacrificium nimirum quo se ipsum in manifestatione corporis sui Christus semel tantum sese Deo patri obtulit, tota ferme ad Hebreos epistola concionatur. Quim ecclesia subinde in ter missarum celebrationem replicat, cum Paulus libenter pronuncians, quod Christus pontifex ille sanctus, innocens, impolitus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus, non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes veteris legis) prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit se offerre do semel. Nam (ut subdit Apostolus) per proprium sanguinem introiuit semel in scatæ æternæ redēptione iniuncta, & paulo post. Nec, ut saepe offerat se ne tipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin opportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Præterea, Christus semel oblatus est ad

multorum exhaustiæ peccati. Item, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel, & post pauca. Hic una pro peccatis offerens hostiæ, in sempiternum sedet in dextera Dei. Una enim oblatione consummavit in sempiternū sanctificatos. Qua sententia toties repetita, quid aliud vult Apostolus, quam ut suis Hebæris legalibus ceremonijs assuetis, ac deditis, discriumen sacrificiorum veteris leg. & sacrificij Christi ostendat, utque illos doceat, illa omnia veluti umbras ac signa quædam promissiōis de Christo in hoc vere unico propitiatorio sacrificio esse cōpleta & perinde signati presentia penitus sublata. Hic est enim eius epistole scopus. RESTAT igitur videre, quale nanque sacrificium missa sit. In qua re explicanda, si paulo diuinus immoremur, quam enchyridii breuitas patitur, nemo nobis vitio vetterit, quod opere pretiū fore puremus, eam materiam, quæ hoc seculo vel maxime controvèrtitur, quam fieri potest diluci de tractari expediri, quo eorum calumniæ, qui sacratissimos iuxta ac vetustissimos ecclesiæ cultus ac ritus hostiliter infectantur, manifeste deprehendi posse. Taceamus, quod sacrificij rationem ac naturam nosse, & tenere, ad multa alia religionis nostræ argumenta poenitus percipiēda, quam plurimum fecerit. Et ut à ratione vocabuli auspicemur, nemo grāmatices ut cunque peritus ignorat, sacrificium à verbo sacrificare deductū, quod est sacrum facere, sacrum vero significare, quod Deo peculiariter dedicatum est: proindeq; sacrificiū appellari, quod Deo veluti ei proprius debitum nuncupamus, offerimus, reddimus atq; dedicamus. Quod usque adeo verum est, ut nec ethnici censuerint, ylli alij sacrificandū: quam ei quæ Deū aut sciuerit, aut putauerit, aut finixerit. Qui etiā nō ob hoc culpatur, quod sacrificia fecerint: verū quod hæc non secundū inspirationē, atq; doctrinā veri Dei, sed secundū adiunctiones proprias, nō vero Deo, sed demonijs exhibuerint & idolis. Nec demonia sibi quidem sacrificia fieri expeterent, nisi id soli Deo vero deberi, scirent. Falsus enim Deus, sic vult honorari, ab his quos decepit: quæadmodum verus Deus honoratur, ab his quibus consulit. Ergo ad intelligendā sacrificij rationem, hoc tantum nobis indagandum est, quid est, quod Deus ab homine tanquam sibi proprius debitum requirat, & quatenus id Deo homo persoluere potuerit, ac possit, qui, vel primis religionis Christianæ rudimentis, sive imbuti. Scius Deum, nō ob ullam indigentia (quod ipse sibi summū & perfectissimum bonum semper fuerit) sed tantum propter inefabilem suam beatitudinem, omnia tam inuisibilia, quam visibilia, omnipotenti verbo suo creasse: hominem autem omnium postremo, nō vt cætera visibilia: sed ad imaginem & similitudinem suam condidisse, quod non tantum vitam, motum & sensum, sed & mentem & rationem (in qua diuinitatis vestigiū re- luce

lucet) ei indiderit. Deinde quod eundem in paradyso voluptatis collocari, ut operaretur, & cu stodiret illum, subiectis ei omnibus, ut eorum dominaretur. Et ne quicquam ei decesserit, deditis deum ei edere ex omni ligno paradysi, in quo & lignum vita constituit, ut ex eo vescens (modo vellet) ui ueret immortalis. Quare omnia ostendunt deum divinam sue bonitatis divitias, in uno ligno veluti circumlatas, illustratae voluisse.

PRAETEREA norunt fideles, Deum indicibili pietate, quo s. non tantum ut optimus maximusque Deus reueretur, colereturque: sed ut & pientissimus pater agnosceretur, paternum quoque officium erga tam mirifice conditum & tam pulchre condecoratum hominem egisse; proindeq; ne is male utens libertatis arbitrio quod ex summa liberalitate creatoris acceperat (quid enim liber arbitrio maius?) grauiter impingeret, adiecisse etiam mandata & praecepta, ostendisseque illi bonum & malum, ut si voluisset mandatum conservare, conservaretur, & in perpetuum fidem placitam custodiret. Hoc est, deum homini praeter collatam arbitrij libertatem, addidisse insuper & gratiam. Quam si per liberum non deseruisse arbitriu, eadem adiutrice perpetuo bonus, beatusque esse potuisset. Sin deseruisse, morte moreretur. Siquidem hoc erat mandatum vita & mortis. Ex omni ligno paradysi comedere: de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.

QVID ergo homo pro tot tantis beneficiis quae gratis conditus, gratis a Deo beneficentissimo creatore, pientissimoque patre acceperat, ipsi deo rursus debebar. Num ut aliquid redderet qd non accepisset? Nequaquam. Quis enim prior dedit illi & retribuet ei? Quod ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Sed hoc tantum debebat: ut perpetuo erectus et eleuatis semper oculis mentis in deum, nunquam non intueretur, & respiceret in erectorem, ad cuius imaginem & similitudinem erat conditus: ut illius omnipotenti sapientia, ac bonitatem contemplantur: vtq; ei a quo corpus, anima, & mente, & quid non donec acceperat & a cuius verbo ac nutu omnia pende cognoverat, soli fideret, soli crederet, soli adhaereret, soli obediret, solum amaret, solum coheret, solum predicaret, laudaret, confiteretur, invocaret, adoraret, glorificaret, solo denique frueretur, in cuius fruitione beatitudo consistit. Haec ergo erant sacrificia laudis quae deus prototantisque beneficiis datum reprocebat. Idque non propter suam indigentiam: sed magis propter maximam hominis utilitatem, quod sine his beatus esse ac permanere non posset. Potuissetque haec sacrificia homo ante lapsum, per adiutorium suum mihi adiutus, mediante libero arbitrio, deo praestitisse. Quare & praestitisset, & praestando immortalis vixissem nisi delerta ac contempta gratia creatoris, libero arbitrio male utens per praevaricatio-

nem mandati, in cominata mortem misere collapsus fuisset ipsumque liberum arbitriu in quan dam seruiturem, peccando precipitasset.

Nam postquam serpens diabolus Euas male credulae (insigni fraude vsus) persuasisset, non fore Deo toto corde credendum: sed de illius summi Dei fide, (qui ut negare seipsum, ita metiri nequaquam potest) addubitandum esse, quo sugereretur: nequaquam fore ut comedentes de ligno scientiae boni & mali iuxta Dei verbū morerentur: sed potius futurum, ut aperirentur oculi eorum, & essent sicut Di scientes bonum & malum. Atque sic demen- tasset mulierem, ut extimaret Deum hanc arborē contingi, non ob id voluisse, quod eis p sua paterna pietate bonitateque optime voluisse: sed magis quod eius arboris fructū ipsis inuidisset, ipsaque mulier sic dementata diabolo plusquam Deo, credidisset, deque arboreverita māducasset, ac viro suo Adae ex eadē praebusset, denique amo bo mandatum Dei violassent, atque adeo sacrificia soli Deo debita, nepe perfectā fidem & absolutam obedientiam, diabolo potius, quam Deo viuo ac vero exhibere maluissent.

PROTIVS omnia sunt mutata. Integritas enim omnium humanae viri, tam corporis, quam animi per originale peccatum corrupta & vitiata est. In cuius locū flagitosissimi impetus non tam in corpore, sed & horribiles pestes & via in mente ac voluntate successerunt. In homine enim sunt ratio seu mens quae iudicat: voluntas quae obtemperat, vel repugnat iudicio, imperas viribus inferioribus. Inferiores vites sunt appetiones sensuum, seu affectus carnales. Ergo, ut primi parētes nostri mandatum Dei praevaricati sunt, obscurata hominis mens est & ratio, nimis deo vulnus suum subtrahente. Coepitque protinus humanā mentem occupare Dei ignoratio, ad dubitatio, diffidentiaque de bonitate Dei: sic ut deinceps homo serpentis astu misere delusus putaret non amplius Deo, sed sibi ipsis suisque propriis viribus magis fidendum fore. Iudicaretque (sed causa iudicio) non expectanda posthac omnia ab offendendo deo: sed potius sibi ipsis prospicere oportere. Quare quidē erga Deum infidelitas suique fiducia omnis mali seminarium est: atque adeo solum peccatum, de quo ut modum argueret missus est in orbem terrarum spiritus sanctus. Hac vero pestem proxime ac necessario subsequitur est odium Dei. Quare pestis voluntatem, ut prior, mentem hominis inuasit. Vbi etiam coepit pri mi parentes vacare metu & fiducia dei: consequens erat, ut non possent eum cui non credebant aut fidabant, amare. Quia potius eum ut vindicem & vitorem commissi peccati horrebant, à voce ac vultu eius trementes & fugientes, ac abscondentes fessi. In locum ergo amoris dei, amor sui succedit, vitium sane (ut diximus) omnium pestilētissimum: nimis quod non Dei voluntati, sed suis affectibus plane obsequendum persuaderet.

Vnde

Vnde in obedientia erga mandatum Dei proficiuntur: atque obedientia erga Deum (quam solā omnini creature rationali sub Deo agenti, virtutē esse, Diuus August. asserere non dubitauit) fugatur. Deniq; imissa integritate virium animae rationales, amissa firma de Deo notitia, amissis timore & amore Dei, factum est: ut cum iam homo quodā modo esset sine Deo, protinus & necessario seque retur in corpore & viribus inferioribus inordinata concupiscentia, duas potissimum comites post se trahens supra modū viciosas, timorem s. & amorem rerum carnaliū & exterarum. Vbi enim capisset homo vacare metu Dei, vicissim coepit ea tantum timere, quae corpori ac vita mortalī vi debantur incommoda aut nocitura. Vbi itidem amississet verum amorem Dei, ea tantū vehementi impetu coepit concupiscere, & diligere, & amplecti: quae ad vitā corporalem vel conseruandā, vel fouendā, vel delectandā, facere videbantur. Quia tamen vites superiores per peccatum non extinguebantur, sed tantum viciatae, ac corruptae erant, remanente s. singulari Dei benignitate in natura hominis iudicio quodā atq; etiam delectu earum rerū quae sunt subiecta rationi ac sensui, ineuitabilis conflitus, & perpetua quedam lucta in homine suborta est, qua ratio contra carnales belligeratur affectus, & subinde vim luctuēs, inquietudine carnis perurgente, & inuoluntariis motibus fatigata infoelicitatis sue deplorat miseriam. Hanc luctam, prima non sensit hominis cōditio, sed secutum est transgressorē supplicium, & ad hanc individua poena peccato. Immutabile enim decretum ab aeterna lege exierat: concupiscentia affligi, & morte puniri peccatorē oportere: nec fieri posse quin stimulus carnis sine illa exceptione colaphizaret infirmū, & usq; ad dissolutionē, mors importuna persequeretur captiuum, & ut mors carnis concupiscentiarū intertecaret ludibriā. Supereret tamen post mortem carnis, anima labor, & afflictio spiritus: mors illa secunda, priore multo acerbior ac grauior.

VAE omnia cum sic se habeant, & originis peccatum cum poena tua a primis parentibus in totam generis huius successionē defluxerit: facile sane deprehendi poterit, non admodum in nostra postestate fuerit post lapsū primorum parentū & tantos morbos, in nos hereditarii successione de riuiatos, ea sacrificia propter quae Deo optimo maximo lucta cōditissimus, reddere ac præstare.

Nam, non statim ut conditi sunt primi parentes: sed postea quā peccauerūt, natum est de illis genus humanum, id est, homo de homine, immundus de immundo conceptus semine, morbosus de morbo, obnoxius de debitore, peccator de peccatore, mortalis de mortali: quēadmodū Diuus Paulus ad Roma. 5. ait. Per unum hominem peccatum in hunc mundū intravit: & per peccatum mors.

Et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: proinde non est natura ius-

tus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverūt simul, inutiles tacti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Nimirum quae in se est nec Deo pœnitens cōfides, nec Deū ex omni bus anima viribus amāt tessell potius pleni terrore mortis & omnium in commodoru que mortem præcurrūt, pleni itidē malae & pestiferæ concupiscentie, quae est radix omnium malorum. Et lex illa peccati quae terpēs diabolus impios quidem atq; iniustos velu. i. i. mancipia captiuos detinet: pios vero exercere, a flagere, & quantum potest a perfecti ne boni remorari, nonquam desinit. Atque hanc ita se habere non vane opinamur: sed experientia ipsi (quae optima rerū magistra est) edocemur, a qua adeo conscientia quae nullae testes est, nobisq; temper scaturientis iurus peccati insidias exponit, cōuin cimur. Paulus apostolus clamat ad Rom. 7. Non quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Præterea Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem, non inuenio. Inuenio igitur aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuante me in lege peccati, quae est in membris meis. Et iterum. Carne seruo legi peccati. Item. Sensus seu prudentia carnis, mors est: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Quare, si hanc est conditio nostra quādū sumus in Adam, ut legi Dei perfecte obbedire, aut diabolum nos in lege peccati captiuū tem, nostris tantū viribus vincere non possumus, deinde ut faciamus non quā volumus, sed quae ordinamus, denique ut velle nos quod rectum est sentiantur, sed perficere non possumus: sequitur quādū homo post lapsū nisi redemptus & restitutus ac reconciliatus Deo, ea sacrificia non potuerit offerre, ob quae litanda erat conditus, id est, non poterat vere & ex toto corde Deo fidere, Deū amare, Deo adhærere, Deo perfecte & absolute obediere. Quamobrem dupli ratione morti erat obnoxius: tū ob immutabilem diuini iudicii sententiam, tum quia vim operandi opera vita, amissit, seq; in captivitate diabolica misere præcipitasse. Ergo alio singulari sacrificio opus erat, quo in primis vinceretur hostis diabolus, & placaretur offensus Deus: ut deinde a redēbris, recōciliatis, iuificatis, reparatis, ac Deo rursus vobis, debita laudis officia persolvi possent. Defecerat enim (ut diximus) sacrificia laudis post lapsū, quod non sit speciosa laus in ore peccatoris: & ut Esaias ait cap. 64. Facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannis mestruatae ones iustitiae nostræ. Et sicut Apostolus ait ad Ephe. 2. Eramus omnes natura filii ira, quibus necessarius erat reconciliator, qui hanc iram, sacrificij singularis, oblatione placaret. Idque eo (ut diximus) fine, ut postquam fiducia hostiæ tā potentis oblata, agnosceremus illum sustulisse peccata, reconciliasse nos Deo, reconciliatosq; iam habere pacem erga Deū, per eiusmodi

Eiusmodi fidem iam mortui peccatis, divini spiritus participes efficeremur. Quo subinde spiritu carnis concupiscentias mortificante, charitatēq; in cordibus nostris diffundente, fieret, ut Deum rursus ex toto corde diligere & amplecti possemus, eodemque ductore atque adiutore spiritu, ad perfectam obedientiam Deo præstanda, totis viribus accincti, in bonis operibus ambulemus. In quo omnis ratio sacrificij Deo præcipue debiti consistit.

HVN C autem reconciliatorem, talem esse oportebat, qui quod nos peccati originalis contagione irretiti, ex nobis facere non poteramus, & tamē facere eramus obligati, totum adimpleret, ac Dei voluntati omnino satisfaceret. Rursum quicquid nos transgressionis causa merueramus, nec tamē perferte poteramus, ipse nostri causa portaret ac ferret, eiusmodiq; rationibus, diaboli tyrannidem iusto certamine vinceret, ac tamē & talē hostiā Deo offerret, quæ ad hanc omnia sufficeret. Quapropter is & Deus & homo esse debebat. Homo quidem, nā id quod homo facere obstrictus erat, & quod pati ob peccatum meruerat, alius quā homo, persoluebat non poterat. Sed tamen eundem hunc, alia ratione, quā nos, conceptum & natū esse oportuit, ne & ipse reus peccati, pro aliorum peccatis satisfacere non posset. Ut autem & Deus esset, multo magis erat necessarium: nā alioquin, nec diabolum tam potentem ac prudentem tyrannum, nec mortem & infernum, quibus ille tyrannidem in hominem exercebat, & quæ homo peccando meruerat, vincere potuisse.

ERGO, ne desperaret homo perditus, optimus ac benevolentissimus Deus (qui nouit etiam de misericordiis beneficere) misertus hominis aliena fraude decepit, spem futuræ liberationis captiuo facturus: in hunc modum serpentem affatus est. Inimi citias (inquit) ponam inter te & malierem, & inter semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. Gene. 3. Ex quibus verbis plane consolatorijs, Adam deposita diffidentia, de bonitate & misericordia Dei spem firmā concepit, omnino fore, ut aliquādo prodiret semina illud benedictum, quod & serpentis tyrannidem, hec est, peccatum, mortem, & infernum superaret, & hominē ex diabolica captiuitate liberatum Deo rursus assereret, sed non sine graui confictu. Vnde non dubium ille collegit atque intellexit, eā liberationis hominī generis rationem fore, vt si hoc benedictum semen se veluti mediatore inter Deum offerret, sed & hominem diaboli captiuum volens offerret, et veluti deouens se pro nobis emisibus, graves iniurias hostis antiqui solus sustineret, & quicquid ille nobis ad resistendum impotentibus intētabat, in se exciperet, suaque tandem insuperabili virtute patiente, Deijs voluntatem plenissime perficiendo vinceret, idque non sui, sed nostris gratia, quāo. s. per hanc spontaneam voluntatem, qua

Dei voluntati per omnia responderet, seque probnōis deoueret, eum spiritum & gratiā nobis im petraret, qua accepta, totos nos Deo cōsecrare, & secundum dei voluntatem vivere, possemus.

HIVIS itaque fiduciæ alenda ac confirmandæ causa, statim ab ipsis mundi primordijs, quicunque erāt homines pietate, erga Deum prædicti, sacrificia Deo de primogenitis ac selectissimis animalibus gregum suorum faciebāt. Non quod existimatātē Deū (qui & spiritus est, & omnia in manu ac potestate sua habet) ex huiusmodi pecudū mactatione delectari: sed potius quod vera illa sacrificia, quibus Deus placaretur ac coleretur designare studebat. Imprimis siquidem hisce sacrificiis hoc testatum volebant: ut quemadmodum illa animalia immaculata erant à corporum viis, ita indubitate credere ac sperare sele futurum, ut is immolarebatur aliquādo pro nobis, qui solus inculcatus esset à peccatis. Quod Paulus ad Hebræ. 11. de hostia iusti abel manifeste explicat. Etne dubites patres veteris testamēti omnes suas oblationes ad hanc tantum finem retulisse: exemplo est oblatio Isaac, in quo Abrahā benedicti seminis remissionem acceperat, quem testatur Apostolus ad Heb. 11. ipsum Abrahā in parabolam applicasse, eundemq; figuram futuri sacrificij fuisse. At que eadē ex causa Deus postea per Moysēm tot sacrificia instituit, videlicet, ut hoc vnicum & singularē sacrificiū per multiplicitia signa figuraretur utq; res vna varijs typis adumbrata, tanquam multis verbis, quam maxime & sine studio commēda refar, atque in memoriam recondererat, quod alter nulli hominum ab exordio mundi salus, nisi per huius hostiæ fiduciam, contingere posset. Hec itaque hostia, Christus est, plendor gloria & figura substantiæ æterni Patris, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, inseparabiliter hominum factus, & habitu inuenitus ut homo: ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, & per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest diabolum, & liberauit eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Quapropter eos qui sacrificia illa externa, alia intentione offerebant, vel quod existimarent se effusione pecunii sanguinis Deū placare, vel ea ratione tantum se iustos esse corā Deo, & nō magis respiciebāt in agnum illum immaculatum Christum, ab æterno prædestinatū ad tollendum peccata mundi: eos, inquam, Deus non secus increpat, quam si ea ipsa sacrificia quæ per Moysēm præcepit poenitentia reprobarēt, interim summo serio reuocans ad illius significatē tamē hostiæ agnitionem. Sic enim attestatē Apostolo Hebreo. 10. Loquitur Christus ad Patri apud prophetam suam David. Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autē aptasti mihi. Holocaustum noluisti, corpus autē aptasti mihi. Holocau stonata & pro peccato nō postulasti, nō tibi placuerunt, tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam &c. Sacrificiū.

Sacrificium (inquit) & oblationem noluisti. Nunquid noluit quod instituitur. Sed sic noluit quomodo illi offerebāt, & quomodo à stultis illa velle credebarūt, veluti suæ gratia voluptatis. Auffert (inquit Apostolus) primum, ut secundū statuat. Primū, hoc est, sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel: quæadmodū & Christus apud Iohannē, 17. ait. Pro eis sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in veritate. Breuiter. Hoc fere tota epistola illa ad Hebreos Paulus agit: ut ostendat, & si pleraq; fuerint propitiatoria sacrificia legis tollit: quod nihil aliud esset quam vanbræ, justificationis (quod ex se erat) expertes, ut sequens statueret situm in voluntate Christi qua seipsum pro nobis obtulit. In qua (inquit) volunt

stiam viuā offerimus. Ad quam exhortans Apo-stolus, ait ad Roma. 12. Obsecro vos fratres per misericordiā Dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placenter, rationabile obsequium vestrum. Quando nos ipsos totos simul & dona Dei in nobis ipsi Deo vouemus & reddimus, ac in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus: tum ei suauissimi incensum adolemus. Quando solēnitatibus, festis, & diebus statutis, beneficiorum Dei dicamus sacramusq; memoriam, immo semper cum ex corde Deum inuocamus, confitemur, & gratiarum actione prosequimur: ei hostiam homilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis sacrificamus. Quaero vnius eiusdemq; corporis membra nos esse in Christo agnoscimus, donisq; nobis à Deo singulis, secundum mensuram fidei donatis, in totius corporis utilitatem utimur, immo cum omnes homines natura & origine nobis similes, per inde ac nos ipsos, complectimur, ac Deo diligimus, hoc omnibus modis studentes, vt illi perinde ac nos, in corpore & animo seruentur, & tandem nobiscum Deo (in quo omnis beatitudo consistit) fruuntur: magnum sacrificium est. Vnde consequitur: vt quæcumq; in ministerio tabernaculi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta: ad dilectionem Dei & proximi significandam referatur, quod in his duobus præcepbris vniuersa lex pœdeat & prophetæ: quæ intellectu, magna lucem attulerit in scripturarum lectione & scrutatione versanti. Regum. 5. legimus. Nunquid vult Deus Holocasta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quæ victima, & abscultare magis, quæ offere adipem arietum. David diuinus ille psalmi ad verum sacrificium cohortas, sic ait psalm. 4. Sacrificate sacrificiū iustitiae & sperate in Domino, Et in psalmo. 15. Conserua (inquit) me Domine, non quia multam pecudum victimā occidi, sed quia speravi in te, quoniam beneficiorum meorum non eges. Et iterum psalmo. 4. 9. Si esuri ero (inquit Deus) non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Nunquid mandubabo carnes taurorum, & sanguinem hircorum portabo? Quasi diceret: vtq; si hæc quererem, non ante peterem quæ habeo in potestate mea: sed vt intelligas quid illa significet, & quid requiram. Immola (inquit ibidem) Deo sacrificiū laudis, & redde Altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis, eripiā te: & honorificabis me. Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendā illi salutare Dei. Item Psal. 115. Quid retribuā Dominō pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiat & nomē Domini inuocabo. Vota mea Domino reddā corā omni populo eius. Apud Michæā prophetā cap. 6. sic legis. Quid dignum offeram Domino, Curuabo genu Deo ex celo. Nunquid offeram ei holocausta & victimulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus?

nus in nailibus arietū, aut in multis millibus hincorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro fæclere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Utq; facere iudicium & diligere misericordiam, & foliū ambulare corām Deo tuo. Esaias plane rejicit sacrificiū externū sine pietate & bono motu cordis oblatū. Ne offeratis (inquit cap. 1.) ultra sacrificiū frustra: incēsū, abominatio est mihi, &c. Sed lauamini mundi estote, auferite malū cogitationū vestrarū ab oculis meis, quiescite agere per uerse, discite bene facere, querite iudiciū & subuenite oppreso, iudicate pupilos defedite viduā, ve nite & arguite me, dicit Dominus. At quid tam multis opus quum Christus verissimus ille interpres legis & prophetarum, apud Marthæū pharisæicā increpans hypocritam, O scami cicans clamet. Eentes autem discite quid est misericordiā volo & non sacrificium. Et illius vas electū Paulus in Epistola ad Hebræos. 11. cap. Cum demonstrasset vnicum illud propitiatoriū sacrificium, ferme in calce Epistola, nos etiā nostri sacrificij quod in Christo oblatum tātum valet, admonēs, Per ipsum (inquit) offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum conscientiū homini eius. Beneficentia etiā & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. CVM igitur quicquid singuli per Christū redempti, Deo dedicamus ac consecras, quicquid sic operamur, vt ad Deū referamus, vtq; illi inhāremus, veram sacrificium sit: proindeq; & animus Deo mancipatus, & corpus mundo mortuū, atq; in seruitutem Dei redactum, & torus insuper homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus in quantum mundo moritur & Deo vivit: & demū omnia pietatis ac misericordiæ opera, rectes sacrificia appellentur, ac Deo per Christum in nobis operatē offerriri eſte dicantur: profecto efficietur vt tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, congregatio societasq; sanctorum, velut vniuersales sacrificiū offeratur Deo, per eundem illum sacerdotem magnum, qui prius seipsum obtulit in passione pro nobis: vt tanti capitū corpus essemus, secundum formam serui. Hanc enim oblatit, in hac oblatione est: quia secundum hanc mediator est: in hac sacrificium est.

IAM ex his omnibus facile erit ad intelligentiā eius penetrare, quale nam missa sacrificiū sit: modo diligenter intueantur, quid in missa tractetur & agatur. Liquer enī ex superioribus duplex esse sacrificium. Quoddā propitiatorium, quod oblatū pro remissione peccatorum, iram dei placat, & Deo nos reconciliat. Aliud vero sacrificium laudis, gratiarum actiones, & obedientia, quæ Deo veluti honorem & seruitutem, ei propriæ debitos reddimus. Itidem, quia hoc sacrificiū laudis post Ad lapsum & naturæ corruptionē defecrat, constat propitiatorium sacrificiū idcirco initio promissum

existens. Hoc est sacrificium illad singulare, omnes excedens victimas: hoc poculum quod ipse Christus pincerna nobis porrexit, tantæ virtutis, ut omnipotentis aspersione animā munit & sanet, quicquid carni vel spiritui, veteris vitæ adiecerat corruptela. Et licet secundua hanc rationem corpus Domini in altari non omnino proprie-datur sacrificium, sed magis sacramentum, seures sacramenti: quod sacramentum & sacrificium eo differre videantur, vt sacramentum sit sacrosanctū signum, per quod Deus nobis aliquid exhibet: sacrificium vero quod nos Deo reddimus. Attamen (vt diximus) patres non dubitatūt hoc Christi corporis in altari sacrificium & salutarem victimā appellare, non ratione sacrificij quod est sitū in actione sacerdotis, seu in iste communicatione aut ecclesiæ: sed ratione sacrificij quod in cruce oblatum est semel, in quo Christus sacerdos est ipse & oblatio in sempiternum potēs. Eo enim quod manet in oeternum: sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis, qui est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantū, sed etiam pro torius mundi, perpes virique sacrificiū & semper manens holocaustum. Secundum quam quidem rationē in hoc sacramento nihil propriū est sacerdotis, sed totum agit Christus, qui usque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat & sanctificat & benedicit, & pie sumētibus dividit. Et eatenus credere debemus omnes, quem adiutorū apud diuum Chrysostomū est, hominem. In Matth. cap. 14. quod eriam nū illa coenac lebratur, in qua Christus ipse recumhebat. Nihil quippe interest inter illam & hanc: non enim hæc ab homine illa ab ipso conficitur. Proindeque, vt subdit, quando sacerdotem corpus tibi præbere videris, noli sacerdotis, sed Christi manū, ad te porrigi arbitrari. Nam (vt Paulo post ait) carnes suas nobis tradidit, seipsum immolatum proposuit. Immolatio seu ipsa oblatio per quā Christus in mortali corpore, factus obediens usque ad mortem in cruce seipsum obrulit. Ea, inquit, oblatio transiit non reiterabilis: sed victimā ipsa immolata, illiusque virtus eiusdem semper efficacitæ in perpetuum manet. Neque enim sacerdotij Christi (vt sacerdotij Aaron) poenituit Deum: quoniā sacrificium quod in cruce Christus obulit, sic in beneplacito Dei constat acceptabile, & perpetua virtute consistit: vt non minus hodie in cōspectu patris oblatio illa sit efficax, quam eo die quo de saucio latere sanguis & aqua exiuit. Semper enim reseruatæ in corpore plaga salutis humanæ exiguae prærium, & obedientia donatiū requirūt. Ex quibus perspicuum euadit, quemadmodū corpus Christi verum sit ac dicatur res oblatā in missa. De corpore Christi mystico post dicemus. IAM de ipsa oblatione quæ in missa fit, id est, de operę sacrificantium vidēdum est: ubi iterum ad duo

duo respicere oportet, nempe, ad ceremoniam exteriorem, & id quod intus agitur per fidem. Ceremoniam seu actionem exteriorem, sacramentalē oblationem vocamus, quā Orthodoxi absque spirituali oblatione, id est, sine fide & bono motu cordis, ex solo opere operato nobis proficere aut utilem esse negant: tantum abest, ut illi tribuant meritum remissionis peccatorū pro viuis & pro mortuis non participantibus Christi meritū per fidem. Quā hic animaduertendum est, Orthodoxos, cum quid tribuit operi operato in hoc sacrificio, non intelligere per opus operatum cere moniam exteriorem sine fide, quod faciūt aduersarij; sed potius veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, quā non in merito sacerdotis, sed in verbo conficitur creatoris. In quā sententiam Innocentius, dixit in lib. de sacro altaris mysterio cap. 5. Non sacerdotis iniquitas esse eternū ita pedeit sacramēti; sicut nec infirmitas me dici virtutem medicinā corruptit. Quānis igitur (vt subiicit) opus operās aliquando sit immunis: semper tamen opus operatum est mūndū. Non quidem vt pariter dignis & indignis: sed tamē vt digne sumētibus ad salutem proficiat. Nā vt omnia sunt munda mundis: sic omnia sunt immunda immundis. Conuenit ergo Orthodoxis cū aduersarijs, cultum noui testamenti spiritualem esse, qui non alicet quam spiritu & veritate, hoc est, vero cordis affectu perficiunt, quemadmodū Christus ait Iohannī. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spū & veritate. Interim tamen (vt iam diximus) non detrahunt Orthodoxi sacramento corporis & sanguinis Dominicī veritatē, & si malus sit sacerdos conlecrans, si tamen consecrare intendat, & verbis Christi sacramentum conficiat. Aliud est enim confidere corpus Christi, quod facit sacerdos Christi yice, Christi verba pronuntianti: aliud vero offerre Deo Christi corpus verum vel mysticum, quod nemo vtiliter facit, nisi accedat vera fides & bonus motus, vel offerētis, vel eius pro quo fit oblatio. Itaque facti patres veranq; oblationē, sacramentalē, & spirituālē iungunt: ac pronūtiāt eandē oblationē spiritualem cum externo opere coniunctā in missa, ecclesiae sacrificium esse, Deo placēs super omnia veteris legis sacrificia. Sed quale nā sacrificium ea oblatio sit, explicandum est.

RES in hoc sacramento oblatæ duæ sunt (vt prædiximus) nempe corpus Christi verum cum meritis suis: & corpus Christi mysticum cū suis donis à Deo acceptis. Quatenus ergo ecclesia verū corpus & verum sanguinem Christi Deo patri offert, sacrificium mere repräsentatiuum est eius quod in cruce semel est peractum. Quatenus vero seipsum (quā est corpus Christi mysticum) per Christum offert, seq; ac sua omnia per Christum Deo dedicat, verum, sed spirituale sacrificiū est, hoc est, Eucharisticum, laudis, gratiarum actio-
pis, & Deo proprie debitæ obedientiæ. Sed dices,

Qui fit, vt verum corpus Christi in altari iterū offeratur, quū Apostolus dicat quod Christus una oblatione cōsumauit in sempiternum sanctificatos? Quis hanc ecclesię tribuit potestate? Respondeamus, Christus in manifestatione sui corporis, in distinctione membrorum suorum, semetipsum semel in mortali carne in mortem, obruit; vt morte in defūteret & vitam nobis resurge do repararet. Sed nihilo secius ecclesia cum quotidie offert: non in mortem, q; Christus semel resurgens ex mortuis iam non moriatur: sed in mortis sua recordationem, vt fructu passionis eius ac mortis repleatur, idq; secūdum ipsius Christi doctrinā & institutionē, dicentis, Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriā facietis. Nam vt diuns Irenaeus vetustissimus ille ecclesia doctor inquit lib. 4. cap. 2. Christus panē accipiens, & gratias agens dixit. Hoc est corpus meum. Et calicē similiter, qui ex eadem creatura est, quæ secundū nos est, sūm sanguinē confessus est: & nobis testimenti nouam docuit oblationem, quā ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit cap. 1. Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus omnipotens, & sacrificiū non accipi am de manib; vestris: quoniā ab ortu solis usq; ad occasum nomen meū glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum, offertur nomini meo, & sacrificiū purū, quoniā magnum est nomen meū in gentibus, dicit Dominus omnipotēs. Hac ille. Dū enim non habenus quod illi dignū offerre valeamus pro omnibus que retribuit nobis, calicem salutaris accipimus, id est, passionē eius repräsentantes Deo patri opus nostrā redēptionis, vt illius sacrificiū semel pro nobis oblati in cruce, & nostra cōmemoratione refricati, particeps facti, maneamus & vivamus in ipso, per ipsum. Passioenim Domini est (vt inquit Cyprianus ad Cæciliū) sacrificiū quod offerimus, id est, quod offerendo repräsentamus, memores illius vniū & summi sacrificij & sanctæ immolationis in cruce factar. Immolatur ergo Christus in altari, sed sacramentaliter & mystice: quia in sacramento recordatio illius fit, quod factū est lemē. Non toties (qd dictū abominabile est) occiditur Christus, sed repräsentatur quod olim factū est ne beneficij in nos collati obliuiscamur, sed porius hoc sacramento sic excitemur ac moneamur, tanquā videamus Dominū pēdente in cruce. Itaq; immolatio, quā manibus sacerdotis fit, Christi passio vocatur non rei veritate, sed mysterio significandi, nec hac immolatione magis quā esu corporis Dominicī occiditur Christus. Non occiditur (inquit Augustinus) Christus, vt manducetur: sed mortuos vivificat quando māducatur. Reficit, nō deficit: vivit māducatus, quia surrexit occisus. Per partes māducatur: & manet integer totus in coelo, manet integer totus in corde tuo. Atq; alibi idē beatus pater eorum quā diximus summam ita perstringit,

git. Nullatenus (inquit) dubites ipsum vnigenitū Dei verbū carnē factū, se pro nobis obtulisse sacrificiū & hostiā Deo in odore suavitatis: cui cū patre & Spiritu sancto à patriarchis prophetis & sacerdotibus tépore veteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nūc, id est, tépore noui testamento, cū patre & Spiritu sancto (cū quibus est illi vna diuinitas) sacrificiū panis & vini in fide & charitate sancta ecclesia catholica pervniuersum orbē terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus vñ & tñis figuratio fuit carnis Christi, quā pro peccatis nostris ipse sine pctō, fuerat oblatus: & sanguinis quē effusurus in remissionē peccatorū nostrorū. In isto autē sacrificio gratiarū actio atq; cōmemoratio est carnis Christi, quā pro nobis obtulit: & sanguinis quē pro nobis idē Deus fudit. In illis sacrificijs quid nobis cōdonatū sit, euideretur ostenditur. In illis sacrificijs pronūcia batur filius Dei pro impijs occidēdus: in hoc autē pro impijs annūtiatur occisus. Quā ōnia latius idē ipse Augustus in psal. 37. & contra Faustū Manicheū lib. 19. eleganter admodū prosequitur. Et in psal. 79. Semel (inquit) Christus pro nobis īmolatus est. Sed cū meminimus qđ ad nos venerit, & quod nobis donauerit, nempe remissione omniū peccatorū, idq; creditus, tū ex ipsa memoria quotidie nobis sic īmolatur, quasi quotidie nos innouet, qui prima sua gratia in baptismo innouauit. Quod & alibi breuius dixit. Tunc (inquit) cuiq; occiditur, quā credit occisum. Atq; hanc sacrificij nostri rationē Diuus Chrysostomus in epistola ad Hebreos pulcherimē descripsit. In Christo (inquit) semel oblata est hostia ad salutē potens. Quid ergo nos: Nōne per singulos dies offerimus. Offerimus qui dem, sed ad tecordationē facientes mortis eius, & vna est hac hostia, non multæ. Quomodo vna est & nō multæ. Et quia semel oblata est illa, oblatā est in sācta sāctorū. Hoc autē sacrificiū, exēplar est illius: id ipsū semper offerimus. Sed ne ex his verbis lector dubitationē aliquā conciperet de veritate corporis Domini in Eucharistia (quā idem Chrysost. vbiq; grauissimē asserit) statim subiecit. Nec nūc quide aliū agnū, crastina die aliū, sed semper id ipsum. Proinde vnu est hoc sacrificiū: alioqui hac ratione quia in multis offertur, multi Christi sunt. Nequaquam, sed vnu vbiq; est Christus, & hic plenus existēs, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbiq; offertur, vnu corpus est, & non multa corpora: ita etiā & vnu sacrificiū. Pontifex autē noster ille est, qui hostiā mundante nos obulit, ipsam offerimus, & nunc oblata quidē consumi non potest: hoc autē quod nos facimus, in cōmemorationem quidē fit eas quod factū est. Hoc enim (inquit) facite in meam cōmemorationē. Hac ille. Quibus verbis quid aliud incalcat beatus ille pater, quā quod in hoc sacrificio ex parte rei oblatæ sit verum corpus Christi, cum dicat vnu ybique esse Christum, & hic plenū, & vnu ybique vnum corpus? Sed quod ad oblationem no-

stram attinet, eam esse exemplar illius in cruce factæ, hoc est sacrificium repräsentatiuum.

Nē Q; V Em̄trabere nos verū Christi corpus in recordationem Deo offerre audere. Nam cum Deus Christum nobis donauerit, quē ad modum scriptum est, Sic Deus dilexit mundum ut filium iūuū vnigenitū daret: vtq; propterea nobis donatus est, vt hunc irā Dei tanquā reconciatorē nostrum opponamus, & diffisi de nostris viribus hanc potentissimā victimam patri repräsentemus. Quū defecerit (inquit Bernardus in cant. sermone. 22.) virtus mea, non conturbor, non diffido, scio quid faciam. Calicē salutaris accipiam. Et in sermone. i. de Epiph. Totum quod dare possum: miserū corpus istud est. Id si minus est, addo & corpus ipsius. Nam illud de meo est: & meū est. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est mihi. De te dñe suppleo quod minus habeo in me. O dulcissima reconciliatio, o sacrificio suauissima. Hec ille. Nemo vel primis rudimentis Christianismi imbutus ignorat, non est se aliam satisfactionem pro peccatis, quā quæ facta est in cruce: eademq; non tantū pro nostris sed & totius mundi peccatis sufficientissimā esse, nullaq; supplicatione egere, neque requiri vllam aliam hostiam, aut vllum aliud meritum, per quæ ex impijs efficiamur iusti, & reconciliemur Deo patri, quod non sit aliud nomen sub coelo, in quo oporteat nos saluos fieri. Interim tamen omnes sciē debent neminē huius hostiæ participem fieri, nisi tantum credentem, & obtemperantē euangelio Christi, quē admodū Iohānes ait. Filium tuū vnigenitū dedit Deus: vt omnes qui credunt in illū non pereāt. Quā ergo in misericordiā euangeliorū euangelij summa, fide recenseatur, videlicet quod Christus traditus sit pro nobis in remissionē peccatorū, idq; ea fide qua cōfidimus nobis pōnitentibus per hanc hostiam, nempe Christū pro nobis oblatum, remitti peccata: quis nō videt Deum per talē fidem (quā in huius repräsentatiui sacrificij celebrationē, atq; adeo eiusdem corporis pronobis passi mandatione vel maxime exercetur) beneficium Christi dilectissimi filij sui, suis fidelibus applicare? Nec enim hanc applicatiōnē sacerdoti, sed Deo tribuimus: nō operi nostro, sed Dei beneficio. Quod tamen non aliter quā voluntatis nostrae a sensu per fidē accipimus. Idque vt possimus is facit, qui dat velle & perficere pro sua bona voluntate.

IAM vide quanto interallo hoc sacrosāctum altaris sacrificiū cum fide coniunctū, cetera sacrificia nostra (quā tantum interna seu spiritualia dicimus, qualia sunt ōnia opera nostra bona in fide facta) præcellat, atq; adeo cetera ōnia roboret ac confirmet. In huius (inquit Cyprianus de coena Dñi) veracissimi & sanctissimi corporis præsetia non superiuacue mendicant lachrymæ veniam, nec vñquā patitur contriti cordis holocaustū repulsam. Quoties ergo, te inspectu Dor-

mini video suspirantē, Spiritū sanctū non dubito aspirantē: cū intueor flentē, sentio ignoscētē. Et Paulus post Hierarchā pīos quē 'Spiritū sanctū & cōpungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, elevatione manū crucis mysteriū repræsentāt, con fidenter orat pro sua & populi ignoratiā. Hæc ille. HABES itaq; nanc explicatū sacris, quo pacto altaris sacrificiū ex parte corporis Christi veri in sacramēto oblati: repræsentatiū sit. Sūpereit ve exponamus, quatenus mīla non tantū repræsentatiū: sed præsens etiā ac verū spirituale sacrificium sīc: ceteris omībus sacrificijs spiritualib; vñiversalius & excellentius. Sacerdos qui sacrificat, non suā sed in primis Christi, deinde totius ecclesie personā gerit, ministrioq; publico fungitur. Iac. cū ecclēsia Christi sī corpus dicēte Paulo ad Ephe. 4. Sicut enim in vno corpore mīla tēbra habemus, omnia autē membra nō eundē actū habent: ita multi vñū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius mēbra, habentes dona secundum gratiā quā data est nobis. Idcirco ecclēsia per sacerdotē vni publicū ministru, Christi corpus in missa offerens, non tantū hoc agit ut corpus Christi verū illiusq; passionem, quā præteriit Deo repræsentet: sed & ipsam quā Christi capitū mysticū corpus est, per Christum offerat. Hoc (inquit Augustinus de ciui. lib. 10. cap. 20.) sacrificiū Christianorū est. Multi vñū corpus sumus in Christo, quod sacramento altaris fidelibus noto frequentat ecclēsia, ydi ei demonstratur, quod in oblatione quam offert, ipsa offeratur. Quædāmodū enim Christus nos omnes in cruce portabat, qui & peccata nostra portabat: & quædāmodū ille totius ecclēsia causam gerebat, e. nām in seipso Deo patri offens: sic ecclēsia tantā oblationē tamq; beneficiū pia deuotione recolens, non sese dividit: sed omnia mēbrorā suorā curam gerens, & pro viuis & pro mortuis (quos vna eademque fides colligavit) deprecatur, seque totā per Christum Deo viuo vicissim dedicat, ac consecrat.

ATque hic vide, quā nihil eorum spiritualium sacrificiorū (per quā fit vt imobiles iñhāreamus Deo) prætermittat. In missa primas partes tenet fides, hoc est, fiducia remissionis peccatorum per Christū: quā vtiq; sacrificiū illud est iulitiae, de quo propheta psalmo. 4. dixit. Sacrificate sacrificiū iustitiae & sperate in domino. Deinde cum hac si de necessario coniuncta est gratiarum actio pro illo summo beneficio & nobis & vñiuersae ecclēsiae collato: propter quam reuerenda & salutaria illa mysteria Eucharistia appellantur. Sunt enim benefiorum recordatio plurimorum, caput que diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nosque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere. Et qui fieri potest, vt non accendamur mira quadam charitate erga Deum tantorum benefiorum recordatione, Erga proximos quoque cum quibus intelligimus vñum nos esse corpus in Christo: vt quemadmodum Christus nobis se totum donaz-

uit, ita nos quoquē utilitati proximorum totos expendamus: Vnus panis (vt Apostolus. 1. ad Corin. 10. ait) vñū corpus multi sumus, qui de uno pane & de uno calice participamus. Mysterium enim pacis & unitatis nostræ Christus in sua mensa consecravit, adeo ut qui accepit mysterium unitatis & non seruat vinculum pacis: non mysterium accipiat pro se, sed testimonium contra se. Rursus in hoc sacrificio fideles se totos Deo consecrant, anima peccatis moritur, cor sursum ad Deum erigitur, totumque ad cogitationem & amorem Dei tam beneficentissimi cōvertitur, atque adeo anima propter quam Christus mortuus est, reconciliatione per Christū accepta, ac sanctificata Deo offeratur: vt deinceps homo cū Pauloglo rietur & latetur dicēs. Viuo ego, iā nō ego, vivit vero in me Christus. Corpus deniq; & quicquid sumus, in hoc sacrificio Deo consecratur. Nā qui Christi corpus manducat, quid aliud protestatur quam se in Christo manere, & illū manente in lebabere? Qui sanguinē bibit, quid coquettatur aliud quam se libenter etiā sanguinē sī res ita postulet) susurruam pro Christo, qui non tantū pro eo sanguinem fundere, sed & condē sanguinē sumillī in potū propinare non dubitauit?

QVAM eximium ergo sit missa sacrificiū, modo secundum Christi institutionē & exemplū pī celebretur, quis non videt? Hic est præsens illa victimā, quā semel in cruce oblata, nos reconciliavit Deo. Hic eadē illa victimā pet manū Dei a reconciliatis accepta, rursus mystice in recordationē & gratiarū actionē immolatur ac repræsentatur Deo. Hic ecclēsia (quā corpus est mysticū) se totā Deo consecrat, adeo ut Cyprianus tale sacrificiū, verū & plenū sacrificiū non dubitauerit appellare. Diligenter ergo hæc omnia nobis intuentibus nihil vel absurdū vel scrapulosi in toto Missa contextu occaret, sed omnia (præsertim quā canō cōplebitur) pietatis plenissimā ac plane reverenda (ve sunt) videatur. Autem ecclēsia respicit ad corpus & sanguinē Christi, pī se in cruce oblata, & vi omnipotentis verbi in altari praesentia, & nō verent hæc appellare hostiā puram, hostiā sanctā, hostiā immaculatā, panē sanctūm vīta eternā, & talitatis salutis perpetuā. Aut ad oblationē representatiū & cōmemoratiū passionis seu corporis Christi veri (quā fide misericordiā per Christum apprehendente, & redēptionē, quā est in Christo Deo patri opponente, peragitur: & non dubitat hoc sacrificiū laudis offerre pro se suisq; omnibus, pro redēptione animarū suarū pro spe salutis & incolumentis suem in spem salutis & incomitatis ac redēptionē animarum debita laude & gratiarū actione Deo accepta referens; peritq; vt hanc oblationē seruitutis sūc Deus placatus accipiat, diesq; nostros in sua pace disponat, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum suorum grege nos iubeat numerari, non quidem ex meritis nostris, aut ex dignitate nostrz seruitutis,

bus & his qui in sublimitate sunt, vt tranquillam & quietam vitam agamus in omni pietate & castitate, ne quisquam (sicut se habet humanae cogitationis infirmitas) existimat non ista facienda pro his à quibus perseguitionē patiebatur ecclēsia, quā membra Christi ex omni essent hominū genere colligenda. Ideo enim adiūgit Apostolus Hoc (inquit) bonū & acceptū est coram salvatore nostro Deo: qui oēs homines vult saluos fieri, & in agnitionē veritatis venire. Et ne quisquā diceret posse esse salutis viā in bona conuersatione & vnius Dei onipotētis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi: idcirco (eodē Augustino teste) Apostolus subiecit. Vnus enī Deus, & vnu mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus. Vt illud quod dixerat nullo alio modo intelligatur prestari, nisi per mediatorē hominē Christū Iesum: quā verbū caro factū est, & habituit in nobis. Hæc ille.

Q. VID potuit vir ille sc̄tū fortius p missa atq; adeo ipso canone dicere? Qui ex Apostolo Paulo & celebrationis & deprecationis quā in missa fit ordinē ostēdit ac palā diffinit hoc sacrificiū quod in missa per obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarū actiones fit, pro tota ecclēsia offerri oportere, atq; adeo etiā p his à quibus ecclēsia p securitionē patitur? In quā tentēiam Tertullianus (qui sub ipso ipatore viuebat) dixit. Sacrificamus pro salute imperatoris, sed Deo nostro & ipsius: id quidē pura prece. Nec hic aliquid duri aut scrupulosi occurrit, si oblationū species teneamus: & singula singulis referamus. Hoc enim (vt idē toti es repētam) omnis plene satetur ecclēsia: quod remissio pectorū seu iustificatio soli oblationi quā in cruce facta est tribuatur. Hec enim sola est pretiū pro peccatis nostris, immotius mundi, quā adulteris tantū his applicatur, qui eandē propria si de percipiunt. Absit enim vt operi nostro hoc tribuamus: vt ex dignitate sua seu ex opere operato a lijs etiā iniustis, impenitentibus, & non resipiscētibus remissionē peccatorū (thesaurū illū plene diuinū) mereatur. Nā quantū ad iustificationē attinet, omnino verū est, qđ iustus ex fide sua viuet: nihil sc̄iū tamen, quia sumus eiusdem corporis mēbra, verissimū est, quod omnia opera nostrabo na quā per fidē fiunt: impetrant multa cōmunia bona atq; adeo in hoc fidelium coetu omnia esse cōmunia, neq; quicquā propriū quenquā habere, sed omnia pia opera nō tantū facienti sed & alijs credentibus prodesse, eosdēque defendere. Quāquā oratio (quā scriptura etiā inter sacrificia spiritua lia recenset psalmo. 140. Apocalyp. 8.) hoc peculiare habet, quod non tantū pro nobis, nec pro credētibus tantum, sed pro iniustis fiat: nō sua dignitati sed Dei mādato, pmissioni, ac misericordiæ tota innitens. Vide vero quam diligenter in missa proprietas ista seruitur. In missa est sacrificiū cōmemoratiū passionis, gratiarum actionis, priors votorum ac preciū. Pro tota ecclēsia lecun-

dum Christi institutū precatur sacerdos, vt cā Deus pacifet, custodiat adiunet, ac regat. Pro potestis quoq; qui in sublimitate constituti sunt, se cundū Apostoli p̄ceptū orat. Insuper p̄ quibus dā spaciati, & subīde pro oībus circūstātibus hoc sacrificiū laudis offert, sed pro his tantū quoq; fidēs Deo cognita est & nota deuotio, qui & ipsi offerunt hoc sacrificiū laudis p̄ redēptione animarū suarū, hoc est, qui per fidē recolūt se per Christi passionē, quā hic repräsentatur, redēptos esse, debitas pro tāto beneficio gratias & laudes agere. Quid em̄ est aliud offerre sacrificiū laudis, quā laudem dicere & gratias agere?

SED adhuc male habet aduersarios, quod in mis̄a sanctos (vt dicit) inuocemus. Quā si totū missa, & in primis canonis contextū inueniamur, inueniemus in Missa ônes, seu pene ônes orationes ac preces ad solū Deū pātre dirigī, qui inuocatur per filiū, paucas tantū ad filiū, nullas ad sanctorū aliquē: vt vel hinc deprehendatur, quo afflūtū ad mordendū Canonē accedant. Sed de inuocatione sanctorū suo loco dicemus. In præstia ostēdere sufficerit, nos id facere in Missa, qd̄ Missa ratio requirit. Missa nō singulare sed totius ecclesie sacrificiū est: i cuius oblationē, ecclesia, Christi oblationē repräsentat, & corpus capit is oblationē imitatur. At sancti nobilissima ecclesia mēbra sunt, quos pater coelestis filios agnoscit, ac honorat filius fratres & cohāredes, Spiritus sanctus tēpla sua vocat. Deinde, sicut solus Christus sit nobis a Deo sapientia, iustificatio, & redēptio atque solus qui potuit & debuit nos liberare a peccato, morte, & diaboli potestate, reconciliare nos Deo, & dare nobis vitam æternā: tamen præter hæc gratuita saluatoris beneficia & diuina cōp̄ta, qua soli Christo tribuuntur, nemo ignorat (quid nec aduersarij negare posunt) sanctis iusta esse merita, quæ tamen etiā Dei sunt dona. Hæc uenibim̄ est viuis ecclesie mēbris communicari. Alioqui quid est quod profitemur in symbolo nos credere sanctorū cōmunionē? Deniq; quis dubitat, sanctos in iro desyderio desyderare acceleratōne poenitentiae & salutis nostræ, eisdemq; sedalo pro nobis orare? Nam si angeli, qui non cōmunicauerunt carni & sanguini, defalure nostra quā maxime sunt solliciti. Lucae. i. 5. ipsique pro nobis orate non cessant. Zachariae. i. quanto magis sancti pronobis solliciti sunt, eiusdē corporis mēbra? Si glorificatur (inquit Apostolus. i. ad Corin. 12. vnum membrū, congaudet: quod si patitur vna membrū, cōpatiuntur omnia mēbra). Nouerunt illi periculū nostrū, figurū nostrū, ignorantia nostrā, fragilitatem nostrā, nouerunt aduersariorum dolos, impetus & insultus. In eadē tentatione fuerunt, eosdē superarunt cōflictus, eisdem laqueos euaserunt, & didicerunt ex his, quæ passi sunt cōpassionē. Nec est quod de eorum pia erga nos solicitudine dubitemus, quandoquidem non sunt consumandi sine nobis, sed expectat nos, do-

nec in novissimo die cōmnia simul in virū perfētū cū suo capite mēbra cōcurrat, & laudetur cū hæreditate sua Christus Iesus in secula bñdis. MERITO ergo ecclesia in eo votivo sacrificio, quo uouet se in Christo mansurā (vtiq; in compage corporis Christi) p̄ ijs votis sanctis cōmunicat, merito memoriam eorum (quæ honorat Deus) veneratur, vel ob id vt per eorum memoriam, secundū in Christū confirmat, sp̄m aeternā salutis reboret, & charitatem accendat: nimirū quā recognitat illos elīm homines similes nobis, nō esse amīsos, sed premissos ad vitam venturi saceruli, ac aliquid fore vt & nos qui fratres & conciues sanctorum, & domestici Dei sumus, superstrucciū suū per fundamentū Apostolorū & prophetarū summū angulari lapide ipso Iesu Christo, eos sequimur, & eripi ex hoc sacerulo nequā, cum iplis in utero collocemur. Merito deniq; ecclesia in celebratiōne tanti sacramēti precatur: vt Deus meritis pre cibisq; sanctorū suorū cōcedat, vt in omnibus diuinis protectionis munī auxiliū, idq; p̄ Christū dominū nostrū. Quid enim euidentius huius diuinissimi sacramenti participatione significatur, ac promittitur, quā nos in Christi & omnīi sanctorum suorū confortiū recipi, vt non temere patres hoc sacramētu. Cēmūnione evocauerint, qd̄ qui hoc sacramento digne cōmunicat, certū. It se in Christi corpore ecclesia, & sanctorum omniū (qui cibidē corporis membra sunt) meritis ac precibus adiuvari, defendi, ac cōfirmari. Ergo synaxeos ratio omnino requirit, vt ecclesia multas huius sancta cēmūnionei (quæ p̄ ijs hominibus ināstī mābitis thesaurus est) ad altare Domini recordetur, p̄ ijs desyderio magis fidē suā (qua de hac cēmūnione est) exerceat, quā sanctos alioqui semper p̄ nobis apud Deum sollicitos excitet. Nec potest videri recēs, q; & ecclesia veteris legis cōseruasse legitur. Sic Moyses pro populo qui vitulū conflati le adorauerat, intercedens, inter orāndū patrum cōmemorāt. Recordare (inquit) Abrahā, Iſaac, & Iacob, seruorum tuorū. Tres item p̄t̄ri. Hebrewi informace succensa sic orasse leguntur. Ne auferas à nobis misericordiā tuā deumine Deus noster, propter Abrahā dilectū tuū, & Iſaac seruum tuū, & Iacob sanctū tuū. Certe Cyprianus vetus ille ac vere pius ecclesia doctor lib. epist. 2. testatur, in ecclesia solitas celebrari oblationes & sacrificia, ob cōmemorationes martyrum, qui ad immortalitatem gloriae mortis exitu transierūt. Et Augustinus contra Faustum Manicheum lib. 20. cap. ii. Populus, inquir, Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationē, & vt meritis eorum consocietur: ita tamen, vt nulli martyrum, quanvis in memoriam martyrum cōstruantur altaria. Et vt alibi ait, non constitutus eisdē martyribus templā, sacerdotia, sacra, & sacrificia: quoniam nō ipsi, sed Deus eorum, nō est Deus. Honoramus sane memorias eorum, tanquam sanctorum homi-

nū dei, qui usque ad mortem suorū corporū pro veritate certarūt: vt innōtesceret vera religio, falsis religionibus vīctis atq; conuictis. Quis autem audiuīt aliquando fidelium, stantē sacerdote ad altare, etiā super sanctū corpus martyris, ad dei honorē cultūq; cōstructū, dicere in precibus. Offero tibi sacrificiū Petre, vel Paule, vel Cypriane, quū apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis cōlestī honore sociauit: vt ea celebritate, & Deo vero de illorum victorijs gratias agamus, & nos ad imitationē talium coronarū atq; palmarum eodem inuocato in auxiliū, ex eorum memoriae recor datione adhortemur. Quācūq; igitur adhibetur religiosorum obsequia in martyrum locis: ad ornamenti sunt memoriarū, non sacræ sunt nec sacrificia mortuorū tāquam deorum. Hæc Augustinus lib. 3. contra episto. Pelagia, ad bonifaciū cap. 8. Ergo non adoramus sanctos, non facimus eos mediatores, non seruitus illis cultu qui latrīa nuncupatur, q; hæc soli Deo ac Christo debeantur: sed ad altare Christi (cuius ipsi sancti mēbra sunt) eos ut domesticos Dei amicos, ac pios et sedulos apud Deum pronobis interpellatores agnoscimus, ipso rumq; meritis (qua & dei dona sunt) per fidē particeps fieri petimus. Nec hoc sentimus, sanctorum precēs (quibus adiuuari petimus) ipsorum meritis in nūtī: sed potius Christi, cui iā veluti incorporati existunt. Neq; ignoramus, sanctos ônes siue ab illo antiquo Abel vsq; ad Iohannē baptistā, siue ab ipsis Apostolis vsq; ad hoc tēpus, & deinceps vsq; ad terminū saceruli, in Dño tantum esse laudādos non insepiſis: quia illorū vox est, Gratia Dei sum id quod sum, & ad omnes pertinet, vt qui gloriantur in domino glorietur.

PORO quā synaxeos ratio requirit, sanctorum cōmemorationē in missa fieri, quanto magis par est, vt & defunctorū in Christo ad tanti sacrificij oblationē memores simus. Opponimus autem his, qui hanc institutionē veluti ignotā veteri ecclesiæ calūniantur, vniuersale cōfessiū ecclesiæ omniū tēporū, qui euidentis plane testimoniū est, quod hæc ordinatio sit Apostolica. Beatus Augustinus libro quē decura pro mortuis gerāda ad Paulinū perscripit, Vacare (inquit) non potest, q; vniuersa pro detūctis ecclesia supplicare consuevit. Et ex Machabæis locū citat: quo ostenditur oblatū pro mortuis sacrificiū. Nec hoc cōtentus Augustinus adiecit. Sed et si nūsq; inquit, in scripturis veteribus ônino legeretur, nō parua hac cōsuetudine claret authoritas, ybi in precibus sacerdotis (qua dño Deo ad eius altare fundūt) locū suū habet etiā cōmemoratiō animarū. Et non multo post cap. 4. Non sunt inquit, prætermittenda supplications pro spiritibus mortuorū, quas facientes pro omnibus in Christiana societate defunctis etiā raciis nominibus quorūq; sub generali cōmēmoratione suscepit ecclesia: vt quibus ad ista defuncti parentes, aut filii, aut quicunq; cognati vel

amici, ab vna eis exhibeatur matre cōmuni. Quā capite vltimo satis indicat, quēque diligētius hæc facere pro necessarijs suis, deinde generatim pro omnibus. Itē Chrysostomus to. 4. hom. 6. hunc ritū orandi quotidie in sacrificio laudis (quod iuge vocant) pro defunctis in ecclesia grāca semper fuisse, cundēque Apostolicæ esse traditionis allere re non dubitauit. Quibus Iohānes Damascenus in sermone de his qui in fide hinc migrarūt, subscribens ait. Apostoli discipuli saluatoris in tremēdis viralibusq; sacramentis, memorā eorū qui fidelerū obdormierunt: habendā esse dixerunt. Et hanc receptā & generalem catholice ecclesiæ obseruationē fuisse toto sermone confirmat. Siquis ex vetustioribus plures desideret: post Dionysij cap. 7. coelestis Hierarchiæ testis est Tertullianus ad vxor. oblationes pro defunctis ecclesiā annua die facere. Testis Cyprianus lib. 1. epist. 9. Testis Gregorius Nazianzenus theologus ad Cesareū fratre de matre sua. Gregorius itē Nitānus. Basilius lib. quāstionū ad Antiocū principē quāst. 34. docet sacerdōtū animas sentire beneficia, quū super illis sunt conuēctus & peractiones honorū. Nā si nō, inquit, aliquo beneficio participarēt, nō fieret in cura & exequijs cōmemoratio. Ambrosius in epistola ad Faustum ob germana obitum dolēt. Ergo eā (inquit) non tā deplorandā, quā orationibus prosequendā reorū mōestificandā lachrymis tuis, sed magis oblationibus animā eius Dño cōmēdandā arbitror. Rursus de obitu Theodosij imperatoris, Dilexi, inquit, virū, & præsumto de dño, q; suscipiat vocē orationis meā, qua p̄sequor animā pī. Da requiē seruo tuo Theodosio. Illō conuertatur anima eius vnde descendit: vbi mortis aculeū sentire nō possit, vbi cognoscat mortem hanc non hominis finē esse, sed culpx.

SED vt ad Augustinū reuertamur, hic in enchyridio ad Laurentium (in quo opusculo beatus ille pater existimat se diligenter esse cōplexum, quomodo sit colendus. Deus) præterea Dulcissimū quāstionibus respōdens, deniq; in eo quē citauimus libro de cura pro mortuis agenda, hanc rē nō obiter sed ex professo trāctans, ex catholica & Ortodoxa traditione diffinit, triplicē esse, dum in hoc corpore viuimus, viuēdi modū. Vnum tā bonum, vt hæc p̄st mortē non requirat: in quo Apostoli & sancti Dei martyres, cum hinc decederet, in venti sunt. Alterum tā malum, vt ei non prosint ista post mortē: qualis est eorum, qui & si Christi lauacro in ecclesia baptizati, nēc ab ea vlo schismate vel hæresi præcisi sunt, in lethali bus tamen criminibus (qua nulla poenitentia diluunt) vīque ad vītem huius vitæ dīcē pertinacissime perseuerat. De quibus Apostolus ad Ephe. 5. dixit. Quāniam regnū dei nou possidebunt. Tertiū vero veluti medium quendā viuēdi modū: nec tā bonum vt non requirat ista post mortē, nec tā malum, vt ei nō prosint ista post mortē: qualis est eorū qui poenitentes in fide & cōfessione Christi obdormiunt.

vnt, nec dū tamē peccati reliquijs penitus expurgatis, quos non incredibile est per ignēquādā purgatoriū expiari. Certe constat eos quanto magis minus ve bona pereutia dilexerū, tanto tardius cītius ve saluari. Qui sane tales sunt, vt meritū sibi i hac vita cōparant: vt eis hāc post mortē pdesse possint, nimirū meritū fidei, quod promissionem habet cōmunionis sanctorū: quēadmodum superius abunde declaratum est.

Q. VVM aduersarij nobis obijciunt, nos nostris tantū aut subletari actibus aut grauari, Pauli Apostoli sententiā citātes, cū inquit. 2. ad Cor. 5. Oēs enī astabimus aū tribunal Christi, vt referat vnuſ quisq; secundū ea quæ p corpus gessit, siue horū siue malū responderet Augustinus. Ea quæ p defunctis cōmendādis frequēt ecclesia, huic Apostolicae sententiā nequaquam esse aduersa. Patemur enī plane hic dñe meritū cōparari quo post hanc vitā possit releuari quisquā vel grauari, q; nemō recte speret, se id qđ hīc neglexit, quā obierit apud Dēū promeritur. Ergo si meritū p quod ista prosunt nullū cōparatū est in hac vita, frusta queritur post hāc vitā. Si cōparatū est, si ut aliquid adiuuent ista defunctos, quæ post obdormitionē p eis religiose facta fuerint: ita vt neque inaniter ecclesia, vel suorū cara, pro defunctis qđ potuerit religionis impēdar, & tamea serat vnuſquisque secundū ea quæ gessit per corpus, siue bonū siue malū reddente dño vnicuiq; secundū opera eius. Ut enī hoc quod ipenditur possit eis pdesse post corpora: in ea vita est acquisitū quā gesserunt in corpore. Breuiter genere vitæ quod gessit quisque per corpus efficitur: vt proflent vel nō proflent, quæcumque pro illo pie sunt, quum reliquerit corpus.

NEC tamen ideo, quia nō oībus prosunt hāc pietatis officia, non debemus pro omnibus qui in signo fidei decesserū orare. Nā (vt idē beatus pater ait) cū sacrificia siue altaris siue quarūcunque eleemosynarū, probaptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarū actiones sunt, p nō valde bonis propitiations sunt, pro valde malis etiā si nulla sint adiumenta mortuorū, quales cunque tamen viuorū consolationes sunt. Certe charitas christiana virtus est mire efficax & ampla, quæ se non cōtinet quin & pro viuis & defunctis sit sollicita: ita vt membra nostra ex hoc sacculo emigrantia pia prece domino cōmendet. Quā nostram pietatem, charitatis fructum apud Dēū inanem esse, quis dicere ausit?

Q. VOD vero synaxeos ratio postulet, in Missa potissimum animarū cōmemorationē fieri, Augustinus i lib. 1. de anima & eius orig. cap. 9. declarat. Piorū (inquit) anima mortuorū non separatur ab ecclesia, quæ etiā nūc est regnū Christi: salioqui nec ad altare Dei fieret eorū memoria in cōmunicatione corporis Christi, quod tamen pie fieri, quis dubitet: Rechte enim pro eis offertur corpus Christi: qui membra sunt Christi. Et cū coniunctum Dñi unitas sit corporis Christi, quis ab illius participa-

tione animas piorū excludat, qui membra sunt corporis eius: Vide vero quā diligenter pietate istā idē Augustinus lib. 9. confessionū cōmendet, vbi reperies quēadmodū p Monica matre sacrificiū pretij nostri obtulerit, quas preces fuderit, quātis præconijs pia Monicæ defyderia prosequatur. Illa, inquit, imminentie die resolutionis sua tantūmodo memoria sui ad altare tuū. O Christe fieri defyderauit: cui nullius diei prætermissioe servirat, vnde scirec dispensari victimā sanctā, qua de letū est chirographā quod erat contrarium nobis, qua triūphatus est hostis cōputās delicta nostra, & querens quod obijciat, & nichil inueniens in illo in quo vincimus. Ad cuius pietij nostri sacrametū ligavit ancilla tua animā suā vinculo fidei, nemo aprotectio tua dirūpat eam. Hac ille. NEC contentus, quod ipse parētes pīs præcibus dāo cōmendasset, orat vt idē perpetuo faciat, qui sualegerint. Inspira (inquit) dāc Deus meus, inspira seruis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dāis meis, quibus & voce & corde & literis seruio, vt quotquot hāc legeriat, mēminerint ad altare tuū. Monicę famulę tuę cū Patrio quondā eius cōiuge, per quorū carnē introduxit me in hanc vitā. Me mēmnerat cū affectu pio parentū meorum in hac luce transitoria, & patrū meorum, sub te pate, in matre catholica & ciuium meorum in æterna Hierusalē, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exiū usque ad reditū, vt quod illa a me poposic extremū, yherius illi prēstetur in multorum orationibus, rā per confessiones quām per orationes meas. Hactenus Augusti.

PORK. O duo sunt, quæ hic beatus pater requirit, vt supplicationes istæ spiritibus mortuorū p̄sint. Primiū, ve siā recta fide ac pietate, ve scilicet verbis recordatis & præcantis affectus accedat, sine quo nec extera supplicatio, nec examinorū corporum in qualibet lāctis locis depositio, vllas supericias aīibus ferūt. Scđo, vt tales fuerint defuncti, q; cū viueret, vt hēc sibi postea pdesse posset, mera erūt. Quorū (inquit) aīas pietate suorū viuētiū relevati qui p illis sacrificiū mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia fūt, ónino negādū nō est. Quo fit, vt in canone nō pro quibas ferūt, sed tātā pro his, qui nos præcesserunt cū signo fidei, & dormiūt in somno pacis, sacerdos oret. Nā (vt Augustinus alibi sit) nec credēdūt, nec docendū est, sacrificiū Christi aorā pro his qui nō baptizati de corpore exierunt, offerendum, sed rātūm pro eis qui membra sunt Christi.

ADVERsarij itaq; iniuria calūniātur ac singū orthodoxos dicere, se hoc sacrificiū ēt mortuis applicare, seq; illis remissionē calpa & poenit, & quidē ex opere operato mereri, seq; mortuis liberatio nē à poenis purgatoriū suis meritis ac virtute polliceri. Nā in canone nulla eiuscemodi applicatio nis (maxime quæ sine fide fiat) nulla meriti sacerdotis, nulla pollicitationis humanę mērio fit: sed tota actio & oratio ex fide & charitate proficiēs.

soli

soli indulgentiæ Dei innititur, & p Christū Dominiū oīa quæ petuntur, cōcedi deprecatur. Quin vt cānō omnēmeriti humani p̄suptiōne exclu deret, oratione statim subseqnente (in qua iterū pia ac religiosa sētōrū cōmemoratio fit) sic habet. In tra quorū nos cōsortium nō estimat meriti, sed veniā (quæsumus) largitor admitte per Christū dñm nostrum. Ecclesia ergo quēadmodū pro viuis, ita & pro spiritibus defunctorū sacrificiū mediatoris offert, id est, passionē Dñi Deo repræsentat, illosq; pia oratione propitiatiōnē tanti sacrificiū semel oblati cōmendat, firmissime credens, q; hoc sacrificiū in cruce oblatū, tum viuis, tum fide defunctis, ad relaxationē prospic. Quod Innocētius, 3. de sacro altaris mysterio lib. 4. cap. 5. recte ac grauiter sic explicauit. Orat (inquit) pia mater ecclesia, non solū pro viuis, sed et pro defunctis, & eos sacræ oblationis (nimirū in cruce factæ) intercessiōnē cōmendat, certissime credens, q; sanguis ille pretiosus qui pro multis effusus est in remissiōne p̄sōrū, non solū ad salutē viuentū, verū etiam ad absolutionē valeat mortuorū. Quæ omnia in concilio Cabilonēsi procūl dubio diligētissime expensa sunt: in quo iter alia sic statutū legimus. Vi sum præterea nobis est, vt in omnibus Missarū solēribus pro spiritibus defunctorū loco cōpetenti, in ecclesia ad Dñm deprecetur. Sicut enī nulla dies excipitur, qua nō pro viuentibus & quibuslibet necessitatibus Dñm deprecetur: ita nimirū nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium processio in Missarum solennibus fundantur.

VIDES quantis testimonijis ecclesia, vetustissimus perinde ac piētissimus ritus a struatur, quem ob solos abusus malorū sacerdotum hoc diuinissimum sacramentū, & Missa mysteriū prophaniāriū sugillari nō oportuit, multo minus tolli. Fuerunt & diui Augustini, imo sētōrū Apostolorū tēpore, qui hoc sacramento ac sacrificio abuterētur. Propterā tamen neq; sacramēto, neq; sacrificio quid detractū est: sed abusus tantū dānatū est. Abusū Corinthiorū dānat Apostolus. 1. ad Corinth. 1. Abusum simile dānat Augustinus ad Aureliū de coercenda temulentia & contentionē scribēs, vbi ebrietates & luxuriosa cōuiua in tēplis ac coeteris, tanquā maximā foeditatē ac turpitudinem insestatur: ubiq; vt oblatiōes pro spiritibus dormientiū (quasverē aliquid adiuvare credendū est) super ipsas memorias nō sint sumptuosæ: sed omnibus perentibus sine typo, & cū a lacritate præbeantur, neq; vendātur. Sed si quis aliquid pecuniae offere voluerit: id vt in præsenti pauperibus erogetur. Quod si fiat nec superstites deterere videbuntur memorias suorū: & id celebrabitur in ecclesia, quod pie & honeste celebratur. Interim tā ecclesia ministro, suo officio recte ac pie fūgenti, quod suū est non admīmus. Atq; hic erat tenēda eiusdē beati partis doctrina, qui in eadē Epistola sanctissime consoluit: eiuscemodi malū auferendū non asperc, sed (sicut scriptū est) in spiritu leni-

tatis & in insuetudinis, nō duriter, nō imperio so modo, sed magis docendo quā iubendo, magis monendo quā minando. Sic enim agendū est cū multitudo ne peccatiū. Seuerit is autē exercenda est in pctō paucorū. Et si quid mināmor, id vt cū dolore fiat, de scripturis cōtinuando vindictā futuram, ne nō ipsi in nostra potestate, sed i Deus in nostro sermonē timeatur. Itaq; (eodē Augustino authore) prius erant motendi spūales, vel spiritu alibus proximi, quorū authoritate & lenissimis quidē, sed instantissimis admonitionibus cātera multitudō frangitur. Hāc ille.

E X his omnibus pius lector facile deprehendet sacrificij iugis rationē, quod ecclesia ab Apostolis acceptū, toto terrarū orbe religiose celebrat, nō de sicutā celebrare, donec Christus redierit indicare viuos & mortuos, facile quoque iudicabat, nū aduersarij recte faciant qui hoc sacrificiū ab ecclesia auferre, & sacerdīm illū canonē diuini plenū mysterij Theoninō dente lacerare, atq; è medio tollere nitantur. Præterea nū christiana erga Orthodoxos charitate vrantur, qui ipsos nichil tale cogitantes, grauissimo crimine insimulant, quasi scilicet Christū denuo crucifigant, eiusq; beneficīū obscurent, nimirū quod (vt illi fingant) oblatiōni in cruce factæ, satisfactionē pro peccatis nostris detrahant, ac suo operi ascribant. Et vt cātera quæ de generali sacrificij ratione attulimus, omittamus, saltē id locuplerissime nos ostēdisse creditus, in hoc ecclesiā lūcū in cōcio adeo non obscurari beneficīū Christi, vt eo porius quā maxime illustretur, ac quā late pateat, pulcherrime ostēdat, exponaturque, expositū deniq; & repræsentatū osculis & auribus, summa quadā pietatis dulcedine ingeratur, ac deū mente, per fidē & charitatem accedente, eximio ac incredibili cū fructu capiatur. In quo argumēto, & si vel prolixiores, vel inptiores fuerimus, quā suscepta institutionis modus ferre videatur, ignoscendū tamen nobis putamus, quibas hoc quā maxime in votis fuit, vt recognitu admodum necessaria, sed hāc tēpestate summa cū animarum iactura, ac ecclesiasticā unitatis ac pacis detrimento, mire controversam ac obscuratā (quod in nobis est) expediremus. Quod si aliqua ex parte factū est, solido gratia, sin secus luculentiorē ecclesiā diffinitionem (cui hāc omnia libenter submittimus) ex animo optainus.

IAM ad suscepta institutionis ordinem reuertar, cāremonijs itaque quæ circa sacrosanctā Eucharistię confectionē & distributionē totius ecclesiæ consensu adhibentur, aliqui saltem ex parte explicatis, nūc de virtute & efficacia huius sacramenti dicendū occurrit. Qy inquā vero ex superioribus satis super que deprehendatur, quæ tātī sacramenti vis & efficacia sit, tamen quia hinc tota sacramenti utilitas pendet, vt non solū sciamus quid nā sit ipsum sacramentū, sed & quae sit causa institutionis, & qui sine eius fructus & effetus, (hoc enim solū nobis pdest, vt sciamus quē f iiiij tructū

fructum ex sacramenti sumptione capere debemus. Idecirco quam breuissime epilogi in more, institutionis huius sacramenti ratione & virtutem reperemus.

PRINCIPALIS ergo huius sacramenti virtus est, ut qui sumit hoc sacramentum carnis & sanguinis Domini ita cum ipso coiungatur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur, quem admodum ipse dixit. Qui māducat meā carnem & bībit meū sanguinem, in me manet & ego in illo. Perceptionē enī huius sacramenti, quā recta fide fit, ipsum filium Dei suscipimus, ac Christi corpus & membra efficiemus. Et quia Christū suscipimus, thesaurū illū percipimus, in quo oīa peccata remittuntur, in quo mors aboleatur, in quo vita nobis cōmunicatur. Viuificat qui dē verbū Dei, quēadmodū apostoli senserūt. Domino dicētes. Dñe, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Sed nō minus viuificat Christi corpus, omnipotenti verbo (a quo oīa viuificantur) coniunctū. Caro n. saluatoris verbo Dei (quod naturaliter vita est) coniūctā viuifica effecta est. Ergo quādo eā in fide & charitate comedimus, tūc vitam habemus in nobis, illi carni coiuncti, quā vitā effecta est. Hac de causa Christus in exsuscitandis mortuis, non solummodo verbo vt Deus vtebatur, verū etiā carnē suā veluti cooperatricē adhibebat, ac tactu mortuos excitabat, vt ostēderet corpus quoque suū viuificare posse. Quod si solo tactu suo corrupta reintegrantur, quomodo nō viuemus qui carnē illam & gustamus & manducamus? Reformabit enim omniō ad immortalitatem suā participes sui. Porro oportuit ut non solum anima per Spiritū sanctū in beatā vitā ascenderet, verū etiā vt rude atq; terrestre hoc corpus, cognato sibi gultu, tactu, & cibo, ad immoraltatē reduceretur: non quidē vt qui corpus Christi sumarent, iā statim ne temporali quidē morte morerentur, sed ne morerentur in æternū. Propterea cū dixisset Christus: Qui manducat meā carnē & bībit meū sanguinem habet vitā æternā: cōtinuo subiicit. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die: vt ha beat interim secundum spiritum vitam æternam in pace & requie conscientiæ, ac tandem caro etiam eius vita æterna nō fraudetur, nimirū resuscitāda in nouissimo die.

VT autē quis contēdat, capit Iohānis sextū de spirituali mādicatione tantū intelligendū, quod tamē sanctissimi patres etiā ad sacramentalem mandicationē cum fide coniunctā: accommodare non dubitarūt, saltē is verba Christi, quibus hoc sacramētū instituit ac porrigit, intueatur quā luce clarius ostendunt, quid nobis in hoc sacramento Christus exhibeat. Hoc, inquit, est corpus meū quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Quibus verbis quid aliud Christus testatur, quā se porrigit corpus suū pro nobis in arā Crucis immolatū, & sanguinem in remissionē & ab

solutionē pectorū nostrorū effusum. Is ergo quem peccatorū suorū ex animo poenitet, subindeque contrito & humiliato spū accedit, suauiterq; tecolit ac memoria recondit, quod pro se Christus corpus suū tradiderit, & sanguinem in remissionē peccatorū fuderit, atq; ita demū plena concepta fiducia hoc sacramētū percipit. Is, inquit, certum pignus remissionis peccatorū immortalitatis & vitaæ æternæ capit. Quo enī alio pignore Christus de tantis donis nos certiores reddere potuit, quā in participatione sui pretiosi corporis (in astimabilis, utiq; thesauri) quo nos sibi tanquam mēbra ad iungit: vt vbi ipse sit, illic et nos simus. Quēadmodū Hilarius dixit hēc sacramenta suscepit face revt & Christus in nobis, & nos in Christo simus. O ineffabile Dei benignitatē. O suauissimū sumi Dei erga nos amoris pignus & testimoniū, quod Christo non fuit satis, se pronobis in morte trade re, nisi & se nobis daret in cibū: vt in eo saluati & innouati, ex eo etiā tanquam solidō cibo viuamus ac grandescamus, atq; adeo in eū cōuertamur, ab eo nunquā separandi, quēadmodum pientissime Augustinus in persona Christi, Cibus, inquit, suma grandiū, non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.

VIDE vero quanti & quā mirifici fructus hunc principale Eucharistiae finē consequantur. Nā in primis, qui per fidē intelligit, quomodo Christus se totū ei impariat, & ineffabili charitate adiungat: nō potest non vicissim se totū Christo consecrare. Initio ergo quā maxime cauendū duceret, ne iā factus templū Christi, corpus suū & animā corpori Christi iā coniunctā, rursus inquiet, pol luat, ac peccatis prostituat. Nescitis (inquit Apostolus, ad Corint. 6.) quoniam corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollēs ergo mēbra Christi, faciā mēbra meretricis? Absit. Nō potestis mēste Dñi particeps esse & menē dāmoniorū. Quā enim participatio iustitiae cū iniquitate? Aut quā societas lucis ad tenebras? Quā autē coniunctio Christi ad Belial? Deinde curat is, vt cui Christus iā factus est cibus, ipse rursus cibus Christi mundus inueniatur, idest, vt voluntati Christi se totū accomodet. Sic enim Christus cibatur. Hi vero tā insignes sacramēti fructus, quā maxime in sanctis Dei exercerunt. Qui non tantū ab omni pollutione corporis & animæ se continuerunt, sed & reciproco amore ppter Christū corpora sua immanibus tormentis tradiderunt: ne mortibus quidē truculētissimi ab illo dimobiles. Ut vnu vel alterū exemplū afferamus, Ignatius ille martyr egregius ad bestiā asdanatus ardore martyrii in hac verba prupit. Frumentū Christi sum, dentibus bestiarū molari, vt panis Christi mundus inueniar. Ignes, crucis, bestiæ, discrēptiones mēbrorum, ac totius corporis poenæ, & oīnia in me vnum supplicia diaboli arte requisita cumulerentur: dūmodo Iesum Christum merear adipisci. Et ne eandem constantiā in sexu fragili desyderes, Agnes virguncula nec dura

dum tertium decimum etatis annum egressi, vi de quam ardet & astuas: quam fortiter de mundo, carne, & diabolo triumphat, huius pretiosissimi thesauri virtute. Discede (inquit ad tyranī filium foeda libidine astuantem) à me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis. Discede à me, quia iam ab alio amatore praeuentus sum. Et post pauca. Iam mel & lac ex ore eius suscepit, iam amplexibus eius castis astricta sim: iā corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Cuius odore reuiniscit mortui: cuius tactu souentur infirmi, cuius opes nunquam deficiunt, cuiusque dīvitū non decrescunt. Ipsi soli seruo fidet: ipsi me tora deuotione commīto. Quid Laurentius? Nunquid nō is bene saginatus fuisse videtur hēc esse, & illo calice probe inebriatus, qui pro illius dulcedine immensissima tormenta non sensit? Mansit in Christo vsque ad tentationem, mansit vsq; ad tyrannī cam interrogationē, mansit vsq; ad accerrimam comminationē, mansit vsq; ad pēnitēctionē. Parū est, vsq; ad immanē excruciationē mansit. Nunquid hic tibi temere dixisse videtur ad Sixtū iā morti addictū, quo progrederis sine filio pater, quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nūquā sine ministro sacrificiū offerre cōsueeras. Quid in me igitur displicuit paternitati tue? Nunquid de generem me probasti? Experire certe vtrūā idoneū ministriū elegeris, cui cōmissi dominici corporis & sanguinis distributionē. Certe Cypranus testatur ab hoc sacramento ne eos quidem, qui inter illius tēpestatis persecutionū procel las lapsi essent, si tamen iam Christi nomen fortiter confiterentur, secludi: idq; propere, vt quos excitamus (inquit) & exhortamur ad p̄xiiū, non inertes & nudos relinquamus: sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus. Et cum ad hoc fiat Eucharistia: vt possit accipientibus esse tutella, quos tutos esse contra aduersarium voluntus, munimēto dominicæ saturitatis armemus. Et post pauca. Idoneus esse non potest ad martyriū, qui ab eccl̄ia non armatur ad p̄lū: & mēs deficit, quā non recepta Eucharistia erigit & accēdit. Hēc ille. Nos ergo martyribus tantū inferiores, si tantū robur de nobis polliceri nō audemus, saltē hunc fructū ex Eucharistiā perceptione referre oportet: vt deinceps omnia peccatorū in quantum horreamus, & omnis sapor delectamētorum carnaliū nobis sit quasi rancidū, radensq; palatū acutæ mordacitatis acerū. Solus vero Christus nobis sapiat: vt silicet nihil aliud studeamus quā eius passionibus cōmunicare, & eam conuertitionē imitari, quam ipse gessit in vita.

ET quo magis huius sacramenti virtus illustretur, ad ceterorū etiam sacramentorū efficaciam conferenda est. Sub baptismū cum exorcizātur, quasi molimur, quando baptizamur, quasi conspergitur: quando spiritus sancti: ficationē accipimus (quod in confirmationē fit) quasi co-

quimur: at in hoc sacramento Christi panis efficiuntur. Item in baptismo omnis reatus peccati tollitur, chirographum damnationis nostræ deletur, & ea gratia nobis confertur, ne amodo nobis concupiscentia, si volumus, noceat. In confirmatione aduersus concupiscentiam armatur: sed tamen ipsius concupiscentiæ fomes non auferuntur. Hic fomes, si rursus (vt solet) effert motibus ebulli: ut, & vel incogitantes, vel non resistentes in peccatum præcipitet, post priori illa duo sacramenta (quā non iterantur) altera superest post naufragium tabula, nimirū poenitentia, efficax contra peccatum medicina: qui Deus lapsis peccatoribus ad se per fidicium misericordia (quā est in Christo Iesu) ex toto corde conversis, peccata iteram condonare paratus est. Sed nunquid etiam post condonata peccata per poenitentiam infraactas carnis tora tollitur? Nequaquam. Sed manet adhuc idem ille fomes, manet incarne concupiscentia: quā nos rursus ad malū incitare pergit, atque adeo nunquā inter quiescēs hoc agit: vt, et si in hoc corpore sine criminē, non tantum sine peccato esse possimus. Interim nec mundus nos deserit, sed circumstans, ad malum solici tare nunquam desinit. Diabolus quoque, quo magis nos de vita in melius cōmmitanda sollicitos videret, tantum acris contra nos bella parat, ac instaurat, atque non aliter quam leo rugiens circuit quārens quem deuoret. Ergo, vt aduersus perpetuos istos ac leuissimos hostes, partim domēticos, partim externos (cum quibus nobis tota vita belligerandum est) fortiter cōsistamus, noua semper ope, nouis suppēcijs subinde opus est, quā est gratia huius sacramenti Eucharistiae sacrosanctæ. Hēc enim somitem mitifice temperat ac restringit, & quominus gravioribus peccatis solicitante carne, mundo, ac diabolo, consensum præbeamus, prohibet, minorā vero peccata omnia diligit. Hēc mundum, & quā in mundo sunt, omnia pro Christo veluti stercora contemptibilia facit. Hēc fortiorē illum athletam, nempe Christum introducit: qui fortē armatum arcem animi nostri præoccupantem (nimirū diabolū) superueniens vincit, vniuersaque arma in quibus confidebat, aufert, & spolia distribuit. Non insci te Bernardus in sermone de coena Domini, Si quis, inquit, ex nobis non tam acerbos sentit iracundia, inuidia, luxuria, & ciōscemodi criminū motus, gratias agat corpori & sanguini domini co, & gaudeat quod pessimū vlcus accedat ad sanitatem. Ergo per baptismū abluiuntur, per confirmationē roborantur: per poenitentiam relapsi mundantur. Sed per Eucharistiam intus latentis morbi & perpetuae infirmitatis nostræ consciētia dicantur, ac dulciter reficitur & cōsummatur denique aduersus omnes peccati, mundi, ac diaboli iūdicias roborantur ac sustentantur fidei & charitatis augmento. Quis ergo non videat quām indigamus hoc sacramento per totam vitā

vita, qui in carne peccati inter tot mundi & dia-
holi insidias comoramus, ab hostibus illis non quā-
tui aut securi? Et quis tandem ex nobis est, qui non
aliquando peccet, qui non labatur? Iteratur ergo
(vt inquit Augustinus ad Iuanuariū) quotidie hac
oblatio, quia quotidie peccamus, peccatis sine qui
bus mortalibus infirmitas consistere non potest. Et quia
quotidie labimur, quotidie Christus mystice im-
molatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc sacra-
mentum salutis, vt (quia nos quotidie peccamus,
& ille iam mori non potest) per hoc sacra-
mentum remissionem consequamur. Adeamus igit-
tur Christum singuli, qui laboramus, qui onera-
ti sumus, qui degrotamus, qui tentationum pro-
cellis quatimur, ac iactamur. Ad præsens illud
remediū nebis ppositū properemus. Ei (qui & vir-
tus & refugium nostrū est, & adiutor in tribulatio-
nibus) nos magna cū fide copulemus, atque adeo
virtutē in corpore & sanguine eius sita (qua onēs
potestates inimici fortiter debellauit) in viscera
nostra traiiciamus. Nā si qui sumbriam vestimentū
eius tetigere, recte oēs cōvaluerunt. Quanto ma-
gis corroborabimur, si totum illū in nobis habeā-
mus? Sedabit ille in nobis sūientē mēbrorū nos-
trorū legē, perturbationes animi extinguet, mor-
bos oēs depellet, ab onī casū nos eriget, & inimici
potestate deuicta, ad verā pietatē cōcitatib: atque
adeo in scipium nos transformabit. Hic est ergo
principalis finis huius sacramēti, nēpe vt Christo
incorporetur, deq: remissione pectorū & futura
gloria, tanquā pignore quodā cerri reddamur, ac
veluti viuificatrice quadā medicina sanemur, re-
ficiamur, erigamur, cōsolēdemurq: Atq: hæc oīa
Christus significare voluit hisce verbis. Accipite
& comedite, hoc est corpus meū quod pro vobis
tradetur. Accipite mēā carnē in remissionē pecca-
torū pro vobis traditā, & manducate, manducan-
tes in me transformamini: & valedicatis onib: terrenis
cupiditatibus ī me manete, & ego ī vobis
SED quid ille subiūgat videamus. Hoc facite (in
quit in meā cōmemorationē) Ad hoc (inquit) sa-
cramētū istud uobis relinquo: vt scilicet non tan-
tū corpus & sanguinē meū manducetis ac bibatis,
sed & vt tanti beneficij (quod vestri causa moriēs
vobis in petraui) nēpe remissionis peccatorū, & vi-
ta & eternā semper memores sitis, & semp ad gra-
tiarū actionē conuertamini, prædicantes & anun-
tiantes mortē Dñi vestri pro vobis occisi, idq: tan-
tisper donec veniat. Hic est ergo huius sacramen-
ti proprius usus (quod & supra attigimus) vt man-
ducantes & bibētes corpus & sanguinē Domini,
in æterno cordis gaudio summa cū laude cōme-
moremus, annūciemus, prædicemus corpus Chri-
sti pronobis traditū, & sanguinē eius in cruce in
remissionē peccatorum nostrorū effusum: vtq: cō-
siteamur hoc esse vnicum pretiū redēptionis ani-
marū nostrarū, sicut Paulus ait. 1. ad Corinth. 6.
Empti enim estis pretio magno, exultate, & por-
tate Deum in corde & corpore vestro. Idque face

Articu. septimus.
Vtrum hæretici, schismatici, & ex-
communicati possint consecrare.

D SEPtimū Sic proceditur. Videatur qd heretici, schismatici, & excomuni-
cati Eucharistiā cōsecrare nō pos-
sit. Dicit enī Augustinus, qd extra ecclesiā
catholicā, nō est locus veri sacrificij. Et Leo
papa dicit, et habetur in decretis. 1. q. 1. Alter-
ter scilicet quā in ecclesia, quæ corpus Christi
est, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia.
Sed hæretici, schismatici, & excomuni-
cati sunt ab ecclesia separati. Ergo nō possunt
verum sacrificium confidere.

PRAETEREA. Sicut ibidē legitur,
Innocētius papa dicit. Arrianos caterasq:
huiusmodi pestes: quia Laicos eorū sub ima-
gine pœnitētiae suscipimus, nō videtur clerici
eorū cū sacerdotij aut cuiuspiā mysterijsus
cipiendi dignitate esse: quibus solū baptismā
ratū esse permittimus. Sed nō potest aliquis conse-
crare Eucharistiā nisi sit cū sacerdotij dig-
nitate. Ergo hæretici, & cateri huiusmodi,
non possunt Eucharistiam consecrare.

AD PRIMU ergo dicendū, qd authorita-
tes ille & similes, intelligenda sunt quārum
ad hoc, qd non recte extra ecclesiā sacrificiū:
offertur. Vnde extra ecclesiā nō potest esse spiri-
tuale sacrificiū, qd est verū veritate fructus. Etus
licet sit verū veritate sacramēti: sicut etiā
supra dictū est, quod peccator sumit corpus
Christi sacramentaliter, sed nō spiritualiter.

AD SECUNDU dicens, qd solus baptismus
permittitur esse ratus hereticis, et schismaticis
quia possunt licet baptizare in articulo necessi-
tatis. In nullo autem casu licet possunt Eucha-
ristiā cōsecrare, vel alia sacramēta cōferre.

AD TERTIUM dicendū, quod sacerdos in missa
in orationibus quidē loquitur in persona ecclē-
sie, in cuius unitate consistit. Sed in cōsecre-
tione sacramenti, loquitur ī persona Christi
cuius vicē in hoc gerit per ordinis potestate.

Et ideo si sacerdos ab unitate ecclēsie preci-
sus, Missā celebret, quia potestatē ordinis nō
arbitritur, cōsecrat verū corpus & sanguinē

Christi, sed quia est ab ecclēsie unitate sepa-
ratus, oratione eius efficaciam non habet.

IN HOC. 7. articulo sunt aliquot propositiones, exploso prius quodā errore. Error (iuit. S. th.) quorundā fuit, dicentiū, hæreticos, schismaticos, excommunicatos, nō posse cōfiscere sanctū Eucharistia sacramētum: eo quia sunt extra ecclesiā. Sed hi decipiuntur (iuit) eo q̄ putat idē esse aliquid omnino non habere, & male idem habere: ut etiā ait Augustinus, pro vt habes in litera.

DEINDE est prima ppositio doctoris. Illi qui intra ecclesiā cōstituti, receperunt potestatē cōsecrāti Eucharistiā ordinatiōe sacerdotij, recte habent potestatē: sed nō recte ea vtuntur, si postea p hæresim aut schisma, vel excommunicationem ab ecclesiā separentur.

SECVNDIA ppositio est. Illi qui ab ecclesia per hæresim schisma, aut excommunicationē sunt separati, & ita ordinantur: nec recte habent potestatē, nec recte ea vtuntur.

TERTIA ppositio est. Omnes qui creantur sacerdotes per verum episcopum, siue sint intra ecclesiā, siue extra: habent verā potestatē conficiēdi hoc sacramētum. Et hæc probatur in litera etiā ex diuino Augustino, sumpta ratione hac. Quia cū huiusmodi cōsecrati redeunt ad ecclesiā, non recōcrantur amplius: sed recipiuntur in suis ordinibus.

QVARTA ppositio est. Sacerdotes qui sunt ab ecclesia separati per hæresim, schisma, aut excommunicationē, si conficiāt hoc sacramētum, verum conficiunt sacramētum. Probatur. Quia consecratio est actus consequēs potestatē sacerdotij. Et vt probatū est, illi habent potestatē sacerdotalē. Ergever conficiūt hoc sacramētum.

QVINTA ppositio est. Si sacerdotes prædicto modo innodati tentent conficere hoc sacramētum peccant mortisfere. Hæc. S. Tho.

ET probatur rursus conclusio. 4. sanct. Tho. ex eodē in. 4. d. 13. q. 1. ar. 1. Et ex Paludano in. 4. d. 13. q. 1. ar. 1. conclusione. 1. Quia quilibet sacerdos habet characterē indelebilē, qui est potestas ad consecrandū. Ergo etiā in iusto papa quilibet sacerdos potest consecrare, id est cōsecrabit si tēter. Idē dicit Richardus. d. 13. ar. 1. q. 1. Opinio quā reprobatur. S. th. fuit Magistri. d. 13. cap. 2. Sed nō fuit receptus in hoc, nec recipi pōt. q̄a est hæreticū, vt iā diximus.

SED contra conclusionem facit textus. 24. q. 1. cap. Audiuitus. Vbi dicitur, quod quicunque fuerit ab unitate ecclesiæ alienus, execrare potest, cōscrare non potest.

DICIO quod intelligitur, q̄ peccat consecrando:

quia id possumus, quod de iure licite possumus.

Vel intelligitur de illis, qui non sunt ordinati in

forma ecclesiæ: quia illi non sunt sacerdotes.

DUBIUM vnicum

VBITA TVR an orationes quę porriguntur

aliquid valeat. Dicit. S. th. ad. 3. q. nō, vide ibi.

Articul. octauus.

Et

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramētum conficere.

DOCTAVUM Sic procedit. Videtur qd sacerdos degradatus nō possit hoc sacramētū conficere. Nullus enim cōficit hoc sacramētū nisi per potestatē cōficerādi, quā habet. Sed degradatus nō habet potestatē cōficerandi, licet habeat potestatē baptizandi: vt dicit canō. 1. q. 1. cap. Quidā. Ergo videtur quod presbyter degradatus, non possit Eucharistiam consecrare.

PRÆTEREA Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre. Sed episcopus dat presbytero potestatē consecrādi, ordinando ipsū.

Ergo etiā potest ei auferre, degradādo eum.

PRÆTEREA Sacerdos p degradatiōē, aut amittit potestatē cōficerandi, aut sola executionē. Sed non sola executionē: quia sicut nō plus amitteret degradatus, quā excommunicatus, quia ēt executiōe caret. Ergo videtur qd amittat potestatē cōficerādi.

Et ita videtur, qd nō possit conficere hoc sacramētū.

SED contra est, quod Augustinus in. 2. cōtra Parmentianū probat, qd apostata fide nō carēt baptismate, pro hoc quod p penitētiā redēuntibus nō restituitur, t̄t̄ ideo amitti non posse indicatur. Sed similiter degradatus si recōciliatur, non est iterū ordinandus. Ergo nō amisit potestatē cōficerandi.

Et ita sacerdos degradatus pōt cōficerē hoc sacramētū. **R**ESPONDEO dicendū, quod potestas cōficerādi Eucharistiā, pertinet ad characterē sacerdotalis ordinis. Character aūt quilibet, quia cū quadā consecratione datur, indelebilis est: vt supra dictū est, sicut t̄t̄ quarūq; rerū consecrationes ppetuæ sunt, nec amittuntur iterari possunt. Vnde manifestū est, qd potestas cōficerandi nō amittitur p degradationē.

Dicit enī Augustinus i. 2. cōtra parmentianū. vt rūq; silicet baptismus etordo sacramētū est, t̄t̄ quadā consecratione vt rūq; homini datur: illudcū baptizatur, istud cū ordinatur, sideoq; nō licet à catholicis vt rūq; iterari.

Et sic patet, quod sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramētum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod canon ille non loquitur assertive, sed inquisitive: sicut ex circumstantia literā haberī potest.

AD SECUNDVM dicendū, quod episcopus non dat potestatē sacerdotalis ordinis propria virtute: sed instrumentaliter, sicut minister Dei, cuius effectus per hominem tolli nō potest: secūdū illud Matth. 12. Quos Deus coniunxit, homo nō separet. Et ideo episcopus non potest hāc potestatē auferre: sicut nec ille qui baptizat, potest auferre characterem baptismalem.

AD TERTIVM dicendū, quod excommunicatio est medicinalis. Et ideo excommunicatis nō auferitur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuū: sed ad correctionem usq; ad tempus. Degradatis autē auferitur executio, quasi in perpetuū condemnatis.

IN HOC octauo articulo est conclusio. S. th. quæ de fide est. Si sacerdos quantumcunq; degradatus tentet conficere hoc sacramētū, tenet factū: sed peccat faciens. Hæc sententia. S. Thom. est cōmuniſ. Et ita dicit, Archidia, super. cap. Ostē ditur, de conf. d. 4. Idē Richar. in. 4. d. 13. arti. 1. Idē Paludanus. Idē Silvester verbo degradatus. q. 7. **O**PPOSITVM dicit Magister sententiarū in 4. d. 13. cap. 1. Et glossa in cap. Accedens. d. 50. Sed non probant: & loquuntur contra cap. Quod quidā 1. q. 1. Et est iā hæretica sententia Magistri. S. Th. vero satis affabre conclusionem suā probat. Quā semper habuit sancta Romana ecclesiā: & ita definitum est in concilio tridentino, nempe, ordinis sacramētum est irreiterabile.

Articulus nonus.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus cōmuniōne recipere, & eorū Missam audire.

DNONVM Sic proceditur. Videtur quod aliquis licet pcessit cōmuniōne recipere à sacerdotibus hereticis, vel excommunicatis, vel ab eis accipit sacramenta.

SED nō oēs peccatores sunt per sententia ecclisiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quāuis sint suspēsi quātū ad se ex sententia diuina

aliquis Dei fugiat sacramēta. Sed sacerdotes quāuis pētōres, t̄t̄ hæretici, vel excommunicati, verū conficiūt sacramētū. Ergo videtur, quod non sit vitandū, ab eis cōmuniōne accipere, & eorum Missam audire.

PRÆTEREA Corpus Christi cōfiguratiū est corporis mystici: sicut supra dictū est. Sed à p̄dictis sacerdotibus verū corpus Christi consecratur. Ergo videtur, quod illi qui sunt de corpore mystico, possint eorum sacrificijs communicare.

PRÆTEREA Multa pētōs sūt graviora quā fornicatio. Sed nō est prohibitum audire missas sacerdotū aliter peccantiū. Ergo etiā non debet esse prohibitum, audire missas sacerdotū fornicatorum.

SED CONTRA est, quod canō dicit. 32. d. Nullus Missā audiat sacerdotis, quem in dubitate cōcubinā nouit habere. Et Gregorius dicit in. 4. dialogorū, quod pater p̄fidus arrianum episcopū misit ad filium: vt de eius manu, sacrilega consecrationis cōmuniōnem perciperet: sed vir Deo deditus arriano episcopo veniēti, exprobavit vt debuit.

RESPONDEO dicendū, quod (sicut si p̄dictū est) sacerdotes si sint hæretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiā pētōres quāuis habeat potestatē cōficerandi Eucharistiā: nō tamē carete vtūtū, sed peccant vices. Quicunq; autē cōmunicat alicui in pētō, ipse particeps peccati efficitur. Vnde t̄t̄ in secunda canonica libānis dicitur, quod qui dixerit ei aue (scilicet hæretico) cōmuniōnē peribus illius malignis. Et ideo nō licet à p̄dictis cōmuniōnem accipere: aut eorum missam audire.

DIFFERENTIAM inter p̄dictas sectas.

Nā hæretici, t̄t̄ schismatici, t̄t̄ excommunicati: sunt per sententia ecclisiæ executione consecrandi priuati. ideo peccat quicunq; eorū missā audit, vel ab eis accipit sacramenta.

SED nō oēs peccatores sunt per sententia ecclisiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quāuis sint suspēsi quātū ad se ex sententia diuina

diuina: non tamen quantū ad alios, ex sententia ecclesiæ. Et ideo usque ad sententiam ecclesiæ licet ab eis cōmunionē accipere, et eorū missam audire. Vnde super illud. 1. Corinth. s. Cū huiusmodi nec cibum sumere, dicit glosa Augustini. Hoc dicendo noluit hominē ab homine iudicari ex arbitrio sufficiōis, vel etiā extra ordinario usurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundū ordinem ecclesiæ, siue vltro cōfessum: siue accusatum & conuictum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod in hoc quod refugimus audire missas talium sacerdotū, aut ab eis cōmunionē recipere, non refugimus Dei sacramenta: sed potius ea ueneramur. Vnde hostia à talibus sacerdotibus consecrata, est adoranda, & si reseruetur, licet potest sumi à sacerdote legitimo. Sed refugimus culpā indigne ministrantium.

AD SECUNDUM dicendū, quod unitas corporis mystici, est fructus corporis veri percepti. Illi aut qui indigne percipiunt, uel ministrat, priuati fructū: ut supra dictū est. Et ideo non est sumendū ex eorū dispesatione sacramentū, ab eis qui sunt in unitate ecclesiæ.

AD TERTIUM dicendū, quod, licet fornicatione non sit grauior ceteris peccatis: tandem ad eam proniore sunt homines propter carnis concupiscentiæ. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitū est ab ecclesia: & ne aliquis audiat Missam cōcubinarij sacerdotis. Sed hoc intelligendū est de notorio, uel per sententiam, quae fertur in conuictū, uel per confessionem in iure factā, uel quā donō potest in aliqua tergiuersatioē celeri

IN HOC. 9. articulo sunt aliquot propositiones, quarum prima est. Non licet ab hereticis, schismaticis, excommunicatis, & peccatoribus missam audire, nec sacrā cōmunionē accipere. Probatur. Sacerdotes, si sint heretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel peccatores, & si vere habeat potestatē consecrandi, & consecrent verū sacramentum, si in forma ecclesiæ id faciant: peccant tamē mortifere hoc facientes. At quicunq; cōmunicat alicui in peccato, efficitur particeps illius peccati. Probatur hæc minor testimonio diuī Iohānis canonica. 2. cap. vñico, vbi de hereticis loquens ait. Qui enim dicit illi (heretico) aue, cōmunicato

peribus eius malignis. Ergo peccat mortifere, qui audie missam ab aliquo prædictorū, aut communionem accipit.

SECVNDA conclusio est. Differētia notabilis est inter prædictas sectas. Quia heretici, excommunicati, & schismatici, sunt p̄ sententiā ecclesiæ executione cōsecrendi priuati, et ideo peccat quicūque eorū missā audit vel ab eis sacramēta accipit. ET confirmatur. Quia eo ipso quod sunt excommunicati, heretici, aut schismatici, prohibetur, ut nullus cū eis cōmunicet, maxime ī rebus diuinis. TER TIA conclusio. Non omnes peccatores sunt p̄ sententiā ecclesiæ executione huius potestatis priuati. Vnde quāuis peccatores eo ipso quod sunt in p̄tō mortali, sunt suspensi quo ad se ex diuina sententia: nō tamē ex sententiā ecclesiæ, quātū ad alios. Vnde est quarta conclusio. A peccatoribus qui sententia ecclesiæ non sunt priuati executione consecrandi; quousque sic ab ecclesia priuentur, licet Missam audire, & synaxim accipere. Hæc probatur testimonioglosa super illud prioris ad Corin. 5. Cū huiusmodi nec cibū sumere. Et glosa est Augustini, qui ait. Hoc dicendo noluit hominē ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiā extra ordinario usurpato iudicio: sed potius ex lege Dei, secundū ordinem ecclesiæ, siue vltro cōfessum siue accusatum & conuictum.

CIRCA illā primā conclusionē. S. Tho. qua Dubium dicit, qd ab hereticis schismaticis, et excommunicatis, nō licet accipere Eucharistiā, dubitatur prius, an ī necessitate liceat p̄ predicitis accipe Eucharistiā: vt, si non est alius qui illā administret, & moritur aliquis, aut instat p̄ceptū cōmunicandi. DICO quod non secundū iura antiqua: quia ita priuati sunt, quātū ad vsum sacramenti, sicut merus Laicus, & sicut si non posset consecrare. Sed si non haberent illi heretici saltē ordinē diaconatus non possent alij ab illis recipere Eucharistiā, etiā in quacunq; necessitate. Ergo nec nūc, cum sint ab ecclesia priuati.

SED contra. Quia degradatus, & excommunicatus licite baptizant, & alij licite ab eis accipiunt baptismū ī necessitate. Ergo etiā cōmunionē. Nego consequiā: quia baptisma est sacramētū necessitatis simpliciter, & non Eucharistiā.

Secundo arguitur. Quia in necessitate lictū est accipere poenitētiā ab hereticis & excommunicatis. Ergo eriam Eucharistiā.

AD HOC infra dicemus in materia depoentia. Nunc autem nego cōseqüētiā, quia confessio est maioris necessitatis quam Eucharistiā.

DUBITATVR secundo, an à peccatoribus

liceat accipere communionem. Dicit. S. th. q. ita, p̄terquā in tribus casibus, secundū népe, si est cōdénatus aliquo iudicio. Secundo, si est sponte confessus in iudicio. Tertio, si est eiudicatio facta, id est notorium, quod communiter scitur: ita quod non potest aliqua tergiuersatione celeri. Et hoc dicit Panormitanus, extra de

de cohabitatione clericorum & mulierum capit. Vesta. Idem dicitur in cap. Cum dilectis filiis, extra de purgatōe canonica. Et vide de hoc, ea quæ diximus supra. q. ii. ar. 6. & q. 5. ar. 6. Et idem dicit S. Tho. quolib. ii. ar. 8.

SED contra illam primā conclusionem, qua diximus quod ab excommunicatis, & suspensis non licet accipere cōmunionē, arguitur ex cōciliorum cōstatētiens (vt refert Antoninus. 3. p. titul. 25. cap. 3.) vbi dicitur, q. licet cōmunicare cū excommunicatis, erit am ī diuinis, nisi sint nominatim excommunicati, aut nisi sint percusores clericorum.

DICO quod verū est, & propterea ego dixi, q. cōclusio. S. Tho. intelligitur de iure antiquo, & nō sim

pliciter: quia de iure novo quod fuit ī illo cōcilio constantiensi, aliud est. Et de hoc supra de sacramētis in communi diximus multa. q. 5. art. vide ibi. EX quibus omnibus sequitur, quod quicquid autem missam à sacerdote publico concubinatio: vel peccatore, aliquo prædictorum modorū, quo (ve diximus) quis est publicus peccator, peccat mortificare, quia est ab ecclesia prohibitū, vt probauimus & merito. Quia cum tam turpi & foedo sacerdote, qui in publico peccato mortali audet tangere sanctissimum sacramentum, nullo modo est cōmunicandum: vt saltem sic resipiscat.

Articu. decimus.

Vtrum liceat sacerdoti omnino à cōsecratioē Eucharistiæ abstinere.

DECIMVM Sic procedit. Videtur quod liceat sacerdoti, omnino à consecratioē Eucharistiæ abstinere. Sicut enim ad officium sacerdotis pertinet, Eucharistiā am consecrare, ita etiā baptizare: & in alijs sacramentis ministrare. Sed sacerdos non tenetur ministrare in alijs sacramētis, nisi propter curā animarū suscepit. Ergo videtur, quod nec etiā teneatur Eucharistiā consecrare: si curam non habeat animarū.

PRÆTEREA. Nullus tenetur facere, quod sibi non licet: alioquin esset perplexus. Sed sacerdoti peccatori, vel etiā excommunicato, nō licet Eucharistiā cōsecreare: ut supra dictū est. Ergo videtur, quod tales nō teneantur ad celebrandū. Et ita nec alij: alioquin ex sua culpa commodum reportarent.

PRÆTEREA. Dignitas sacerdota non perdatur per subsequēte iuritatem. De-

icit enim Gelasius papa, qd habetur in decreto di. ss. Præcepta canonica, sicut nō patiuntur venire ad sacerdotiū debiles corpore, ita si quis in eo fuerit cōstitutus, actū fuerit sanctus: amittere non potest, quod tempore sue syncretatis accepit: cōtingit aut quandoq; quod ordinati in sacerdotes, incurruunt aliquot defecus, ex quibus a célébratione impediuntur: sicut est lepra, vel morbus caducus, vel aliquid aliud huiusmodi. Non ergo videtur, quod sacerdotes ad celebrandū teneantur.

SED CONTRA est, quod Ambrosius dicit in quadam oratione. Graue est: quod ad

mensā tuā mūdo corde et manibus innocentibus nō venimus: sed grauius est, si dū peccata metuimus: etiā sacrificiū non reddamus. RESPONDEO dicendū, quod quidā dixerūt, quod sacerdos p̄t omnino à cōsecratioē licite abstinere: nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo & sacramēta præbere. Sed hoc irrationabiliter dicitur: quia unus quisque tenetur uti gratia sibi data, cū fuere rit opportūnū, secundū illud. 2. ad Corinth. 6.

Hortamurne in vacuū gratiā Dei recipiatis. Opportunitas aut sacrificiū offerendi, nō solū attēditur per cōparationē ad fideles Christi, quibus opportet sacramenta ministrare, sed principaliter per cōparationē ad dēū, cui ī cōsecratioē huius sacramenti, sacrificiū offertur. Unde sacerdoti, etiā si nō habeat curā animarū, non licet omnino a cōlebratione cessare: sed saltē vi letar, quod celebrare teneatur in precipuis festis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles cōmunicare cōfuerūt.

Et hinc est, quod. 2. Macha. 4. cōtra quidā sacerdotes dicitur, quod iā non circa altaris officia deditierant, contēpto tēplo, & sacrificiis negleūtis.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod alia sacramenta perficiuntur in usu fideliū. Et ideo in alijs ministrare nō tenetur nisi ille qui super fideles suscipit curam. Sed hoc sacramētum perficitur in cōsecratioē Eucharistiæ, in qua sacrificium Deo offertur, ad quod

quod sacerdos obligatur Deo ex ordine iam suscepito.

AD SECUNDVM dicendum, quod sacerdos peccator, si per sententiam ecclesiæ sit executione ordinis priuatus, vel simpliciter vel ad tempus, redditus est impotens ad sacrificium offerendum, ita ideo obligatio tollitur. Hoc autem cedit sibi in detrimentum spiritualis fructus, magis quam in emolumentum. Si vero non sit priuatus potestate celebrandi, non soluitur obligatio. Nec tamen perplexus est, quia potest de peccato penerere, et celebrare.

AD TERTIVM dicendum, quod debilitas vel agitudo superueniens ordinis sacerdotali, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit quantum ad consecrationem Eucharistie. Quandoq; quidem propter impossibilitatem executionis: sicut si priuetur oculis, aut digitis, aut usu linguae. Quandoq; autem propter periculum: sicut patet de eo, qui patitur morbum caducum, vel etiam quancunq; alienationem mentis. Quandoq; propter abominationem: sicut patet de leproso, qui non debet publice celebrare. Potest tamen missam dicere occulte, nisi lepra adeo invaserit, quod per corrosionem membrorum eum ad hoc reddiderit impotem.

IN HOC art. 10. refert. S. Tho. vnam opinionem, quā reprobata, & ea reprobata asserit vni ea conclusione, sacerdotes teneri ad celebrandum & consecrandum. Erat opinio quā author reprobar, quod sacerdos non tenetur ad celebrandum aliquando: nisi forte teneatur ex cura sibi cōmis̄a celebrare pro populo, & sacramenta ministrare. Sed contra hanc sententiam arguitur hoc modo. Quilibet tenetur ut gratia sibi data quotiescumque fuerit opportunitas, iusta illud. 2. ad Corinth. 6. Hortamus vos ne in vacuū gratiā, Dei recipiatis. &c. At opportunitas sacrificiū offerendi, non solum attenditur per comparationem ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari: sed principaliter attenditur per comparationem, cui in consecratione huius sacramenti, sacrificium offertur. Ergo non licet sacerdoti omnino à celebratione cessare, esto nō habeat anima rum curā.

SECUNDΟ probatur predicta conclusio ex il-

lo. 2. Macha. 4. Iam non circa altaris officia dediti erāt. &c. Etsi peras quibus diebus tenetur sacerdos celebrare, est alia conclusio, quod tenetur celeb̄are in festis præcipuis. Hec. S. Thom.

CIRCA illam tertiam propositionem, qua. S. Dubium Thom. dicit, quod tenentur sacerdotes celeb̄are in festis præcipuis, dubitatur quae dicantur festa præcipua.

AD QVOD dico quod sunt illa festa, quæ dicuntur in calendario duplia, & tota duplia, & à populo celebrantur cum solemnitate sicut sunt dies Dominicī, & festa beatæ Virginis & Apostolorum, & huiusmodi.

SED dubitatur secundo, an sit peccatum mortale abstinere semper à celebratione.

AD HOC dicunt aliqui canonista (vt refert Antoninus. 3. p. titu. 13. cap. 6. §. 12) quod omnes sacerdotes qui ex negligētia quotidie nō celebrat peccant mortaliter. Probant ex illo Ambros. de consecra. d. 2. cap. 5. quoties, ubi Ambros. dicit. Ego qui quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinā. Vbi textus inquit, quotidie debeo. &c.

AD HOC dico, quod hæc opinio est Duran. & non probatur, estq; falsa & sine apparentia. Et ille Ambro. est consilium & non præceptum, & ita tenent omnes theologi sine aliquo dubio. Et Panor. extra de vita & honestate clericorū, cap. vt Laici, idem dicit.

IDEO hac opinione dimissa, sicut Silues. Verbo missa. 1. q. 7. quod peccant mortaliter qui non celebrant in festis præcipuis, vt dicit. S. Tho. si sine causa in huiusmodi diebus omittant celebrare Idē dicit Angelus verbo missa. Idem videtur sentire Palu. in. 4. d. 13. q. 2. Hoc ipsum Ricar. in. 4. d. 13. ar. 2. q. 2. Durand. dicit, quod est grava peccatum in d. 13. q. 2. Et hi probant sic. Quia sacerdotibus dicuntur est. Hoc facite in meam commemorationē Marci. 6.

SECVNDΟ: quia qui non vtitur gratia sibi data, in vacuum illam recepit, contra illud Paul. 2. ad Corinth. 6. Hortamus ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

TERTIO, ex illo. Petri. 4. vnuquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Frgo. &c.

QVARTO. Quia extra de celebratione missarum. c. dolentes, reprehenduntur dure, qui ter aut quater tantū in anno celebrant. Ergo peccat mortaliter, qui omnino abstinent à celebratione.

QUINTO probant ex illo Ambro. quod. S. Tho. citat in argumento incōtra. Graue est, quod mundo corde & manibus innocentibus ad mensam tuam non venimus. Sed grauius est si dū peccata metuimus, etiam sacrificium nō reddamus.

SIXTO vero Rosela dicit, quod nō est peccatum mortale: quia nec est contra præceptum, nec cōtra charitatem. Et idem dicit Caie. hic, ad manus ex genere suo, secus si aliunde obligentur, aut si ex cōtemptu dimitterent, aut si non esset alius qui celeb̄aret.

braret. Et probatur. Quia licet videatur cōtra fētū cōtra charitatis, tā non est contra charitatem. E S T ergo utrumque probabile. Ego certe non condemnarem ad mortale illum qui sine contē pte omittit celebrare. Et ad rationes, quæ probant esse mortale: dico quod omnes sunt de consilio, & non sunt verba præceptiva, aut non sunt obligatoria ad mortale: quia S. Thom. non dicit, quod peccant mortaliter: sed quod peccant grava peccatum veniale. s. & timendum est demortali. Ideo sunt exhortāti sacerdotes, quod frequenter celebrent, ad minus in festis præcipuis, vt dicit. S. Thom. Panor. dicit extra, de vita & honestate clericorū. cap. Ut laici, quod non tenentur clerici non habentes curā animarum celebrare omnibus diebus dominicis aut festis præcipuis. Ratio eius est: quia de consecr. dist. 1. cap. Et hoc attendendum. mituntur clerici non habentes animarum curā cum sacerdatis ad audiendam Missam. Ergo non tenentur illam celebrare. Sed ego dico, quod non propterea deobligantur à sua obligatione, vt dicit. S. Tho. Nihilominus credo, quod bene faceret cōfessarius non absoluē presbyterum, qui rarissime aut nunquam vult celebrare: quia cum sit certum secundum cōmūnē opinionem, quod talis peccat ad minus venialiter, & multi dicant, quod mortaliter: videatur quod se exponit periculo peccandi mortaliter, ideo non est absoluētus.

Articulus primus

Vtrum in hoc sacramēto Christus immoletur.

D PRIMI sic procedit. Videtur quod incelebratione huius sacramenti Christus non immoletur. Dicitur enim Heb. 10. quod Christus, una oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immolatur in celebrationē huius sacramenti.

PRAETER EAE. Immolatio Christi facta est in Cruce, in qua tradidit semetipsum oblationem hostiam Deo, in odorem suavitatis: vt dicitur Ephesio. s. Sed in celebrationē huius mysterij Christus non crucifigatur. Ergo nec immolatur.

PRAETER EAE. Sicut Augustin. dicit in. 4. lib. de Trinitate, in immolatione Christi, idem est sacerdos hostia. Sed in celebrationē huius sacramenti, nō est idē sacerdos hostia. Ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio.

SECUNDUM CONTRA EST, quod Augustin. dicit in lib. sententiarum Prospere. Semel immolatus est in semetipso Christus, tamē quotidie immolatur in sacramēto.

RESPONDEO dicendum, quod dupli ratione celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi. Primo quidem, quia (sicut dicit Augustin. ad Simplicium) solent imagines, earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cum intuentes tabulam aut parietem pī. Etū, dicimus, ille est Cicero, ille Sallustius. Celebratio autem huius sacramenti, sicut supra dictum est, imago quedam est representativa passionis Christi, quae est vera eius immolatio. Et ideo celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi.

Vnde Ambrosius dicit, super epistolam ad Hebreos.

Quæstio. XXIII.

De ritu huius sacramenti.



EINDE, considerandū est de ritu huius sacramenti. Et circa hoc queruntur sex.

PRIMO. Vtrū in celebrationē huius mysterij Christus immoletur.

SECVNDΟ. De tempore celebrationis.

TERTIO. De loco & alijs, quæ pertinent ad apparatum huius celebrationis.

QVARTO. De his quæ in celebrationē huius mysterij dicuntur.

QVINTO. De his, quæ circa celebrationē huius mysterij sunt.

SEXTO. de effectibus, quiccirca celebratio nem huius sacramenti occurunt.

Hebreos. In Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo? Nos nonne per singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius? Alio modo quantum ad effectum passionis Christi: quia s. per hoc sacramentum participes efficimur fructus Dominicæ passionis. Vnde, in quadam dominicali oratione secreta dicitur. Quoties huius hostie & commemoratione celebratur: opus nostræ redemptionis exercetur. Quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari in figuris veteris testamenti. Vnde et Apocal. 13. dicitur. Quorum nomina non sunt scripta in lib. vita agni, qui occisus est ab origine mundi: sed quantum ad secundum modum, proprium est huic sacramento, quod in eius celebratione Christus immoletur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut Ambro. ibidem dicit) una est hostia, quam s. Christus obtulit, & nos offerimus, et non multæ: quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius. Sicut enim quod ubique offertur unum est corpus, non multa corpora: ita unum sacrificium.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut celebratio huius sacramenti est imago representativa passionis Christi: ita altare est representativum Crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

AD TERTIVM dicendum, quod per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi: in cuius persona & virtute verba pronunciat ad consecrandum (ut ex supradictis patet). Et ita quodammodo, id est sacerdos & hostia.

Articu. secundus

Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.

DSECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod inconveniens sit determinatum tempus celebrationis huius mysterij. Hoc enim sacramentum est representativum Dominicæ passionis: ut dictum est. Sed commemoratione Dominicæ passionis fit in ecclesia semel in anno. Dicit enim Augusti. Super psal. 21. Quotiescumque Pascha celebratur, nunquid toties Christus occiditur? Sed tamen anniversaria recordatio representat, quod olim factum est: & sic nos facit moueri, tanquam videamus in Cruce pendentem Dominum. Ergo hoc sacramentum non debet celebrari, nisi semel in anno.

PRAETERE A. Passio Christi commemoratur in ecclesia sexta feria ante Pascha, non autem in festo Natalis. Cum ergo hoc sacramentum sit commemoratum Dominicæ passionis, videtur inconveniens esse, quod in die Natalis ter celebretur hoc sacramentum, in parashue autem totaliter intermittitur.

PRAETERE A. In celebratione huius sacramenti, ecclesia debet imitari, institutione Christi. Sed Christus consecravit hoc sacramentum hora serotina. Ergo videtur, quod horatili debeat hoc sacramentum celebrari.

PRAETERE A. Sicut habetur de consecratio distin. i. Leo Papa scribit Dioscoro Alexandrino Episcopo, quod in prima parte diei Missas celebrare licet. Sed dies incipit à media nocte, ut supra dictum est. Ergo videtur, quod etiam post medium noctem licet celebrare.

PRAETERE A. In quadam dominicali oratione secreta dicitur. Concede nobis Domine quæsumus haec frequentare nycteria. Sed maior erit frequentia, si etiam pluribus horis in die sacerdotes celebrerent. Ergo videtur, quod non debeat prohiberi sacerdos, plures celebrare in die.

SED INCONTRARIUM est consuetudo, quam seruat ecclesia secundum canonum statuta.

RES.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictum est) in celebratione huius mystérii attenditur representatio dominicae passionis, & participatio fructus eius. Et secundum utrumq; oportuit determinare tempus aptū celebrationi huius sacramenti.

QVI A enim fructu dominicae passionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur. Vnde & Dominus nos petere docet Luce. 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quid exponens Augusti. in lib. de verbis Domini, dicit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quem admodum Graci in Oriente facere consueverunt? Accipe quotidie, quod quotidiani proficit.

QVI A vero dominica passio celebrata est tertia hora, usq; ad nonam: ideo regulariter in illa parte diei, solenniter hoc sacramentum in ecclesia celebratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in hoc sacramento recolitur passio Christi secundum quod eius effectus ad fideles derivatur. Sed tempore passionis recolitur passio Christi, solum secundum hoc, quod in ipso capite nostro fuit perfecta. Quid quidem factum est semel: quotidie autem fructum dominicae passionis fideles percipiunt. Et ideo illa commemoratione fit semel in anno, hec autem quotidie & propter fructum, & propter iugem membrum.

AD SECUNDVM dicendum, quod veniente veritate, cessat figura. Hoc autem sacramentum est figura quadam, & exemplum dominicae passionis, sicut dictum est. Et ideo in die quo ipsa passio Domini recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur consecratio huius sacramenti. Ne tamen ecclesia ea etiam die sit sine fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exhibito, corpus Christi consecratum in die precedentem reseruatur sumendum in illo die. Non autem sanguis, propter periculum, & quia sanguis specialius est

imago dominice passionis: ut supra dictum est. Nec verum est, quod quidam dicunt, quod per immisionem particula corporis Christi in vinum: conuertatur vinum in sanguinem. Hoc enim aliter fieri non potest, quam per consecrationem factam sub debita forma verborum.

IN DIE autem Nativitatis plures Missæ celebrantur, propter triplicem Christianitatem. Quarum una est aeterna, quæ quantum ad nos est occulta. Et ideo una Missa cantatur in nocte, in cuius introitu dicitur. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

ALIA autem est temporalis: sed spirituallis: quæ s. Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris: ut dicitur. 2. Petri. 1. Et propter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitu dicitur. Lux fulgebit hodie super nos.

TERTIA est Christianitas temporalis corporalis: secundum quam visibilis nobis processit ex utero virginali, carne induitus. Et ob hoc cantatur tertia missa in claraluce, in cuius introitu dicitur. Pueranus est nobis.

LICET econuerso possit dici, quod nativitas aeterna secundum se est in plena luce, & ob hoc in Euangeliō tertia missa fit mentione de nativitate aeterna. Secundum autem nativitatem corporalem, ad litteram natus est de nomine, in signum quod venebat ad tenebras in firmitatis nostræ. Vnde & in missa nocturna dicitur Euangeliū de corporali Christi nativitate.

SICVT etiam et in alijs diebus, in quibus occurrit plura Deibeneficia, vel recoleda, vel expeteda, plures Missæ celebrantur in die, puta una pfecto, et alia p ieiunio, vel p mortuis.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut dictum est supra) Christus voluit ultimum hoc sacramentum discipulis tradere, ut fortius eorum cordibus imprimeretur. Et ideo post cenanam in fine diei hoc sacramentum ḡ sij consecra-

consecravit, & discipulis suis tradidit.

A NOBIS tamen celebratur hora domini et passionis s. diebus festis et tertia, quando crucifixus est linguis Iudeorum (ut dicitur Mar. 15.) & quando Spus sanctus descendit super discipulos, vel diebus profestis in sexta, quā do crucifixus est in manibus milium (ut habetur Iohannis 19.) vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans, emisit spiritum: ut dicitur Matth. 27.

PO T E S T tamē tardari, maxime quando sunt ordines faciendi, & principie in sabbato sancto: tū propter prolixitate officij, tū quia ordines pertinent ad diē dominicā: ut habetur in decreto d. 75. cap. Quod à patribus. Pos sunt tamē Missas celebrari in prima parte diei propter aliquam necessitatem: ut dicitur de consecra. d. 1. cap. Necesse est. &c.

AD Q VAR tu dicendū, quod regulariter Misā debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento: qui dicit Iohann. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quando in mundo sum, lux sum mundi. Ita tamen quod principium diei accipiatur, non a media nocte: nec etiam ab ortu solis, id est, quando substantia solis apparet super terram, sed quando incipit apparere aurora. Tunc enim quodammodo dicitur sol ortus: in quantum claritas radiorum eius apparet. Vnde & Marc. 16. dicitur, quod mulieres venerūt ad monumentum orto iam sole: cum tamen venerint cum ad huc tenebrae essent ad monumentum: ut dicitur Iohann. 20. Sic enim hanc contrarietatem soluit August. in lib. de consen. Euangelist.

SPECI ALITER tamen in nocte Nata lis Domini, Misā celebratur, ppter hoc, qd Dominus in nocte natus est: ut dicitur de cōfēra. d. 1. cap. Nocte. &c. Et similiter etiam in sabbato sancto circa noctis principiū, propter hoc, quod Dominus nocte surrexit. i. cum ad huc tenebrae essent ante manifestum so-

lis ortum.

AD Q VINTVM dicendū, quod sicut habetur de cons. d. 1. ex decreto Alex. Papæ, sufficit sacerdoti, unam Missā in die una celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: & valde fælix est, qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, alterā de die, si neceſſe sit. Qui vero pro pecunia, aut adulatio[n]ibus faculariū, una die præsumt plures celebrare Missas: non estimo euadere damnationem.

ET EXTR A de celebratione Missarū dicit Innocentius 3. quod excepto die nativitatis dominicae (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit sacerdoti semel in die unam Missā solummodo celebrare.

IN HOC art. 2. circa illud, quod dicit. S. tho. Dubium quod quotidie regulariter hoc sacramētū of primū fertur in ecclesia, dubitatur, an sit præceptum de iure diuino, qd hoc sacramētū quotidie offeratur. Et videtur, quod ita. Quia dictum est, Oportet se per orare, Luc. 18. Et panem nostrum quotidianum, Luc. 11. Et Paul. 1. ad Thes. 5. Sine intermissione orate.

AD HOC dico, quod non est præceptū de iure diuino: quia non habetur alicubi, nec qn obligat.

SED an sit de præcepto ecclesiæ? Dico quod ita. Probatur ex consuetudine ecclesiæ: licet nō habatur expresse.

SECUNDO, extra de celebratione Missarum: cap. Cum creatura, mandatur, quod dicātur duas Missas in ecclesijs collegiatis. Altera pro viuis, altera pro defunctis.

SE D qui tenentur celebrare? Ad hoc dicunt Dubium cōmuniter iure consulti, quod tenentur ecclesiæ collegiatæ, in quibus est aliquis prælatus. Et Panor. dicit de celebra. Missarum cap. Cum creatura, quod ecclesiæ collegiatæ tenentur celebrare duas Missas: alteram pro viuis, alteram pro defunctis. Sed videtur, quod illud non est de præcepto: sed potius de consuetudine. Et ita est consuetudo apud fratres prædicatores, quod quilibet conuenitus dicit quotidie duas Missas ad minus. Et ita dicit Siluel. verbo Missa. q. 7. quod dicere illas duas Missas est de consuetudine & nō de præcepto. Et probat Siluel. Quia consuetudo est incontrarium communiter: quia non quælibet ecclesia dicit illas duas Missas. Secundo: quia non habetur ex textu illa obligatio. Tertiœsset irrationalis in festis magnis celebrare pro defunctis.

SED plures in eodē die phibetur celebrari hoc sacra

sacramētū ab eodē sacerdote, extra de cele. miss. cap. Consulisti. & in alijs capitulis eiusdē tituli. Sed doctores ponunt alias exceptions. Prius in nocte natalis Dñi. Et hoc verū est. Secūdo, pro præsenti defuncto, quando consuetudo nō est in cōtrariū, vel aliqua synodal. Tertio dicunt, quod licet plures in die celebrare pro necessitate cōmu nicandi infirmū. Quarto, pro itinerātibus sero ve nientibus. Quinto, pro necessitate nuptiarū, nēpe, cū finitur tempus benedictionum. Sexto, quando quis præbyter habet duas ecclesias. Et hoc adhuc manet in vīa. Septimo, quando sunt duæ missæ: al tera de ieiunio, altera de die: ut in vigilijs sanctorū. Et hos casus vide apud Palud. in. 4. d. 12. q. 1. Tamen ponit vñum, quod destruit istos casus, nēpe, quod talis sacerdos sit ieiunus. Qui non erit, aut raro: quia quando mane celebrat sumit lotionē: quia nescit alii esse venturū. Ergo postea nō poterit celebrare. Alij autem antiqui doctores non ponunt illud. Ideo videtur, quod antiquitus non erat tanta restrictio in ecclesia in his: sicut nunc. PRAETEREA dicit Panormus quod alius octa uis casus est quando superuenit aliqua excellens persona. Nonus casus est, quando tenentur aliquæ ecclesiæ dicere duas missas, & nō est, nisi vñus præbyter. Decimus casus est, quando propter paupertatem ecclesiæ non possunt tales ecclesiæ ale re, nisi vñus sacerdotem. Undecimo dicit Siluest. quod generaliter propter aliquā necessitatē ratio nabilē posset quis sacerdos plures in eodem die celebrare. Sed Palud. dicit, quod talis non poterit celebrare in his casibus, nisi bis, excepto natali dñi. Et dicit etiā Palu. quod nō licet plures in die nō sacerdotibus cōmunicare. Et etiā dicit, qd sacerdos quando celebrat, potest ponere hostiā quam consecrat in sacrario: & sumere alia iā consecratā. PRAETER EA. Nota quod antiquitus solebant sacerdotes celebrare usque ad horam nonā, quæ est tertia post meridiē. Tamen iā nunc, licet nō sit decretū expressū, quod hoc prohibeat, videtur qd sit prohibitū: quia Papa cōcedit hoc p. priuilegijs. Et habetur de consecra. d. 1. cap. Sabbato. qd Misā illis duobus diebus in Parascene & Sabbato nō celebretur. Et ideo i die Sabbati Misā dicebatur i nocte, vel post horā quinā aut sextā: & ideo sunt orationes in bādictione cerei, quæ sonant qd dicebantur denōcte: ut, Hanc sacratissimā noctē.

Articul. Tertius,

Vtrum oporteat hoc sacramētū celebrari in domo, & vasis sacris.

D TERTIVM sic procedi tur. Videtur, quod non oporteat hoc sacramētū celebrari i domo, & vasis sacris. Hoc enim sacra

mentum est representativum dominice pas sionis. Sed Christus nō est p̄s̄us in domo, sed extra portam ciuitatis: secundum illud He bræorum vltimo, Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portā passus est. Ergo videtur, quod hoc sacramētū nō debeat celebrari in domo: sed magis sub dīo. PRAETER EA. In celebratione huius sacramenti debet ecclesia immuari morem Christi, & apostolorum. Sed dormus in qua primo Christus hoc sacramētū conficit, non fuit consecrata: sed f. it quoddam cōmu ne cænaculum, à quoddam patre familiæ præparatum: ut habitur Luc. 22. Legitur etiā Actorum. 2. quod apostoli erant perdurātes unanimiter in templo, & frāgente circa domos panem, & sumebant cibū: cū exultatione. Ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramētū celebratur.

PRAETER EA. Nihil frustra in ecclesia fieri debet, quæ Spiritus sancto gubernatur. Sed frustra videtur adhiberi consecratio ecclæ & vel altaris in huiusmodi rebus inanimatis, quæ non sunt susceptuæ gratia, & vel spiritualis virtutis. Inconveniēter igitur huiusmodi consecrationes in ecclesia fūnt.

PRAETER EA. Solū diuinā opera de bent recoli cū quadā solēnitate: secundū illud Psal. In operibus manū tuarum exultabo. Sed ecclesia & vel altare, opere humano consecratur, sicut & calix, & ministri, & alia huiusmodi. Sed horum consecrationes nō recoluntur celebriter in ecclesia. Ergo neq; consecratio ecclæ & vel altaris, cum solennitate recoli debet.

PRAETER EA. Veritas debet responder figuram noui nō fiebat altare de lapidibus se. Etis: dicitur enim Exod. 20. Altare de terra facietis mihi: quod si alta relata deum feceris mihi non adjicabis illud de sc̄tis lapidibus. Exod. et. 27. mandatur fieri altare de lignis fætim vestitis ere & auro, ut habetur Exod. 25. Ergo videtur icōueniēter obseruari g. ij in

in ecclesia quod altare fiat solum de lapide.
PRAETEREA. Calix cum patena representat sepulchrum Christi, quod fuit excisum in petra: ut in euangelio habetur. Ergo calix debet de petra fieri, & non solum de argento, vel auro, vel stanno.

PRAETEREA. Sicut aurum pretiosius est inter materias vasorum: ita panni serici pretiosiores sunt inter alios pannos. Ergo sicut calix fit de auro, ita pallae altaris debent de serico fieri, & non solum de panno lineo.

PRAETEREA. Dispensatio sacramentorum, & ordinatio eorum ad ministros ecclesie pertinet: sicut dispensatio rerum temporaliu m subiacebat ordinationi principiū secularium. Unde & Apost. dicit. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Sed si circa dispensationem rerum temporalium aliquid fiat contra statuta principiū, habetur irritus. Ergo si haec quae dicta sunt, convenienter sunt statuta per praelatos ecclesie, videtur quod sine his corpus Christi confici non posse. Et sic videtur sequi, quod verba Christi non sint sufficiencia ad hoc sacramentum conficiendum. Quod est inconveniens. Non ergo videtur conueniens fuisse, quod haec circa celebrationem huius sacramenti statuerentur.

SED CONTRA. est, quod ea quae per ecclesiam statuuntur, ab ipso Christo ordinantur: qui dicit Matthaei. 18. Vbiunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

RESPONDEO dicendum, quod in his quae circunstant hoc sacramentum, duo consideratur. Quorum unum pertinet ad representationem eorum quae circa dominicam passionem sunt acta. Aliud autem pertinet ad reverentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur, & non solum in figura. Unde & consecrationes adhibentur his rebus quae veniunt in usum huius sacramenti, tum propter sacramenti reverentiam, tum

ad representandum effectum sacramenti, qui ex passione Christi provenit, secundum illud Heb. vlti. Iesu, ut sanctificaret per suum sanguinem populum. &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod regulariter hoc sacramentum celebrari debet in domo, per quam significatur ecclesia, secundum illud 1. Timo. 3. Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quae est ecclesia Dei vivi. Extra ecclesiam enim non est locus veri sacrificij: ut Aug. dicit. Et quia ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis Iudaicae: sed erat in uniuerso modo fundanda, ideo passio Christi non est celebrata intra civitatem Iudeorum, sed sub dio: ut sicut otus mundus se haberet ad passionem Christi ut domus. Et tamen (ut dicitur de conse. d. i. cap. Concedimus) in itinere positis, si ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentorio, si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinente ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus.

AD SECUNDVM dicendum, quod domus in qua hoc sacramentum celebratur ecclesia significat, sicut & ecclesia nominatur, quae conuenienter consecratur: tu ad representandam sanctificationem, quam ecclesia consecrata est per passionem Christi: tu etiam ad significandam sanctitatem quae requiritur in his qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus, de quo dicit Apost. Heb. vlti. Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo: unde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur Luca. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Vnde de consecratio distictio. i. dicitur. Altaria placuit non solumunctione chrysostatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. Et ideo regulariter non licet celebrare hoc sacramentum nisi in domibus consecratis. Vnde sicut habetur de consecratio. dist. i. Nullus presbyter missas celebrare presumat, nisi in consecratis ab episcopis locis. Propter quod etiam: quia pagani

non

inde virius inimici pellatur. Et eadem ratione ecclesia quae sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine polluta fuerint, reconciliatur: quia per peccatum ibi commissum apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem dist. legitur. Ecclesias Arrianorum ubique inuenieritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque ulla mora consecrare. Vnde & quidam probabiliter dicunt quod per ingressum ecclesia consecrata homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut & per aspergitionem aquae benedictae, induentes quod in psal. dicitur. Benedixisti Domine terram tuam, remisiisti iniuriam plebis tuae. Et ideo propter virtutem quae ex consecratione ecclesie acquiritur, consecratio ecclesie non iteratur. Vnde & in eadem dist. ex concilio Nicenensi legitur. Ecclesiis semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine polluta fuerint: quia sicut infans a qualcumque sacerdote in nomine p. & f. & S. sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita neque locus Deo dedicatus est iterum consecratus, nisi propter causas suas superiis nominauimus: si tamen sacerdos sancte Trinitatis tenuerint quicosecuerit, & alioquin qui sunt extra ecclesiam, consecrare non possunt. Sed sicut in eadem dist. legitur. Ecclesia vel altaria quae ambigunt de consecratione, consecrantur. Propter hoc etiam quod aliquam spiritualem virtutem adipiscuntur per consecrationem. In eadem dist. statutum legitur. Ligna ecclesie dedicatae non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum autem opera non debent admitti. Et ibidem legitur. Altaris palla, cathedra, candelabrum, & vellum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, aut in parietem ex-

aut fissis pavimentorum iacentur ne intro-
cuntur pedibus inquinentur.

AD QVARTVM dicē lū, quod quia consecratio altaris repräsentat sanctitatem Christi, consecratio vero domus sanctitatem totius ecclesiae, ideo conuenientius recolitur cū sanctitate & solennitate consecratio ecclesiae vel altaris, quam aliorum quæ consecratur. Propter quod etiam octo diebus solennitas dedicationis agitur, ad significandam beatam resurrectionem Christi membrorum ecclesiae. Nec est opus solius hominis consecratio ecclesiae & altaris: cū habeat spūalē virtutē: unde de conse. d. eadem dicitur. Solennitates dedicationum ecclesiarum per singulos annos solenniter sunt celebrandae. Quod autem octo diebus encœnia sint celebranda in liturgia perfecta dedicatione, reperies. s. 3. regū.

AD QVINTVM dicendum, quod si cut legitur de consecra. d. i. altaria si non sint lapidea, chrysotatis & unctione non consecratur. Quod quidem competit & significatiōni huius sacramenti: tum quia altare significat Christum, dicitur autem. i. cor. 10. Patra autem erat Christus: cum etiam quia corpus Christi in sepulchro lapide fuit reconditum. Competit etiam quoad usum sacramenti. Lapis enī & solidus est, et de facili potest inueniri ubique: quod non erat necessarium in veteri lege, ubi fiebat in uno loco altare. Quod autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus insectis, fuit ad idola triam remouendam.

AD SEXTVM dicendum est, quod si cut in di. eadem dicitur. cap. Vasa quōdam. sacerdotes nō aureis, sed ligneis calicibus uterantur. Zepherinus autem Papa patenit. vi treis missas celebrari constituit: deinde Urbanus omnia fecit argentea. Postmodum autem statutum est: ut calix Domini cumpatena, siue ex auro omnino siue ex argento fiat, vel saltem stanneus calix habeatur. De re autem aut ex auricalco fiat: quia hoc vini virtute eruginem parit: pariterque

vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo seu vitro calice presumat missam cantare quia. s. lignum porosum est, & sanguis consecratus in eodem maneret: utrum autem fragile est, & p̄ficit fractionis periculum immi- nere, & eadem ratio est de lapide. Et ideo propter reverentiam sacramenti statutum est, ut ex predictis materijs calix fiat.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ubi potuit sine periculo fieri, ecclesia statuit circa hoc sacramentum id quod expressius representat passionem Christi. Non erat autē tantum periculum circa corpus, quod penitus incorporali, sicut circa sanguinem, qui continetur in calice. Et ideo licet calix non fiat de petra: corporale tamen fit de pāno lineo: quo corpus Christi fuit inuolutum. Vnde in Epistola Silvestri Papae in eadem dicitur. Cōsulto omnium statutus, ut sacrificium altaris non in serico panno aut intincto, quisquam celebrare missam presumat: sed in pānoline ab episcopo consecrato. Sicut corpus Christi in syndone linea & munda sepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter sui munditiam, ad significandam conscientię puritatem: & propter multiplicem laborem quo talis pannus preparatur, ad significandam Christi passionem.

AD OCTAVVM dicendum, quod dispensatio sacramentorum pertinet ad ministros ecclesiae: sed consecratio eorum est ab ipso Deo. Et ideo ministri ecclesiae non habent aliquid statuere circa formam consecrationis: sed circa usum sacramenti & modum celebrandi. Et ideo si sacerdos verba consecrationis proferat super materia debita cū intentione consecrandi, absque omnibus praedictis. s. domo & altari, calice & corporali consecratis, & ceteris huiusmodi per ecclesiā institutis, consecrat quidem, in rei veritate corpus Christi: peccat tamen grauiter, ritum ecclesie non seruans.

DUBITATVR primo in hoc ar. in quo lo- Dubium
co debeat celebrari missa. Dico quod in lo- prius.
co ad hoc dedicato. Et dico, quod est mala consue- tudo

tudo, quotidie celebrate in cubiculis ratione bullarum, & maxime vbi maritus cognoscit vxorem, cum ecclesia ipsa polluatur propter effusionem seminis. Ergo etiam ille locus non erit aptus ad hoc quod ibi celebretur Eucharistia.

Dubium
secundū.

DUBITATVR secundo, quid possunt, vel quæ effectum habeat res insensibiles cōse- crata, vt altare portatile ecclesia, vestis cōsecreata AD quod respondent multi, multipliciter. Aliqui sunt qui dicunt huiusmodi res insensibiles de se velex parte sua nullā habere virtutē. Sed habent virtutem exparte fidelium, qui ad tacrum vel præstatiū illarum rerum excitantur ad devotionem & reverentiam exhibendam Deo, eo q. sciunt res illas esse dedicatas, vt Deus ibi collatur. Ratio istorum est: quia illæ consecrationes sunt humanæ tātum, à prælatis ecclesiae inuentæ, & non à Christo institutæ: ideo non habent aliquem effectum spirituale.

SED hi parū tribuūt potestatibus & clauib⁹ ecclæsiae, & i cassō fierēt illæ consecrationes ab ecclesia. IDEO alij habentes aliud extreū dicunt, quod prædictæ res insensibiles habent quandam virtutem, quæ est quādam qualitas intentionalis, sicut species coloris fusæ per medium, quæ qualitas imprimitur illis rebus per illas consecrationes. Sed quia isti hoc nō possunt probare, & superuacanea est illa qualitas: ideo ego dico cum Caietano. 3. parte quæstione. 8. articulo. 3. & cum alijs doctoribus. Et sic prima propositio. Huiusmodi res consecratae insensibiles habent virtutem excitandi fideles ad devotionem, & ad reverentiam deo reddendam. Hæc probatur: quia alias frustra laborat ecclesia ad consecrandum illas res.

SECVND A propositio est. Illa virtus non est qualitas aut res distincta: sed est motio quādā diuina & vsus vel concursus peculiaris Dei, quo cōcurrat cum illis rebus ad excitandam illam devotionem in fidelibus. Et hoc faciunt illæ consecrationes quatenus procedunt à sacerdotio, quod est quādam participatio sacerdotij Christi. Et ideo illæ consecrationes non sunt puræ humanæ: sed innituntur, & dependent à Christi sacerdotio, & frustra ibi ponitur alia virtus quæ sit qualitas: quia illa adhuc est creatura, & tam parum posset agere sicut aliæ res, quæ etiam sunt creature insensibiles.

Dubium
tertium.

SED quia de sacramentalibus tractat. S. th. in sequentibus articulis, ideo circa materiam, 2. art. præcedentis dubitatur, an ecclesiae collegiatæ teneantur quotidie ad vnam missam.

DICO quod ita cum communi opinione. Probat prius ex consuetudine ecclesiae, secundo, ex illo cap. Cum creatura..

SED contra: quia ex illo cap. Cum creatura videatur quod teneatur quælibet ecclesia collegiata ad duas missas: quia dicit textus quod cōuentualiter celebrentur anniuersaria pro defunctis, & missa de festo vel de feria pro tempore. Ad hoc dico, quod

textus intelligit, quod celebrentur anniuersaria p de funeris certis temporibus, vel aliquoties, & quod habeant sacerdotes curam orandi pro defunctis: non autem quod quotidie dicatur una missa sub præcepto pro defunctis. Et probatur. Quia inconveniens esset in festis præcipuis sicut in resurrectione & penthecoste agere officium mortuorū. Ideo solum de præcepto tenentur ecclesiae collegiatae ad vnam missam de die pro tempore celebrandā. SED an teneantur omnes qui sunt in communitate ad illam missam, ita q. si omitatur peccant prelati, & omnis talis ecclesia quæ habet prælatum teneatur ad vnam missam.

SED pro quo est illa missa celebranda? Iam dixi alias, quod pro illis pro quibus voluerit prælatus quia ecclesia solum inadat, quod dicatur, & non applicat alicui.

CIRCA solutionem ad. 2. dubitatur, an sit tex Dubium
tus vbi determinetur, quod sint dicendæ, 3. missa quartum.
in natali Domini.

DICO quod non: quia si esset, aut esset in cap. Cōsulisti extra de celebratione missa, aut cap. Non sancta de consecra. d. i. Sed ibi non: quia solū dicitur, quod tunc possunt sacerdotes plures celebrare, & non dicitur quoties. Ergo. &c. Vnde solū ex ritu & consuetudine ecclesiae habetur, quod dicatur illæ tres missæ,

DUBITATVR quare celebrantur, 3. missæ Dubium
in natali Domini. Dicit. S. Tho. in hac. q. quintum.
ar. 2. ad. 1. quia significantur, 3. natiuitates Christi.
vide ibi. Et dicit Glos. in cap. Cōsulisti. extra de celebra. missarum, & in cap. Nocte sancta. de consecra. d. i. quod quia representant, 3. status. s. legis naturæ, leg. vet. & leg. nouæ. Quæ ibi vide.

CIRCA, . argumentum dubitatur quādo est Dubium
celebrandum à parte ante, an liceat celebra- sextum.
re in nocte.

SILVE S. verbo missa. i. q. 6. dicit quod nō, & hoc esse omnium afferit. Et. S. Tho. ita dicit hic, & Paul. in. 4. d. 13. q. 2. Affirmatq. Silves. quod celebrare in nocte ante auroram est mortale, secundum omnes. Probat ex consuetudine ecclesiae.

SECVNDO probat ex cap. Necessitatem est, de consecra. d. i. vbi disp̄fatur, quod celebretur missa in prima parte diei, i. in aurora. Ergo signū est quod antea non licebat. Ergo à fortiori non licet in nocte celebrare.

Excipluntur tamen aliqui casus. Unus erat olim in nocte resurrectionis. Secundus in natuitate Domini. Tertius si episcopus in itinere ante diem celebret vel celebrare faciat, quod ei licet secundū glosa. Finali, de priuilegijs lib. 6. Quartus est de licetia episcopi imminentे necessitate, nōne, quia moritur episcopus, nec habetur Eucharistia, vel generaliter cum dispensatione papæ.

VNDE in natali Domini non licet celebrare, ni si vnam missam in nocte, secundum dispositionem ecclesiae illam, s. quæ celebratur media nocte. Fra- tribus

tribus tamē mēdīcātib⁹ ex priuilegio cōcessum est, quod p̄f̄it celebrare per horā ante aurorā. SED à parte post, qua hora cēlēbrādū est: Dico ex omnium cōsentū, quod debet celebrari missa priuata ab aurora vñq; ad nonā. i. vñq; ad. 3. post meridiem secundum ius antiquū. Nunc autē stādū est contuetudini, quæ est; quod missa incipi antur ad minus ante meridiem.

SED quocies in die eft celebrandum? Dixi iam, quod tēmel tantum, quantum est de se. Probatur de consecrat. d. i. cap. Sufficit, & de celebra. missa rum cap. Consulisti. Et ibidem cap. Te referēte, excipiuntur aliqui casus, vt supra diximus.

DE vestibus autem & cāremonijs ecclesie circa cultum missæ quæ dicuntur, non debent seruari, si cut debet caueri iuramentū falso & alia quæ de se sunt mala; quia quacunque negligētia committatur circa ista (nempe si quis ob negligentiam omittat aliquam vēstem: vt manipulum, vel stolā, vel celebrer sine ara) non est statim dānādū de mortali; quia cū ista non snt de essentiā sacramēti, sed solū ex statuto ecclesie, non sunt ita stricte intelligenda, vt statim condemnetur quis de letāli crīmā, quoquā modo in his deficiat. Et hoc dicit Caic. in Sūma, verbo præcepti transgressio, in fine.

Dubium. **S**ED cū missa debeat celebrari in loco sacro, nē septimū. **S**pe in ecclesia, dubitatur q̄ndo polluitur ecclesia; vt habetur de consecratione ecclesiarum cap. vlti mo. Et de adulterijs & adulteris cap. Significati. **P**RIMVS casus est propter effusionem sanguinis iniustam: vt propter magnum vulnus, & quod ad arbitriū boni viri sic illa effusio in aliqua quantitate. Nec requiritur, quod sanguis perueniat ad terrā: quia si quis percuteretur graviter, & exiret ab ecclesia antequam sanguis cadat in terram, nī hilominus talis ecclesia esset violata, vel si sanguis reciperetur in vestibus & nō perueniret ad terrā. **S**ECUNDVS casus propter effusionem seminis quācunque, non naturale, sed liberam, & nō solū propter iniustam seminationem, sicut aliqui canonistæ dicunt, sed etiam propter concubitum maritalem polluitur ecclesia, & hoc si est mī festa seminatio. &c.

Dixerim non naturalem: quia si quis dormiret in ecclesia & in somnijs pollueretur, non esset ecclesia violata. Excipitur etiam seminatio maritalis, quando propter necessitatem sic: vt si cōiuges sint obessi in ecclesia, quia oportet reddere debitum in tali casu, esto vir cognoſcat vxorem non polluit ecclesia.

TERTIVS casus est, si sepeliatur aliquis paganus in ecclesia, etiam violatur ecclesia.

SED quomodo ecclesia est reconcilianda, & expianda: Distinguendum est. Quia vel ecclesia est cōfērata, vel benedicta solum. Si primū, pertinet ad episcopum reconciliatio ecclesia. Si secundū, quilibet sacerdos potest reconciliare ecclesiam. Et

in ecclesia polluta de licētia episcopi celebrari potest missa, antequam reconciliatur, & potest reconciliatio diffiri: vt si episcopus agrotat, & non potest statim reconciliare ecclesiam.

HOC quod dicitur, quod non celebreretur nisi in loco sacro, intelligitur sine grati necessitate: quia vt habetur in de consecra. d. i. cap. Sicut non, propter necessitatem etiam in agro poterit missa celebrari: vt si infideles occuparent loca christianorū ita q̄ oporteret fugere, & relinquere ecclesias, lice ret in loco non sacro celebrare.

DUBITATVR quid significet cāremonia Dubium Ecclesiæ. Hoc vide hic in. S. tho. in articulis octauum sequentibus. Et in Vualdeni de sacramentalibus à cap. 28. vsque ad. 40. multiq; alii scripſisse dicuntur de officio missæ: vt Innocentius. 3. & Iudorus. SED quid significat missa? Dico, quod missa, dicitur à mittendo quia cathetus mī solebat emit̄ti ab ecclesia post euangelium ante oblationem sacrificij; & diaconus illo loco dicebat, ite missa est, estq; missa nomen latinum & antiquum, vt habeatur apud Hieronymū, & Ambrosium, & nos de hoc iam supra egimus.

SED quis fuit primus author missæ? Quia sicut semper fuerit consecratio, non tamē fuerunt semper oīnia illa, quæ dicuntur in missa, nempe, euāgeliū, epistol. &c.

AD HOC aliqui dicunt, quod Gregor. addidit, Pater noster, & Gelas. apponuit aliud. Sed hī tuerunt multum moderni, & vt dicit Dionys. in lib. de ecclesiast Hierarchia, ab apostolis habuerunt initiam ista quæ dicuntur in missa. Vnde de hoc Innocentius. 3. de officio missæ in principio, qui dicit, quod primus qui dixit missa fuit diuus Petrus in Antiochia, & dicebat tunc tres orationes, & deinceps paulatim fuerunt addita alia.

PRÄTEREA de consecratione. d. i. cap. Iacobus habetur, quod Iacobus tempore beati Petri instituit ista quæ in missa dicuntur.

PRÄTEREA Remigius dicit, quod diuus Petrus instituit ista. Stantq; dicta haec: quia Iacobus Petro consentiente haec instituit.

PRÄTEREA August. dicit super illud Pauli. i. ad Corint. i. i. Cetera cum venero disponam, quod Paulus instituit haec in missa dicenda, quod etiam stat cum iam dicit: quia Paul. permittente vel consentiente Petro instituit ista.

PRÄTEREA de aliquibus particularibus sūt aliqua notanda. Prīus de vestibus habetur in historia beati Silvæ, quod Efrōsius episcopus Paphiā venit Romam, & celebrat̄ eum Colobio beati Iacobi, quod Colobium erat idem, quod nūc vocatur dalmatica præterquā quod manicas nō habebat, positaq; fuerunt postea, vt vestis pulchrior, vel congruentior appareat.

PRÄTEREA Beatus August. in lib. quest. vet. & noui testamenti cap. 47. dicit, quod tempore Silvæ, tam episcopi, quam de iconi vrebantur dalmaticis, vel forte illo tempore solum vrebantur mi-

nistris

nistris vestibus albis, sicut nūc in profestis diebus. Postea vero facta fuit casula.

DE corporalibus autem meminit Beda quod debent esse simplicia & alba, ideo male faciunt, qui apponunt & admiscent aliud: vt sericum &c. Facit etiam mētionem Beda de hoc quod alii qui eleuant calicem coopertum cum linteolo, alii vero non, vt Papa; quia omnia ista habent significations. Nā per hoc, quod eleuant calix nudus, significatur, quod Christus fuit nudus in cruce, & per aliud significatur, quod fuit coopertus, vel q̄ fuit sepulchrū clausum, & in resurrectione aperitū.

PRÄTEREA decalice Beatus Clemēs in qua

dam epistola dicit, quod minister debet compone re calicem.

SED de qua materia debet esse calix? Dicit August. Super illud psal. 113. Simulacra gentium argētum & aurē, quod meritocalix est argenteus, vel aureus; quia aliter Iudæi vrebantur auro in iusmodi & aliter Christiani.

PRÄTEREA Origenes super Leuiticum homelya. io. & Grego. Homelya. ii. super Matth. dicunt, quod calices non debent mutari in alios usus. Idemq; dicit Ambr. in lib. de sacramentis.

NO T A N D V M est hic qđ ea quæ dicuntur in missa, quæ sunt antiquitus instituta, in tota ecclesia vniuersaliter dicuntur, alia autem quæ aliqui deuoti, in considerati tamē, addiderunt, non dicuntur, nī particulariter in aliquibus ecclesijs.

PRÄTEREA De gloria in excelsis meminit Aug. in 3. parte sermonum, sermone. 16.

IN quodam autem concilio Bracharenſi dicitur quod tam episcopus, quam sacerdos, vtantur illis verbis, Dominus vobiscum: quia ante illam determinationem aliqui sacerdotes non dicebant, Dominus vobiscum, sed episcopi. Alias significaciones omnium cāremoniārum, quæ fūt in missa, vi de hic in. S. Tho. qui omnia sufficienter manifestat, & diligenter colligit ex sanctis.

Articul⁹ quartus.

Vtrū conuenienter ordinentur ea quæ circa hoc sacramētū dicuntur.

DQVARTVM sic procedit. Videntur, quod inconuenienter ordinentur ea quæ circa hoc sacramētū dicuntur. Hoc enim sacramētū operatur virtus duina. Super flue ergo sacerdos petit huīus sacramētū per fectionem, cum dicit, quā oblationem tu Deus in omnibus tūc.

PRÄTEREA Sacrifīcium noue leg. multo est excellentius, quam sacrificium antiquorum patrum! Inconuenienter ergo sacerdos petit, quod hīc sacrificium habeatur sicut

Christi per euangelium nobis innotescunt. Sed quādam dicuntur circa consecrationem hīus sacramētū, quæ in euangelijs non ponuntur. Non enim legitur in euangelijs, quod Christus in cōsecratione hīus sacramētū oculos ad calū leuauerit, similiter etiam in euangelijs dicitur, accipite, et comedite, nec penitit, omnes, cum in celebrationē hīus sacramētū dicatur, eleuatis oculis in calū, tū iterum, accipite, manducate ex hoc omnes. Inconuenienter ergo hīus modi verba dicuntur in celebrationē hīus sacramētū.

PRÄTEREA A. Omnia sacramenta ordinantur ad salutem fideliū. Sed in celebrationē aliorum sacramētū, non fit cōmunis oratio pro salute fideliū defunctorū. Ergo inconuenienter fit in hoc sacramētū.

PRÄTEREA A. Baptismus dicitur specialiter fidei sacramētū. Ea ergo, quæ pertinent ad instructionem fidei, magis debent circabaptismū tradi, quam circa hoc sacramētū, sicut doctrina apostolica tūc euangelica.

PRÄTEREA A. In omni sacramento exigunt deuotio fideliū. Non ergo magis in hoc sacramento, quam in alijs déberet exercitari deuotio fideliū per laudes diuinās, tūc per admonitiones, puta, cum dicitur, sursum corda.

PRÄTEREA A. Minister hīus sacramētū est sacerdos: vt dictum est. Omnia ergo quæ in hoc sacramento dicuntur, à sacerdote dici deberent, et nō quedam à ministris, quādam à choro.

PRÄTEREA A. Hoc sacramētū per certitudinem operatur virtus duina. Super flue ergo sacerdos petit huīus sacramētū per fectionem, cum dicit, quā oblationem tu Deus in omnibus tūc.

PRÄTEREA A. Sacrificium noue leg. multo est excellentius, quam sacrificium antiquorum patrum! Inconuenienter ergo sacerdos petit, quod hīc sacrificium habeatur sicut

sacrificiū Abel, Abrahe, et Melchisedech.
PRAETEREA Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sacramento per locum mutationem (ut supra dictum est) etiam nec se definit. Inconuenienter ergo sacerdos petit, Iube hoc perfiri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuū.

SED CONTRA est, quod dicitur de consecratioe. d.i. Jacobus frater Domini secundū carnem, et Basilius Cesariensis episcopus addiderunt Missa celebrationem. Ex quorum auctoritate patet, conuenienter singula circa hoc dici.

RESPONDEO dicendum, quod, quia in hoc sacramento totum mysterium nostrae salutis comprehenditur, ideo praeter ceteris sacramentis cum maiori solemnitate agitur. Et quia scriptum est Ecclesiastes. 4. Custodi pectus tuum ingrediens domū Domini, Ecclastici. 18. Ante orationem prepara animā tuam: ideo ante celebrationem huius mysterij, primo quidem premititur preparatio quedam, ad digne agenda ea que sequuntur. Cuius preparationis prima pars est laus diuina, que fit in introitu, secundum illud psal. Sacrificium laudis honorificabit me, illuc iter quo ostendam illi salutare Dei. Et sumitur hoc, ut pluries de psal. vel saltē cum psal. cantatur: quia, ut Dionys. dicit 3. Cap. Eccl. Hierar. Psal. comprehendunt per modum laudis quicquid in sacra Scriptura continetur.

SECUNDA pars continet commemorationem presentis misericordiae, dum misericordia petitur dicendo Kyrieleyson, ter quidem pro persona Patris, ter autē pro persona Filii cū dicitur, Chrysostom. Et ter pro persona Spiritus sancti cū subditur. Kyrieleyson: contruplicem misericordiam, ignorantie, culpe, et pene, vel ad significandum quod omnes personae sunt in se inuicem.

TERTIA autem pars, commemorat cœlestem gloriam, ad quam tendimus post presentem vitam (ut) misericordiam dicendo, Gloria

in excelsis Deo, que cantatur in festis, in quibus commoratur celestis gloria, intermititur auctem in officijs luctuosis, que ad commemorationem misericordiae pertinent.

ARTA autem pars continet orationem quam sacerdos pro populo facit, ut digni habeantur tantis mysterijs.

SECVNDO autem premititur instruētio fidelis populi: quia hoc sacramentum est mysterium fidei: ut supra habita est. Quia quidem instruētio dispositio quidem fit per doctrinam prophetarum, apostolorum, que in ecclesia legitur per lectores subdiaconos. Post quam lectio cantatur à choro Graduale, quod significat profectum vite: Halleluja, quod significat spirituale exultationem, vel Tractus in officijs luctuosis, qui significat spiritualem gemitum, hac enim consequi debent in populo ex predicta doctrina. Perfecte autem populus instruitur per doctrinam Christi in euangelio contētam, que à summis ministris legitur. scilicet à diaconibus. Et quia Christo credimus tanquam diuinae veritati (secundū illud Ioannis. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?) lectio euangelio symbolū fidei cantatur, in quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinæ assentire. Cantatur autem hoc symbolum in festis de quibus sit aliqua mentio in symbolo, sicut in festis Christi, beatæ Virginis, apostolorum, qui hanc fidem fundauerūt, alijs huiusmodi.

SIC igitur populo preparato instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterij, quod quidem offertur ut sacrificium, et consecratur, et sumitur ut sacramentum. Unde primo peragitur oblatione, secundū consecratio materia oblate, tertio eiusdem perceptio.

CIRCA oblationem vero duo aguntur. scilicet laus populi in cantu Offertorij, per quod significatur latitia offerentium, et oratio sacerdotis: qui petit, ut oblatione populi sit Deo accepta. Unde primo Paral. 29. dixit Dauid.

vid. Ego in simplicitate cordis mei letus obtuli uniuersa hec, et populum tuū, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Et postea orat dicens. Domine Deus custodi hanc voluntatem.

DEINDE circa consecrationem, qua super naturali virtute agitur, primo excitatur populus ad devotionem in præfatione, unde monetur sursum corda habere ad Dominū.

Et ideo finita præfatio, populus deuote laudat diuinitatem Christi, cum angelis dices, sanctus, sanctus, et humanitatem cū pueris dicens, benedictus qui venit. Deinde sacerdos secreto commemorat, primo quidem pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet pro uniuersali ecclesia, et pro his qui insublimitate sunt constituti. 1. Timo. 2. et specialiter quosdam qui offerunt, vel pro quibus offertur.

Secundo commemorat sanctos quorum patrocinia implorat pro predictis, cum dicit, communicantes et memoriam venerates.

etc. Tertio petitionem concludit cum dicit,

ut hæc oblatione pro quibus offertur salutaris.

DEINDE accedit ad ipsam consecrationem, in qua primo petit consecrationis effectum cum dicit, quam oblationem tu Deus.

etc. Secundo, cōsecrationē peragit per verba Saluatoris, cum dicit, qui pridie etc. Tertio, excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cum dicit, et memores.

Quarto, petit hoc sacrificium per actum, esse Deo acceptum, cum dicit: supra quæ propitiatio. etc. Quinto, petit huius sacrificij sacramenti effectum. Primo quidem quantum ad ipsos fumentes, cum dicit, supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cum dicit, memeto etiam Dominum. etc. Tertio specialiter quantum ad ipsos sacerdotes offerentes, cum dicit nobis quoque peccatoribus. etc.

DEINDE agitur de perceptione sacramenti, et primo preparatur populus ad percipiendum. Primo quidem, per orationem cōmunię totius populi (que est Oratio Dominica, in

qua petimus panem quotidianū nobis dari) etiam priuatam: quam specialiter sacerdos pro populo offert, cum dicit, libera nos quæsumus Domine. etc. Secundo preparatur populus per pacem, qua datur dicendo, agnus Dei. Est enim hoc sacramētum unitatis pacis: ut supra dictum est. In missa tamen defunctorum, in quibus sacrificium offertur: non pro pace presenti, sed pro requie mortuorum pax intermittitur.

DEINDE sequitur perceptio sacramenti, primo percipiente sacerdote, et postmodū alijs dante: quia ut Dionysius dicit. 3. cap. ecclesi. Hierar. ille qui alijs diuina tradit, primo debet ipse particeps esse.

VLTIMO aut tota Missa celebratio, igratiū actione terminatur, populo exultante prosumptione mysterij (quod significat canthus post cōmunionem) et sacerdote per orationē gratias offerente, sicut Christus celebrata cena cū discipulis hymnum dixit: ut dicitur Matth. 26.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod consecratio solis verbis Christi conficitur. Alia vero necesse est addere ad præparationem populi fumentis: sicut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut dicitur Iohannis. ultimo multa sunt a Domino facta vel dicta, quæ euangelistæ non scripsérunt Inter quæ fuit hoc, quod Dominus incenaculos leuauit in celum, quod tamē ecclesia ex traditione apostolorum habuit. Rationabile enim videtur, ut qui in suscitatione Lazarī (ut habetur Iohannis. 11.) et in oratione quam pro discipulis fecit Iohannis. 17. oculos levauit ad Patrem: in huius sacramenti institutione, multo magis hoc fecerit, tanquam in re potiori. Quod autem dicitur, Māducate et comedite, non differt quantū ad sensum neque multū refert, quid dicatur, præsertim cū verba illa non sint de forma: ut supra dictum est. Quod aut additur, omnes, intelligitur in verbis euangelij, sed non exprimitur: quia ipsi dixerat Iohannis. 6. Nisi manducaueritis carnem

carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.

AD TERTIVM dicendum, quod Eucharistia est sacramentum totius ecclesiae sanctae unitatis. Et ideo specialiter in hoc sacramento, magis quam in alijs, debet fieri metus de omnibus, quae pertinent ad salutem totius ecclesie.

AD QVARTVM dicendum, quod instruere fidei est duplex. Vnde fit nouiter ibi endis s. cathecumini, et talis instructio fit per baptismum. Alia autem est instructio, qua instruitur fidelis populus, qui cōmunicat huic mysterio, et talis instructio fit in hoc sacramento. Et tamen ab hac instructione non repelluntur, etiam cathecumini, et infideles. Vnde dicitur de consecra. d. i. Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, et audire verbum Dei: siue genitilem, siue hereticum, siue Iudeum, usque ad Missam cathecumini, in qua s. continetur instructio fides.

AD QVINTVM dicendum, quod in hoc sacramento etiam maior deuotio requiritur quam in alijs sacramentis (propter hoc quod in hoc sacramento totus Christus continetur) et cōmuniō etiam: quia in hoc sacramento requiritur deuotio totius populi, pro quo sacrificium offertur, et non solum percipientium sacramentum: sicut in alijs sacramentis. Et ideo (ut Cyprianus dicit) sacerdos prefatione premissa, parat frumentos, dicendo, sursum corda: ut dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se quam deum cogitare debere.

AD SEXTVM dicendum, quod in hoc sacramento (sicut dictum est) tanguntur ea, quae pertinent ad totam ecclesiam. Et ideo quedam dicuntur a choro, quae pertinent ad populum. Quorum chorus quedam totaliter prosequitur, quae s. toti populo inspirantur. Quedam vero populus prosequitur, sacerdote inchoate, qui personam Dei gerit, in signum, quod talia peruerunt ad populum ex revelatione diuina, sicut fides et gloria

cœlestis. Et ideo sacerdos inchoat symbolum fidei, et Gloria in excelsis Deo.

QVÆDAM vero discuntur permisitros: sicut doctrina veteris et noui testamenti, in signum quod per ministros a Deo missos, est doctrina hæc populis annunciatæ.

QVÆDAM vero sacerdos solus prosequitur, quæ scilicet ad proprium officium sacerdotis pertinent, ut s. dona et preces offerat pro populo, sicut dicitur Hebr. s. In his tamen quedam dicit publice, scilicet, quæ pertinent ad sacerdotem, et ad populum, sicut sunt orationes communes. Quedam vero pertinent ad solum sacerdotem: sicut oblatione et consecratio, et ideo quæ circa haec sunt dicenda, occulte a sacerdote dicuntur. In utrisque tamen excitat attentionem populi dicendo, Dominus vobiscum, et expectat assensum dicentium, amen. Et ideo etiam in his quæ secrete dicuntur, publice præmitit, Dominus vobiscum, et subiungit, Per omnia secula seculorum.

VEL secrete aliqua sacerdos dicit, in signum quod circa Christi passionem discipuli, non nisi occulte confitebantur Christum.

AD SEPTIMVM dicendum, quod efficiacia verborum sacramentalium impedi ri potest per intentionem sacerdotis.

NEC tamen est inconveniens, quod a Deo petamus id quod certissime scimus ipsum facturum, sicut Christus Iohani. 17. petiit suam glorificationem. Non tamen videtur ibi sacerdos orare, ut consecratio impleatur, sed ut nobis fiat fructuosa. Vnde signanter dicit: ut nobis corpus et sanguis fiat. Et hoc significant verba, quæ præmittit dicens.

Hanc oblationem facere digneris, benedicta secundum August. i. per quam benedicamur s. per gratiam, a scriptam. i. per quam in celo ascribamur, ratam, id est, per quam de viscibus Christi esse censemur: rationabilem. i. per quam a bestiali sensu exuamur: acceptabilem, ut quinobis ipsis dispergimus, per hanc acceptabiles eius unico filios simus.

AD

AD OCTAVVM dicendum, quod licet hoc sacramentum ex se ipso præferatur omnibus antiquis sacrificijs, tamē sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex eorum deuotione. Peti ergo sacerdos, ut sic hoc sacrificium acceptetur Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

AD NONVM dicendum, quod sacerdos non petit, nec quod species sacramenta les deferantur in celum, neque corpus Christi verum, quod ibi esse non desinit. Sed petit hoc pro corpore mystico (quod s. in hoc sacramento significatur) ut s. orationes sacerdotis et populi Angelus assistens diuinus mystérijs, Deo reprezentet: secundum illud Apocali. 8. Ascendit fumus incensorum, de oblationibus sanctorum, de manu Angeli.

SUBLIME autem altare Dei, dicitur vel ipsa ecclesia triumphans in quam trans ferri petimus: vel ipse Deus cuius participatio petimus: de hoc enim altari dicitur Exod. 20. Non ascendas ad altare meum per gradus. i. in Trinitate gradus non facies. **VEL** per Angelum intelligitur ipse Christus, qui est magnificus Angelus, qui corpus suum mysticum, Deo patri coniungit, et ecclesia triumphati. Et propter hoc etiam Mis sa nominatur: quia per Angelum sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotem: ut quia Christus est hostia nobis missa a Deo. Vnde et in fine Missa diaconus in festiis diebus populu licenciat dicens. Ite, missa est. s. hostia ad Deum per Angelum: ut scilicet sit Deo accepta.

Articul. quintus.

Vtrum ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.

D QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, non sint conuenientia.

tia. Hoc enim sacramentum ad nouum testamentum pertinet: ut ex forma ipsius apparet. In novo autem testamento non sunt obseruanda ceremonia veteris testamenti, ad quas pertinebat quod sacerdos et ministri aquila uabantur, quando accedebant ad offrendum: legitur enim Exod. 30. Lauabunt Aaron et filii eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonijs, et quando accessuri sunt ad altare. Non est ergo conueniens, quod sacerdos lauet manus suas inter Missarum solennia.

PRÆTEREA. Ibidem Dominus mandauit quod Aaron adoleret incensum suave fragrans super altare, quod erat ante propiciatorium, quod etiam pertinebat ad ceremonias vet. testa. Inconvenienter ergo in Misa sacerdos thurificatione utitur.

PRÆTEREA. Ea quæ in sacramentis ecclesiæ aguntur, non sunt iteranda. Inconvenienter igitur sacerdos multoties iterat cruci signationes super hoc sacramentum.

PRÆTEREA. Apostolus dicit Heb. 7. Sine villa contradictione, quod minus est, a maiori benedicitur. Sed Christus qui est in hoc sacramento post consecrationem, est multo maior sacerdote. Inconvenienter igitur sacerdos post consecrationem benedic hoc sacramentum cruci signando.

PRÆTEREA. In sacramento ecclæ nihil debet fieri, quod ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum, ges tulationes facere, ad quas pertinere vide tur, quod sacerdos quandoq; brachia extedit, manus iungit, digitos complicat, et se ipsum inclinat. Ergo hoc non debet fieri in hoc sacramento.

PRÆTEREA. Ridiculosum est am videtur, quod sacerdos multoties se a populo vertit, et multoties populum se levat. Non ergo debent haec fieri in celebrationi huius sacramenti.

PRÆTEREA. Apostolus. i. ad Cor. 1. pro inconvenienti habet, quod Christus sit i. sis fit.

sus sit. Sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento. Inconuenientur ergo huius frangitur a sacerdote.

PRAETEREA. Ea quae hoc sacramēto aguntur, passionē Christi repräsentat. Sed in passione Christi corpus fuit deussum in locis quinque vulnerū. Ergo corpus Christi in quinque partes frangi deberet magis quam in tres.

PRAETEREA. Totū corpus Christi hoc sacramēto seorsū cōsecratur a sanguine. Inconuenienter ergo una pars eius sanguini miscetur.

PRAETEREA. Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramēto, ut cibis: ita sanguis Christi ut potus. Sed sumptioni corporis Christi nō adiungitur in celebratiōe Missæ alius corporalis cibus. Inconuenienter igitur sacerdos post sumptionē sanguinis Christi, vnum non consecratum sumit.

PRAETEREA. Veritas debet respondere figura. Sed de agno Paschali, qui fuit figura huius sacramēti, mandatur, qđ non remanaret ex eo quicquam usq; mane. Inconuenienter igitur hostiæ consecratae reseruantur, & non statim sumuntur.

PRAETEREA. Sacerdos pluraliter loquitur audiētibus, cū dicit, Dñs vobiscū, et gratias agamus. Sed inconueniens videtur pluraliter loqui vni soli, et maxime minori. Ergo inconueniens videtur, qđ sacerdos vnotātū ministro præsente, celebret Missam. Sic igitur videtur, quod inconuenienter aliqua agantur in celebrationē huius sacramēti.

SED, IN CONTRARIUM est ecclesiæ consuetudo, quæ errare non potest: ut pote Spiritu sancto instruta.

RESPONDEO dicēdū, qđ (sicut supra dictū est) in sacramētis dupliciter aliud significatur s. verbis & factis, ad hoc quod sit pfectior significatio. Significatur aut̄ verbis in celebrationē huius sacramēti, quedā pfectio ad passionē Christi, quæ representatur in hoc sacramēto: vel etiā ad corpus mysticum qđ significatur in hoc sacramēto, & quedā pertinētia ad vſū huius sacramēti, qui de-

bet esse cū deuotione et reuerētia. Et ideo in celebrazione huius mysterij quedā aguntur ad representandā passionē Christi, vel ēt dispositionem corporis mystici: & quedā aguntur pertinentia ad deuotionem & reuerētiam huius sacramēti.

AD Primū ergo dicēdū, quod ablutio manū fit in celebrazione Missæ pp̄ter reuerētia huius sacramēti. Et hoc duplīciter. Primoquidē: quia aliqua præiosa tractare nō consuevit nisi manibus abluta. Vnde indecessū detur quod ad tantū sacramētum aliquis accedat manibus etiā corporaliter inquinatis. SECUNDŪ propter significatiōē, quia vt Dio. dicit. 3.c. eccl. Hierar. extremitatū ablutio, significat emūdationē, etiā amīnīmī peccatis, secūdū illud Ioa. 23. Quis lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet. Et talis emūda atio requiriatur ab eo qui accedit ad hoc sacramētū. Quod etiā significatur per confessiōnē, quæ fit ante istotū Missæ. Et hoc id significabat ablutio sacerdotum in v̄et. leg. utib⁹ dicit Dion.

NEC tamen ecclesia hoc seruat tanquā cere moniale v̄et. leg. præceptū, sed quasi ab ecclesia institutū, sicut quiddā secūdū se cōueniēt. Et ideo nō codē modo obseruatur sicut tunc: prætermititur enī pedū ablutio, & seruatur ablutio manū, quæ pō fieri magis ī prōptus et quæ sufficit ad significādā perfectā mūdationem. Cum enim manus sit organum organorum (vt dicitur 3.de anima) omnia opera attribuuntur manibus, unde in psal. dicitur, Lauabo inter innocentē manus meas.

AD secūdū dicēdū, qđ ēt thurificationē nō vtimur quasi ceremoniali præcepto legis: sed sicut ecclesiæ statuto. Vnde nō codē modo vtimur sicut in leg. v̄et. erat statutū. Pertinet aut̄ ad duo. Primo quidē ad reuerētiam huius sacramēti: vt s. per bonū odore depellatur si quid corporaliter prauo odoris ī loco fuerit, qđ posset puocare horrōē. Secūdo pertinet ad representādū effectū gratiae, quæ sicut bono odore Christus plenus fuit scdm illud. Gen. 27.

Ecce

Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni) & à Christo derivatur ad fideles officio ministrorum: secundum illud. 2. Corinth. 2. Odorem noticiæ sua spargit per nos in omni loco. Et ideo vndiq; thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

AD TERTIUM dicendum, quod sacerdos in celebrazione Missæ, vtitur cruce signatione ad exprimendam passionem Christi: quæ ad crucem est terminata.

EST autem passio Christi quibusdā quasi gradibus peracta. Nam primo fuit Christi traditio, quæ facta est à Deo, Iuda, & Iudeis, quod significat trina crucifixio, super illa verba, hec dona, hac numera, hac sancta sacrificia illibata. Secundo fuit Christi videntio. Est autem videntus, sacerdotibus, scribus, & Pharisais. Ad quod significandū fit iterū trina crucifixio super illa verba benedictam, a scriptam, ratam. Vel ad ostēdē dum pretium videntis. s. trīginta denarios. Additur autem & duplex super illa verba, vt nobis corpus & sanguis &c. ad designandam personā Iudea venditoris, & Christi venditi. Tertio autem fuit præsignatio passionis Christi, facta in cena. Ad quod designandum sunt tertio duas crucis. Una in consecratione corporis, alia in cōsecratione sanguinis. Ubi v̄trobisque dicitur, benedixit: Quarto autem fuit ipsa passio Christi. Unde ad representandum quinque plagas Christi, fit quarto quintuplex crucifixio super illa verba hostiam purā, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vīta eterna, & calicem salutis perpetuae. Quinto representatur extensio corporis, & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam crucifixionem, quæ fit super illa verba, corpus & sanguinem sumperimus, omnibenedictione, &c. Sexto representatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Unam pro persecutoribus, cum dixit, Pater ignosce illis. Secundam proliferationē à morte, cū dixit, Deus meus,

Deus meus, vt quid dereliquisti me. Tertia pertinet ad adeptionē gloria, cū dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meū. Et ad hoc significandum fit trina crucifixio super illa verba, sanctificas, vivificas, benedicis, &c. Septimo representantur. 3. horæ quibus pependit in cruce s. à sexta usque ad horam nonam. Et ad hoc significandum fit iterum trina crucifixio ad illa verba, per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Octauo autē representatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequenter extra calice factas. Non autem representatur resurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fuit ad illa verba, pax Domini sit semper vobiscum.

POTEST autem brevius dici, quod cōsecratio huius sacramēti, & acceptatio huius sacrificij, & fructus ipsius, procedit ex virtute crucis Christi. Et ideo v̄tib⁹ fit mentio de aliquo horum, sacerdos crucifixione vtitur.

AD QUARTUM dicendum, quod sacerdos post consecrationem non vtitur crucifixione ad benedicendum, & consecrandum, sed solum ad commemorandam virtutem crucis, & modum passionis Christi, vt ex dictis patet.

AD QUINTUM dicēdū, quod ea, quæ sacerdos in Missa facit, non sunt ridiculos & gesticulationes: sunt enim ad aliiquid representandum. Quod enim sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorum Christi in cruce. Leuat etiā manus orando, ad designandum, quod oratio eius dirigitur pro populo ad Deum: secundum illud Threnorum. 3. Leuitus cordanostracum manibus ad Dominū in celos, & Exod. 17. dicitur, quod cum leuaret Moyses manus, vincebat Israēl. Quod autem interdum manus iungit, & se inclinat, est suppliciter & humiliiter orantis: & designat humilitatem & obedientiam Christi, ex qua passus est. Digitos autem iungit post consecrationem s. policem cum indice, quibus cor

b p̄s

pus Christi consecratum terigerat: ut si qua particula digitus adhuc seruit, non dispergatur, quod pertinet ad reverentiam sacramenti.

A D S E X T V M dicendum, quod quicquies se sacerdos vertit ad populum, ad significandum, quod Dominus die resurrectionis, qui quis se manifestauit: ut supra dictum est in tractatu de resurrectione Christi. Salutat autem septies populum, scilicet vicibus quibus se vertit ad populum: et bis quamdo se non conuertit (scilicet cum ante prefationem dicit, Dominus vobiscum, et cum dicit, pax Domini sit semper vobiscum) ad designandum septiformem gratiam Spiritus sancti. Episcopus autem celebrans in festis, in primis a luctatione dicit, pax vobis: quod post resurrectionem discipulus dixit Dominus: cuius personam representat frater recipue episcopus.

A D S E P T I M U M dicendum, quod fractio hostie tria significat. Primo quidem ipsam divisionem corporis Christi, quae facta est in passione. Secundo distruktionem corporis mystici secundum diversos status. Tertio distributionem gratiarum procedentium ex passione Christi: ut Dionysius dicit, 2. cap. Ecclesiast. Hierar. Unde talis fractio non inducit divisionem Christi.

A D O C T A V V M dicendum, quod sicut Sergius Papadicus (et) habetur de consecratione dicitur, et reforme est corpus Domini. Pars oblata in calice missa, corpus Christi, quod iam resurrexit, monstrat. scilicet ipsum Christum et beatam Virginem, vel si qui alij sancti cum corporibus iam sunt in gloria, pars comestua ambulantes adhuc super terram, quia scilicet viventes in terra, sacramento utuntur, et passionibus conteruntur, sicut et panis comestus conteritur dentibus, pars in altari usque ad finem Missa remanens, corpus in sepulchro: quia usque in finem saeculi, corpora sanctorum in sepulchris erunt: quorum tamen anima sunt, vel in purgatorio, vel in celo.

H I C tamen res non seruatur modo, ut servata pars seruetur usque in fine Missae pro-

pter periculum, manet tamen eadem significatio partium. Quam quidam metrice expresserunt dicentes, Hostia dividitur in partes, inicta beatos. Plene, sicca notat vienos, seruata sepultos.

Q V I D A M tamen dicunt, quod pars in calicem missa, significat eos, qui vivunt in hoc mundo: pars autem extra calicem seruata significat plene beatos, scilicet quantum ad animam et corpus: pars autem comesta significat ceteros.

A D N O N U M dicendum, quod per calicem duo possunt significari. Uno modo ipsa passio Christi, quae representatur hoc sacramento. Et secundum hoc per partem in calice missam, significantur illi, qui adhuc sunt participes passionum Christi.

A L I O modo potest significari fruitio beatitatis, quae etiam in hoc sacramento prefiguratur. Et ideo illi, quorum corpora iam sunt in plena beatitudine significantur per partem in calice missam.

E T est notandum, quod pars in calice missa, non debet populo dari in supplementum communionis: quia panem invenimus non porrexit Christus, nisi Iudeus proditor.

A D D E C I M V M dicendum, quod communione sua bursidatatis est ablutiun: Et ideo sumitur post susceptionem huius sacramenti, ad ablutionem, ne aliquae reliquiae remaneant, quod pertinet ad reverentiam sacramenti. Unde extra de celebratione Missarum cap. Ex parte. Semper sacerdos vino os perfundere debet, postquam totum perceperit Eucharistia sacramentum: nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne, si forte vinum perfusionis acciperet, celebratorem aliam impediret. Et eadem ratione perfundit vino digitos, quibus corpus Christi terigerat.

A D V N D E C I M V M dicendum est, quod veritas quantum ad aliquid debet respondere figura: quia scilicet non debet pars hostia consecrata, de qua sacerdos, et ministri, vel

velletiam populus communicat, in crastinum reseruari. Unde, ut habetur de consecratione dicitur, Clemens Papa statuit, quod tanta holocausta in altari offerantur, quanta populo sufficere debeant, quod si remanserint, in crastinum non reseruentur: sed cum timore et tremore, clericorum diligentia consumantur. Quia tamen hoc sacramentum quotidie sumendum est (non autem agnus paschalis quotidie sumebatur) ideo oportet alias hostias consecratas, pro infirmis conservare. Unde inde dicitur. Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam: ut quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

A D D U O D E G I M U M dicendum, quod in solenni celebratione Missarum plus res debet adesse. Unde Sother Papa dicit, ut habetur de consecratione, d. i. Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum Missarum solenia celebrare presumat, nisi duobus presentibus sibi, respondentibus, ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, et illud in secretis, orante pro me, aperte sime conuenit, ut ipsius respondereatur salutationi. Unde et ad maiorem solemnitatem, ibidem statutum legitur, quod episcopus cum pluribus Missarum solenia peragat.

I N Missam tamen priuatus sufficit unum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici: ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

Articulus sextus.

Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta ecclesiae obseruando.

D S E X T V M sic proceditur. Videtur, quod non possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacra-

menti occurrun, statuta ecclesiae obseruando. Contingit enim quaque, quod sacerdos ante consecrationem vel post moritur, vel alie natura, vel aliqua alia infirmitate impeditur, ne sacramentum sumere possit, et Missam perficere. Ergo videtur, quod non possit implementum ecclesiae, quo praecepitur, quod sacerdos consecratus, sub sacrificio communicet.

P R A E T E R E A. Contingit quandoque, quod sacerdos ante consecrationem vel post, recolit se aliquid comedisse, vel bibisse, etiam alicui peccato mortali subiacere, vel eveni excommunicationi, cuius prius memoriam non habebat. Necesse est ergo, quod ille qui est in tali articulo constitutus, peccet mortaliter, contra statutum ecclesiae faciens, siue sumat, siue non sumat.

P R A E T E R E A. Contingit quandoque, quod in calicem musca vel aranea, vel aliquid animal venenosum cadit post consecrationem, velletiam cognoscit sacerdos calici venenum esse immisum ab aliquo malevolo, causa occidendi ipsum. In quo casu si sumat, videatur mortaliter peccare, se occidere, vel Deum tentando, similiter si non sumat peccat, contra statutum ecclesiae facies. Ergo videtur esse perplexus, et subiectus necessitate peccandi, quod est inconveniens.

P R A E T E R E A. Contingit quandoque, quod per negligentiam ministri, aut aqua non ponitur in calice, aut etiam neque vinum, et hoc sacerdos aduertit. Ergo in hoc etiam casu videatur esse perplexus, siue sumat corpus siue sanguinem (quasi imperfectum faciens sacramentum) siue non sumat, nec corpus, nec sanguinem.

P R A E T E R E A. Contingit quandoque, quod sacerdos non recolit, sed dixisse verba consecrationis, vel etiam alia que in celebratione huius sacramenti dicuntur. Videatur ergo peccare in hoc casu, siue reiteret verbis super eandem materiam, que forte iam dixerat, siue utatur pane et vino non consecratis quasi consecratis.

bij Prater

P R A E T E R E A. Contingit quādōq; propter frigus, quod sacerdoti delabatur hostia in calicem, siue ante fractionem sine post. In hoc ergo casu nō poterit sacerdos rūtu ecclie si implere, vel de ipsa fractione, vel etiam de hoc quod sola tertia pars mittatur in calicem.

P R A E T E R E A. Contingit quādōq; quod per negligentiam sacerdotis sanguis Christi effunditur, vel etiam quod sacerdos sacramentum sumptū vomit, aut etiam quod hostia consecrata standi conseruantur, ut purifiantur, vel etiam à muribus corrodantur, vel etiam qualitercumque perdantur. In quibus casibus non videatur posse huic sacramento debita reverentia exhiberi secundum ecclesie statuta. Non videtur ergo quod his defectibus seu periculis occurri posse, saluis ecclesie statutis.

S E D C O N T R A E S T. quod sicut Deum, ita ecclesia non præcipie aliquid impossibile.

R E S P O N D E O dicendum quod periculis seu defectibus circa hoc sacramentum contingit, duplicitate potest occurri. Non modo preueniendo: ne. f. periculum accidat. Alio modo, subsequendo, ut. f. id quod accidit emē detur, vel adhibendo remedium, vel saltem per penitentiam eius qui negligenter egit circa hoc sacramentum.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod si sacerdos morte aut infirmitate gravi occupetur ante consecrationem corporis & sanguinis Domini, nō oportet, ut per aliud suppleatur. Si vero incepit consecratione hoc acciderit (puta consacrato corpore ante consacrationē sanguinis, vel etiā consacrato utroq;) debet Missa celebritas per alium expleri. Unus ut habeatur in decretis. 7. q. 1. ca. Nihil, in Toletano concilio legitur. Censuimus connovere, ut cum à sacerdotibus Missarū tempore, mysteria sacra consecrantur, si & griendi non accidat cuiuslibet euentus, quo cepeum nequeant expiere mysterium, sic liberum episco-

po vel presbytero alteri, consecrationem ex eo qui incepit officij. Non enim aliud competeat ad supplementum initiari mysterij, quam rūt, aut incipiēt, aut subsequētis benedictio- ne sint completa sacerdotia: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectō ordine complean- sur. Cum enī simus omnes unum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, ut efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Nec tamen quod naturalia- gioris causa consoluntur, in presumptioni per- niciem convereatur, nullus absque præuenienti molesta, minister, vel sacerdos, cum caperet, imperfecta officia presumat omnino relinquere, si quis hoc temerarie præsumpsit excommunicationis sententiam sustinebit.

A D S E C U N D U M dicendū, quod tubi difficultas occurrit, semper est accipien- dū illud quod habet minus de periculo. Ma- xime autem periculofūm circa hoc sacramen- tum est, quod est contra perfectionem huius sacramenti, quia hoc est immane sacrilegium.

Minus autem est illud quod pertinet ad qua- litatem sumptus. Et ideo si sacerdos post consecrationem inceperit, recordetur se aliquid comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium & sumere sacramentum. Si mulier si recordetur se peccatum aliquod comisisse, debet penitire cum propoſito confiden- di & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuose sumere sacramentum. Et eadem ra- dio est, si meminerit se excommunicationi cui- cunque subiacere, debet enim assumere propoſitum humiliiter absolutionem petendi. & sic per invisibilem Pontificem Iesum Christum absolutionem consequetur quantum ad hunc actum quod peragat diuina mysteria.

S I V E R O ante consecrationem alii- cius predicatorum sit memor, curiosus reputarem, maxime in casu manducacionis & excom- municationis, quod Missam incepsit defen- reret, nisi grande scandalum inveniretur.

A D T E R T I U M dicendum, quod si musca, vel aranea in calicem ante consecra- tionem

tionem occiderit, aut etiam venenum depre- benderit esse immixtum, debet effundi, & abluto calice, denovo aliud vinum ponere conse- crandum. Si vero aliquid horum post consecrationem acciderit, debet animal caue capi, & diligenter lauari & comburi, & abluti- o cum cineribus in sacrarium mitti. Si ve- ro venenum ibi esse deprehederit immixtum, nullo modo debet sumere, neque alij dari, ne calix vita revertatur in mortem: sed debet di- ligenter in aliquo vasculo adhuc aperte cum re- liquijs conseruari. Et ne sacramētum rema- neat imperfectum, debet aliud vinum appo- nere in calicem, & denuo resumere à consecra- tione sanguinis, & sacrificium perficere.

A D Q U A R T U M dicendum, quod si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post consecrationem corporis percipiat, aut vi- num aut aquam nō esse in calice, debet statim apponere, & consecrare. Si vero post consecra- tionis verba perceperit, quod aqua desit, debet nihilominus procedere: quia impositio aquae (ut supra dictum est) non est de neceſſitate sacramenti. Debet tamen puniri ille ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua vino iā consacrato miseri- ci: quia sequeretur corruptione sacramenti pro ali- qua parte, ut supra dictum est.

S I V E R O percipiat post verba consacra- tionis, quod vinum non fuerit possum in ca- licem: si quidem hoc percipias ante sumptio- nem corporis, debet posita aqua, si ibi fuerit, imponere vinum cum aqua, & resumere à verba consecrationis sanguinis. Si vero hoc perceperit post sumptionem corporis aliam ho- stiam apponere debet, iterum consecrandam simul cum sanguine. Quod ideo dico: quia si diceret sola verba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi: & sic dicitur in predicto cap. Toletani cōciliij, perfecta videri nō possunt sacrificia, nisi per- fecto ordine compleantur. Si vero incepit à consecratione sanguinis, & repeteret omnia verba consequentia, non copeteret, nisi ad effec-

hostia consecrata, cum in verbis illis occurrat quādam dicenda, & fienda, non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus. Et debet in fine iterum sumere hostiam consecratā, & sanguinem, non obstat etiam si prius sumpe- rit aquam, quae erat in calice: quia præceptū de perfectione sacramenti maioris est ponde- ris, quam præceptum quod hoc sacramētum à ieiuniū sumatur: ut supra dictum est.

A D Q UINT U M dicendum, quod licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eo- rum, quā dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari. Non enim qui multa dicit, recolit omnium quae dixit: nisi forte ali quid in dicendo apprehenderit sub ratione iā dicti: sic enim aliquid efficitur memorabile. Unde si aliquis attente cogitet illud quod di- cit, non tamen cogitet se dicere illud, non mul- tum postea recolit se dixisse. Sicut enim fit ali- quid obiectum memoriae, inquit, accipi- tur sub ratione præteriti, sicut dicitur in lib. de memoria.

S I tamen sacerdoti probabiliter constet, se aliqua omisisse: si quidem non sunt de neceſſitate sacramenti, non existimō, quod propter hoc debeat resumere immutando ordinem sa- crificij: sed debet ultraius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorū quae sunt de neceſſitate sacramenti, s. formas consecra- tionis: cum forma consecrationis sit de neceſſitate sacramenti, sicut & materia, idem vi- detur faciēdum, quod dictum est in defectus materie: ut. f. resumatur à forma consecra- tionis, & cetera per ordinem restentur, ne mutetur ordo sacrificij.

A D S E X T U M dicendum, quod fra- ctio hostia consacrare, & quod una sola pars mittatur in calicem, respicit corpus mysti- cum: sicut admixtio aquae significat populu. Et ideo horum prætermisso non facit imperfectionem sacrificij, ut propter hoc sit neceſſe aliquid reiterare circa celebrationē huius sacramenti.

A D S E P T I M U M dicendū, quod b ij (sic)

(sicut legitur de consecr. d. 2. ex decreto Pij Papæ) si per negligētiā aliquid de sanguine stillauerit in tabulam, quæ terra adhaeret, lingua lambetur, & tabula radetur. Si vero non fuerit tabula, terra radetur, & igni consumetur, & cinis in terra aleare cōdetur: & sacerdos. 40. diebus pœnitentia. Si autem super altare, stillauerit calix sacerdotis minister stilla tribus diebus pœnitentia. Si super lintheum altaris & ad aliud stilla peruenierit, decē diebus pœnitentia, si usque ad tertium, nouē diebus pœnitentia. Si usque ad. 4. viginti diebus pœnitentia, & lintheum in qua stilla tetigerit tribus vicibus lauer minister calice subiussi posito: & aqua ablutionis sumatur, & iuxta alterare recondatur. Posset etiam sumi in potum à ministro: nisi propter abominationē dimitteretur. Quidam autem ultra ius partem illa lintheum in incidit, & comburant: & cinerem in altari, vel sacerario reponunt.

S V B D I T V R autem eidem, ex pœnitentiā Bedæ presbyteri. Si quis per ebracetatem vel voracitatem Eucharistiam euomuerit. 40. diebus pœnitentia, si lascivus est: clerici vel monachi, seu diaconi & presbyteri. 70. diebus pœnitentia, episcopus. 90. Si autem infirmitatis causa euomuerint. 70. diebus pœnitentia.

E T in eadem d. legitur ex concil. Arelaten si. Qui non bene custodierit sacramētū, & enus, vel aliquid aliud animal illud comededit. 40. diebus pœnitentia. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenia fuerit. 30. diebus pœnitentia. Et eadem pœnitentia videatur dignus sacerdos, per cuius negligentiam hostie consecratae purefuerint.

P R A E D I C T I S autem diebus debet pœnitens ieiunare, & à communione cessare. Pensatis tamen conditionibus negotijs & persone, potest minui vel addi pœnitentia predicta. Hoc tamen obseruandum est, quod cubicunque species integræ inueniuntur, sive reuenerenter conservanda, vel etiam sumenda:

quia maneneibus speciebus, manet ibi corpus Christi: ut supra dictum est. Ea vero in quibus inueniuntur, si commode fieri potest, sunt combusta, cinere in sacerario recondito: sicut derasura tabula dictum est.

Quæst. vigesima

quinta de sacramento pœnitentiae.



O N S E Q V E Nter considerandum est, de sacramēto pœnitentiae. Circa quod, primo considerandum est, de ipsa pœnitentia.

S E C U N D O. De effectu ipsius.

T E R T I O. De partibus eius.

Q U A R T O. De suscipientibus hoc sacramētum.

Q V I N T O. De potestate ministrorum, quæ ad claves pertinet.

S E X T O. De solēnitate huīus sacramēti.

C I R C A P R I M U M, duo consideranda sunt. Primo de pœnitentia, secundum quod est sacramētum. Secundo de pœnitentia, secundum quod est virtus. Circum primum queruntur decem.

P R I M O. Verū pœnitentia sit sacramētum.

S E C U N D O. De propria materia eius.

T E R T I O. De forma ipsius.

Q U A R T O. Verū pœnitentia manus requiratur ad hoc sacramētum.

Q V I N T O. Verū hoc sacramētum sit de necessitate salutis.

S E X T O. De ordine eius ad alias sacramētas.

S E P T I M O. De institutione eius.

O C T A V O. De duratione ipsum.

N O N O. De continuitate eius.

D E C I M O. Verū posse iterari.

Articul.

Articulus primus

Vtrum pœnitentia sit sacramētum.



D P R I M V M sic procedit. Videatur quod pœnitentia non sit sacramētum. Gregor. enim dicit, (&) habetur in decreto. i. q. i.) sacramenta sunt, baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi. Que ob id sacramenta dicuntur: quia sub tegumento corporalium rerum, diuina virtus secretius operatur salutem. Sed hoc non contingit in pœnitentia: quia non adhibetur aliqua corporales res, sub quibus diuina virtus operetur salutem. Ergo pœnitentia non est sacramētum.

P R A E T E R E A. Sacramenta ecclesie à ministro Christi exhibentur: secundum illud. i. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Sed pœnitentia non exhibetur à ministro Christi: sed interior à Deo hominibus inspiratur: secundum illud Hieremie. 31. Postquam conueristi me, egi pœnitentiam. Ergo videatur, quod pœnitentia non sit sacramētum.

P R A E T E R E A. In sacramētis, de quibus iā supra diximus, est aliquid quod est sacramētum tantum, aliquid quod est res & sacramētum, aliquid vero quod est restantum: ut ex præmissu patet. Sed hoc non inuenitur in pœnitentia. Ergo pœnitentia non est sacramētum.

S E D C O N T R A E S T. quod sicut baptisma adhibetur ad purificandum a peccato, ita & pœnitentia. Vnde & Petrus dicit Simoni Acto. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. Sed baptisma est sacramētū: ut supra habicū est. Ergo paritratione & pœnitentia.

R E S P O N D E O dicendum, quod (si

cum Grego dicit in cap. supradicto) sacramētum est in aliqua celebratiōne, cum res gesta ita fit, ut aliquid significatiue accipiamus, quod sanguine accipendum est. Manifestum est autem, quod in pœnitentia ita res gesta fit, quod aliquid sanctum significatur, ita ex parte peccatoris pœnitentis, quam ex parte sacerdotis absoluente. Nam peccator pœnitens per ea quæ facit, & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: similiter etiam sacerdos per ea quæ agit, & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata. Vnde manifestum est, quod pœnitentia quæ in ecclesia agitur, est sacramētum.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod nomine corporalium rerum, intelliguntur largē etiā ipsi exteriores actus sensibiles: qui ita se habent in hoc sacramēto: sicut aqua in baptismo, vel chrisma in confirmatione. Est autem attendendum, quod in illis sacramētis in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnē facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia: exterius: sicut in baptismo, ubi sit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quā tu nō ad pœnam: & in confirmatione, ubi datur plenudo Spiritus sancti, & in extrema unctione: ubi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ proueniunt ex virtute Christi: quasi ex quadam extrinseco principio. Vnde si qui actus humani sunt in talibus sacramētis, nō sunt de essentia sacramētorū, sed dispositiū se habent ad sacramēta.

I N I L L I S autem sacramētis, quæ habent effectum correspondētiū humani actibus, ipsi actus humani sunt loco materia: ut accidit in pœnitentia & matrimonio. Sicut etiam in medicinis corporalibus, quādā sunt res exterius adhibitae: sicut emplastrum & electuaria: quādā vero sunt actus sanandrum: puta exercitationes quēdam.

A D S E C U N D U M dicendum, quod in sacramētis quæ habent corporalem materiam, oportet quod illa materia adhibeatur h. nū à nimis

à ministro ecclesie, qui gerit personam Christi, in signum quod excellentia virtutis in sacramento operantis, est à Christo. In sacramento autem poenitentiae (sicut dictum est) sunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inspiratione interna. Unde materia non exhibetur à ministro, sed à Deo materius operante. Sed complementum sacramenti exhibet minister, dum poenitentem absolvit.

A D T E R T I V M dicendum, quod etiam in poenitentia est aliquid, quod est sacramentum tatum, s. actus exterior, tam per peccatorum poenitentem, quam etiam per sacerdotem absolventer, res autem **¶** sacramentum, est poenitentia interior peccatorum, res autem **¶** non sacramentum, est remissio peccati. Quorum primum totum simul sumptum, est causa secundi: primum autem **¶** secundum, sunt quodammodo causa terribilis.

A C T U R I de poenitentia, à ratione ipsius nominis, poenitentia, vel poenitere, auspiciatur. Sic nanque luculentius procedemus. Poenitere enim Latinis, primæus & propria sua significacione significat, displicere, quod ante placuit, cum interno animi dolore. Quod autem Scriptura interdum Deum alitius rei poenitentie dicit: manifestus est tropus, quo significatur, Deum, non humano quidem more poenitere, quasi s. dolore aliquo tangatur, ipsique quædam affectus mutatione displiceat, quod placuit prius: cum Malac. 3. scriptum sit, Ego Deus, & non mutor: sed quemadmodum homines quos cuiuspiam rei poenitet, de te mutant: solicii sunt, atque etiam quoad possunt, mutant: sic cum Deus mutat semel statuta vel facta, ad humanum morem poenitere dicitur, eo quod tale faciat, quale faciunt poenitentes homines. Quemadmodum Genes. 5. legimus Deum poenituisse, quod hominem fecisset in terra. Nam eo loco Deus iusto Noë declarat, quo pacto hominem, quem ad incolendum terram plausim uerat, rursus de terra ob eius maliciam per diluvium perditurus foret. Itidem 1. Regam. 15. refertur Dominū poenituisse, quod constitueret Saulen regē. Quo significatur Deum velle, regnum quod sua dispositione prius Sauli regi detulerat, in aliud meliorem transferre. Contra tamen non poenitere Dei, est semel statuta nullo modo mutare: vt est illud in Psalm. 109. Iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es sa-

cerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quo declarat, sacerdotum Christi perpetua & immutabile fore. Sed nos nunc (tropo relicto) astuti sumus tantum de poenitentia, quæ in hominem propriæ cadit.

P R I N C I P I O itaque, verbum, poenitere, latissime acceptura apud Latinos, significat, non tantum propter erratum: sed propter rem quæcunque dolere, quam velimus aliter & tam esse, vel aliter se habere, nullo interim habito iusti, aut recti respectu: quæ madmodum sunt, quos poterit opes suas diuisisse pauperibus, aut eas tumultuarij mentis impulsu, non iudicio, perpetuo ecclesiæ contulisse, quas reuocatas velle. Equorum numero Ananias & Saphira fuere, Actorū. Et generatim sic poenitet omnes, qui secundum seculum tristantur. Quorum tristitia, non poenitentiam in salutem stabilem: sed mortem operatur. De quibus dictum est in Euangelio, quod à solitudinibus & diuinitijs & voluptatibus vita, euntes suffocantur.

S E C U N D O, hoc vocabulata, poenitentia, accipitur strictius, nempe, pro dolore, qui ob crimen perpetratum, aut erratum cōmisum concipitur. Secundum quam significandi rationem, poenitentia more Scripturæ in veram, & falsam, seu fictam dividitur. Ut autem vera à falsa recte discerni posset, veteres veræ poenitentia, 3. partes numerant, contritionem, confessionem, satisfactionem. Rursus, veram poenitentiam duabus speciebus contineri constat, interiori. s. & exteriori. Exterior iterum in publicam & priuatam scinditur. Sunt qui publicam, iterum in solènum, & simpliciter publicam fecent. Sed hæc ultima publicæ poenitentie discriminatio, magis rituum publicæ poenitentie differentiam: quam diuersas poenitentie species, denotat. Hæc tamen omnes exterioris poenitentie species: ut fructuosa sint, interiorum poenitentiam presupponunt. Interim constat illius exterioris poenitentie, quæ proprie sacramentum est (de qua diceremus) via propemodum totana in absolutione consistere, supposita illius poenitentie materia, que confessio est poenitentis. Quæ omnia uberioris tractabimus allaturi (vt speramus) haud parum luminis, & cirei, quæ præ manibus est, & veterana ecclesiæ patrum de poenitentia sententijs ac scriptis. Et interim hanc habeamus poenitentie descriptiōnem. Poenitentia est conuersio hominis ad Deum, quæ tunc peragitur, cum peccata, que vel in nobis experimur, vel commisimus, propter Deum ex animo, non sine gravi dolore odimis, cum votu ac proposito deinceps non peccandi, sed vitam in melius coramandandi: vt pressius in sequentijs aperiemus. Et vt iam iam incipiamus, tenenda prius est ipsius vocis origo. Nam sine huiusmodi no:ione, rem de qua differimus, probe tenere non possumus. Poenitentiam itaque à poena deripiari, neemo est qui ambigere possit. Poena au-

tem

tem, vindicta quædam est præterita culpe & offendit. Vnde prisci authores verbum poenio, pro eo quod est, punio, usurpauere. Sed & cum rerum male gestarum, quasi vindicat natura, ipsi intranos de nobis supplicium sumimus: tunc poenitere propriæ dicimur. Poenitentia autem vocabulum, tamen si latius pateat, (vt statim diximus) vsu tamen doctissimorum in bonam partem deflet. Et solet: vt non, nisi quæ iuste proculpis assumitur, poenitentia nuncupetur. Iuste autem vindicta & duo sunt genera. Alterum publicum, in quo alius est reus, & alius index, accusator & testis: Alterum priuatum, in quo & reus & vindicatio minister idem est.

I N illo aliena culpa vindicatur: in hoc propriæ. Illa vindicta inuoluntaria patienti est: hæc contra voluntaria. Poenitentia igitur nomen, non quamlibet culpe vindictam, sed illam voluntariam designat: qua reus ipse sponte poenas eligit: vt in proprias culpas animaduerrat. August. in libr. de vera & falsa poenitentia cap. 19. poenitere (inquit) est poenam tenere: vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando, & capit. 8. Poenitentia est quædam dolentis vindicta, voluntarie punientis in se, quod commisisse se dolet. Quo & Ambro. alludit super psalm. 37. coniunctione prima, dicens: Plena est diffinitio poenitentia, commemoratione delictorum, vt unusquisque peccata sua, velut quodam quotidiani sermonis flagello, castiget, & cōmissa sibi flagitia cōdenet.

P R A E T E R E A. Literæ sacræ admonet passim, poenitentiam agere, ad quam non exhortarentur, nisi spontanea esset: nec poenitentiam ab alio inflictam agendum esse moneret, sed potius patiendam. Sed vt vera sit hæc poenitentia, oportet vt fiat propter aliquos bonos fines. Et primus finis iuste vindicta est, vt qui lexus per culpam est, ei per poenam satisfiat. Probatur: quia eatenacius iudex nocentem plecit, quatenus opus esse censet, vt iniuriæ faciat satis. Sic igitur & poenitentis obeam causam vindicat culpam, quam admisit, vt Deo, quem offendit, debitam satisfactionem impendat. Alter & secundus finis poenitentis, est placare Deum, quem offenderat, euq; sibi cōciliare. Hoc probatur: Quia per offensam, non solum iustitia sed etiam amicicia violatur. Nam, neque apud homines redintegratur amor per coactam satisfactionem offendentis, sed per ultroneam. Tertius autem poenitentie finis, est salus animi. Dolet nanque poenitens, lachrymatur & gemit: vt per huiusmodi, quasi antidotum, morbo spirituali medeat: vt diuinus Tho. dicit infra, quæst. 31. artic. 3. & idem dicit August. in psalm. 57. Sed & Hieronym. in Ecclesiastes cap. 7. inquietus. Notit hirundo pullos, de succo occulare chelidonæ, & dictam capreæ appetunt vulnerat: cum nos ignoremus medicinam poenitentie propositam esse peccantibus. Idem assurit Tertius in lib. de poenitentia, & idem Chri-

sost. homelia: 7. ad populum Antioche. his verbis. Iudices cum latrones cooperint, ac sacrilegos, non quomodo ipsos meliores reddant, considerant: sed quomodo ab ipsis peccatorū poetas exigant. Deus autem contra, cum aliquem cooperit peccatorem, non considerat, quomodo supplicium sumat, sed quomodo ipsum corrigat, atque & iudex pariter, & medicus est. Paul. etiam 2. ad Corinth. 7. Tristitia (ait) quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabile operatur. Quam obrem poenitentie iudicium: vt amicum, ita quoque salutare est, plusquam vindicatiuum, cuius finis, non tam vindicta, quam vindicta salutis est. Et, vt ista, que tam multis diximus, in brevem summam redigamus, poenitentia (vt diximus) est dolor de peccatis sponte assumptus, vt sit vindicta culparum, voluntaria, satisfactory, amica, & salutaris.

HIS quo ad ratione nominis libatis, petit. S. Thian poenitentia sit sacramentum, & respondet una ea conclusione in calce articuli. Poenitentia quæ in ecclesia agitur, est sacramentum. Probat hæc in argumento in contra. Sicut baptisimus adhibetur ad purificandum à peccato: ita etiam poenitentia. At baptisimus est sacramentum. Ergo etiam poenitentia. Secundo probat ita ipso articulo. Sacramentum est illud, quod est in aliqua celebrazione, cum res gesta ita fit, vt aliquid significative accipiamus, quod sancte accipiedum est. Sed in poenitentia, que fit in ecclesia: ita res gesta fit, quod aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris poenitentis, quam ex parte sacerdotis absoluentis: quia peccator per ea quæ facit, & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: & sacerdos per ea quæ agit, & dicit circa poenitentem, significat opus Dei remittentis peccata. Ergo poenitentia, que in ecclesia agitur, est sacramentum. Hæc. S. Thom.

E X H I S supra dictis constat duplicum esse poenitentiam. Alteram interiorem, que virtus vel actus eius est: alteram exteriorum, que sacramentum est. Et ita nos agimus, ac accipimus poenitentiam secundum quod sacramentum est, & secundum quod virtus. Poenitentia igitur secundum quod virtus est, dolor de peccatis propter Deum, vel virtutem ad illum dolorem inclinarem significat, apud omnes sanctos & fidèles doctores.

S E C U N D O fuerunt hæretici negantes poenitentiam significare tales dolorem de peccatis, & negant illud nunc hæretici Germani: vt Lutherus apud Rofensem articul. 5. & in hoc consentit Erasmus Roterodamus in annotationibus super. 3. capit. Matth. dicit, quod apud Græcos μετανοεῖν non est poena aut dolor: sed respicentia & μετανοεῖν resipiscere. At ubi interpres noui testamenti, usurpat poenitentie vocabulum in fonte Græco μετανοεῖν est, ubi poenitentiam agite, Græca lectio μετανοεῖτε. Non ergo in vsu Scripturæ sacra poenitentia dolor aut poena est: sed mutatio con-

tio consilij, & mentis: & poenitentia, est post erratum sapere, instituereq; unum ad viuendum recte. Et hoc irrefragabili argumento moti germani crediderunt veram poenitentiam nihil aliud esse, quam nouam vitam luxa quod Ambro. apud Magist. 14. d. ait, veram poenitentiam esse, cessare a peccato.

SED his non obstantibus, est conclusio nostra in hac parte, quæ fundimentum huius materiae erit. Hoc nomen poenitentia, in sacris Literis pro dolore poenitentia accipitur, & apud doctos Latinos viros. Probatur prius auctoritate omnium Latinorum doctorum, qui sic (vt nos deduximus) originem & nominis notitiam deducunt.

S E C V N D O, resipiscientia atque tristitia adeo sibi vicisim hæret, vt vna sine alia nusquam reperiatur, nempe, si erratum cognoscis: illico tibi incipit disperdere. At, cum id quod placebat, disperdet, illico contristat: sicut cum placebat, delectabat. Ergo resipiscientia & tristitia semper sunt simul, & altera alteram concomitantur.

E T Q VOD resipiscientia & tristitia sunt simul, probatur rursus ex sacris Literis. Prius Genes. 6. sic habetur. Videns Deus quod multa malitia hominum esset in terra, poenituit eum quod hominera fecisset, & tactus dolore cordis intrinsecus, &c. En post poenitentiam, dolor apponitur cordis. Et Hiero. 31. dicitur. Postquam coueristi me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi foemur meum. In que verba Hiero. dolentis (inquit) & plangentis & super errore pristino plorantis indicium est, vt foemur manu percutiat, & stultum se antea fuisse fateatur. Dolor itaque comes indiuidus est resipiscientia.

P R A E T E R E A. Hæc Græca vox μετανοια poenam ac vindictam significat. Ergo male negant hæritici illa significationem. Probatur prius ex Paulo, posteriori ad Corinth. 7. vbi pro poenitentia μετανοη usurpat. Ergo, &c. Probo antecedens quia Græca in hunc modum habet. Η τη μετανοη θεορητης εις σωματικην απελαυνητηρην μετατρεψεται. Hoc est, quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem aut non poenitendum operatur. Quo loco, si resipiscientiam vertas, sententiam in Apostolo falsam efficies. Non enim tristitia resipiscientiam operatur: sed è diuerso, resipiscientia tristitiam. At tristitia quæ secundum Deum est, poenitentiam, idest, voluntariam poenam vindictamq; culparum operatur.

P R A E T E R E A. Pro hoc est Ausonius, in epigrammate in occasione statuam, sic dicens in persona poenitentie. Sum Dea, quæ facti, non facti, exigo poenas. Nepe vt poeniteat, sic metanœa vocor. Non igitur, siue Latine poenitentia, siue Græce metanœa, nouum non solum vitam: sed etiam & veteris odium vindictamq; significat. Sed ait. Si verbum verbo reddas μετανοια-

mutatio cogitationis, & mentis est transmutatione: si ad hunc modum loqui Latina consuetudo permitteret. Fateor equidem. At mentis mutatione, esse non potest, nisi mens diuerterat à malo, cōtraq; accedit ad bonum. Quod quia non fit gressibus corporis, sed affectibus animi, veterem vitam animos auerteret oportet, cū eligit nouam. Sic enim animi mutationem recta philosophia interpretabatur. Quam si haberent Lutherani, nihil ab illis præterea exigemus, si modo haberent eam, nō quā sibi ipsi fingunt: sed quā & vere, & graphicè describit Ambro. 2. libr. de poenitentia, cap. 10. inquietus. Facilius inueni, qui innocentiam seruavit: quam qui congrue egerint poenitentiam. An quisquam illam poenitentiam putet, vbi requiri dæ ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi copulæ coniugalis vsus? Renunciandum seculo est, somno ipsi minus indulgendum quam natura postulat, interrumpendus est gemitis, interpolandus est suspiris, sequestrandus est orationibus: viuendum ita: vt vitali huic moriamur usui, seipsum sibi homo abneget, & torus mutetur: sicut quemdam adolescentem fabulæ ferunt, post amores meretricios peregre profectum, & amore ablito regresum, veteri postea occurrisse dilecta. Quæ vbi non interpellata mirata, putauerit non recognitam, dixerit, Ego sum, respondebit ille: sed ego non sum. Ergo, mihi hanc cogitationem atque animi transformationem, si praefteris, iam ego de nomine nihil moror. Illa reuera poenitentia est, de qua nos in præsencia disputationamus. Hæc certe est, quam sancti vocauerunt poenitentiam. Hæc est, quam concilia, vt Colonense & Tridentinum vocant poenam. De hac profecto poenitentia sancti & concilia intellexerunt omnes illas scripturas Luc. 13. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & illud Matth. 3. poenitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum, & Luc. 3. Agite fructus dignos poenitentia. Recipiant igitur Lutherani nobiscum hanc poenitentiam, aut tanquam proterui facescant. Et hæc de nominis significatione.

A D L I T E R A M diu Thom. descendentes, aduerte quod hæc materia tractatur à Magistro sententiæ, in. 4. d. 14. In qua Magister postquam in præcedentibus tractauit de baptismo, & Eucharistia, quæ ordinatur ad perficiendum hominem in bonum secundum se, vel in ordine ad confirmationem, incipit tractare de poenitentia, quæ ordinatur ad remissionem mali.

S E D dices. Quare prius tractauit de Eucharistia quam de poenitentia, cum poenitentia sit prævia ad Eucharistiam? Dico quod fecit propter hoc: quia Eucharistia ordinatur ad perficiendum hominem in bono, & poenitentia est ad remotiorem mali: & bonum est prius natura mali. **S E C V N D O** dico, quod Magister & doctores secuti sunt ordine ipsius rei: quia in primitiua ecclesia, in aliquibus ecclesijs pueri post baptismum sumebant

sumebant Eucharistiam ante poenitentiam (vt supra diximus) licet postea ecclesia mutauerit consuetudinem.

D E I N D E est notandum, quod hic tractatus de poenitentia, durat per novem distinctiones apud Magistrum, usque ad. 23. s. exclusive. Partitur in quinque partes. In priori parte agitur de poenitentia secundum se. 14. & 15. distinctionibus, tam secundum quod sacramentum, quam secundum quod virtus. In secunda parte agitur de partibus eius. s. confessione, cōtritione, & satisfactiōne, & hoc d. 16. & 17. In tertia autem parte tractatur de ministro cōfessionis. In quarta tractatur de tempore poenitentia, an. s. sit certum tempus poenitentia. In quinta parte tractatur de quibusdam incidentibus in poenitentia, nempe, de remissione venialium. Ista etiam. 14. d. dividitur in quinque partes. In prima tractatur de necessitate poenitentia. In secunda autem tractatur de quiditate, nempe, quid est poenitentia. In tertia vero de quibusdam erroribus. Et in quarta agitur de iteratione poenitentia, an. s. sit iterabilis poenitentia.

P R A E T E R E A. Magister ponit in hac dist. 14. quasdam propositiones. Quarum prima est. Poenitentia est necessaria longe positum à Deo. Probat hanc testimonio diu Hiero. Quia est secunda tabula post naufragium. Secunda propositione est. Poenitentia est sacramentum: & est virtus. Baptismus enim est sacramentum, sed non est virtus.

P R A E T E R E A. Nota quod materia hæc est grauis, & theologica. Tractatur namque in theologia aliqua pars philosophiae: sed hic agitur res omnino theologica. Et ideo plus contendendum est testimonij scripturarum, quam rationibus, quæ saepe nos fallunt.

P R O P O N I T V R ergo in hac materia, prima q. in S. Thom. An poenitentia sit sacramentum. Pro cuius questione solutione, sunt duo notanda, quæ superius diximus. q. 1. Primus est, quod sacramentum nihil aliud est, quam inuisibilis gratia visibilis forma: vt imaginè gerat, & causa existat. Vel (vt Gregor. definiuit) sacramentum est, in quo sub tegumento rerum corporalium divina virtus secretius operatur salutem. Vel est signum sensibile rei sacrae.

S E D vnuia est obseruandum (& erit secundum in ordine tractatus) quod in proximis questionibus diximus, quod poenitentia nihil aliud est, nisi id quo placamus Deum, & quo cōsequimur remissionem peccatorum, quicquid illud sit. Si enim per actum fidei nos placaremus Deum, & pro peccatis satisfaceremus, fides esset vera poenitentia. His duobus notatis intelligitur questionis proposita, quia nihil aliud est querere, an poenitentia sit sacramentum, quam querere, an poenitentia sit signum sensibile institutum à Deo, quo

mediante Deus confert nobis remissionem peccatorum, vel quo placamus Deum, & reddimus illum nobis propicium. Ecce sensus questionis.

H I S suppositis, ponitur conclusio ab omnibus. Poenitentia est sacramentum, vel aliquid sacramentum est poenitentia. i. est signum sensibile institutum à Deo, ad consequendum remissionem peccatorum, & ad reddendum Deum propicium ipsis poenitibus, quibus erat iratus per peccatum.

S E D D V B I T A T V R, an hæc conclusio Dubium possit probari ex sacra Scriptura. **primum.**

D I C O quod ita: licet non inueniatur nomina poenitentia in sacra Scriptura sacramentum, id est, non dicatur formaliter quod sit sacramentum, probatur tamen sicut de baptismo, qui in Scriptura non vocatur sacramentum. Nam, sicut probamus ex Scriptura sacra quod baptismus est sacramentum: quia est signum sensibile, & conferit gratiam & vitam, iuxta illud, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō intrabit in regnum cœlorum. Io. 3. & cum sacramentum sit signum, sequitur quod baptismus sit sacramentum: ita eodem modo probatur de poenitentia ex Scriptura, quod aliquod est signum institutum à Deo ad remittenda peccata, quia Io. 20. dicitur, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et Math. 16.

Quodcumque solueris super terram, erit solutum in cœlo. Ergo ex Scriptura habetur, quod est in ecclesia authoritas & potestas ad remittendum peccata. Constat etiam quod iurisdictio non exerceatur inter homines, nisi per actum exteriorē, quicquid sit, an per solū actum exteriorē possit exerceri, an nō solū per actum exteriorē, sed etiā per interiorē: constat tamen, quod inter homines semper exercetur per actum exteriorē. Tūc sic. Est signum sensibile institutum ad istum finem. s. in remissionem peccatorum. Ergo est sacramentum.

A n t e c e d e n s probatur ex Scriptura sacra, & hoc dicimus esse poenitentiam. Ergo sufficenter probatur ex sacra Scriptura, quod poenitentia sit sacramentum. Et si dicas. Non probatur per citata testimonia, quod poenitentia sit sacramentum. s. de confessione, quod confessio sit illa poenitentia quæ est sacramentum. Dico, quod nec ego volo illud probare prouinc, nec illud peto: sed peto, an sit aliquod signum sensibile institutum à Deo ad remittenda peccata, & hoc probavimus, quod ita, testimonij illis sacra Scriptura, siue illud signum sit confessio, siue aliud quodvis.

S E C V N D O, probatur hoc auctoritate ecclesie in cap. Ad abolendam extra de hæriticis. Vbi numeratur confessio peccatorum inter sacramenta. Et dicitur ibi. Qui aliud vel alias senserit de sacramentis, quam ecclesia Romana sentit, est hæreticus.

T E R T I O, etiam in concilio Florenti, sub Eu. 4. idem habetur. Et ita probabatur conclusio testimonij

testimonijs sacrae scripturae & ecclesiae, & id ipsum diffinitur in concilio Tridenti.

S E D est notandum, quod licet omnes Christiani nisi fateantur, quod sit aliquod sacramentum ad remittendam peccata, non tamen vocat eodem nomine, ut patet: quia in cap. Ad abolendam. vocatur confessio peccatorum, & alibi vocatur poenitentia. Et ideo Dur. in. 4. d. 14. q. 3. dicit, quod non debet vocari, nisi sacramentum confessionis, & absolutionis. Probat: quia partes integrantes hoc sacramentum sunt confessio, & absolutione, non autem actus, nec habitus poenitentiae. Ergo non debet vocari sacramentum poenitentiae. Ad hoc argumentum responderet Capre. in. 4. d. 14. q. 1. quod hoc sacramentum propriissime vocatur sacramentum poenitentiae, & proprius quam sacramentum confessionis: sicut Dur. appellat. Probatur: quia poenitentia (ut dicit August. lib. de vera & falsa poenitentia. cap. 19.) est tentio poena: quia poenitere (dicit) est poenam tenere. Sed omnia que cocurrunt ad hoc sacramentum, sunt poenalia. Ergo merito dicitur sacramentum poenitentiae: quia in hoc sacramento est contritus, quae est afflictio cordis, & confessio etiam penaliter est, & est prosecutio poenae imposta a sacerdote. Ergo merito dicitur sacramentum poenitentiae.

S. THOMAS in. 4. d. 16. q. 1. ar. 1. q. 2. ad. 1. dicit, quod in sacramento sunt 3. partes, contritus, confessio, & satisfactione, & dicit quod sacramentum accepit nomen ab ultimo: ut saepe contingit rem denominari ab ultimo, ut patet de Petro, qui est ens & substantia, & ultimo est homo, & ita non dicitur ens, sed homo. Similiter est sacerdos, diaconus, & subdiaconus, ultimo sacerdos, & ab illo denominatur. Et ad argumentum Dur. nego maiorem: quia contritus est vera pars poenitentiae: ut postea dicemus. Et **S. Thom.** dicit, quod contritus est pars sacramenti, infra. q. 1. ar. 1. & 2. atque in. 4. dist. 16. q. 1. Et in hoc errat Dur. quia putat, quod contritus non est pars sacramenti. Secundo errat: quia illa quae ipse fatetur, quae sunt in poenitentia, sunt poenalia, & licet omnia illa cessarent, est ratio, quam possumus: quia poenitentia ordinatur ad remissionem peccatorum, & cum hoc sacramentum sit institutum in remissionem peccatorum, quicquid illud sit, illud est poenitentia. Et loqui, ut Dur. loquitur, est loqui improprie. Et probatur, quia Paul. ad Hebr. 6. vocat baptismum poenitentia: quia baptismus remittit peccata. Impossibile (inquit) est eos, qui semel illuminati sunt, &c. rursum renouari ad poenitentia. Paul. enim dicit, quod postquam perdidissent innocentiam baptismalem, non possunt homines illam recuperare: quia baptismus non est iterabilis. Et Petrus Act. 2. dicit. Baptizetur unus quisque vestrum in remissionem peccatorum. Et ideo Paulus appellauit baptismum, poenitentia: quia remittit peccata. Ergo etiam merito sacramentum confessionis, melius vocabitur sacramen-

mentum poenitentiae: quia est in remissionem peccatorum.

D V B I T A T V R quid est hoc sacramentum. Pro quo accipitur? Pro confessione, Dubium aut pro absolutione?

A D H O C dicit **Sco.** in. 4. d. 14. q. 4. & d. 16. q. 1. quod tota essentia sacramenti & totum sacramentum nihil aliud est, quam absolutio, & hanc opinionem sequuntur Okam, Gabriel, Maior, & alii. Vnde ponunt mirabilem finitionem Gabr. enim in. 4. d. 14. q. 2. sic diffinit. Poenitentia, est absolutio hominis poenitentis, a sacerdote habente iurisdictionem facta, ex institutione diuina efficiaciter conferens salutem. Est satis prolixus diffinitione. Dicit, habente iurisdictionem, quia si non habeat iurisdictionem, non erit sacramentum poenitentiae. Non reprehendo diffinitionem: nisi quia est prolixior, quam exigat natura diffinitionis. Iste enim doctores omnes soluunt difficultates & determinant per suas finitiones ex suo capite.

P O S S E T quis forte dubitare, an requiratur ordo ad absoluendum aliquem. Dicit Gab. quod ita, & quod iam explicuit in definitione, quando dixit a sacerdote habente iurisdictionem, &c.

P O S S E T quis etiam dubitare, an alias a Christo potuit instituere sacramentum poenitentiae. Dicit Gab. quod iam dixit in definitione, quod non.

D I C Oigitur quod diffinitiones debent esse comunes omnibus diffinitionibus: quia alias essent dubiae & opinabiles: cum tamen pertineant ad actum intellectus, ut patet per Aristot.

E T probatur a Gabr. quod poenitentia sit absolutio: quia sacramentum confert gratiam. Sed sola absolutio est causa remissionis peccatorum. Ergo sola absolutio est sacramentum poenitentiae. **S E D** ego ostendam prius quod haec ratione vialet. Secundo dicam, quid est sacramentum poenitentiae, & pro quo accipitur.

E T Q V O ad primum arguitur hoc modo. Baptismus non est sola forma, quia baptismus est ablutione, & forma sola non est ablutione. Sed verba operantur in baptismo magis quam aqua. Ergo nec poenitentia est sola absolutio.

S E C V N D O. Eucharistia non est sola illa verba. Hoc est enim corpus meum, esto quod per illa verba conficiatur sacramentum. Ergo nec poenitentia est absolutio, &c. esto quod absolutio est sola causa remissionis peccatorum. Et denique in nullo alio sacramento, dicimus quod sit eius forma. Ergo nec poenitentia est absolutio, quae est sui forma.

S E C V N D O dico cum **S. Thom.** infra. q. 27. artic. ultimo, falsum esse, quod isti dicunt, causam remissionis esse solam absolutionem sacerdotalem: immo etiam confessio est causa absolutionis & remissionis peccatorum, licet absolutio sit principaliter: quia alias in habente se mere negatiue, sine confessione operaretur absolutio

absolutio, quod est falsum. Idem dico de baptismismo, ablutione est causa gratiae, & concurrit ad illum effectum, licet non ita principaliter sicut verba. Et confirmatur hoc: quia (ut diximus supra. q. 9. ar. 1. & super Magist. d. 2.) sacramenta sunt causa gratiae, ad hunc sensum. Quia iste baptizatur, datur ei gratia, sed huic remittuntur peccata, quia confitetur. Ergo non solum absolutio: sed confessio est causa gratiae, id est, ratione confessionis datur gratia.

T E R T I O probatur: quia secundum istos recentiores, sacramenta sunt causa gratiae sine qua non: quia secundum **S. Thom.** & antiquos, sacramenta sunt vera causa gratiae influens. Sed confessio est sine qua non daretur gratia, etiam modo absolutio. Ergo non potest illa opinio **Sco**ti probabiliter defendi. Et confirmatur, quia hoc est dicere, sacramentum baptismi, id est, sacramentum quod est baptismus: quia capitur ille genitus intransitum. Et ita sacramentum poenitentiae, est sacramentum quod est poenitentia. Sed absolutio non est poenitentia. Ergo manet probata conclusio quod sacramentum poenitentiae non est absolutio.

D V R A N D V S non ponit distincte conclusionem, sed ex verbis eius constat, quod poenitentia est totum aggregatum ex confessione & absolutione.

S E D contra. Contritus actus interior, est pars poenitentiae. Ergo poenitentiae sacramentum debet esse ex omnibus illis aggregatum.

P R O H V I V S solutione est notandum, quod licet in entibus naturalibus nomen totius significet compositionem ex omnibus partibus, ut homo continetur pro materia & forma, & non pro uno illo solo: non est ita in compositis artificialibus & accidentalibus, quia aliquando accipiuntur propria parte, & minus principali, ut constat de statua, quae pro sola materia accipitur, ut ait Aristotle. quod tota essentia rei artificialis, est materia. Vnde statua est aurum: & phala est argentum. Et idem est in compositis accidentalibus, quia album non accipitur pro aggregato ex corpore & albedine, alias haec esset falsa. Album est animal, quia animal non est aggregatum ex corpore & albedine. Nec accipitur pro forma. s. pro albedine, sed pro materia. s. pro subiecto. At sacramenta sunt quedam artificialia, quia sunt quedam instituta, quae Deus fecit ad placitum ad illum finem. ad sanctificandum. Et ideo sequitur communem regulam artificiorum, potius poenitentia debet dici confessio, quam absolutio: quia tota substantia rei artificiale est materia. Et hoc, etiam potest dici in aliis sacramentis, quod sacramentum baptismi accipitur pro ipsa ablutione, & sacramentum Eucharistie pro speciebus. Et secundum hoc posset dici, quod poenitentia accipitur pro confessione, & non pro absolutione. Et ita vocatur poenitentia in cap. Ad abolendam, sacramentum confessionis.

Sed quia illa regula non semper habet verum in artificiis: ut constat in medicinis, semper enim medicina accipitur pro toto aggregato ex omnibus partibus componentibus, licet virtus sit in una parte potius quam in alia, ut constat, quia vnguentum fit ex sandaliis & cera, & accipitur pro omnibus illis. Et sic posset dici, quod poenitentia accipitur pro confessione, & contritione, & alijs partibus. Et ita dicit Marsilius in quarto. q. 10. ar. 1. cō. 1. Vbi dicit, quod poenitentia est multa, si aliquid sensibile, ut confessio, & aliquid insensibile, ut contrito & dolor interior. Cum ergo habeat tres partes, si contritione, confessione vbi includitur absolutio, & satisfactione, pro omnibus illis accipitur.

S E D C O N T R A potest esse sacramentum poenitentiae, esto non habeat illas omnes partes, quia non requiritur quod sit satisfactione, quia si quis constiterit, & antequam sacerdos iniungat poenitentiam, absolvat ipsum, & ille postea non vult recipere poenitentiam, erit verum sacramentum, & sine satisfactione, immo potest esse sine contritione. Ergo non est poenitentia aggregatum ex omnibus illis partibus.

A D hoc dico duplum. Prius, quod illae partes sunt de integritate & perfectione sacramenti, sed non de essentia: sicut homo accipitur pro aggregato ex pedibus & manibus, tamen si Petrus perdat manu, nihilominus accipitur per illo, homo, quia illae partes non sunt de essentia, sed de perfectione, est enim homo, non tamen perfectus. Et ita dico de hoc sacramento. Poterit manere sacramentum poenitentiae, ita quod maneat tota essentia sacramenti, etiam si deficiat aliqua pars, sed non erit perfectum: sicut manet idem homo cum tota essentia hominis sine manibus, sed non est perfectus homo.

S E C V N D O dico, quod nunquam est sacramentum poenitentiae sine actu interiori, quae est satisfactione pro culpa. Et ita nunquam est sacramentum poenitentiae, sine contritione & satisfactione: quia satisfactione illa ultima est pro poena. Et per contritionem intelligo dolor illud de peccatis. **S E D** quid est dicendum de hoc secundum. **S. Thom.** san sacramentum poenitentiae sit aggregatum ex illis partibus.

D I C O, quod **S. Thom.** nihil dixit de hoc. Et bene facit: quia haec omnia sunt inutilia. Sed videtur conformius ad dictum **S. Thom.** quod poenitentia accipitur pro toto aggregato: quia hic ad secundum, facit argumentum, quod poenitentia non sit sacramentum, quia sacramenta dantur a ministris ecclesiis, sed hoc sacramentum non constat a solo ministro, quia oportet quod poenitens ponat aliquid, & **S. Thom.** respondet, quod hoc est particolare in hoc sacramento: quia in sacramento poenitentiae sunt actus humani, qui proueniunt ex inspiratione interna. Vnde materia non exhibetur a ministro, sed a Deo interius operante, sed minister exterius exhibet complementum poenitentiae, dum absolvit. Vnde videtur, quod absolutio non sit sacramentum secundum eum. Et in solutione ad tertium dicit, quod sacramentum est tam actus poenitentis,

Dubium tertium. tis, quam absoluenter. Ergo est conforme dictis. S. Tho. quod poenitentia est aggregatum ex partibus. P R A E T E R E A Dubitatur, quia in. 4.d. 4. Magister sententiaram ponit, di. quam ipse accipit ex Augu. & dicit, quod in quolibet sacramento inueniuntur tria. scilicet sacramentum tantum, sacramentum & res simul, & res tantum: sicut in baptismo, ablutio est sacramentum tantum, character est res & sacramentum simul, quia est signum gratiae, & res signata per sacramentum est dispositio ad gratiam. Res autem tantum, est gratia. Arguitur hoc modo, tertio argumento. S. Thom. In omni sacramento inueniuntur ista tria. Ita poenitentia autem non inueniuntur ista tria. Ergo non est sacramentum. Ad hoc. S. Tho. negat minorem: quia confessio & absolutio sunt sacramentum tantum, contritus est res & sacramentum, & gratia est res tantum, quia significata per sacramentum, contritus est res, quia dispositio ad gratiam, & sacramentum, quia est signum gratiae. Et S. Tho. in. 4.d. 1.q. 1.ar. 4. disputat, an sacramenta sint causa gratiae. Et ponit opiniones multas. Quarum ultima est, quod sacramenta non attingunt immediate ipsam gratiam, sed producunt aliquam dispositionem, quae attingit gratiam. id. attingit gratiam dispositio. Et dicit illa opinio, quod illa dispositio est character. Sed quid de sacramentis quae non producunt characterem? Dicit. S. Tho. quod producunt aliam dispositionem, quae dicitur ornatus, quae est res & sacramentum simul. Est res, quia est effectus sacramenti, & est sacramentum, quia dispositio ad gratiam. Sed hic nihil dicit de illo ornato. Et si hic loqueretur. S. Tho. conformiter ad illa quae dixit in quarto, debet dicere hic, quod res & sacramentum est ornatus ille, & non contritus.

SED, an iste ornatus sit ponendum? Pro huius dubij solutione nota, quod. S. Thom. i. secundus. q. 112. ar. 3. dicit, quod sicut anima rationalis est forma perfecta, & non potest introduci in materia nuda, nisi præcedat aliqua dispositio: sic gratia est forma perfecta: quae prærequisitum est ad introductionem suam. Et non solù quod non sit peccatum, sed oportet quod sit dispositio positiva disponens animam ad gratiam. Ex hoc Caprol. d. i. in. 4. q. 1. in solutionibus ad argumenta contra tertiam conclusionem, & Palud. d. i. & d. i. 14. dicit, quod ita est quod omne sacramentum non imprimens characterem imprimit quandam dispositionem, quae est qualitas realis in anima adhuc quod veniat spiritus sanctus. Ethi doctores vocant illam dispositionem ornatum animæ: quia ornat animam. Non potuerunt melius vocare.

SED Caiet. tenet contrarium tanquam probabilem hic. Et ante eum tenuerunt aliqui viri doctri, ut Ioannes Fanarius, quod locutorum quod dicitur de isto ornato est figuratum, non habens fundatum in Scriptura sacra. Et licet Caiet. dicat, quod est opinio probabilis illa Palud. Ego au-

tem dico, quod est insuffitibilis. E T ad illud, quod. S. Thom. in. 4. ponit illum ornatum. Respondet, quod inde est magnum argumentum, quod reuocauit hic in summa tamquam improbabile: quia quod. S. Thom. aliquid dixit in scriptis, & idem tractans in summa reliquit, reliquit vel tanquam falsum, vel fruolum, aut inane. Et maximè, quod in. 4. loquebatur ex mente aliorum, licet dicat, quod illa opinio est probabilius: sed cum non dixerit alibi, etiam in scriptis, & illuc non disputaret illud ex professo, & in summa, ubi disertissime loquitur de sacramentis, illud reliquit tanquam omnino falsum: maxime quia in summa loquitur de charactere, & nihil dicit de hoc ornato. Ergo nullo modo est tenendum. Et ad illud. S. Thom. i. sec. vbi ipsi figurunt pedem. scilicet quod requiritur dispositio ad gratiam. Dico, quod intelligitur de adultis. scilicet illa dispositio oportet quod sit per actum liberi arbitrij, & quod homo disponat se per proprium actum. De pueris autem, qui non possunt se disponere, sacramentum est dispositio ad gratiam, & in omnibus illis, qui non possunt habere proprium actum. Et quod haec esset mens. S. Tho. constat ex suis dictis ibidem, & ipse exponit hoc modo.

Articul. secundus.

Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.

 D S E C V N D V M sic proceditur. Videtur quod peccata non sint propria materia huius sacramenti. Materia enim in alijs sacramentis per aliqua verba prolatæ sacrificatur: & sacrificata effectus sacramenti operatur. Peccata autem non possunt sacrificari, & contrariantur effectus sacramenti, qui est gratia remittens peccata. Ergo peccata non sunt materia propria huius sacramenti. P R A E T E R E A. August. dicit in lib. de penitentia. Nullus potest inchoare novam vitam, nisi eius veteris vita peniteat. Sed ad vetustatem vitæ pertinent, non solù peccata, sed etiā penitentes presentis vita. Nō ergo peccata sunt propria materia penitentie. P R A E T E R E A. Peccatorum, quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniale. Sed penitentia sacramentum non ordinatur.

dinatur contra originale peccatum, quod tollitur per baptismum, neque contra peccatum mortale, quod tollitur per confessionem peccatoris, nec etiam contra veniale, quod tollitur per turpitudinem peccatoris. Et per aquam benedictam, & alia huiusmodi. Ergo peccata non sunt propria materia penitentie.

S E D C O N T R A est, quod Apostolus dicit. 2. Corin. 12. Non erunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicia, quam gesserunt.

R E S P O N D E O dicendum, quod duplex est materia. scilicet proxima & remota. Sicut statim proxima materia est metallum, remota vero aqua. Dictum est autem, quod materia proxima huius sacramentis sunt aëtus penitentia: cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur: & pro quibus se tu facit. Unde relinquitur, quod remota materia penitentie, sunt peccata non acceptada, sed detestanda, & destruenda.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ratio illa procedit de proxima materia sacramenti.

A D S E C U N D U M dicendum, quod vetus & mortalis vita, est obiectum penitentiae, non ratione penae, sed ratione culpæ annexæ.

A D T E R T I U M dicendum, quod penitentia quodammodo est de quolibet peccatorum genere: non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali, est penitentia proprie & principaliter. Proprie quidem: quia proprie dicimus penitentia de his, quæ nostra voluntate commisimus. Principaliter autem: quia ad deletionem peccati mortali, hoc sacramentum est principaliter institutum.

D E peccatis autem venialibus est quidem penitentia proprie, inquantum sunt nostra voluntate facta: non tamen contra hec principaliter est hoc sacramentum institutum.

D E peccato vero originali, penitentia nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum, sed magis baptismus.)

nec etiam proprie: quia peccatum originale non est nostra voluntate peractum, nisi forte inquantum voluntas Ad reputatur nostra: secundum modum loquendi, quo Apostolus dicit Romanorum. s. In quo omnes peccaverunt. Inquantum tamen large accipitur penitentia pro qualunque detestatione rei praeterire, potest dici penitentia de peccato originali, sicut loquitur Augustinus in lib. de penitentia.

I N H O C art. 2. tractatur de constitutione huius sacramenti penitentiae, ex quibus. s. constituantur. Cum enim omne compositum consistet ex materia & forma. Et penitentia est compositum. Ergo oportet, quod constet ex materia & forma. Dubitatur igitur quod sit materia penitentiae. S. Tho. hic respondet, quod in omni artificio est duplex materia. Propinquæ s. & remota: sicut in Eucharistia materia propinquæ est panis, remota vero est massa & triticum: & in baptismo materia remota est aqua, & propinquæ est ablutio, siue distinguatur ablutio ab aqua, siue non. Sic igitur in hoc sacramento duplex est materia. Remota, quae est peccata detestanda, & confessio, quae est materia propinquæ. Unde si non sunt peccata, non potest esse penitentia, nec vt est sacramentum, nec vt est virtus. Sed huc s. materia remota, quae sunt peccata, non sufficit ad penitentiam sacramentum: sed oportet quod fiat aliud. s. detestatio peccatorum, nempe, quod sit dolor de peccatis: sicut si non esset frumentum, non esset panis, sed hoc solū non sufficit ad hoc, quod sit panis, immo oportet quod fiat massa, & decoquatur. Ita dicendum est de peccatis, quod oportet, quod fiat alia materia. Et hoc quo ad titulum questionis, & quo ad literam. S. Thome.

SED adhanc questionem distinctius responderetur aliquibus propositionibus.

P R I M A est. Peccata sunt materia remota huius sacramenti, confessio autem cum dolore, & detestatione peccatorum, est materia propinquæ huius sacramenti. In hac questione non est magna difficultas.

SED est hic notandum, quod in sacramentis dicuntur materia metaphoricæ: quia sicut in natura libis præcedit materia, ita etiam in sacramentis id, à quo habet initium, & est primum, vocamus materiam. Et quia dispositiones se tenent ex parte materiae: ita etiam in sacramentis dispositiones se tenent ex parte materiae ad gratiam.

V N D E sequitur, quod ille qui nullū habet peccatum, non est capax huius sacramenti: quia non potest esse confessio, nisi ubi sint peccata. Secundum

S E C V N D O sequitur, quod illud, quod solet ab aliquibus dici de beata Virgine (& tribuitur Alberto magno) quod cōfitebatur beato Iohanni, quod non laudabat Deum, vt tenebatur, quod non referebat gratiam pro beneficijs &c. esse fabulosum.

D U B I U M prius quae peccata sunt materia huius sacramēti, an s. venialia vel mortalia, aut sola venialia sufficientia pro materia huius sacramēti.

D I C O ad hoc prius, quod de hoc postea dicimus, quando quāremus, an venialia remittantur per hoc sacramētum. Sed pro nunc dico secundo, cum s. Tho. hic ad. 3. arg. quod venialia sunt vera materia huius sacramēti: mortalia autē sunt vera & propria de per se materia huius sacramēti.

D U B I U M secundo, an mortalia, quae fuerunt commissa ante baptis̄mū sint materia poenitentiae.

A D H O C dico prius nos de isto dubio postea dicturos. Secundo dico quod non, sed solum ea, quae fuerunt commissa post baptis̄mū sunt materia huius sacramēti: quia illa, quae fuerunt cōmissa ante baptis̄mū, omnino delentur per baptis̄mū, cui fieret iniuria, si quis de eis cōfiteretur: quia per baptis̄mū delentur illa peccata ante commissa, & quo ad culpam, & quo ad poenitentiam.

D U B I U M tertium, an peccatum originis sit materia huius sacramēti.

D I C O quod non, nec est proprie materia aliquius virtutis: sed large sumptū est materia poenitentiae. s. pro detestatione mali: sicut lob detestabatur diem, in qua natus fuerat. Et ratio est: quia peccatum originis contrahitur sine propria voluntate: ideo non requiritur voluntaria poenitentia de illo.

D U B I U M quartū: an peccata iam fēmel remissa per poenitentia sint materia poenitentiae iterum:

A D H O C aliqui dicunt, quod non. Sed ego cum omni sentētia theologorum dico, quod ita, & de hoc latius dicemus inferius cum egerimus de iteratione poenitentiae. Et pro nunc probatur. Quia ita faciunt Christiani timorati, qui constent de omnibus peccatis suis generaliter, & totius vitæ, de quibus iam particulariter fuerant confessi.

S E D contra. Sātus Thomas opusculo. 22. cap. 4. vbi tractat de forma huius sacramēti, dicit, quod materia huius sacramēti est homo peccator. Ita etiam dicit Gerson in suis floribus moralibus, quod materia sufficiens huius sacramēti est homo peccator contritus. Ergo sibi non constat doct̄or sanctus. Gabriel autem dicit, quod est improprie loqui, vt Gerson loquitur, quia si nū aliud fiat, & nulla alia sit materia, nisi homo peccator contritus: non erit sacramētum.

Dubium
primum

Dubium
secundum

Dubium
tertium

Dubium
quartū

A D H O C dico, quod verum est, quod homo poenitens sponte se subiiciens sacerdoti, est materia huius sacramēti: non tamen sufficiens ad sacramētum: quia oportet, quod fiat confessio, & non est negandum, quod s. Tho. dicit. s. hominē peccatorem esse materiam huius sacramēti, nō ex qua, sed circa quam: sicut dicitur de baptismo, quod materia eius est animal rationale. i. materia circa quam vel in qua administratur baptisma.

D U B I U M quinto, quare in hoc sacramēto nō est aliqua materia, quae sit pro pria materia manēs, sicut in baptismo, est aqua. Dices forsan: quia Christus non voluit. Fatoeita esse: sed oportet dare rationem quare ecclesia vtitur materia manente in ordine, & in confirmatione, nempe oleo, postquam illud non habetur in Scriptura, & non in poenitentia.

I D E O ad hoc Dur. d. 14. dicit, quod ratio est: quia materia requiritur in illo sacramēto, per quod mancipatur homo ad cultum diuinum: sicut in baptismo consecrantur homines Deo, & mancipantur ad cultum diuinum, & ita in confirmatione.

S E D contra hoc arguit Palu. ibidem, quod non sit ratio: quia in extrema vnitione est materia manens, & non mancipantur homines ad cultum diuinum: sed solum datur illud sacramētū contra reliquias peccatorum & contra reliquias infirmitatis.

I D E O manebimus in ratione. s. Tho. hic ar. 1. ad. 1. & in. 4. d. 14. quod quādam sacramēta sunt, quae non requirunt aliquid opus exterius recipieatis: & cum forma non potest esse sine materia, oportet ponere aliquam materiam, sicut in baptismo. Alia sunt sacramēta quae requirant actum ipsius recipientis, & in talibus sacramētis, nō oportet addere nouam materiam: sed ipsi actus exteriores, quia sunt signa sensibilia, sunt materia in tali sacramēto: quia hoc faciūt, quod facit materia in alijs sacramētis.

S E C V N D O dicit. s. Thom. quod quādam sacramēta sunt, quae conferunt magnum effectum, & illa habent materiam manentem: & alia sunt, quae non conferunt tantum effectum, & illa non habent materiam manentem.


Q V O M O D O autem ea, quae exterius geruntur, sint causa sanctificationis in poenitentia, in sequentibus apparebit.

V N D E sequitur quod in illa finitione Grego. de sacramētis. s. sacramētum est, in quo sub tegumento rerum corporalium, diuina virtus secretus operatur salutem, & in illa, sacramētum est signum rei sacræ: oportet, quod materia te gumentum, vel signum sensibile materiale, accipiat communiter pro causa sensibili, siue sit materia aliqua corporalis, siue sit actus aliquis sensibilis: vt nū in poenitentia dictum est.

Articu

Articulus tertius.

Vtrum hæc sit forma huius sacramēti, ego te absoluo.



D T E R T I V M Sic procedit. Videtur, quod hæc non sit forma huius sacramēti, ego te absoluo. Forma enim sacramētorum ex institutione Christi, et ecclesia vti su habentur. Sed Christus non legitur, hanc formam instituisse, neque etiam in comuni usu habetur: quimodo in quibusdam solutionibus, quae in ecclesia publice fūnt (sicut in prima & completorio & cena Domini) absoluens non vtitur oratione, indicativa, vt dicit, ego vos absoluo: sed oratione deprecationia, cum dicit, misereatur vestri omnipotens Deus, vel, absolucionem & remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. Ergo hac non est forma huius sacramēti, ego te absoluo.

P R A E T E R E A. Leo Papadicit, qđ indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum, nequit obtineri. Loquitur autem de indulgentia Dei, quae præstatur poenitentibus.

Ergo forma huius sacramēti debet esse per modum deprecationis.

P R A E T E R E A. Idem est absoluere à peccato, quod peccatum remittere. Sed solus Deus peccatum remittit: qui etiam solus interius à peccato mīdat, vt Aug. dicit super Ioannem. Ergo videtur, quod solus Deus à peccato absoluat. Non ergo debet sacerdos dicere, ego te absoluo, sicut non dicit, ego tibi peccata remitto.

P R A E T E R E A. Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absoluendi à peccatis: ita etiam dedit eis potestatem curandi in firmates, & vt de monachis ejercent, & vt signo crucis, & confirmatione te christmate salutis: eo quod huiusmodi sacramēta perficiuntur in usu materiae! In sacramēto autē Eucharistie, quod consigit in ipsa consecratiōne materiae, exprimitur veritas consecratiōnis,

exit Paralitico, ut habetur Actuum. 9. Ergo videtur quod sacerdotes habentes potestatem Apostolis à Christo traditam non debent vti hac forma verborum, ego te absoluo, sed absolutionem tribuit tibi Christus.

P R A E T E R E A. Quidā hac forma videntes, sic eam expōnunt, ego te absoluo. i. absolutum ostendo. Sed nec hoc etiam sacerdos facere potest, nisi ei diuinitus reuelatur, unde, vt legitur Matth. 16. antequam Petro diceretur, quodcūque solueris super terram. &c. Dictum est ei, Beatus es Symōbariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in celis. Ergo videtur quod sacerdos cui non est facta reuelatio, presumptuose dicat, ego te absoluo, etiam si expōnatur. i. absolutum ostendo.

S E D C O N T R A est, quod sicut Dominus dixit discipulis Matth. vltimo. euntes docete omnes gentes baptizantes eos: ita dicit Petro. Matth. 16. Quodcunque solueris super terram. Sed sacerdos authoritate Christi fatus dicit, ego te baptizo. Ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc sacramēto, ego te absoluo.

R E S P O N D E O dicendum, quod in qua libertate perfectio attribuitur forma. Dictum est autem supra, quod hoc sacramētum perficitur per ea quae sunt ex parte sacerdotis. Vnde oportet, quod ea quae sunt ex parte penitentis, siue sint verba, siue facta, sint quādam materia huius sacramēti. Ea vero quae sunt ex parte sacerdotis: se habeant per modū formae. Cum autem sacramēta non leg. efficiat quod figurant (vt supra dictum est) oportet quod forma sacramēti significet id quod in sacramēto agitur, proportionaliter materiæ sacramēti: unde forma baptis̄mi est, ego te baptizo: & forma confirmationis est, consigno te signo Crucis, & confirmatione te christmate salutis: eo quod huiusmodi sacramēta perficiuntur in usu materiae!

In sacramēto autē Eucharistie, quod consigit in ipsa consecratiōne materiae, exprimitur veritas consecratiōnis, onis,

tionis, cum dicitur, *Hoc est corpus meum. Hoc autem sacramentum s. paenitentiae, non constitutum in consecratione alicuius materiae, nec in usu alicuius materiae sanctificatae, sed magis in remissione cuiusdam materiae s. peccati: prout peccata dicuntur esse materia paenitentiae, ut ex predicto patet.* *Talis autem remissio signis significatur s. a sacerdote cum dicitur, ego te absolvio.* Nam peccata sunt quedam vincula: secundum illud Proverb. s. Iniquitates suae capiunt ipsius, et finibus peccatorum suorum quisque constituitur. Vnde patet, quod haec est conuenientissima forma huius sacramenti, ego te absoluo.

AD PRIMA. M ergo dicendum, quod ista forma assumitur ex ipsis verbis Christi, qui bus Petro dixit, *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis.* Et tali forma ecclesia vtitur in sacramentali absolutione. *Huiusmodi autem absolutiones in publico factae, non sunt sacramentales:* sed sunt orationes quia laudatores in remissione venialium peccatorum. *Vnde in sacramenta li absolutione non sufficeret dicere, misereatur tui omnipotens Deus, vel absolutione remissionis tribuat tibi Deus: quia per haec verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit ut fiat.* *Præmititur tamen in sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacramenti ex parte paenitentis: cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento, non aut in baptismo, vel in confirmatione.*

AD SECUNDUM dicendum, quod verbum Leonis est intelligendum quantum ad deprecationem, que præmittitur absolutioni. Non autem remittet quin sacerdotes absolvant.

AD TERTIUM dicendum, quod solus Deus per autoritatem a peccato absolvit, et peccatum remittit. Sacerdotes tamen utrumque faciunt per ministerium, in quantum s. verba sacerdotis in hoc sacramento instrumentaliter operantur in virtute diuina: sicut etiam in alijs sacramentis. Nam virtus diuina est que interius operatur in oibz sacramentalibus signis: sive sint res, sive verba, sicut ex supradicto patet. Vnde et Dominus expressit utrumq.

Nā Matth. 16. dixit Petro. Quodcumque solueris super terram, tu regni celorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Vnde nec sacerdos indiget specialis revelatione sibi facta, sed sufficit generalis revelatione fidei, per quam remittuntur peccata. Vnde revelatione fidei dicitur Petro facta fuisse, esset autem perfectior expostio, ego te absoluo. i. sacramentum absolutionis tibi impendo.

*AD. 4. dicendum, quod Apostoli non est dampnitas, ut ipsi sanaret infirmos, sed ut adeorū orationē infirmi sanaretur. Est autem eius collata potestas operandi instrumentaliter sive ministerialiter in sacramentis. Et ideo magis possunt in formis sacramentalibus exprimere actus suum, quam in sanationibus infirmorum. In quibus tamen non semper modo de praecatio vrebantur, sed quandoqmodo indiciatio et imperatio: sicut Actuum 3. legitur qd Petrus dixit claudio, *Qd habeo hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge et abula.**

AD QUINTUM dicendum, quod ista exposicio, ego te absoluo, id est absolutum ostendo, quantum ad aliquid quidem vera est: non tam est perfecta. Sacra menta enim non leg. non solum significant, sed etiam faciunt quod significant.

Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem interius ablutum per verba facta, et non solum significative, sed et effectu: ita etiam cum dicit, ego te absoluo, ostendit hominem absolutum, non solum significative, sed etiam effectu. Nec soluloquitur quasi de re incerta: quia sicut alia sacramenta non leg. hent de se certi effectu ex virtute passionis Christi (licet possit impediri ex parte recipientis) ita etiam et in hoc sacramento. Vnde Aug. dicit in lib. de adul. cōtra. Nō est turpis nec difficult post pa-

trata purgata adulteri reconciliatio con tragi, ubi p claves regni celorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Vnde nec sacerdos indiget specialis revelatione sibi facta, sed sufficit generalis revelatione fidei, per quam remittuntur peccata. Vnde revelatione fidei dicitur Petro facta fuisse, esset autem perfectior expostio, ego te absoluo. i. sacramentum absolutionis tibi impendo.

IN HOC art. 3. est unica conclusio, que sic habet. Hac forma, ego te absoluo, est conuenientissima huius sacramenti paenitentiae. Probatur in argumento contra, ex illo Matth. 16. Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis. Ex quo loco colligitur prædicta forma: sicut ex illo Matth. vltimo. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, colligitur forma baptismi. Ergo. &c.

SECUNDUM. Probatur in ipso art. Quia illud est forma alicuius sacramenti, quod perficit ipsum sacramentum. Hoc autem est prædicta forma, quae se tenet ex parte sacerdotis.

TERTIO. Illud est conueniens forma sacramenti, quod significat id, quod fit in sacramento. Hoc facit haec forma, ego te absoluo: quia in hoc sacramento absolvitur paenitens a peccatis, quae sunt velut vincula quaedam. Ergo. &c. **Hec. S. Thom.** CIRCA hoc dubium, prius agemus cum hereticis negantes hanc formam, ut est Lutherus, & Vulleffus, qui dicunt, quod sacerdotes usurpati sibi illam autoritatem, & quod deberent dicere, absolvatur servus Christi. &c.

ET Vualensis de sacramentis, cap. 6. refert, Vulleffum dicitur quod nos arguimus Christum aliqui ne negligentia vel ignorantia: quia si tam necessaria est paenitentia (ut nos assertimus) & quod fiat certis verbis, si Christus non doceret quibus verbis deberet fieri, est magna negligencia. Si autem esset necessarium ad salutem ut illis verbis in hoc sacramento: Christus docuerit: sicut docuit formam baptismi, quia erat necessarium ad salutem. **CERTE**, potest dici merito de Vulleffo aliquique hereticis, quod excecauit eos malitia eorum. Dicunt hi quod Christus docuit formam baptismi. Quare ego ab eis, ubi dicit Christus, quod baptizemus illa forma in nomine patris. &c. Dicunt, quod ex illo quod Dominus dicit, baptizantes eos. &c. accepimus hanc formam, quam etiam Vulleffus accepit in baptismate. Sed ita etiam Christus dixit, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis lo an. 20. & quodcumque solueritis. &c.* Quare ergo ex illis verbis non licet sumere hanc formam, ego te absoluo: ut faciemus in baptismate.

SANCTVS Tho. hic ponit conclusionem contra hereticos, quod illa est vera forma. Probat in argumento in contra ex Scriptura sacra (ut dixi-

mus) quia sicut Dominus dixit, Baptizantes eos. &c. Ita dixit Matth. 16. Quodcumque solueris. &c. Sed ex illo Domini, baptizantes eos. &c. sumitur ista forma, ego te baptizo. Ergo, et ex illo, Quod cunque solueris, sufficienter sumitur forma absolutionis. Ergo forma paenitentiae constat ex Scriptura sacra.

SECVNDO. Apostolus. 2. ad Corinth. 2. dicit: Cui autem aliquid donasti, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donau, propter vos in persona Christi. Ex his habetur, quod forma haec est vera. s. quod sacerdos absolvit. **Nā** heretici dicunt quod solus Deus absolvit, & non sacerdos. Quis est (sicut) hic, qui peccata dimittit, nisi solus Deus? **Apostolus** tamen contra hos dicit. Cui aliquid donasti, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos, in persona Christi, quod non potest intellegi, nisi de dono spirituali, & de dono, quod spectat ad remissionem peccatorum. Si ergo Apostolus dicit se donasse, siue sic donare culpari, siue paenam: iam donum illud intelligitur de dono, quod spectat ad remissionem peccati. In quo loco fundant aliqui (& non male) potestatem indulgentiarum. Dicunt enim, quod illa donatio non videtur spectare ad sacramentum: quia **Apostolus** Paulus erat absens.

HIERONYMVS etiam in annotationibus dicit. Sicut vobiscum vindicau, ita & dono vobiscum. Quod ego dono non in mea persona, sed Christi, qui dixit, quodcumque solueritis super terram. &c. Ecce quomodo Hierony. ex illo loco probat, quod homo potest donare peccata. Et certe non est magnum, si concedamus, quod homo remittit peccata, si hoc tribuamus elementum (sicut diximus, quod baptismata remittit peccata) quia non est maioris activitatis, quam homo. Quod autem baptismus peccata remittat, est de fide in ecclesia. Quod que Aug. asserit in expositione symboli, cap. Omnia (inquit) prorsus delicta delet sanctus baptismus. Et idem Aug. lib. 2. de adulterinis coniugij, tractat quando uterque coniugium est adulter, quid est agendum, dicitq; quod non debent reconciliari ante paenitentiam. Quando autem alter tantum adulterauerit, ei ciatur, sed non reconciliatur ante paenitentiam, post paenitentiam autem, possunt reconciliari: quia non est multum, quod post quam ecclesia remittit peccata per claves regni celorum, quod vir remittat uxori adulterium. Vnde ex his verbis habetur, quod per claves regni celorum remittuntur peccata. Et dicit, quod hoc non est dubium. **TEMPOR E.S. Thom.** fuit alius, qui non reputatur hereticus, sed ignorans, qui scripsit quendam lib. qui fuit missus ad sanct. thom. in quo asserbat quod sacerdos non debet ut illa forma, sed hac, misereatur tui omnipotens. &c. At sanct. Thom. fecit opusculum, quod est 22. in ordine opusculorum contra illum lib. continens. 6. cap. Et probat multis rationibus, quod ista sit vera forma. Prima ratio est illa, quam fecimus contra Vulleffum. Se-
i ij cunda

condit ex illa autoritate Paul. 2. Corint. 1. quā iam adduximus. Tertio probat sanct. Thom. auctoritate ecclesiae: quia ecclesia cantat in festo cathedrae sanct. Petri. iam bone pastor Petre clemētē accipe vota praecantum, & peccati vincula resolute potestate tibi tradidit, quia cunctis coelum clavis aperis. Vnde habetur, quod sacerdotibus est data potestas ligandi atque soluendi, quā exercitat per absolutionem. Probatur: quia ecclesia nō dicit, Christus remittit, sed Petrus remittit potestate sibi tradidit.

ET ibi dicit sanct. Thom. quod non est parui momenti, postquam vniuersalis ecclesia hoc canit. Non dicit, quod est de fide: quia illud, nempe, ecclesiam canere, non sufficit ad hoc quod sit de fide. Quarto probat ex Dionys. 13. cap. de angelica Hierarc. vbi Dionys. tractans de seraphim, qui dicuntur, purgare, adducit dubium, quia solus Deus purgat. Sed dicitur seraph, purgare: quia nomine Dei purgat, & quia nomine eius purgat, dicitur Deus purgare. Et adduxit exemplum, cum pontifex illuminat per suos ministros, si autē pontifex illuminat per suos ministros, qui dicitur illuminarē, multo magis sacerdotes dicentur absoluere, licet in persona Christi. Ergo quia ecclesia ita habet in consuetudine, de qua non est dicendum, quod errat in hoc, & habet hanc formam, ego te absoluo. Ergo illa est vera forma. Ille autē homo adducit pro se postillam super summā remundi. Sed nos dicimus, sicut dicit Aristoteles. in. 1. topicorū. Stultum est de quolibet opinante sollicitum esse. Ideo si postilla hoc asserit, nō credimus ei hanc nō esse formam. S. Thom. respondet ad illam in opusculo citato.

ARGVIT. ille auctoritate Magis. quia nūquā ponit illam formā. Ad hoc dicit sanct. Thom. quod Magis. non tractabat de forma, ideo nec illam, nec aliam posuit. Verum est, quod Magis. non videtur rectum sensisse de hoc, quia d. 18. concedit, quod Christus dedit sacerdotibus potestatē, quia habetur in euangelio: sed potestas data est ad ostendendum homines esse absolutos. Et quod dedit potestatē remittendi peccata, glosat. i. ostendit, quod sunt peccata remissa. Et inter modernos aliqui (vt Maior) dicunt hoc. Non tamen negat Magister, quod vtendum sit illis verbis, ego te absoluo. Immo si aliquam formam ponit, ponit istā, cum gloset illam sic. Ego te absoluo. i. ostendo te absolutum.

AD Magis. autem dico, quod illa ostensio sit per hæc verba, ego te absoluo, vbi significatur, quod ostendendo absolutum, absoluit.

ALLEGABAT ille auctor illius. lib. pro se, etiā Hugonem, Alexandrum, Guilemum. Ad quod respondet sanct. Thom. quod non est credendum ei, cum nō citet locum vbi dicant, immo expresse dicunt oppositum.

PRAETEREA. Arguit hoc modo. In extrema unctione sacerdos non dicit, per hanc sacram vñ

ctionē deleo tibi, &c. Sed idolgeat tibi Dominus. AD hoc sanct. Thom. in opusculo. 22. cap. 1. respōdet, quod forma sacramētorū sumuntur ex Scriptura sacra. Vbi de poenitentia dicitur, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et ex illodictis nos, quod sacerdos debet remittere peccata & significare quod remittit peccata: sicut dicimus de baptismō. Et de extrema unctione nō habetur hoc, sed Iacobi. 5. dicitur. Infirmatur quis in vobis, inducat præbiterum ecclesiæ: & si in peccatis est remittetur ei. Et non dicit Scriptura dimittitis eis. Ideo sumptius illam formam in sacramēto poenitentia, ego te absoluo, & in extrema unctione non dicimus indulgeo: sed tantum indulgeat tibi Dominus. Sed etiam sacerdos ibi facit: sed loquitur sacerdos in sacramentis conformiter ad Scripturam.

PRAETEREA. Arguit dicens. Nonne satis est sacerdotibus, vti verbis sicut Christus vñsus est Matth. 9? Dicit enim paralitico. Dimituntur tibi peccata tua.

AD HOC dico, quod Christus habebat potestatem excellentiā. Et sicut dixit illud, poterat dicere, dimitto tibi. &c. Et idem est dicere: quia in illo sensu intellexerunt Iudei, qui dixerunt. Quid est hic qui peccata dimittit?

PRAETEREA. Dicit quod hoc est nouum. Dico, quod non probat hanc nouitatem. Et multi ante illum dixerunt hoc quod nos dicimus. Et quid quid sit sanct. Thom. respondet Urbane, quantum que sit nouum. Hoc scio antiquissimum, Quodcumque solueris super terram.

PRAETEREA. Arguit ille. Sacerdos non absolvit, sed solus Deus. Hoc negamus. Immo homo ministerialiter absolvit. Hoc contra hereticos, & contra illum bonum hominem.

PRAETEREA. Dubitatur circa istam formā quia sanct. Thom. dicit, quod forma est, ego te absoluo. Et est determinata in concilio Florentino sub Eugenio. 4. in instructione Armenorum. An illa sit forma necessaria, quod non liceat variare. Vel an liceat dicere, misereatur tui p absolūtōe DICIT Caiet. hic, quod nō est dubium nisi quod si dicatur aliud verbum, factū teneret, si est æquale. Forte peccaret: quia mutat formā communem ecclesie, tamen erit sacramētum, esto dicat, remitto tibi. &c. Et bene probat Caiet. Vide ibi.

SED an liceat mutare totam formam, & addere nouā formam: Scotus in. 4. d. 14. q. 4. dicit, quod p quæcunque verba significetur sententia sacerdotis, est verum sacramētū, & absolvit, siue dicat, misereatur tui, siue dicat, ego te absoluo, &c. Forte quod hoc est verum, sed non est satis tutum. Nā. s. Thom.

dicit, quod non solum est conueniens quod illa sit forma, sed forte quod est necessariū: quia per hoc quod dico, misereatur tui. &c. nō absoluo, sed oro. SCOTVS autem arguit. Quia quomodo cunque Papa absolvat, immo episcopus, licet habeat formam determinatam, quibuscunque autem verbis absoluit

absolvat ab excommunicatione, sufficit. Immo, si nihil dicat, & dei Eucharistiam, absolvit ab excommunicatione, si habet potestatē. Ideo non est timendum excommunicatis quando absolvitur, quomodo cunque dicatur. Ergo simili modo erit de confessione peccatorum.

AD hoc dico, quod nō est simile de formis sacramētorum: quia illae sunt determinatae à Christo. Et dico quod sacerdos diceret, habens intentionē consecrandi, nobis fiat corpus & sanguis Christi, non consecrare: quia mutat formam, & non vult formam, quae erat determinata à Christo.

SED. S. Thom. non dicit, quod est necessaria praedita forma. Sufficit enim quæcunque alia, idem significans. Sicut ergo Græcis permittimus vti alia forma in baptismō. s. baptizetur. &c. ita etiam in poenitentia sufficiet dicere, misereatur tui. &c. cum tamen talis forma proferatur cu intentione absoluendi: quia si dicit, misereatur tui, solū orando, certe non absolvit.

SED dubium est, an si addatur aliquid huic formæ, varietur, vel sufficiat.

AD HOC Palud. dicit, quod solum ista est forma, ego te absoluo a peccatis tuis, & Gabriel ponit hanc, ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. Probat: quia in Euangeliō dicitur, quæcunque solueris. &c. Ergo oportet, quod illud vniuersale, significetur in forma. s. quod remittuntur omnia peccata. Ego autē dico, quod quæcunque oratio, quæ est eadem in sententia cu illa, ego absoluo te. &c. est vera forma, licet nō omnia sint de essentia formæ: sicut diximus supra, quod per hanc formā, hic est calix sanguinis mei, consecratur calix, licet possit etiā consecrari per ista verba, hic est calix, &c. usque ad illud, in remissionē peccatorū: quia omnia verba sunt de forma, licet non omnia sint de essentia. Ita ergo dicendum est in proposito, quod hæc verba, ego te absoluo a peccatis tuis, sufficiunt; & si quæ alia addantur, etiam pertinent ad formam.

SED, an sit necessarium addere, in nomine patris

& filii & spiritus sancti.

AD HOC Durand. d. 22. q. 2. dicit probabiliter, quod oportet addere aliquid vbi significetur auctoritas diuina: sicut in baptismō. Hoc dicit quod videtur sibi necessarium probabiliter: quia hoc sit in omni sacramēto, vbi sit mentio de ministro. Sed hoc est contra sanct. Thom. & contra communē opinionem: quia omnia illa sunt de congruitate, sicut etiam Crux est de congruitate, ut dicitur de cons. d. 5. cap. Nunquid, quod omnia sacramenta signaculo Crucis perficiuntur: Sed illud est ex qua da congruitate & decentia, nō ex necessitate.

 DQVARTVM sic proceditur. Videtur, quod impositione manuum sacerdotis requiratur ad sacramētum. Dicitur enim Marci ultimo. Super agros manus imponent, & bene habebunt. A Egri autem spiritualiter sunt peccatores, qui recipiunt bonam habitudinē per hoc sacramētum. Ergo in hoc sacramēto est manus impositionis facienda.

PRÆTEREA. In sacramēto penitentiæ recuperat homo Spiritum sanctum amissum. Vnde ex persona penitentis dicitur, in psalmo. Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principaliter confirmame. Sed Spiritus sanctus datur per impositionem manuum. Legitur enim Actorū 8. quod Apostoli imponerant manus super illos, & accepient Spiritum sanctum, & Matth. 19. dicitur, quod oblati sunt Domino parvuli, ut eis manus imponeret. Ergo in hoc sacramēto est facienda manus impositionis.

PRÆTEREA. Verba sacerdotis in hoc sacramēto non sunt maioris efficacia quam in alijs sacramētis. Sed in alijs sacramētis non sufficiunt verba ministri, nisi aliquem actum exerceat, sicut in baptismō simulcum hoc quod sacerdos dicit, ego te baptizo, requiritur corporalis ablutio. Ergo etiam simulcum hoc, quod sacerdos dicit, ego te absoluo, oportet, quod aliquem actum exerceat circa penitentem, imponendo ei manus.

SED CONTRA. Est, quod cum Dominus dixit Petro, Quodcumque solueris super terram, & nullam mentionē de manus impositione fecit: nec etiam cu omnibus Apostolis simul dixit. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Non ergo ad hoc sacramētum requiritur impositione manuum.

RESPONDEO dicendum, quod impositione manuum in sacramētis ecclesie, fit ad designandum aliquem copiū gratiae effectū. in quo illi quibus manus imponuntur, quod datur modo per quādam similitudinem conti-

Articul. quartus.

Vtrum impositione manū sacerdotis requiratur ad hoc sacramētum.

nuntur ministris, in quibus copia gratiae esse debet. Et ideo manus impositio fit in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus sancti, et in sacramento ordinis, in quo confertur quedam excellentia potestatis in diuinis mysterijs. Vnde et 2. ad Timot. 1. dicitur. Resuscites gratiam Dei, quae est in te, per impositionem manuum mearum. Sacramentum autem paenitentiae non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiae, sed ad remotionem peccatorum. Et ideo ad hoc sacramentum non requiritur manum impositio, sicut etiam nec ad baptismum: in quo tamē fit plenior remissio peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa manus impositio non est sacramentalis, sed ordinatur ad miracula perficienda, ut si per contactum manus hominis sanctificati etiam corporalis infirmitas tollatur: sicut etiam legitur de Domino Marci. 6. quod infirmos manibus impositis curauit: et Matth. 8. legitur, quod leprosum mundauit per contactum.

AD SECUNDVM dicendum, quod non quelibet acceptio Spiritus sancti requiri manus impositionem: quia etiam in baptismo accipit homo Spiritum sanctum, nequam fit ibi manus impositio. Sed acceptio Spiritus sancti cum plenitudine, requirit manus impositionem, quod pertinet ad confirmationem.

AD TERTIVM dicendum, quod in sacramentis que perficiuntur in usum materiae, minister habet aliquem actum corporalem exercere, circa eum quisuscipit sacramentum: sicut in baptismo, et confirmatione, et extrema unctione. Sed hoc sacramentum non consistit in usu aliquius materiae exterioris apposita: sed loco materie se habet ea, que sunt ex parte paenitentis. Vnde sicut in Eucharistia sacerdos sola prolatione verborum super materiam perficit sacramentum: ita etiam sola verba sacerdotis absoluuntur, super paenitentem perficiunt absolutionis sacramen-

tu. Etsi aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minus competere Crucis signatio, que adhucetur in Eucharistia, quam manus impositio, in signum quod per sanguinem Christi remittuntur peccata. Et tamē non est de necessitate huius sacramenti, sicut nec de necessitate Eucharistia.

CIRCA hoc dubium huius. ar. est notandum quosdam dicere, quod impositio manuū sacerdotis est de congruitate in hoc sacramento paenitentiae, sed oportet, quod non imponatur manus mulieribus propter periculum & honestatem. Sed S. Tho. hic dicit, quod non requiritur manus impositio, nec etiam de congruitate: quia impositio manuū in sacramentis ecclesiae fit ad designandum aliquem copiosum gratiae effectum, quo illi quibus manus imponuntur, quodammodo, i. per quandā similitudinem continuatur ministris ecclesiae, in quibus debet esse copia gratiae. Et ideo in confirmatione fit manus impositio: quia in illo sacramento conferitur plenitudo Spiritus sancti. Sacramentum autem paenitentiae non ordinatur, ad consequendam aliquam excellentiam gratiae, sed ad remotionem peccatorum. Et ideo ad hoc sacramentum non requiritur manus impositio: sicut nec ad baptismum, in quo tamē fit plenior remissio peccatorum. Vnde colligitur, male facere multos sacerdotes maxime rurales imponentes manus paenitentibus: qui significare illuc dari magna abundantia gratiae. Quod in illo sacramento non sit.

Articul, quintus

Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

DQVINTVM sic procedatur. Videtur quod hoc sacramentum non sit de necessitate salutis. Quia super illud Psal. Qui seminavit in lachrymis. Et c. dicit glosa. Non nisi est tristis, si assit tibi bona voluntas, unde metitur pax. Sed tristitia est de ratione paenitentiae: secundum illud. 2. Corint. 7. Quia secundum Deum est tristitia, paenitentia in salute stabile operatur. Ergo bona voluntas sine paenitentia sufficit ad salutem.

PRÆTEREAT Proverbiorum. 10. dicitur

citur. Vniuersa delicta operit charitas, et in fra. 15. Per misericordiam et fidem purgatur peccata. Sed hoc sacramentum non est nisi ad purgandum peccata. Ergo habendo charitatem, et fidem, et misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine paenitentiae sacramento.

PRÆTEREAT. Sacraenta ecclesia initium habent ab institutione Christi. Sed (sicut legitur Ioannis. 8.) Christus mulierem adulteram absoluit absque paenitentia. Ergo videtur, quod punit entia non sit de necessitate salutis.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Luca. 13. Si paenitentia non habueritis omnes simul peribitis.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid est necessarium ad salutem dupliciter. Vno modo absolute, alio modo ex suppositione. Absolute quidem necessarium est ad salutem, illud sine quo nullus salutem consequi potest: sicut gratia Christi et sacramentum baptismi, per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autem est necessarium sacramentum paenitentiae. Quod quidem est necessarium non omnibus, sed peccato subiectibus. Dicitur enim. 2. Paralipo. Ultimo.

Et tu Deus iustorum non posuisti paenitentiam iustis, Abraham, Isaac, et Jacob, his qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem, ut dicitur Iacobi. 1. Et id necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum remoueatur ab eo. Quod quidem non potest fieri sine paenitentiae sacramento, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simulcum opere paenitentis, qui cooperatur gratiae ad destructionem peccati. Sicut enim dicit Aug. super Iohann. Qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te. Vnde patet, quod sacramentum paenitentiae est necessarium ad salutem post peccatum: sicut medicatio corporalis postquam homo in mortuum periculorum incidit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod glossa illa videtur esse intelligenda de eo, cui adest bona voluntas sine interpolatione, qua sit per peccatum: talis enim non habet tristitia et causam. Sed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum, non potest restituiri sine tristitia, qua quis dolet de peccato praterito, quod pertinet ad paenitentiam.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides, et misericordia, non liberant hominem a peccato sine paenitentia. Requirit enim charitas, quod homo doleat de offensa in amicis commissa, et quod amico homo studeat satisfacere. Requirit etiam ipsa fides, ut per virutem passionis Christi (qua in sacramentis ecclesiae operatur) querat iustificari a peccatis. Requirit etiam et ipsa misericordia ordinata, ut homo subueniat paenitendo sua miseria, quam per peccatum incurrit: secundum ilud Proverbiorum. 14. Miseros facit populos peccatum. Vnde Ecclesiast. 30. dicitur. Misere anima tua placens Deo.

AD TERTIVM dicendum, quod ad potestatem excellentiae quam solus Christus habuit (ut supra dictum est) pertinuit quod Christus effectum sacraments paenitentiae, qui est remissio peccatorum, contulit mulieri adulteri sine exterioris paenitentiae sacramento: licet non sine interiori paenitentia, quam ipse in ea per gratiam est operatus.

HAEC questio quam etiam tractavit sanctus Tho. in 4. d. 14. q. 2. articul. 5. est clara et in qua non sunt controversiae Doctorum Catholicorum, licet sint controversiae hereticorum. Distinguenda igitur est, quando perimus, an paenitentia sit necessaria, vel loquimur de paenitentia ut est virtus, vel ut est sacramentum: quia in quantum sacramentum, nichil aliud addit supra paenitentiam secundum quod virtus, nisi confessionem peccatorum, quae includit absolutionem sacerdotis. Et quia postea erit specialis questio de confessione: ideo pro nunc relinquimus illam questione de paenitentia secundum quod est sacramentum, et erit questio de paenitentia quatenus virtus. **E**S 2. igitur aduertendum, quod paenitere, potest iiii capi

capi duplicitate. Vnomodo pro quodam actu in generali modo in particulari. Si capiamus peccatum quodam actu in generali. s. placare nobis Deum: ita non habet locum questionis: quia necessarium est, ut peccatores propiciant sibi Deum & placent illum: ut consequuntur salutem & satis faciant illi. Vnde poenitentia accipiendum est in sua significacione, nempe, pro hoc quod est dolere de præteritis & cauere in futurum: & poenitentia tenere propter deam. Hoc ergo modo capiendo poenitentiam proponitur questionis, an poenitentia sit necessaria. Et cum manifestum sit quod in innocentibus non habet locum hæc questionis: ut in litera sancte Thomae dicit, est sensus questionis, an peccatori post peccatum mortale sit necessaria poenitentia. i. dolor de peccatis propter Deum. ET huius questionis duplex potest esse sensus. alter simpliciter, hoc est, an sit aliquod preceptum de poenitentia: quia necessarium est ad salutem seruare omnia pracepta, iuxta illud Matth. 19: Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Ergo necessarium est ad salutem seruare mandata. Et Matth. 5. Qui autem frigerit vnum de mandatis istis minimis: minimus vocabitur in regno coelorum. i. non erit in regno coelorum: quia omnes qui sunt in regno coelorum sunt magni. Et hoc modo poenitentia sumpta in ordine ad sacramentum confessionis, ad quod requiritur dolor, est necessaria peccatoribus ad salutem: quia est preceptum de poenitentia. i. de confessione in capitulo omnino triusque sexus. extra de poenitentiis & remissionibus. Et etiam est iuris diuini, (vt infra disputabimus) in secunda. 4. questione, articulo. i. ubi queretur, an confessio sit necessaria ad salutem.

ALTER sensus est, an peccatori post peccatum mortale sit aliud remedium præter poenitentiam dolorem. s. ad placandum Deum. Tractabimus igitur questionem in hoc sensu in quo tractant etiam Theologi.

ET ad hoc respondeo aliquibus propositionibus que sunt de fide. Prima est. Poenitentia est remedium sufficiens ad consequendam veniam. Hæc probatur auctoritatibus supra allatis in. i. articulo. huius questionis. Et sunt innumerata testimonia in veteri, & novo instrumento, ubi nil aliud à nobis requiri Deus, nisi ut post lapsum poenitamus de peccato.

PRAETEREA. Iohannes Chrysostomus. de reparatione lapsorum dicit. Talis est (mihi crede) erga homines pietas Dei, quod nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere & simpliciter offeratur: etiam si ad summum perueniat malorum, & inde velit reuerti ad vias salutis, recipit & libenter amplectitur.

PRAETEREA. Ex Scriptura sacra possunt adduci testimonia, ad probandum, quod est remedium contra commissum peccatum, & non revertitur aliud quam poenitentia. Ergo, &c.

Vnde quando Simon magus voluit actuū s. emere Spiritum sanctum, dixit ei Petrus. Poenitentiam age ab hac nequitia tua, si forte Dominus remittat tibi. &c. Et in illa propositione omnes conueniunt, quod poenitentia sufficit ad salutem, & potest consequi quilibet gratiam post peccatum mortale per poenitentiam, dolorem. s. de peccatis propter Deum.

SECO contra hanc determinationem est illud ad Hebreos. 6. Impossibile est enim eos, qui semel illuminati sunt. &c. iterum renouari ad poenitentiam. Vnde videtur, quod saltem post primam poenitentiam de prioribus peccatis, non sufficit poenitentia pro futuris alijs peccatis, ad consecrationem gratiae. Ex illo loco haeretici Nouationi tollebant poenitentiam post baptismum: atque ex illo, Qui me confessus fuerit. &c. Matth. 10. Marc. 8. Luca. 12. Dicit enim Paulus. Impossibile est, eos renouari ad poenitentiam. Ergo poenitentia non semper est sufficiens. Ex alio loco volebat dicere, quod illi, qui negarunt Christum vel pro lapsi sunt in heresim, non possunt consequi veniam. Hæc autem heresis fuit damnata ab ecclesia semper, ut constat. Cyprianus etiam multa Scriptum contra Nouationes in sermone. s. de lapsis, & ante Nouationem fuerat Montanus in Africa, qui idem asserebat. Et dicitur Tertullianus venisse in illum errorem, & in libro suo de poenitentia non bene sentit, immo plus concedit, quam alij. Concedit enim primam poenitentiam: negat tamen secundam. Sed postea refeluit ab illa heresi. Hinc in libello contra Eluidum, qui non recte sentiebat de integritate Virginis intactæ, & citabat pro se quedam testimonia Tertulliani, de Tertulliano sic dicit. Nihil plus dico, nisi eum hominem ecclesie non fuisse.

HIS omnibus omissis, respondeo ad illud, quod ex Paul. ad Hebreos. 6. adduximus, quod intellegitur de baptismo. Et sic sancti semper intellexere. Et in illo capit. Prior loquutus fuit Paulus de baptismo. Ergo ita secundo casu repetit illa verba per poenitentiam, baptisatum intelligit. Et claram est, quod sumus crucifixi cum Christo per baptismum. Quando autem Paulus dicit rorsus crucifigentes in eodem capitule, idem est, ac si dicitur. Non speret aliquis, quod postquam peccauit post baptismum: iterum valeat crucifigi cum Christo. i. iterum baptizari. Negat enim Paulus rationem baptisatus, sed non negat poenitentiam. Manifestum enim est, quod Iohannes loquitur ad Christianos in. i. canonica sua capitul. 5. ubi dicit, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat: & dabitur ei vita, affirmit post baptismum remanere ad huc locum ad vitam consequendam per poenitentiam. Paulus etiam in. i. Corinth. capitul. 5. dicit de quodam, qui erat baptizatus, quod excommunicatus eum: ut in die iudicij eius spiritus saluus inueniretur. Ergo post peccatum est locus poenitentia.

SECVN

SECUNDUM arguitur. Poenitentia non sufficit contra peccatum in Spiritum sanctum: quia Matth. 12. dicitur, Qui a tempore peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro: sed erit reus aeterni iudicij. Ergo, &c.

AD HOC sanctus Thomas dicit, quod tripliciter potest esse peccatum in Spiritum sanctum. Vno modo contra diuinitatem Christi. i. contra opera Dei, vertendo. s. opera Dei in malam partem: sicut videre bonum, & cogitare malum, ut dicebat pharisæi. Hic homo in principe demoniorum ejicit demonia. Alio modo capitur peccatum in Spiritum sanctum quod est ex certa malitia. Paulus enim consequitus fuit misericordiam, quia ignorans fecit. Et Dominus. Pater ignosce illis (inquit) quia nesciunt, quid faciunt. Itaque illi qui peccant ex certa malitia, sine passione & sine ignorantia: sed ex electione mali, non est dignus misericordia: & tale peccatum vocatur in Spiritum sanctum. Alio modo dicitur peccatum in Spiritum sanctum finalis in poenitentia: ita quod illud peccatum de quo quis formaliter non poenitet dicitur in Spiritum sanctum: quia remissio peccatorum tribuitur Spiritui sancto. Ideo dicitur peccare in Spiritum sanctum, qui non vult poenitentiam.

CAPITULO hoc tertio modo, sensus est quod illi, qui non egerit poenitentiam non remittetur peccatum. Nec de hoc est dubium, quod nec in hoc seculo nec in futuro remittetur ei. Sumendo primo & secundo modo peccatum in Spiritum sanctum est irremissibile. i. non facile remittetur ei. Dominus enim permittit manere in peccato, & est magnum periculum: quia cum peccator non possit poenitentia suis viribus & facultate, Deus forte non dabit facultatem postquam ex certa malitia peccat. Quia licet Deus benedictus nunquam neget peccatoribus aliquibus, interim quod sunt in via auxilium sufficiens. Negat tamen aliquibus auxilium efficax, quod forte daret illis, nisi peccaret ex certa malitia. Nemo enim (inquit Dominus Iohannes 6.) potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Sed si agerent illi peccatores poenitentiam remitterentur illis peccata, & ideo est magnum periculum, quia nemo potest converti nisi auxilio speciali Dei. Vnde & si concederemus (quod tamen non damus) illa peccata simpliciter esse irremissibilia, non est contra nos, nec contra dignitatem poenitentia. Sienam poenitentia peccatores, remittuntur eis illa peccata, quod nos asserimus poenitentiam esse medium sufficiens, si peccator illo vtratur.

TERTIUS arguitur in hunc modum. Iohannes in. i. canon. cap. 5. dicit. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Et quod plus est,

in edem loco prius dicit, hec est fiducia, quum habemus apud Deum: quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos & scimus, quod audit nos. &c. Sic igitur conficio argumentum. Est frater, qui non habet peccatum ad mortem oret pro eo quis, & consequetur veniam vel dabitur ei vita. Est frater, qui habet peccatum ad mortem non dico, quod pro illo roget quis. Ergo est aliquod peccatum, ad quod non sufficit poenitentia. Nam si sufficeret, cum esset in statu poenitentia, licet orare pro illo. Et si hoc cōcedimus, quod peccatum ad mortem est omnino irremissible. Et omne peccatum mortale est ad mortem. Ergo nullum mortale remittetur per poenitentiam. Minor probatur ex Iacob. capit. 2. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Ergo nullum peccatum potest remitti per poenitentiam.

AD HOC aliqui concedunt, quod est aliquod peccatum tam gravis, ut de lege sit à Deo statutum quod non remittet illud. Sed esto ita esset (quod ego non credo pressius infra tractatus) non est contra conclusionem: quia semper verum est, quod si poenitentia remittetur ei peccatum. Sed hi dicunt, quod non potest iam poenitentia de lege. Ideo non est contra conclusionem.

SECUNDUM & melius dico cum sancte Thomae in questionibus de malo. q. 3. articulo. i. ad. 3. & in alijs locis. s. in. 2. sententiarum & in questionibus de veritate, & 21. q. 3. articulo. 7. ad. 3. quod ille locus Iohannis potest intelligi de finali impenitentia, & protali peccato non est orandum, nec licet orare pro illo, quia talis post hanc vitam est damnatus. Vnde Augustinus dicit, quod si sciret patrem suum esse in inferno: non oraret pro illo, immo non licet: quia Deus fecit legem, quod maneant ibi in aeternum. Et ita concordantur verba Ioannis & Christi, quia nec in hoc seculo, nec in futuro remittetur ei, post quam non egit poenitentiam.

ALIO modo exponit sanctus Thomas Iacobus, quod intelligatur ad illum scilicet sicut diximus de peccato in Spiritum sanctum. s. quod difficile remittetur, & est bona expositio & literalis. Et diuinus Iohannes admonet, ne perdamus fiduciam, quam habemus apud Deum. s. quod non petamus omnia quæ Deus potest facere: quia si quis oraret pro maximo peccato, & non exaudiaretur, perderet fiduciam. Vnde oportet quod petamus solum ea, de quibus habemus fiduciam, quod exaudiemur. Vnde non debent Christiani anxie orare pro Turca de quo nulla est spes, quod conuertetur, & si licet orare pro illo, etiam licet non anxie orare pro illo de quo non est spes, quod conuertetur. Nec debes orare, quod Deus suscitetur tibi patrem tuum sine quacunque necessitate.

DIVVS Bernardus. cap. vltimo de gradibus humilitatis dicit, quod exterius non est orandum pro illo, qui sapientia

sæpe ex consuetudine peccat, sed interius ita. Et quod hoc volebat Iohann. probat: quia Paul. 1. Corinth. 13. luget illos, quos sciebat mortuos fore sine poenitentia.

Q. VARTO arguitur: quia Dominus aliquando induxit aliquos, & pro hoc statu induxit Dominus cor Pharaonis Exod. 14. Ergo illis nihil iam prodest poenitentia. Et De Esau dicitur ad Hebrei. 1. Non inuenit locum poenitentiae, etiam si cum lachrymatis quæserit illam. Ergo poenitentia non est sufficiens ad remissionem peccatorum.

A D HOC dicitur, sicut ad præcedentia. De Pharaone non est dubium, nisi quod illius cer in duravit, non tamen simpliciter, sed ne dimitteret populum. Et postea non dicitur, quod non sit relatus ei locus poenitentiae. Vnde, non est dubium, nisi quod Dominus multis negat poenitentiam: Quapropter timendum est nimis ne incidamus in manus Dei viventis. i. negat auxilium efficax, sed non negat auxilium sufficiens, ut posse disputabimus. Itaque in hac vita nosquam homo est in tali statu, quod non possit consequi veniam, & poenitentiam. Nec Deus fecit legem contrariam, sed semper dat sufficiens auxilium, sed aliquando negat auxilium efficax, licet non neget auxilium sufficiens. Si enim Angelis negavit, quid mirum, si negat aliquibus pessimis hominibus? Angelis quidem pro uno peccato statim poenitentiam negavit, sed fecerat legem quod non daret eis locum poenitentiae, secus de hominibus. Esau autem non plorabat propter Deum, ideoque non fuit veniam consequitus, quia non egit poenitentiam.

PRAE TREA. Ad idem arguitur ex illo Actuum. 8. Vbi dixit Petrus Simoni mago Poenitentiam age ab hac nequitiâ tua, si forte Dominus remittat tibi. &c. Vnde videtur, quod non est certum quod poenitentia sit sufficiens ad remissionem peccatorum.

A D HOC dico, quod illa dictio, forte, non semper dicit dubium, sed in omni contingentia solet Scriptura ponere huiusmodi dictiones. Et tota illa oratio, age poenitentiam. &c. est unum cōtingēt. **SECVNDO** dico, quod illa dictio, forte, non cadit super hoc, remittat tibi, sed super totum: ita ut sit sensus. Si forte tu egeris poenitentiam, certum est, quod remittet tibi Dominus nequitiam tuam.

PRAETEREA. Arguitur ratiōe. Bene sequitur. Petrus est præscitus. Ergo non possunt ei remitti omnia peccata. Quia si possunt omnia peccata remitti ei, iam non erit præscitus. Et posito in esse, quod omnia remittantur ei, Deus decipietur, qui iam scivit illum esse condemnandum.

A D HOC dico, quod præscitus potest esse prædestinatus, & potest esse non præscitus: quia est in potestate hominis, esse non præscitus vel esse præscitus. Vnde ista duo non stant. Est reprobus, & omnia peccata remittuntur ei. Sed hæc duo simul tunc

vera. Petrus est reprobus, & omnia peccata possunt ei remitti: licet de facto non remittentur omnia, quia ipse non poenitentia est omnia. De Iuda verum erat dicere, quod omnia peccata poterat ei remitti.

SECVNDO arguitur sic. Habitus viciōsi inferunt difficultatem in voluntate, & cum voluntas sit finita a quietatis possum tantum augeri habitus mali, ut tollant à voluntate facultatem dolendi de peccatis. Verbi gratia, sit aliquis, cuius activitas voluntatis sit, ut. 4. in huiusmodi tantum possunt crescere habitus mali, quod extendant eius activitatem. Tunc ille non poterit poenitere, eo quia non potest dolere. Ergo poenitentia non est sufficiens remedium, ad remissionem peccatorum: **A D HOC**, aliqui totum concedunt, sed si ipse (inquit) faciat quod in se est, & abstineat à peccatis, Deus concurret specialiter cum eo, & adiuabit eum: quia Fidelis Deus, qui non patietur vestigari (inquit Apostolus. 1. ad Cor. 10.) ultra id, quod potest. Ita quod non stat de lege quin Deus concurrat si peccator faciat, quod in se est. Nam licet homo non possit poenitere: tamen Deus specialiter concurret cum illo ad poenitendum: ita quod delege non stat contrarium, & cum illo concursu poterit poenitere.

SECVNDO dico, & melius, quod nego maiorem: quia licet habitus mali inferant magnam difficultatem, nunquam tamen est tanta, quod tollatur libertas voluntatis. Semper enim potest dolere, licet male: sicut quando manet poenitentia visua esto visus remittatur, semper poterit videre licet cum difficultate maxime quia illa difficultas non sit per subtractionem. Si enim quilibet habitus auferret aliquid libertatis, posset instantiū auferri, ut totaliter auferretur: sed sit per appositionem malorum habituum, qui resistunt voluntati. Unde voluntas tantum potest agere cum difficultate, sicut sine illa: licet non tam facile. Verum est, quod potest perdi versus rationis: sed tunc non currit argumentum: quia non potest poenitere, & nos non dicimus, nisi quod si poenitentia remittetur ei peccata.

PRAE TREA. Arguitur de continuatione actus, tenendo cum communī opinione, quod actus postquam eliciuntur, necessario continuatur per aliquod tempus. Ponamus quod, aliquis habet odium proximi, ille actus necessario erit per aliquod tempus. Sit igitur per quartam horam, & moriatur peccator in fine horae. Hujus non patet via salutis: quia non potest poenitentia in quarta hora. Ergo, &c.

A D HOC Gregor. de arimino, & alijs dicunt, quod potest venire in illa. 4. horam ad poenitentiam. Et si contra arguis: quia sunt actus concurrit odium Petri & poenitentia de illo odio: dicit quod non sunt: quia unus est liber, & alter naturalis. Ita enim tunc poenitentia libera est, & odium naturale. Sed contra: Contrarietas non est: quia

naturalis

naturalis aut liber sit actus: sed ex parte ipsorum actuum, qui habent obiecta contraria. Sicut enim non potest esse assensus & dissentius eiusdem in intellectu, etiam si alter sit liber: quia hoc nihil facit: ita & hic. Tantum enim contrariantur actus voluntatis, sicut intellectus.

E T ideo ad argumentum dico, quod multi errant in hoc, quod putant, quod actus debent continua ripa alicuius tempus determinatum. Ideo dico quod quocunq[ue] tempore dato, voluntas in maiori tempore potest resecare actum: sicut est in motu locali, qui necessario continuatur per aliquod tempus postquam incepit esse, non tamen per aliquod tempus determinatum.

A LII dicunt, quod non potest remouere actum illum, etiam si sit propinquus mortis: sed potest dicere, ego doleo, quia habeo talam actum, vel potest conari ad non habendum, quod sufficit ad consequendam remissionem peccatorum.

SED contra istum, modum est: quia ille qui est in illo actu potest aliquid de conatu subtrahere ad non habendum illum actum. Ergo totum. Si enim voluntas ageret contra resistentiam, esset bene assertum hoc dictum. At voluntas non agit hoc modo, nisi subtrahendo conatum suum, vel actuitatem suam. Si ergo potest subtrahere partem: poterit & totum.

SECVNDUM quomodo probabimus illam continuationem actus? Vico quod probatur experientia: quia omnes experiuntur, quod non diligunt deum solū per instantem postquam incooperunt diligere, & ita est de alijs actibus, nec possunt sic habere actum per instantem solum, imo si quis vellet tollere actum experientia constat, quod remoratur per aliquod temporis. Manet ergo nostra conclusio certa, quod poenitentia semper est in manu nostra: quia Deus non quam negat sufficiens auxilium: licet aliquando cum difficultate. Et semper est sufficiens ad consecutionem veniam, capiendo poenitentiam pro dolore de peccatis propter Deum.

SECVNDA conclusio est. Post peccatum mortale, viatori a deo est poenitentia medium necessarium, quod nullum aliud remedium est ad consequendam remissionem illius peccati commissi post baptismum. Hac probatur ex Scriptura. Quia vbi cuncte Dominus promittit veniam peccatorum exhortatur ad poenitentiam: ut sapientia. II. Dissimilans peccata hominum propter poenitentiam; Et Lucas. 13. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et Matth. 3. Poenitentiam agite, apopinqubit enim regnum coelorum. Unde, de fide est, quod ille qui moritur in peccato mortali sine poenitentia est damnatus, & non est orandi pro illo, si constat quod non poenituit. Nec de hoc est contentio aliqua cum catholicis, sed cum hereticis. Lutherus enim non negat Scripturam, sed dicit, quod ad consequentem gratiam & veniam non requiritur dolor de peccatis præteritis, sed sati est quod mutet vitam, & nec oportet cogitare

de peccatis. Est. 7. art. dñnatus aduersus Lutherum a Leone decimo. Vbi Lutherus dicit, quod optima poenitentia est noua vita, & quod hoc est melius consilium quam omne aliud consilium, vel præceptum, datum de contritione siue poenitentia. Nos autem dicimus contra Lutherum quod dicere quod non requiritur dolor de peccatis, est manifesta heres. Et probatur ex testimonij iā adductis. **SECVNDO**. Augustinus, lib. de poenitentia, & habetur de cons. d. 4. cap. Omnis qui. vbi dicitur. Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum veteris vita poeniteat: non potest nouam incipere.

TERTIO. Idem Augustinus de vera & falsa poenitentia, cap. 10. ille (inquit) poenitentiam tenet, qui punit illud quod comisit. Et sunt ad hoc innumeraria alia testimonia sanctorum.

Q. VARTO. Augustinus adducit illud ecclesi. 21. Fili peccasti non adjicias iterum: sed de præsternis deprecare, ut tibi dimittantur. Ergo requiritur dolor de præteritis.

Q. VINTO. S. Tho. 1. Secund. q. 13. art. 5. querit, an in iustificatiōe peccatorum requiratur motus liberi arbitrij in peccatum: & determinat, quod ita, quia requiritur motus liberi arbitrij in peccatum quo detestetur ipsum: sicut requiritur, quod similitus liberi arbitrij in iustitiam, quo per desiderium in ipsam tendat. Et probat ex illo psal. 31. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam, & tu respisti iniquitatem peccati mei.

LVTHERVS autem dicit ad illa loca, Poenitentiam agite, Nisi poenitentiam egeritis. Sec. quod non debet esse ita. Sed vbi in traductione vulgata dicitur poenitentiam agite. &c. debet esse resipiscientiam. Et vbi est agite poenitentiam, id est, resipiscere. Resipiscere autem est in futurum, id est, mutare vitam. Vnde probat, quod verbū grecū habetur Metaneo, & non poenitentia sed resipisco, & Methania est noua vita non poenitentia.

A D HOC quicquid sit de illo: Si euangelistē non scripserunt latine, doctores tamen sancti in ecclesia loquuntur & scripserunt latine. Concilia etiam in latina lingua sunt scripta, ut utique hoc verbo poenitentia. Et poenitentia nullus inquam dixit quod sit de futuris, sed de præteritis. Ergo. &c.

SECVNDO. 70. interpretes vtuntur illo verbo Metaneo actuum. 3. vbi non potest dicere Lutherus quod loquitur Scriptura de aliquo futuro, sed de præterito. Vbi enim Petrus ait poenitentiam agite ipsi septuaginta interpretes illud dicunt per hoc verbum Metaneo. Itaque in multis locis Scripturæ sacræ patet, quod poenitentia, & poenitentia, non possunt sumi pro resipiscientia, & tamen Petrus loco citato loquebatur de peccato Simonis magi, qui voluerat emere donum dandi Spiritum sanctum, & erat iam præteritum. **CONTRA** Lutherū sunt infinita testimonia sacra Scripturæ vbi constat, quod poenitentia, id est, quod

quod dolere, & sic dicit ordinē ad præteritū, ve
Genes. 6. Poenitentia fecisse hominē, & Ecclesi.
32. Post factum non poenitebit, & ibidē, 33. Ne de
deris alius nō possesse tuas, ne forte poeniteat
te. Et ad Corint. 7. Si cōtristauit vos in Epistola,
non me poenitet. Illud etiā quod adduximus ex
Actibus cap. 8. Poenitentia age, &c. Ex quibus om
nibus patet quod poenitere, est de præterito dole
re, & esto qđ in grāco in illis locis habeatur Me
taneo, accepitur in ordine ad præteritū, & nō in
futurū, vt dicit Luthārus, & nō pro noua vita, sed
pro poenitentia de præteritis. Et constat ex vsu la
tinorum, poenitentiam dicere de testationē & do
lorem de præteritis. Vnde de fide est, quod poen
tentia sumpta pro dolore peccatorum, est necessa
ria ad salutem.

SED, an requiratur iste dolor de peccatis cōmis
sis ante baptismū. Videtur, quod non: quia sola fi
des cum baptismo sufficiebat ad illa peccata com
missa ante baptismū remittenda, iuxta illud Mar
ci vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, sal
uus erit. &c.

ET confirmatur. Quia Apostoli nihil aliud præ
mittebant ante baptismū.

TERTIO. Dominus dixit, Qui crediderit & ba
ptizatus fuerit, saluus erit. Vbi nihil aliud præmit
tit, nisi frēm.

QUARTO. Baptismus est quādā poenitentia.
Ergo non est opus alia.

VINTO. Probatur ex Ambrosio, super illud
ad Romā. ii. Sinc poenitentia sunt dona Dei, & ha
betur de conse. d. 4. cap. Sine poenitentia. Grātia
Dei in baptismo non requirit genitum, vel plan
etū, nec aliquid opus: sed ónia gratis condonat.

HOC non obstante Magister in. 4. d. 4. & S. Th.
supra. q. 9. art. 6. tenet, quod requiritur poenitentia
de peccatis a etiā libauimus. Et ita cum eis nos ponimus con
clusionem, quod requiritur poenitentia de pecca
tis committīs ante baptismū: sicut etiā requiritur
ante absolutionē peccatorū, quā etiā remittit pec
cata. Et similis poenitentia requiritur sicut ante ab
solutionē: ita quod si ante absolutionem sufficit at
tritio, etiā sufficit ante baptismū. Probatur. Quia
qđ aliquis de vtroqđ dolet, s. de p&tō cōmīssō ante
baptismū, & de peccato cōmīssō post baptismū,
est de iure naturali. Et secūdo probatur. Quia Ac
tuū. 2. Petrus dicit. Poenitentiam agite: & baptize
tur vni squisque vestrum, in remissionem pecca
torum. Vbi Petrus præmittit poenitentiam ante
baptismū. Et Augustinus de cons. d. 4. cap. Omnis
qui arbitr̄ suā voluntatis constitutus est, cū acce
dit ad sacramētū fideliū (quod est baptismo)
non potest nouam vitā incohare, nisi eum poeni
teat vitā præteritā. A qua poenitentia soli paruu
li immunes sunt. Requiritur ergo in adultis po
enitentia de peccatis commissis ante baptismū. Et
ad argumenta in oppositum, respondet negādo
quod sufficiat sola fides: quia non tollitur id quod

est de iure naturali, propterea quod Deus exigat
fidem ad baptismū.
SED, an necessario requiratur contritio etiā de ve
nialibus? Dico quod non. Satis est dilectio dei: &
per quenquam bonum motum dilectionis pos
sunt deleri venialia. Et de hoc postea dicemus.

DUBITATVR, an cum martyrio exigatur Dubium
poenitentia.

AD HOC doctores respondent distinguendo, prium,
Vel martyr occupatur, ita quod non habet tēpus
discutiendi peccata: sed statim opprimitur à tyra
no, & est maximus peccator. Et de huiusmodi po
nitur conclusio, quod non requiritur poenitentia
pro peccatis: sed iufficit martyrium.

SECO contra. Quia dicitur, Nisi poenitentia ege
ritis, Luca. i.: simul oēs peribitis. Secūdo. Poenit
entia est necessaria ad salutē, etiam de iure naturali,
quomodo igitur ille saluatur sine poenitentia?

AD HOC aliqui dicunt, quod martyriū est po
enitentia virtualis: quia si occurreret ei peccata, est
signū qđ doleret de illis, postquā ponit vitā p Chri
sto: ideo dicitur virtualis cōtritio. Ego tamē cōue
nio i cōclusionē, quod solū martyriū sufficit ad sa
lutē sine poenitentia, de se. Et hoc dicit. S. Th. infra
q. 28. ar. 1. ad. 2. & in. 4. d. 16. q. 2. ar. 2. q. 2. ad. 2. Et hoc
dicit Maior in. 4. d. 14. q. 1. Sed non placet mihi il
la ratio. s. q. hoc sit propter illā conditionalē, si se
offerrent peccata, doleret. Et dico, quod martyriū
est poenitentia virtualis: sed nō propter illā rati
onē: quia st̄t, quod aliquis sit vitiosus, & quando
offeretur ei martyriū, si se offerant peccata, nō dole
ret de illis: sed nec tūc se offerūt nec cogitat de il
lis. Et non est sufficiens signū illud, quod dicūt isti
nēpe, quod si peccata se offerret isti, doleret de eis,
sed est signum aliquid.

ET quod sit verū, qđ, solum martyriū sufficit sine
poenitentia, probatur. Si martyriū nō sufficit ad
salutē, sed exigetur aliqua poenitentia: ecclesia nō
posset aliquē canonizare, ideo solū quia martyr:
quia nō constaret de poenitentia, cū tamen eccl
esiā quando cōstat de martyrio canonizat, quia nū
cūqđ ante sit aurūs, vel intemperatus, si recipit
martyrium, canonizatur.

SECUNDΟ. probatur. Ioā. 15. Maiorem chari
tatem nemo habet, quā vt animā suā ponat quis
pro amicis suis. At ille ponit animā. Ergo habet
charitatem.

TERTIO dicitur. Siquis diligit me, pater me
us diligit eum. Sed oīs martyr diligit Dēū:
quia maiore charitatē nemo habet, quā vt animā
suā ponat quis pro amicis suis. Ergo oīs martyr dili
gitur à Deo. Ergo est i gratia eius. Ergo saluatur.
ET confirmatur. Quia Marci. 8. & Lucā. 12. &
Matth. 10. dicit Dīs, quod fauebit martyri coram
patre, & confitebitur: quia ipsum cōfessus est mar
tyr corā hominibus. Et ibi ad literā loquitur de cō
fessione quā sit, aut fieri debet corā tyrannis. Ego
martyrium est sufficiens ad salutē. Tantū enim
vales, sicut poenitentia, quia Christus proper illā
cōfess-

cōfessionē & nō ppter poenitentia promittit qđ ip
se cōfitebitur martyrem in coelo coram patre suo.
PRO quo notandum est, quia (vt supra diximus)
licet poenitentia sit de iure naturali, idest, lauda
bile est & conueniens de iure naturali, quod ali
quis doleat de peccatis: sed tamen Deus gratis re
mittit peccata. Non alligatur Deus per contritio
nem ad remittendum peccata: quia posset Deus
dicere, ego non sum contentus de tuo dolore: sed
volo quod ieunes, salua sua misericordia & iusti
tia. Sicut homo non remittit peccata alteri, quia
dolet de illis: nisi faciat aliam recompensationē.
Sicut homo potest non remittere iniuriam alte
ri, quantumcumque doleat: & potest remittere illi
sine dolore. Quia ergo Deus non poterit idem fa
cere: Et cum hoc sit verū, quod Deus gratis re
mittit peccata, certe poterit remittere quoēque
modo voluerit: licet communiter remittat per cō
tritionem, illud est medium magis congruum ad
remittendum peccata, secundum humanam con
ditionem.

DICO enim in laudem martyrii, quod Deus vo
luit cuicunque pro se patienti, remittere peccatum
propter martyrium: itaque in martyrium de se est
remissum peccatorū. i. ex priuilegio particu
larī habet remittere peccata. Et de hoc diximus
multa in secunda. 2. in materia de martyrio: quia
est maxima dilectio Dei, & qui diligit Dēū, di
ligitur ab ipso, vt ipse promisit.

SED contra. Sequitur quod si aliquis complac
ret de peccatis cum martyrio, quod illi remittere
tur peccata: quia per te sufficit martyrium absolu
te absque quocunque alio. Ergo. &c.

AD HOC dico prius, quod argumentum pro
bat martyrium non esse signum sufficiens ad pro
bandum quod iste doluerit de peccatis. Secundo,
nego consequiam. Eset enim ille martyr dia
boli: quia martyrium est remedium contra pecca
ta præterita, non contra præsentia. Non enim fa
cit, quod complacentia peccati sit bona: cum ex
iure naturali sit malum complacere in peccatis.
ET haētenus loquuti sumus de eo qui non habet
tempus examinandi peccata sua: de quo dicimus,
quod per martyrium remittuntur ei peccata. Sed
si habeat tempus conscientiam examinandi, quid
erit? Ad hoc dicunt aliqui, quod si tunc talis non
dolet, iam peccat, & martyrium non potest libe
rare eum à peccatis, & iam non erit vere martyr,
& frater Melchior canus in relectione de poen
itentia dicit, quod nunquā per martyriū remittunt
ur peccata, sine contritione, quod nos infra. q. 28.
art. 2. videbimus.

EGO autem dico, quod esto ita sit, quod iste an
te martyrium dolendi de peccatis habuerit tem
pus, & cōsticūc peccaret, quia non dolet (quod
non admitto pro nūc) sed si quando actualiter
patitur martyrium nō cogitat an peccauerit, nec
an habeat aliquod peccatum actuale, sed solum
cogitat de defensione fidei. & quod bonum est

pati pro Christo: martyrium sufficit illi ad salu
tem. Maxime, quod cum patitur non habet tem
pus examinādi conscientiā, licet antea habuerit,
& licet antea peccasset, non videtur quare marty
rium non remittat omnia peccata, postquam tūc
solum cogitat de defendenda fide. Dico igitur ob
hoc, quod si quando patitur cogitat solum de fide
defendenda, & non complacet in aliquo peccato,
quidquid antea fecerit ille, per martyriū saluatur.
ET probatur. Quia contritio saluaret illum. Er
go & martyrium, cum eodem modo se habeat &
cū contritio, & tantum valeat.

SED contra, quia poenitentia est necessaria ad
salutem, & quilibet tenetur ad poenitentiam. Er
go martyrium non sufficit. Ad hoc nego mino
rem: quia non tenetur ad poenitentiam, si patia
tur martyrium: & illud quod quilibet peccator
tenetur ad poenitentiam verum est, nisi a Tyrano
martirio coronetur.

SED contra, quia nos diximus, quod poeniten
tia est necessaria ad salutem. Dico, quod est verū
intelligendo: regulariter. Secūdo, & melius, dico,
quod intelligimus, quod est necessaria poenitent
ia. i. non est aliud remedium quo poenitens volū
tarie, & sine peccato suo vel alterius possit vti, &
sibi applicare. Martyrio enim non potest vti vo
luntarie, & illud sibi applicare.

ALII Doctores imaginantur, quod dolor de pec
catis est ira de iure naturali, quod Deus non po
test remittere peccata sine dolore. Sed hoc est fal
sum: quia si homo potest remittere iniuriam sibi
faētam sine dolore. Ergo multo magis Deus de
potentia absoluta.

DUBITATVR, an dormiens in peccato Dubium
mortali, si occidatur pro Christo, sit vere secūdum
martyr. Aliando vidi defendere quod est vere
martyr, licet cum magna difficultate. Est tāc
apparentia in illa opinione: quia ecclesia canon
zaret, si ingruerent sarraceni in hanc ciuitatem,
& occiderent homines, illos occisos pro Chri
sto siue dormientes, siue vigilantes. Et si dicas, il
le non doluit de peccatis: dico, quod nihil refert:
quia plus debet Deus illi, qui patitur pro ille mor
tem: quā illi, qui dolet de peccatis.

SED communis opinio est incontrarium, quod
ille non est martyr, imo damnaretur. Et in secū
da. 2. in materia de martyrio ostendi, non esse de
mente sanct. Thomā. Ideo nollem tenere illam
opinionem.

ET arguitur sic. Quia hæretici morientes pro
Christo, etiam dormientes non sunt martyres;
& ita dicit Cipryanus de Donatistis, qui occisi sūt.
Ergo similis ratio est de alijs.

DICES forte, quod non est simile: quia hæresis
est gravissimum peccatorū. Dico quod nūl refert:
Si martyrium de se habet remittere pecca
ta, non potest excipi hæresis.

SECUNDΟ. Odium Dei est grauius peccatum
& remittetur per martyrium: vt patet de illo, qui
habet.

Habet odium Dei, & occiditur a pagano antequam discutiat conscientiam.

TER TIO. Per coartitionem remittitur heres. Ergo per martyrium, cum tantum valeat.

Q. VI igitur vellet tenere primam opinionem, diceret ad illud de heretico, quod ille non moritur pro Christo: quia non patitur pro fide Christicu[m] non retineat fidem Christi. Sicut si inter Christianos pagani occiderent alios paganos, eti[am] pro Christo, pagani illi non essent martyres: quia non habent fidem Christi, & licet tirannus occidat pro Christo, illi non moriuntur pro Christo. Illi autem qui habent Deum odio, possunt retinere fidem Christi. Sufficit ergo martyrium sine poenitentia, nec formalis, nec virtualis, de quo inferius plura dicam in materia de contritione. q.35.art.1.&.2.vbi soluam argumenta opposita sententiae. Vide ibi.

Dubium
tertium.

DUBITA TVR, an possit dici sine periculo in fide, timendum esse de illis qui augmentant peccata, & raro aut nunquam agunt poenitentiam perfectam, quod pertinient ad aliquem statum, in quo iam Deus non adiuabit eos etiam sufficienter, ut poeniteant, & quod est aliquod peccatum ita gracie, quod iam de lege non remittetur, sed absolute sit irremissibile. Et videtur quod sine periculo id possit affirmari. Probatur prius Matth. 12.de peccato in Spiritum sanctum, quod non remittetur in hoc saeculo, nec in futuro.

SECUNDO. Ioan. i. cano.cap. 5. de peccato ad mortem, pro quo non est orandum. &c.

TER TIO. Probatur ex illo Exod. 14. quia Deus indurauit cor Pharaonis propter demerita sua. Ergo iam Pharaon venit ad aliquem statum, in quo Deus non dabit etiam nec sufficiens auxilium.

Q. VAR TIO. Probatur idem ex illo Ad Heb. 12.

Non inuenit locum poenitentiae, etiam si cum laethymis quæserit illum, loquens de Esau.

QUINTO. Probatur ex illo 2. Macha. 9. vbi dicitur de Antiocho. Orabat autem hic scelus Domini, a quo non esset misericordiam consequitur. Ergo iam Deus non erat datus auxilium etiam sufficiens.

SEXTO. Probatur idem ex illo Genes. 15. quod Deus dixit ad Abramum cu[m] ei promisit se datum terram Amorrorum & semi[n]i suo, quasi respondens tacita obiectioni, quia poterat Abraham dicere Deo, Et quare Domine non das statim. Dixit ad illum. Necdum enim completae sunt iniuriantes Amorrorum usque ad præsens tempus. Ergo per hoc significabat, quod aliquando erunt completae, & tunc non erit amplius etiam in hac vita tempus poenitentiae.

SEPTIMO. Confirmatur idem ex illo Iosue. 11. vbi sic habetur. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum (neppe Eueorum, quia de Eueis loquebatur) & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Deus Moysi. Nec va-

let si dicas quod negabat solum efficax auxilium, non autem sufficiens: quia sic non induraret. Tunc namq[ue] omnes predisti auxilium habebat, quo possent bene agere, & in Deum conuerti. Et confirmatur hoc, quia alias sequeretur, quod Deus indurat omnes peccatores, quandiu manent in mortal[i], quia illis non dat efficax auxilium, quandiu sunt in peccato. Si enim dedisset efficax auxilium, non mansissent in peccato: licet deo sufficiens auxiliu[m]. EX HIS omnibus viderur, quod aliquando Dominus aliquibus negat sufficiens auxilium, & quod homines aliqui in tantum multiplicare possunt peccata, quod venient ad statum, in quo iam, etiam de lege non dabit Deus sufficiens auxilium, quo possint conuerti. Ergo timendum est cuicunque peccatori, maxime illi, qui diu est in peccatis, ne neget ei etiam sufficiens auxilium.

HIS non obstantibus dico, quod est de fide, quod Deus nunquam in via, quantumcunque, multiplicetur percata, negat alicui auxilium sufficiens, ut possit poenitere de peccatis si voluerit. Hæc conclusio est sanct. Thom. in prima. 4. q. 2. 7. art. 1. vbi expresse dicit, quod in hac vita nullum est peccatum, de quo homo poenitere non possit. Et addit, quod oppositum est erroneum. Idem dicit expresso super loan. capit. 6. exponens illa verba, Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Idem dicit Antoninus, prima parte, titulo. 4. cap. 2. §. 6. Idem Augusti. & habetur in glosa super illud Roma. 2. Secundum duritiam tuam, & impenitentia tua. &c. Idem dicit Leo Papa de poenit. & remiss. 7. capit. Nemo, vbi sic ait, nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutas es, quia nonnunquam quod dissidentia etatis differtur, consilio maturiori perficiuntur. Et confirmatur rursus ex illo Ezechielis. 18. & 33. In quacunque hora impius conversus fuerit ab impietate sua, amplius non recordabor, & alia ibidem dicuntur ad hoc propositum.

PRAETEREA. Pro hoc sunt illæ exhortationes euangelij Matth. 3. Luc. 3. Poenitentiæ agere, ap[osto]lo propinquabit. &c. Quibus verbis significatur, quod in hac vita nunquam est instans, in quo habens usum rationis non possit conuerti ad Deum. Ergo Deus nunquam negat auxilium sufficiens. Et ad testimonij adducta, iata supra diximus, & nunc dico, quod loquuntur de auxilio efficaci non autem de sufficienti. Ita quod quando dicitur, Deum aliquem indurare, est dicere, Deum illi negare auxilium efficax, cum scientia, quod cum solo sufficieni auxilio non conuertetur ille peccator. Et tales dicimus induratum, non autem illum peccatorem de quo scit Dominus, quod conuertetur cum auxilio sufficienti, & si neget auxilium efficax.

SEPTIMO. dubitatur, an sufficiat dilectio Dei sine poenitentia ad salutem. Videtur quod ita, quia Dubium quartum.

Ioan. 14. dicit Dominus. Siquis diligit me, pater meus diligit eum, & ad eum veniemus. &c. Ergo qui

qui diligit Deum diligit a Deo, & Deus est in illo. Sufficit igitur ad remissionem peccatorum dilectio Dei.

SECUNDO. Luca. 7. de Magdalena dixit Dominus Simoni. Dimituntur ei peccata multa: quia dilexit multum, & non dixit, quia doluit multum.

AD HOC dico, quod regulariter & de lege posita, non remittitur peccata sine dolore. Non enim sufficit quicunque alius actus. Nec dilectio Dei: sicut vele placere in omnibus Deo, & in nullo displicere, ut si quis velit pati pro Christo. Hæc est sancti Tho. hic ad. 2. & 4. probatur: quia vbi cunctis in Scriptura admonet peccatores, ut conuertatur atque consequatur remissionem peccatorum, admonentur ad poenitentiam, & ad dolorem peccatorum: ut ita probauimus, & non ita ad dilectionem. ET ad argumenta in contrarium aliqui dicunt, quod duplex est dilectio, s. absoluta, quæ stat cum peccato mortali, & altera est dilectio Dei super omnia, quæ semper est cu[m] gratia. Et de hac loquitur Christus in Evangelio, & hec non potest haberi sine dolore peccatorum: quia ut ibide dicitur, Siquis diligit me, sermones meos seruabit. Et Ioan. canonica. 1. cap. 2. Qui dixerit, quia diligo Deum, & sermones eius non seruat, mendax est. Sic dicunt isti, & videtur bene dictum. Solum igitur ille diligetur a Deo, qui ita diligit, quod adimpleret mandata Dei, & remedia necessaria ad excusendum a peccato mortali apponit, quorum unum est poenitentia.

SECUNDO dico, quod nullus est actus, qui sit dilectio quicunque sit in voluntate, qui non possit esse cum peccato mortali ignorato. Quia dilectio Dei super omnia non potest esse cum mortali peccato scito, potest tamen esse cum ignorato, & potest esse sine remissione peccatorum: quare nullatenus dilectio sufficit. Alias adduximus Pauli testimonium ad Roma. 10. Testimonium quidem illis perhibeo: quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Nullus ergo actus interior, qui non sit formaliter dolor peccatorum, sufficit ad remissionem illorum.

TER TIO. Nullus actus qui est cu[m] peccato mortali est dilectio Dei, loquendo sicut loquitur Euangelium. Patet. Siquis diligit me, sermones meos seruabit, &c. Hoc modo videtur Scriptura reguliter loqui. Ergo non sufficit dilectio.

AD illud vero de Magdalena dico, prius, quod Christus potuit remittere peccata, quomodo, cuncte velet: quia habuit potestatem excellentiam. Secundo dico (& melius) non esse vero simile, quod non doluerit. Quia de te infra dicemus multa in hac prima quarti in materia de contritione. Sed interim nota, quod hæc est sententia. S. Tho. quod sine poenitentia nunquam erit in peccatore. dilectio Dei super omnia, ad modum Euangeli.

Dubium quintum. **D**UBITA TVR. An saluabitur sine poenitentia ille peccator, qui præuentus periculo non

habet poenitentiam, cum non habeat tempus posse intendi de omnibus peccatis: quia vera poenitentia oportet, quod sit particulariter de omnibus peccatis. Verbi gratia. Est homo peccator in mari & non potest discutere conscientiam: quia est in magno periculo. Ille est aliquid remedium ad salutem, et non poenitentia: quia non potest dolere de peccatis in particulari. Ergo non solum poenitentia est medium ad consequendam salutem.

AD HOC dico, quod illud, quod homo potest facere in quoconque tempore intentione & animo placandi Deum, & recompensationem facientis pro peccatis suis, sufficit ad salutem. Ut si dicat. Domine miserere mei, & non habet amplius tempus, illud sufficit. In ultimo enim flatu potest dicere, parce mihi domine, & si hoc dicit intentione placandi Deum, sufficit. Et hoc debent admonere confessores, ut illo fine doleant, quatenus possunt Deum, quem sibi habebant iratum. Finitis enim poenitentiæ iste est.

DUBITUM sextum. **D**UBITA TVR, quomodo remittitur peccata oblita. Ad hoc dico quod dupliciter possunt peccata tradi obliuioni. Vno modo cu[m] quis vult confiteri, & facit examinationem, & recordatur duorum peccatorum. s. homicidij & furii: & non recordatur aliorum peccatorum: sed ipse bene cogitat, & putat quod fecit alia peccata, non tandem recordatur illorum. Dolet de illis duabus peccatis particulariter, & de alijs in generali. De hoc non est dubium nisi quod sufficit ille dolor: ut responatur in gratia.

SED ponamus hominem innocentissimum, qui semel incidit in peccatum, & oblitus est: ita quod nullo modo recordatur, & putat quod non peccauit, & facit examinationem, & non dolet de illo, quia non recordatur. Et si dicas quod illud est ex negligencia, faciamus, quod mere naturaliter oblitus, ut potest contingere. Et si dicas, satis est, quod dolet de venialibus, volo quod non doleat, immo quod complacet in illis, accedit ad Eucharistiam sine poenitentia, & habet gratiam, & nec in particulari nec in generali dolet: quia ego non possum dolere de illo quod non feci, aut non recordor me fecisse. Ergo de lege aliquis est in gratia si ne poenitentia.

AD HOC dico, quod ille consequitur remissionem peccatorum, & sine dolore peccatorum. Per quid ergo remittitur? Dico, quod per hoc quod voluit examinare conscientiam suam, illa enim voluntate examinandi conscientiam ad dismittenendum peccatum, & agendum poenitentiam, est poenitentia, & non est dolor: sed ille vult se reconciliare Deo, & si se offerrent peccata, doleret, licet vere non doleat, non est dubitandum de illo quin consequatur gratia. Quia alias postquam aliquis oblitus est alicuius peccati mere naturaliter non pateret ei via salutis. Hæc de secundo sensu questionis, ut exposuitus in ticulo eiusdem questionis.

NVNC autem disputabimus in primo sensu, an sit aliquid præceptum de poenitentia, accipiēdo poenitentiam pro vindicta & dolore peccatorū. Et si dicās clarum est, postquam determinatum est, quod est necessarium ad salutem dolere de peccatis, quod est præceptum de poenitentia, dico quod consequentia nihil valet: quia baptisimus est puer necessarius ad salutem, non tamen habet præceptum puer. Ideo stabimus quæstionē in hoc sensu, an si aliquis non poenitet, de nouo peccet mortaliter, eo quia non poenitet. Quia quicunque transgreditur præceptum peccat de nouo: vt si quis committat homicidium, & moritur sine poenitentia, an damnabitur propter illud unum peccatum homicidij, vel propter duo peccata, s. pro homicidio & pro illo alio, quia non poenituit.

DE hoc sunt duas opiniones. Prior est communis quæ dicit, quod dominatur propter duo illa peccata, quia peccauit de nouo eo quod nō doleat de homicidio. Et probatur ex omnibus testimonijā adductis. S. ex illo, Pœnitentiam agite. &c. & Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et omnia illa quæ adduximus, ad probandum, quod sit necessaria ad salutem, videntur probare, quod sit præceptum, & non consilium, dolere de peccatis. Quia (inquit) Nisi pœnitentiam egeritis, oēs simul peribitis. Nullus enim perit propter consilij transgressionem.

RATIONE sic probatur. Quilibet tenetur esse in gratia Dei. Et non potest esse in gratia post peccatum, nisi per pœnitentiam. Ergo quilibet tenetur ad pœnitentiam.

TERTIO. Quando aliquis peruenit ad usum rationis, tenetur se conuertere ad Deum: quia tenetur esse in gratia Dei: sive cum primo venerit ad usum rationis, sive post illud primum instantes usus rationis. Et aliqui qui de hoc latius loquuntur dant indicia bellicas taliter, post illas tenetur se conuertere in Deum. Et non potest nisi per pœnitentiam. Ergo. &c.

QUARTO. Quicunque est in extrema necessitate temporali, & potest, tenetur sibi subuenire, sub poena noui peccati. Ergo etiam si est in necessitate spirituali, nempe quia moritur & est in mortali peccato, tenebitur, sibi subuenire. Et non potest, nisi per pœnitentiam interiorema. Ergo tenebitur pœnitere sub poena noui peccati lethalis.

SED in oppositum arguo hoc modo. Et prius ostendo, quod hoc sit contra doctorem sanctum, qui in secunda. 2.q. 4.art. 2.loquens de peccato in spiritum sanctum, dicit ex sententia Augustini, quod impenitentia est peccatum in spiritum sanctum. Vnde impenitentia finalis dupliciter sumitur. Uno modo pro proposito non in pœnitentia, & sic est speciale peccatum. Alio modo pro permanentiā in peccato: quia non dolet de peccato, & hæc est circumstantia peccati cuiuscunq; sed non speciale peccatum. Hec. S. Tho. Si enim esset speciale peccatum omissione & negligētia pœnitentia, si De-

nis daret præceptum, transgressio illius esset specia le peccatum. Patet: quia esset transgressio noui præcepti. Et idem dicit. S. Tho. in. 2. sententiarum. d. 43. q. vñica. ar. 3. ad. 3. Ideo credo, quod. S. Tho. nō fuerit illius opinio.

DICO igitur, quod quanvis prædicta opinio sit probabilis, & securior, probabile tamē est, quod non est præceptū de pœnitentia, ad hūc sensum, quod si non doleat de peccato, peccet de nouo. Dico si non doleat: quia secus est de confessione vel ratione confessionis, de qua infra dicemus. Probatur hoc, quia alias nullus posset damnari pro uno peccato tantum. Patet. Pono quod solum committit homicidium, & moritur. Ille damnatur pro homicidio, & pro impenitentia, quod est mirabile. Ergo. &c. Certe si non essemus in actuali disputa tione, & quereret quis à Theologo, an quis posset pro uno peccato tantū esse in inferno, diceret quod ita. Secus si esset præuentus quia tunc si argueres. Ergo non est præceptum, negaret consequentia.

SECUNDUM sequeretur, quod peccata semper dup

plicarentur, v.g. est aliquis qui habet. 10. peccata, & non dolet de illis, peccat adhuc decies. Patet: quia sunt decem omissiones: quia tenetur dolere de. 1. & de. 2. & si omitat dolere peccat duobus peccatis. Est apparentia. Et etiam si doleat de. 9. peccatis & non de uno, sola una illa omissione est peccatum Ergo. &c. Posset negari consequentia: sed tandem in argumento est apparentia.

TERTIO arguitur. Da mihi quādō tenetur dolere de peccatis. Ad hoc aliqui dicunt, quod statim probant: quia tenetur statim satisfacere pro iniuria. Alij dicunt, quod tenetur, quando occurrit me morie saltē prætice: i. quando cogitat de peccato, & quod offendit Deum, & cogitat de peccato quomodo fuit commissum, aut committendū, aut quomodo est remittendum.

HANC opinionem ponit Petrus Paludanus in 4.d.17.q.1.art.3. tanquam probabilem.

SED ego dico prius, quod de hoc videbimus infra, in materia de contritione.

SECUNDUM dico, quod hoc non potest teneri. Non enim tenetur dolere peccator, quotiescumque occurrit peccatum prætice, & si teneatur quod est præceptum, de pœnitentia interiori, habenda. Probatur: quia nō plus obligat præceptum de pœnitentia, quam de dilectione Dei. Sed non quando occurrit Deus prætice, puta, quod est summum bonum, tenetur hominem diligere. Ergo nec pœnitere.

SECUNDUM sufficiēter excluditur ista opinio, per hoc quod non probatur. Nam vnde habetur illud præceptum? Certe nusquam reperitur, nec aliquis antiquam de hac confiteretur. Si quod decies vel undecies occurserūt peccata memoria, de quibus non poenituit. Imo non possit sufficienter sic confiteri. Ideo non est hoc tolerabile.

VERVM est tamen, quod licet hæc opinio vera non sit, & licet voluntas sit libera & possit suspendere actum suum: tamen oblati objecto multum mouetur,

mouetur. & difficile est illi quod nō doleat aut complacat: quia quando laborat quis, vt non habeat actum voluntatis, habebit mille.

PRAE TERA. Probatur per illud capitū. Quod quidam extra de pœnitentijs & remissionib; ut dicitur, quod est recipienda confessio inco triti. Ergo Papa nō consuleret illud: si peccaret tunc cū peccata se offerat memoria prætice non dolet, secundum prædictam opinionem. Non est ergo vera.

QUANDO ergo tenetur dolere: Dicunt ali qui moderni, quod semel in vita. Ego autem contra omnes dixi, quod nunquam tenetur dolere sub pena noui peccati, & probabam: quia nusquam tale inuenitur præceptum. Sicut sufficienter probatur, quod non est præceptum comedendi pisces in diebus dominicis: quia nusquam reperitur tale præceptum. Quod si dicas illud præceptum haberi in illis locis: vnde sumptuus testimonia, quæ citauimus, dico, quod illa loca explicant se. Quādō dicitur. Nisi pœnitentia egeritis, omnes simul peribitis, non dicitur, peccabis nouum peccatum: sed nisi adhibeatis remedium, peribitis pro commissis peccatis. Et illud, pœnitentia agite, inteligitur: vt dimittat Deus tibi, & nō vt nō pecces.

PRAE TERA. Damnati non peccant de nouo, quia non conteruntur de peccato. Nullus enim inquam hoc dixit. Si dicas, quod non possunt, hoc est verum de lege, sed ego nescio ex parte voluntatis quare non possunt conteri. Si dicas quod est impossibile. Ergo non obligantur ad illum. Quia Hierony. dicit, qui dixerit Deum obligare quempiam ad impossibile, Anathema sit.

PRAE TERA. Videtur quod Deus non impedit eos implere præcepta: quia Deus non impedit impletionem præceptorum. Si autem impedit eos à contritione, impedit eos ab observatione præcepti. Hoc autem iniquum est tribuere Deo. Ergo. &c.

SED contra. Quilibet tenetur procurare necessaria ad salutem, sed pœnitentia est necessaria ad salutem. Ergo quilibet tenetur ad pœnitentiam. **A**D HOC dico distinguendo maiorem, quod sit aliquid præceptum ad procurandam salutem generale, ego nescio. Quilibet enim tenetur, procurare necessaria ad salutem per media particula ria. Non enim transgreditur duo præcepta, qui occidunt, s. præceptum homicidij, & quia non procurauit necessaria ad salutem: sed solum est vnu præceptum.

SECUNDUM arguitur. Quilibet tenetur habere gratiam. Ergo. Ad hoc nego antecedēs: quia præcepta dantur de actibus virtutum, nō de hoc quod est habere gratiam.

TERTIO. Quando quis accipit sacramentum Eucharistia, tenetur ad pœnitentiam. Patet ex Paulo. Probat autem seipsum homo. Ergo saltē in aliquo casu tenetur ad pœnitentiam. Et cum quilibet teneatur ad Eucharistiā. Ergo quilibet

tenetur ad pœnitentiam.

AD HOC nego maiorem. Sed probas, quod si nō poeniteat, peccat mortaliter. Ergo tenetur ad pœnitentiam, nego consequentia: quia non peccat contra præceptum de pœnitentia: sed committit sacrilegium: cum faciat irreuerentia notabilis Deo, cōtra illum Pauli. Probat autem se ipsum homo, & ideo facit contra religionem.

PRAE TERA. In articulo mortis tenetur quilibet ad cōsequendam gratiam. Ergo. Ad hoc prius nego antecedēas.

SECUNDUM dico, quod verum est teneri ad gratiam: sed non aliquo præcepto distincto ab alijs. Nam alias sequeretur, quod qui accedit ad sacramentum peccaret duo peccata, si accedit in mortali. s. sacrilegium, & impenitentiam.

IDEO propter has appetentes rationes pro hac sententia, quod non tenetur quis dolere de peccatis speciali præcepto: nisi sit ratione cōfessionis, & quia apparet soluuntur rationes in oppositum: dico prædictam opinionem esse probabilem. Sed tamen secunda opposita est probabilius, & securior, & communis. De quo latius dicemus rursus infra, in materia de contritione.

Articulus sextus.

Vtrum pœnitentia sit secunda tabula post naufragium.

DIS EXTVM sic proceditur. Videlicet quod pœnitentia nō sit secunda tabula post naufragium. Quia super illum Esaias.

3. Peccatum suū quasi Sodoma prædicauerat, dicit glosa. Secunda tabula post naufragium est peccata abscondere. Pœnitentia autem non abscondit peccata, sed magis ea reuelat. Ergo pœnitentia non est secunda tabula.

PRAE TERA. Fundamentum in edificio, non tenet secundum sed primum locum. Pœnitentia autem in spirituali edificio est fundamentum: secundum illum Hebr. 6.

Non rursus iacentes fundamenta pœnitentia ab operibus mortis. Vnde & prædictis ipsius baptismum, secundum illum Actuum.

2. Pœnitentiam agite; & baptizetur unusquisque vestrum. Ergo pœnitentia nō debet dici secunda tabula.

PRAE TERA. Omnia sacramenta

k. eas sunt

ea sunt quedam tabula, id est, remedia contra peccatum. Sed paenitentia non tenet secundum locum inter sacramenta, sed magis quareum: ut ex supra dictis patet. Ergo paenitentia non debet dici secunda tabula post naufragium.

S E D C O N T R A est, quod Hieron. dicit, quod secunda tabula post naufragium est paenitentia.

R E S P O N D E O dicendum, quod id quod est per se, naturaliter prius est eo quod est per accidens: sicut et substantia prior est accidente. Sacmenta autem quedam per se ordinantur ad salutem hominis: sicut baptismus, qui est spiritualis generatio, et confirratio, que est spirituale augmentum, et Eucharistia que est spirituale nutrimentum. Paenitentia autem ordinatur ad salutem hominis per accidens, supposito quedam, scilicet ex superpositione peccati. Nisi enim homo peccaret actualiter, paenitentia non indigeret: indigeret tamen baptismus, et confirmatione, et Eucharistia. Sicut et in vita corporali non indigeret homo medicatione, nisi infirmaretur: indigeret autem homo per se ad vitam generatione, augmentatione et nutrimento. Et ideo paenitentia tenet secundum locum respectus statutis integritatis, qui confirmatur et conservatur per sacramenta predicta. Vnde et metaphorice dicitur secunda tabula post naufragium.

Nam primum remedium mare transeuntibus est, ut conserventur in nauis integras. Secundum autem remedium est post nauem fractam, ut quis tabula adhuc erat. Ita etiam primum remedium in mari huius vita est, quod homo in egritatem seruet: secundum autem remedium est, si per peccatum integratem perdidere, quod per paenitentiam redetur.

A D P R I M A ergo dicendum, quod abscondere peccata contingit dupliciter. Vno modo dum ipsa peccata fiunt. Est autem peius peccare publice, quam occulte: tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare: tum etiam quia peccat cum scan-

dalo aliorum. Et ideo quoddam remedium est in peccatis, quod aliquis in oculio peccet. Et secundum hoc dicit Glosa, quod secunda tabula post naufragium est peccata absconde re. Non quod per hoc tollatur peccatum, sicut per paenitentiam, sed quia per hoc peccatum sit minus.

A L I O modo aliquis abscondit peccatum prius factum per negligientiam confessionis, et hoc contrariatur paenitentie. Et sic absconde re peccatum, non est secunda tabula: sed magis contrarium tabula. Dicitur enim Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigeretur.

A D S E C U N D U M dicendum, quod paenitentia non potest dici fundatum spiritualis edificiis simpliciter, id est, in prima edificatione, sed est fundatum, in secunda reedificatione, quae sit per destructionem peccati. Nam primo redemptibus ad Deum occurrit paenitentia. Apostolus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrinae. Paenitentia autem, quae baptismum precedit, non est paenitentia sacramentum.

A D T E R T I U M dicendum, quod tria praecedentia sacramenta pertinent ad na uem integras, id est, ad statum integratus, respectu cuius paenitentia dicitur secunda tabula.

HIC articulus fuit motus propter diuum Hieronymum, qui sic loquitur. Et non est alia difficultas post ea, quae diximus in 5. articulo. Imo sequitur dictum Hierony. ex his quae ibi diximus. Quae omnia confirmat articulus hic. Et sententia Hieronymi est pro nobis, nempe, quod paenitentia est necessaria ad salutem de peccatis. scilicet commissis post baptismum. Itaque sacramenta illa quae sunt instituta ad perficiendum hominem in vita spirituali simpliciter, vocantur prima tabula vel nauis integras, per metaphoram ad nauem corporalem, quae instituta est ad saluandum & conseruandum homines per se, antequam contingat aliquis defectus. Et quia paenitentia non fuit instituta, ad perficiendum hominem secundum se: sed ad liberandum illum a malo, quo fracta fuit nauis spiritualis, nempe, perfectio & innocentia: ideo dicitur secunda tabula post naufragium.

Articulus

Articulus septimus.

Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.

D S E P T I M U M sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non fuerit conuenienter institutum in noua leg. Ea enim quae sunt de iure naturali, institutione non indigent. Sed paenitentia de malis, quae quis gerit, est de iure naturali. Non enim potest aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat. Ergo paenitentia non fuit conuenienter instituta in noua lege.

P R A E T E R E A. Illud quod fuit in veteri leg. institutum non fuit in noua. Sed etiam in veteri leg. fuit paenitentia. Vnde et Dominus conqueritur Hiero. s. dicens: Nullus est, qui agat paenitentiam super peccato suo, dicens, Quid feci? Ergo paenitentia non debuit institui in noua lege.

P R A E T E R E A. Paenitentia consequenter se habet ad baptismum: cum sic secunda tabula, ut supra dictum est. Sed paenitentia videtur a Domino instituta ante baptismum. Nam in principio prædicationis suæ dixisse Dominus legitur Matth. 4. Paenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ergo hoc sacramentum non fuit conuenienter institutum in noua lege.

P R A E T E R E A. Sacmenta nouæ legis institutionem habent a Christo, ex cuius virtute operantur: ut supra dictum est. Sed Christus non videtur instituisse hoc sacramentum, cum ipse non fuerit usus eo, sicut alijs sacramentis quae ipse instituit. Ergo sacramentum hoc non fuit conuenienter institutum in noua lege institutum fuisse.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod de iure naturali est, quod aliquis paeniteat de malo, quae fecit, quam ad hoc quod doleat, se fecisse et remedium doloris querat per aliquem modum, et quod etiam aliqua signa doloris ostendat: sicut et Numinis fecerit, ut Iona 3. legitur. In quibus tamen aliqua fuit

et adiunctio

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut supra dictum est) in hoc sacramento actus paenitentia se habet sicut materia: id autem quod est ex parte sacerdotis, qui operatur ut minister Christi, se habet ut formale (et) completiuum sacramenti. Materia vero etiam in alijs sacramentis praexistit a natura, ut aqua: vel ab arte, ut panis: sed quod talu ma teria ad sacramentum assumatur, institutione indiget, hoc determinante. Sed forma sacramenti et virtus ipsius totaliter est, ex institutione Christi, ex cuius passione procedit virtus sacramentorum.

S I C ergo huius sacramenti materia praexi stit a natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad paenitentiam de malo, quae fecit) sed quod hoc vel illo modo homo paenitentiam agat, est ex institutione divina. Vnde et Dominus in principio prædicationis suæ in dixit hominibus, ut non solum paenitentem, sed etiam paenitentiam agerent, significans determinatos modos actuatu qui requiruntur ad hoc sacramentum.

S E D id quod pertinet ad officium ministrorum determinauit Matth. 16. ubi dixit Petrus. Tibi dabo claves regni cœlorum, et cetera.

E F F I C A C I A M autem huius sacramenti et originem virtutis eius, manifestavit post resurrectionem Lucar. ultimo, ubi dixit, quod oportet prædicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes præmisso de passione et resurrectione. Ex virtute enim nominis Iesu Christi patientes et resurgentis, hoc sacramentum efficaciam habet ad remissionem peccatorum. Et sic patet conuenienter hoc sacramentum in noua lege institutum fuisse.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod de iure naturali est, quod aliquis paeniteat de malo, quae fecit, quam ad hoc quod doleat, se fecisse et remedium doloris querat per aliquem modum, et quod etiam aliqua signa doloris ostendat: sicut et Numinis fecerit, ut Iona 3. legitur. In quibus tamen aliqua fuit

adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ione: ut s. hoc agerent sub specie venia consequenda à Deo: secundum illud, quod ibi legitur, Qui scit si convertatur, & ignorat Deus, & reuertatur à furore irascae, & non peribimus? Sed sicut alia, quæ sunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex instigatione legis divina (ut in secunda parte determinatum est) ita etiam & pœnitentia.

A D S E C V N D U M dicendum, quod ea quæ sunt iuri naturali diversimode determinationem accipiunt in vte. & in noua legi: secundum quod cōuenit imperfectioni vte. leg. & perfectioni nouæ. Vnde & pœnitentia in vte. leg. aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, ut esse magis in corde, quam in exterioribus signis: secundum illud Iobel. 2. Scindit corda vestra, & non vestimenta vestra. Quanquam autem ad remedium doloris querendum, ut aliquo modo ministri Dei peccata sua confiteretur, ad minus in generali. Unde Dominus Iesus. 15. dicit. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret aritem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram estimationemq; peccati: qui orabit pro eo, quia nesciēs fecerit, & dimittetur ei. In hoc enim ipso, quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quod danmodo suum peccatum sacerdoti confitebatur: & secundum hoc dicitur Proverbiorū 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

N O N D V M autem erat instituta potestas clauium, qua à passione Christi deriuatur, & per consequens nondum erat institutum, quod aliquis doleret de peccato, cum proposito subiiciendi se per confessionem & satisfactiōnem, clavis ecclesia, sub specie consequenda vte. virtute passionis Christi.

A D T E R T I U M dicendum, quod si quarecte consideret ea, quæ Dominus dixit de necessitate baptismi Iohann. 3. tempore praecesserunt ea, quæ dixit Matth. 4. de necessita-

te pœnitentiae. Nam id quod dixit Nicodemus de baptismō fuit ante incarcerationē Ioannis, de quo postea subditur, quod baptizabat. Illud vero quod de pœnitentiā dixit Matth. 4. fuit post incarcerationem Ioannis.

S I T A M E N prius ad pœnitentiam induxit, quam ad baptismum, hoc ideo esse, quia etiam ante baptismum requiritur quedam pœnitentia: sicut & Petrus dicit Actor. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.

A D Q U A R T U M dicendum, quod Christus non est vobis baptismus, quem ipse instituit: sed baptizatus baptismō Ioannus: ut supra dictum est. Sed nec etiam actus vobis est suo ministerio: quia ipse non baptizabat cōmanneret, sed discipuli eius, ut dicitur Ioan. 4. Quamvis credendum sic, quod discipulos suo: baptizaverit: ut Aug. dicit ad Cœlacia. VSVS autem huius sacramenti ab eo instituti, nullo modo sibi competit. Nec quantum ad hoc quod ipse pœniteret, in quo peccatum non fuit: nec quantum ad hoc, quod hoc sacramentum alijs præberet: quia ad ostendendam misericordiā & virtutem suam, effectum huius sacramenti sine sacramento præbebat: ut supra dictum est. Sacramentum autem Eucharistie, & ipse sumpsit, & alijs dedit: cum ad commendandam excellētiā huius sacramenti: sum quia hoc sacramentū est memoriale sue passionis, in quantum Christus est sacerdos & hostia.

H I C poterat tractari, an confessio esset de iure diuino: sed de hoc cōmodius agemus in secunda quartæ q. i. Ideo illud usq; differamus;

Articul. octauus.

Vtrum pœnitentia debat durare usque ad finem vte.

D O C T A V V M sic procedit. Videtur quod pœnitentia non debat durare usq; ad finem vte. Pœnitentia enim ordinatur

dinatur ad deletionem peccati. Sed pœnitentia statim consequitur remissionem peccatorum: secundum illud Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, qua operatus est, viva vivet, & non morietur. Ergo non oportet ulcerius pœnitentiam præcedi.

P R A E T E R E A. Pœnitentiam agere, pertinet ad statum incipientium. Sed homo de hoc statu debet procedere, ad statum proficuum, & ulcerius ad statum perfectiorū.

Ergo nō debet homo pœnitentiam agere usq; ad finem vte.

P R A E T E R E A. Sicut in alijs sacramentis homo debet seruare statuta ecclesie, ita & in hoc sacramento. Sed secundum canones determinata sunt tempora pœnitendi: ut s. ille qui hoc, vel illud peccatum commiserit, tot annis pœnitentiat. Ergo videtur, quod nō sit pœnitentia extendenda usque ad finem vte.

S E D C O N T R A est, quod Aug. dicit in libro de pœnitentia. Quid restat nobis, nisi dolere in vte? Vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia. Si vero pœnitentia finitur, quid derelinquitur de vte?

R E S P O N D E O dicendum, quod duplex est pœnitentia, s. interior & exterior. Interior quidem pœnitentia est, qua quis dolet de peccato commisso. Et talis pœnitentia debet durare usque ad finem vte. Semper enim debet homini displicere, quod peccauit. Si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructū vte perderet. Displicentia autem dolorē causat, in eo qui est susceptius doloris, qualis est homo in hac vte. Post hanc vte autem sancti non sunt suscepiti doloris. Vnde displicebit eis peccata præterita, sine omni tristitia: secundum illud Esai. 65. Oblitione traditae sunt angustiae priores.

P O E N I T E N T I A vero exterior est, qua qui exteriora signa doloris ostendit, & verbo tenuis peccata sua confitetur sacerdoti absoluēti, & iuxta eius arbitrium sati facit. Et talis pœnitentia nō oportet, quod dureat usque ad finem vte: sed usque ad determinata-

tum tempus, secundū mensuram peccati. **A D P R I M U M** ergo dicendum, quod vera pœnitentia non solum remouet peccata præterita, sed etiā præseruat hominem à peccato futuri. Quamvis igitur homo in prima instanti vera pœnitentia remissionem consequatur præteritorum peccatorum: oportet tandem in homine perseverare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

A D S E C U N D U M dicendum, quod agere pœnitentiam interiorē simul & exteriorē, pertinet ad statum incipientium: qui s. de novo redeunt à peccato. Sed pœnitentia interior habet locum etiam in proficiētibus & perfectis: secundum illud psal. Ascensiones in corde suo dispositis in valle lachrymarū. Unde & ipse Paulus dicebat. 1. Corinth. 15. Nō sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.

A D T E R T I U M dicendum, quod illa tempora præfiguntur pœnitentibus, quantum ad actionem exterioris pœnitentiae.

D E H A C materia videbitus infra q. 3. & p. 9. & 10. usque ad questionem. 35. & usque ad questionem primam in secunda quartæ, ubi communis modis hæc tractabuntur.

Articul. nonus.

Vtrum pœnitentia possit esse continua.

D N O N V M sic procedit. Videtur, quod pœnitentia non posset esse continua. Dicitur enim Hier. 31. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis. Sed hoc esse non posset, si pœnitentia cōtinuaretur, qua consistit in ploratu & lachrymis. Ergo pœnitentia non potest continuari.

P R A E T E R E A. De quolibet bono opere debet homo gaudere: secundum illud psal. Scrutate Dominum in latitia. Sed agere pœ-

nitentiam est bonum opus. Ergo de hoc ipso debet homo gaudere. Sed non potest homo simul gaudere & tristari: ut patet per philosophum in. 9. Ethico. Ergo non potest esse quod penitens continue tristetur de peccatis preteriti, quod pertinet ad rationem penitentiae. Ergo penitentia non potest esse continua.

P R A E T E R E A. 2. ad Corintb. 2. Apostolus dicit. Consolamini s. penitentem, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui huiusmodi est. Sed consolatio depellit tristitiam, que pertinet ad rationem penitentiae. Ergo penitentia non debet esse continua.

S E D C O N T R A est, quod August. dicit in lib. de penitentia. Dolor in penitentia continua custodiatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod penitentia dicitur dupliceiter. s. secundum actum, & secundum habitum. Actu quidem impossibile est quod homo continuus peniteat: quia necesse est quod actus penitentis siue interior siue exterior interpoletur, ad minus solum, & alijs que ad necessitatē corporis pertinet. Alio modo dicitur penitere secundum habitum. Et sic oportet quod homo continue peniteat: & quantum ad hoc quod homo nunquam aliquid contrarium penitentiae faciat, per quod habitualis dispositio penitentis collatur, & quam ad hoc quod debet homo in proposito gerere: quod semper sibi praterita peccata displiceat.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ploratus & lachryma ad actū exterioris penitentiae pertinet: qui non solū non debet esse continuus, sed nec oportet quod dureat usque ad finem vita, ut dictū est. Unde & signanter ibi subditur. Quia est merces operi tuo. Est autem merces operi penitentis, plenaria missio peccati, & quantū ad culpam & quam cum ad penam: post cuius consecutionem non est necesse quod homo ultraius exteriorē penitentiam agat. Per hoc tamen non excluditur continuas penitentiae, qualis dicta est:

A D S E C U N D U M dicendum, quod de dolore & gaudio dupliciter loqui possumus:

Vno modo, secundū quod sunt passiones appetitus sensitivi. Et sic nullo modo possunt esse simul: eo quod sunt omnino contraria. Vel ex parte obiecti (puta cū sunt de eodem) vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cū constrictione, & hoc modo loquitur Philosophus. 9. Ethico.


A L I O M O D O possumus loqui de gaudio & tristitia secundum quod consistunt in simplici actū voluntatis, cum aliquid placet, vel displaceat. Et secundum hoc non possunt habere contrarietatem nisi ex parte obiecti: puta cum sunt de eodem & secundum idem. Et sic non possunt simul esse gaudium & tristitia: quia non potest simul idem secundū idem placere & displaceare. Si vero gaudium & tristitia sic accepta non sint de eodem secundū idem, sed vel de diversis, vel de eodem secundum diversa, sic non est contrarietas gaudij & tristitia. Vnde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si videamus iustum affligi, simul placet nobis eius iusticia, & displaceet eius afflictio. Et hoc modo simul potest aliquis displaceare, quod peccauit, & placere quod hoc ei displaceat cum se venia: ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. Vnde & Aug. dicit in lib. de penitentia. Semper dolet penitens, & de dolore gaudeat. Si iamē tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis continuitas penitentiae, sed actualis.

A D T E R T I U M dicendum, quod secundum philosophum. 2. Eth. ad virtutem pertinet tenere medium in passionibus. Tristitia autem que in appetitu sensitivo penitentis consequitur ex disperditione voluntatis, passio quedā est. Vnde moderanda est secundum virtutem, & eius superfluitas est vicio: quia inducit in desparationem. Quod significat Apostolus ibidē dicens, Nem aiori tristitia absorbeatur, qui huiusmodi est. Et sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderativa tristitiae: non autē totaliter ablativa.

Articulus

Articu. decimus.

Vtrum sacramentum penitentiae debeat iterari.



D E C I M U M. Sic proceditur. Videtur quod sacramentum penitentiae non debeat iterari. Dicit enim Apostolus Hebr.

6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt celeste donū, & participes sunt facti Spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad penitentiam. Sed quicunque penituerunt sunt illuminati, & acceperunt donum Spiritus sancti. Ergo quicunque peccat post penitentiam, non potest iterato penitere.

P R A E T E R E A. Ambrosius dicit in lib. de penitentia. Reperiuntur quis a pius agendam penitentiam putant, qui luxuriuantur in Christo. Nam si vera penitentia ageret, iteranda postea non pataret: quia sicut unū est baptisma, ita una est penitentia. Sed baptismus non iteratur. Ergo nec penitentia.

P R A E T E R E A. Miracula quibus Dominus infirmitates corporales sanavit, significant sanationes infirmitatum spirituum, quibus s. homines liberantur a peccatis. Sed non legitur, quod Dominus aliquem circum suis illuminauerit, vel quod aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum suscitauerit. Ergo videtur, quod nec aliqui peccatori bis penitentia venia largiatur.

P R A E T E R E A. Gregorius dicit in homilia quadragesima. Penitentia est, ante acta peccata deflere, & flenda iterum non committere. Et Isidorus dicit in libro de summo bono. Irrisor est & non penitens, qui adhuc agit quod penitit. Si ergo aliquis vere peniteat, non peccabit. Ergo non potest esse, quod penitentia iteretur.

P R A E T E R E A. Sicut baptismus haber efficaciam ex passione Christi, ita & penitentia. Sed baptismus non iteratur propter unitatem passionis & mortis Christi. Er-

go pariratione nec penitentia iteratur.

P R A E T E R E A. Grego. dicit, quod facilitas venie, incentive præbet delinquendi. Si ergo Deus venia frequenter præbet per penitentiam, videatur, quod ipse hominibus præbeat incentive delinquendi. Et sic videretur delectari in peccatis. Quod eius bonitatem non congruit. Non ergo potest penitentia iterari.

S E D C O N T R A est, quod homo inducitur ad misericordiam, exemplo misericordie diuinæ: secundū illud Luc. e. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Sed Dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, ut sepius remittant fratribus contra se peccatis. Vnde (sicut dicitur Mattei 18) Petro querenti, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei, usque septies: sed usque septuages septies. Ergo etiā Deus sapius per penitentiam veniam peccantibus præbet: præfertim cum doceat nos petere, dimittit nobis debitam nostram, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

R E S P O N D E O dicendum, quod circa penitentiam, quidam erraverunt, dicentes non posse hominem per penitentiam secundo consequi veniam peccatorum. Quorum quidam s. nouatiani hoc intantum extenderūt: ut dicerent post primam penitentiam quæ agitur in baptismō, peccantem non posse per penitentiam iterare restitui. Alij vero fuerū harretici (ut Aug. dicit in libr. de penitentia) qui post baptismū dicebāt quidem utile esse penitentiam, non tamē plures, sed semel tantum.

V I D E N T V R autem huiusmodi errores, ex duobus processisse. Primo quidem ex eo quod errabat circarationem veræ penitentie. Cum enim ad veram penitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebant, quod charitas semel habita non posset amitti, & per consequens penitentia si sit vera, nunquā per peccatum tollatur, ut sic sit necesse eam iterari. Sed hoc improbatum est in secunda parte: ubi ostensum est,

k iij quod

quod charitas semel habita, propter libertatem arbitrij potest amitti, & per consequens post veram pœnitentiam potest aliquis pœccare mortaliter.

S E C V N D O. Ex eo quod errabante circa estimationem graueatus peccati: putabat enim adeo graue esse peccatum, quod aliquis committit post veniam imperata, quod non si possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consequuntam, potest esse & grauius & leuius, quam fuerit primum peccatum remissum) & multo magis contra infinitatem diuina misericordiae, quæ superat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum: secundum illud psal. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum deinceps iniquitatem meam. Vnde reprobatur verbum Cain dicentis Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quia ut veniam merear. Et ideo misericordia Dei, peccatis per pœnitentiam veniam praebet, absque collo cernendo. Vnde dicitur. 2. Paralip. ultimo. In mensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuae super maliciam hominum. Vnde manifestum est, quod pœnitentia plures est iterabilis.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod quia apud Iudeos erant secundum legem quedam lauacra instituta, in quibus plures se ab immundicis purgabant, credebat aliquis Iudeorum, quod etiam per lauacrum baptismi, aliquis plures purificari posset. Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebreus, quod impossibile est eos qui semel illuminati sunt, s. per baptismum, rursum renouari ad pœnitentiā s. per baptismum, qui est lauacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti: ut dicetur ad Tit. 3. Ecclesiam assignat ex hoc, quod per baptismum homo Christo commovetur. Vnde subdit rursus crucifigentes sibi metisis filium Dei.

A D S E C V N D U M dicendum, quod Ambrosius loquitur de pœnitentia solēni, quæ

in ecclesia non iteratur: ut infra dicetur. **A D T E R T I U M** dicendum, quod (sicut Augustinus dicit in lib. de pœnitentia) Multos cacos, & in diverso tempore Dominus illuminauit, & multos debiles confortauit, ostendens in diauersis illis, eidem saepe peccata dimuti: ut quæ prius sanauit leprosum, alio tempore illuminet cecum. Ideo enim eos sanauit cacos, claudos, & aridos, ne desperaret de se peccator. Ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse: ut quilibet timeat iungi peccato. Medicum se vocat, & non sanis sed male habentibus oportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nescire curare? Medicorum est centies infirmum, centies curare: qui ceteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret.

A D Q V A R T U M dicendum, quod pœnitere est ante acta peccata deflere, & fenda non commitere, si licet simul dum flet, vel actu vel proposito. Ille enim est irrisor & non pœnitens, qui simul dum pœnitit agit quod pœnitit, vel proponit se facturum quod gesse, vel etiam actualiter peccat eodem vel alio genere peccati. Quod autem aliquis postea peccat, vel actu vel proposito, non excludit quin prima pœnitentia vera fuerit, nunquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequenter. Sicut enim vere curreat qui postea sedet: ita vere pœnitit qui postea peccat.

A D Q V I N T U M dicendum, quod baptismus habet virtutem ex passione Christi sicut quædam spiritualis generatio, cum spiritu cuius morte precedens vita. Statim est autem hominibus semel mori, & semel nasci. Et ideo semel natum debet homo baptizari. Sed pœnitentia habet virtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, q̄ frequenter iterari potest.

A D S E X T U M dicendum, quod secundum Aug. in lib. de pœnitentia, constat Deo mul tū desplicere peccata: qui semper presto est ea destruere, ne soluatur quod creauit, nec corrumpatur quod amauit. s. per desperationem.

Quæst.

Quæst. vigesima

sexta. De sacramento pœnitentiae secundum quod est virtus.



E I N D E considerandum est de pœnitentia secundum quod est virtus. Et circa hoc queruntur sex.

P R I M O. Vtrum pœnitentia sit virtus.

S E C V N D O. Vtrum sit virtus specialis.

T E R T I O. Sub qua specie virtutis continetur.

Q U A R T O. De subiecto eius.

Q V I N T O. De causa ipsius.

S E X T O. De ordine eius ad alias virtutes.

Articul. primus.

Vtrum pœnitentia sit virtus.



D P R I M U M sic proceditur. Videatur quod pœnitentia non sit virtus. Pœnitentia enim est quoddam sacramentum alicuius sacramentis connumeratum, ut ex supra dictis patet. Sed nullum aliud sacramentorum est virtus. Ergo nec pœnitentia est virtus.

P R A E T E R E A. Secundum philosophum. 4. Ethico. verecudia non est virtus: cum quia est passio habens corporalem immutationem, tum etiam, quia non est dispositio perfecti, cum sit de turpi actu, quod non habet locum in homine virtuoso. Sed similiter pœnitentia est quoddam passio habens corporalem immutationem. s. ploratum (sicut Grego dicit, quod pœnitere est peccata præterita plangere) est etiam de turpibus factis. s. de peccatis, quæ non habent locum in homine virtuoso. Ergo pœnitentia non est virtus.

P R A E T E R E A. Secundum Philo sophum. 4. Ethico. nullus est stultus, enrum quæ sunt secundum virtutem. Sed stultus videtur dolere de commissso præterito, quod non potest non esse, quod camen pertinet ad pœnitentiam. Ergo pœnitentia non est virtus.

S E C O N D U M est, quod præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit ciues facere virtuosos, ut dicuntur. 2. Ethico. Sed præcepit diuinus legislator secundum illud Matthei. 4. Pœnitentia agite, &c. Ergo pœnitentia est virtus.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut ex dictis patet, pœnitere, est de aliquo prius a se facto dolere. Dicitur est autem supra quod dolor vel tristitia duplice dicitur. Vno modo secundum quod est passio quædam appetitus sensu. Et quantum ad hoc, pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo secundum quod consistit in voluntate, & hoc modo est cum quadam electione. Quæ quidem, si sit recta, necesse est, quod sit actus virtutis. Dicitur enim. 2. Ethico. quod virtus est habitus electius secundum rationem rectam. Per hanc autem ad rationem rectam, ut aliquis doleat de quo dolendum est, & eo modo, & sine quo dolendum est. Quod quidem obseruatur in pœnitentia, de qua nunc loquimur. Nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis cum intentione remouendi ea. Vnde manifestum est, quod pœnitentia de qua nunc loquimur, vel est virtus vel actus virtutis.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod (sicut dictum est) in sacramento pœnitentiae materialiter se habent actus humani, quod non contingit in baptismo vel confirmatione. Et ideo cu[m] virtus sit principiu[m] alicuius actus, potius pœnitentia est virtus vel cum virtute, quam baptismus seu confirmatio.

A D S E C V N D U M dicendum, quod pœnitentia secundum quod est passio, non est virtus, ut dictum est. Sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam. Est ta

men

men virtus secundum quod habes ex parte voluntatis electionem rectam. Quod tamen magis potest dici de poenitentia quam de vere cundia. Nam verecundia respicit turpe factum ut præsens, pro quo timeret confundi: poenitentia vero ut præteritum. Est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in praesenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari. Non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis commiserit prius tarpia facta, de quibus oporteat eum penitire: cum ex virtuoso fuit aliquis virtuosus.

AD TERTIVM dicendum, quod dolere de eo quod prius factum est, cum intentione conandi ad hoc quod factum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intendit poenitens, sed dolor eius est di. pl. certa seu reprobatio facti præteriti, cum intentione remouendi sequellam ipsius. s. offensam Dei, & reatum pœnae. Et hoc non est stultum.

IN HOC arti. i. sunt duas conclusiones, iuxta duo membra unius distinctionis. Est igitur distinctione hæc, ut supra in questione præcedenti sepe dictū fuit. Pœnitere est dolere de aliquo prius à se facto. Et dolor capitur dupliciter. Vno modo secundum quod est paixio quædam appetitus sensu. Et tunc est prima conclusio. Si poenitentia sumatur pro illo dolore, qui est passio, poenitentia non est virtus. Probatur: quia passio non est virtus. Secundo modo accipitur dolor prout est in voluntate. Et tunc est secunda conclusio. Poenitentia sumpta pro dolore, qui est in voluntate, vel est virtus, vel actus virtutis. Probatur. Ille dolor est cum recta electione. Ergo est virtus vel actus virtutis. Consecutio bona est. Probo antecedens: quia pertinet ad rectam rationem, ut quis doleat, de quo dolendum est. At omnia hæc inueniuntur & obseruantur, in poenitentia, de qua nunc loquimur: quia poenitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis, cum intentione removendi ea. Ergo est virtus vel actus virtutis ipsa poenitentia. Secundo probatur in argumento in contra. Præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intentit facere ciues studiosos, ut dicitur in. 2. Ethicorum. Sed est præceptum legis diuinæ de poenitentia, ut constat ex illo Matth. 4. Poenitentiam agere, &c. Ergo poenitentia est virtus. H. c. S. Thomas.

HIC prius est notandum, quod in hac questione tractat doctor de poenitentia, ut est virtus, postquam in. q. præcedenti tractauit de poenitentia,

secundum quod est sacramentum. Et hæc questione proponitur, ut intelligatur, non ut dubitetur, vel non ideo quia dubitatur poenitentiam esse virtutem. Nam certum est, poenitentia virtutem esse: quia laudabile est dolere de erratis & corrigeri vita. SECUNDUM est notandum, quod hæc materia est theologia: ideo theologicæ procedendū est. Itaque prius absoluimus questiones ex Scriptura sacra si possibile sit, fin autem occurremus ad ecclesiam, quæ primam autoritatem habet post Scripturam sacram. Et si adhuc nobis hoc deficerit, ibimus ad doctores sanctos, qui in ecclesia summa sunt authoritatis, & deinde ad aliquas rationes naturales. Nam omnia sunt à Deo: cum signatum sit super nos lumen vultus eius, teste Psal. RESPONDENT VRIGITUR ad questionem, quod poenitentia est virtus. Hæc conclusio à Christianis semper fuit indubitate & certa. Probatur ex sacra Scriptura. Nā in utroque testamento semper laudatur poenitentia. Sed non laudatur, nisi honesta & studiosa. Ergo, &c. Antecedens patet. Nam in vet. test. Ezech. 18. dicit Dominus. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, vita viuet, & non morietur.

SECUNDUM. Fzech. etiam capit. 33. dicitur. Si autem dixeris impius morte morieris & egerit poenitentiam à peccato suo, feceris ergo iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinam reddiderit, in mandatis vita ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet & non morietur. Quod maius præconium poenitentiae. Et quæ maior laus, quam quod poenitentia deit vitam? TER TIO. Sapientia. ii. Dissimilans peccata hominū propter poenitentiam. Et ad hoc spectant, omnia quæ habentur de conversione peccatorū: qui vbiq; admonentur peccatores ad conversionem, admonetur ad poenitentiam. Baruc. 2. Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incertit curua, & infirma, & oculi deficiētes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & institiam Domino. PRÆTEREA. Psalm. 6. Laboravi in genitu meo, lauabo per singulas noctes lectura meū, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Vnde Augustinus. Ecce propheta sanctus laborat, lachrymatur, gemit. Vbiq; in lecto. Quantum? Rigat. Quandiu? Per singulas noctes. Ob vnam noctem in iniquitate contractam, vita totius laborem, lachrymasq; & gemitum designat.

ET in nouo testamento nihil frequentius. Matth. 3. & 4. Marci. 6. Lucæ. 5. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad poenitentiam. Et Lucæ. 17. Si frater tuus peccauerit in te, increpa illum. Et si poenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, poenitent me: dimitte illi. Et Lucæ. 15. Gaudium erit in cœlo, super uno peccatore poenitentiam agente. Et. 1. ad Corinth. 7. Et. 2. ad Timoth. 4. Gaudeo, quia contristati estis ad poenitentiam. Hieremiæ etiam. 18. Si poenitentiam egerit

egerit gens ista, agam & ego poenitentiam de malo, quod cogitavi, ut facere illi. Ex quibus omnibus constat, quod actus poenitentiae sit actus virtutis. EST tamen notandum, quod Scriptura raro loquitur de habitibus, aut nunquam: sed de actibus virtutum. Et in Scriptura sacra habetur, quod poenitentia sit actus virtutis. Ergo. Et conficiatur sic ratio. Consilia, & exhortationes, & præcepta dantur de actibus virtutum: quia hoc intendit legislator, inducere s. homines ad actus virtutum. Sed poenitentia laudatur in Scriptura; & præcipitur poenitere. Ergo est actus virtutis. Minor probatur testimonis adductis.

SECUNDUM probatur ex diffinitione virtutis, quam ponit Arist. 2. Ethic. Virtus est habitus electius, in mediocritate cōsistens, pro ut sapiens determinauerit. Sed poenitentia est huiusmodi. Ergo, &c. Probatur minor: quia peccator potest incidere in duo extrema. Vnum est desperatio: ut de Cayn, Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Alterum est presumptio. Sed hæc sunt duo extrema vitiosæ. Ergo oportet quod inter illa sit aliquid medium. Et non potest esse nisi poenitentia. Ergo, &c.

PRÆTEREA. Probatur ex alia diffinitione Arist. Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Sed poenitentia est huiusmodi. Ergo, &c.

PRÆTEREA. Si cuius rei prosequitio turpis est, fuga bona erit suapte natura. Pœnitentia ergo cum fuga peccati sit, honestissima est.

PRÆTEREA. Aliorum punire peccata, iure naturæ studiosum est. Quemq; igitur sua vindicare facinora, & quum & iustum est.

PRÆTEREA. Hominem in quem iniuste peccaris placare virtus est. Deo ergo, quem offendis, satisfacere, virtus est. Vnde sequitur quod hæreticum est dehortari homines, & renocare à dolore peccatorum suorum, & reprehendere poenitentiam. Probatur. Quia in Scriptura laudatur. Ergo dehortari homines ab hoc, hæreticum est. Non sine causa ego intuli hoc corollarium: quia hæritici nūc dehortantur à dolore peccatorum, ut patet de illuminatis, qui vocantur vulgo, de xados, & irrident dolentes de peccatis suis. Et etiam Lutherus dicebat, quod non requiritur poenitentia, sed satis est cessare à peccatis, & incipere rebene agere. Et Christiani deberent esse contenti cum hac probatione: quia frustra adhibentur aliae. Et hoc dicit Tertullianus in lib. de poenitentia, quod frustra laboramus querendo alias probationes post testimonia Scripturæ sacræ. Quid opus est, disputatione an poenitentia sit bona vel non la, si Dominus nos admonet ad poenitentiam, & laudat poenitentiam, & præcipit eam. Rectores qui docent orationem, vnum vitium dicunt esse, ut in re non dubia multis rationibus. Et ita nos incideremus in illud vitium, adducendo multas rationes, nisi essent hæritici.

SECUNDUM. Arist. 7. Ethicorum distinguens inter incontinentem, & intemperantem dicit, quod intemperans est, qui nō luctatur cum passionibus: sed est vitiosus à proposito, & facile succumbit passionibus. De quibus dicitur Proverbium. 1. Latantur cū male fecerint, & exultat in rebus pessimis. Incontinentis autem est, qui luctatur cum passionibus & tamen vincitur à passione, & postea pœnitit, & dolet. Et dicit rursus, quod intemperans est incurabilis, quia nō pœnitit: incontinentis autem est facile curabilis, quia pœnitit.

TER TIO. Arist. in. 3. Ethic. loquens de voluntario & involuntario dicit, quod ignorans agit quodammodo involuntarium. Et probat à signo: quia pœnitit post factum. Vnde constat, quod philosophi meminerunt poenitentiae, & de ea ali quid (& si parvū) dixerūt. Periander etiam Corinthius

laudibus poenitentiae vide Augustinum, qui sanctissime & doctissime loquitur de poenitentia in lib. de bono poenitentiae, ubi sic inquit. Nos vero pro nostris angustijs vnum inculcamus, bonum ac optimum esse, quod Deus præcipit. Audiam ex illo, de bono diuini præcepti disputare. Nec enim quia bonum est, ideo auctoritate debemus: sed quia Deus præcipit, ad exhibitionem obsequij properemus. Prior est maiestas diuinæ potestatis. Prior est auctoritas imperantis, quam utilitas seruientis. Bonum est pœnitere. At ille non præcipit tantum: sed hortatur, & inuitat præmio. Iurans etiam, viuo: cupiens credi sibi, quoniam causa Deus iurat. O miserrimos si nec iurati Deo credimus. Et dicit Augustinus Dominum iurasse, propter illud Ezechie. 33. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem impii: sed ut conuertatur impius à via sua, & viuat.

PRÆTEREA. Tertullianus in laudem poenitentiae multa dicit in libro de poenitentia. Et Cyprianus martyr in lib. de lapsis, multa etiam dicit in laudem ipsius poenitentiae. Pro hoc sunt concilia multa: v. Florentinum, & Tridentinum. Ecclesia etiam cantat: Deus qui culpa offendis & poenitentia placaris. Ergo conclusio est certa de fide.

SED contra conclusionem hanc arguo hoc modo. Philosophi qui multa de virtutibus cognoverunt, non meminerunt de poenitentia. Et auctoritas philosophorum est magna in hoc: quia Paulus dicit Romanorum. i. quod sunt inexcusabiles: quia cognoverunt ea, quæ erant necessaria ad salvitatem, & nō coluerunt Deum, sicut cognoverunt. SECUNDUM. Arist. Cicero, Macrobius, ergo, rūt accurate de virtutibus moralibus. Sed nil egereunt de poenitentia. Ergo poenitentia nō est virtus.

AD HOC dico, quod licet philosophi de poenitentia non fecerint magnam mentionem, minorunt tamen poenitentiae. Nam Seneca tragœdia octava, actu. 3. sic ait. Nam sera nūquam est ad bonos mores via. Quem pœnitet peccasse, pœna est innocens.

SECUNDUM. Arist. 7. Ethicorum distinguens inter incontinentem, & intemperantem dicit, quod intemperans est, qui nō luctatur cum passionibus: sed est vitiosus à proposito, & facile succumbit passionibus. De quibus dicitur Proverbium. 1. Latantur cū male fecerint, & exultat in rebus pessimis. Incontinentis autem est, qui luctatur cum passionibus & tamen vincitur à passione, & postea pœnitit, & dolet. Et dicit rursus, quod intemperans est incurabilis, quia nō pœnitit: incontinentis autem est facile curabilis, quia pœnitit.

TER TIO. Arist. in. 3. Ethic. loquens de voluntario & involuntario dicit, quod ignorans agit quodammodo involuntarium. Et probat à signo: quia pœnitit post factum. Vnde constat, quod philosophi meminerunt poenitentiae, & de ea ali quid (& si parvū) dixerūt. Periander etiam Corinthius

thius aiebat. Cū peccaueris, subeat te poenitentia. SED est pro hoc argumento exacte explicado aduertendum, quod poenitentia dicitur. Primum dicit dolorem de erratis præteritis. Secundo dicit resipäsentiam, id est, nouam vitam, seu propostum mutandi vitam præteritam, & incipiendi nouā. Tertio dicit, quod ille dolor de præteritis, & illud præpositum mutādi vitam, sit propter Deū, idest, ad hunc finem, vt places tibi Deum, & redas illum tibi propitium, & redeas in suam gratiam. Tum dico, quod philosophi habuerunt notitiam de primo, hoc est, de dolore peccatorum, sed non in tanto præcio, vt habendus est dolor peccatorum. Vnde parçē de illo loquuntur sunt. Et secundum hos non posuerunt aliquam speciem virtutem poenitentiam: quia (vt dicemus in articulo sequenti) ad dolendum solum de peccatis præteritis, sufficiebat virtus opposita: vt addolendum de iniustitia, sufficit iustitia, & ad solum dolendum de intemperantia, sufficit temperantia. SECUNDUM dico, quod philosophi pauca sunt de dolore peccatorum loquuti: quia non intellexerunt meritum & valorem illius doloris, seu fructum. Propter hanc ergo non annumerant poenitentiam inter virtutes.

DE secundo, (hoc est, de præposito mutandi vitam) philosophi magnam notitiam habuerunt. Sed propter illum actum nō opus erat ponere nouam virtutem: sed sufficiebant virtutes aliae. Quia si vita præterita erat intemperata, sufficiebat temperantia ad illud præpositum: & si fuerat iniusta, sufficiebat iustitia, & ita de alijs.

DE tertio autem, (id est, quod dolor de peccatis debet esse ad placandum Deum, vt redeas in gratiam suam) nullam, aut parvam notitiam habuerunt. Benigne cognoverunt, quod Deus irasceretur, & quod erat aliquo modo placabilis per sacrificia, non tamen ad illum finem, sed vt auerteret poenas temporales. Et cum finis poenitentia sit reprobatio Dei, philosophi non intellexerunt illum finem. Intellexerunt enim, quod placabatur Deus: sed duntaxat ad illum finem, vt mala evaderent, ne Deus iratus illa inferret. Vnde Ouid. in lib. de Ponto sic aiebat. Sæpe leuant poenas, ere etiā limina reddunt, Cum bene peccati poenitentia videtur. Nimirū si Christiani, qui cognoscunt illum finem, ponant specialem virtutem poenitentiam. Vnde constat ad argumentum, quod philosophi fecerunt mentionem de poenitentia: parvam tamen propter causas dictas.

DUBIUM vnicum. **V**BITA TVR (quia actus boni sunt in duplii differentia, sicut & mali: quidam enim sunt boni natura sua: vt dare elemosynā: alii sunt boni, nō natura sua, sed iure positio, sicut baptizare nō est bonum de iure naturali, sed est bonū, quia præceptū est) an dolere de peccatis sit bonū ex natura sua. Videtur quod nō: quia philosophi cognoverunt ius naturale, & quod est bonū iure naturali, est bonū natura sua. Philosophi

autē non cognoverūt poenitentiam, vt est virtus specialis inquantum est distincta ab alijs, secundum quod nos de illa loquimur. Ergo, &c.

AD HOC dico, quod poenitentia est bona iure naturali, & non solum quia præcepta est. Probatur. Quia (vt S. Tho. ait, prima secund. q. 9. art. 1. & 2.) bonitas & malitia actuum humanorum moralium sumitur ex obiecto. Necesarium est enim, vt malus actus habeat malum obiectum, & bonus bonum.

SECUNDUM. Est notandum illud, quod Arist. dicit, quod id quod in intellectu est negatio, & affirmatio: in voluntate est prosecutio & fuga. Et ideo si prosecutio est bona, fuga erit mala. Tum sic, conficio argumentationem. Poenitentia est fuga quedā, cum sit dolor & de malo obiecto, quia de peccato. Et illa fuga est de malo. Ergo poenitentia est virtus, natura sua. Consequentia patet: quia si fuga est de malo. Ergo necessariō est bona. Probatur: quia prosecutio illius est mala. Ergo, &c.

SECUNDUM. Arguitur sic. Punire peccatum, est bonum iure naturali. Hoc patet auctoritate philosophorum. Cicero. s. Rethorices &c. de invenzione, ponit vindicationem partem iustitiae. Ergo etiā bonū erit punire peccata propria. Hoc autē spectat ad poenitentiam. Ergo poenitentia est virtus. Hoc ipsi non intellexerunt: quia putabant, iustitiae vindicatiā, sub qua continetur, poenitentia, non se extendere, ad puniēdum peccata propria, sed solum aliena.

TERTIO. Arguitur hoc modo. Placare offensum hominem, est bonum de iure naturali. Ergo a fortiori placare Deum. Ergo poenitentia est de iure naturali primo.

SED circa hoc est aduertendum unum, quod tractauimus, cū de virtutibus moralibus tractaremus in. 3. sententiarum. Diximus enim, quod dato ita sit, vt aliqui actus, qui prius erāt indifferentes, & iure positio fiunt boni vel mali, non propterea sunt nouae virtutes, nec noua vita: sed constituit actus in specie virtutis, natura sua bona. Vt lex quæ iubet sacrificare, constituit sacrificium in esse religionis, & audire Missam, & celebra refesta, & abstinere a carnis, in specie temperantiae. Ex quo sequitur, qđ licet sint aliqui actus boni ex natura sua, alij autē iure positio omnis tamen virtus est bona sua natura. Actus enim boni iure positio ad eandem virtutē spectant, ad quam actus natura sua boni: sicut actus qui nūc propter aliquam circumstantiam, non spectat ad temperantiam (s. bibere vinum febricitante) remota illa circumstantia, quæ impediens, erit actus temperantiae. Ita etiā actus quā nūc non est temperantia, facta lege, est virtutis temperantiae. Non tamen sic est de habitibus, in quibus illa distinctio non habet locū: nō enim sunt aliqui habitus boni natura & alij iure positio boni, sicut diximus de actibus.

NOTA verba. S. Tho. in fine art. vbi dicit, quod poenitens assumit moderatum dolorem de peccatis,

peccatis præteritis cum intentione remouendi ea, pro illa questione, quæ solet tractari, an ad veniam poenitentiam sufficiat dolere de peccato, vel an requiratur propositum cauendi in futurum. Etiam S. Tho. dicit, quod requiritur intentio remouendi ea. Idem est ad. 3.

NOTA secundo, quod dicit S. Tho. ad. 1. quod materiale in poenitentia est actus humanus. scilicet confessio peccatorum cū dolore & detestatione ipsorum. Vbi nota, quod supra in. 1. art. questionis præcedentis tractauimus. s. pro quo accipiebatur poenitentia, an pro sola absolutione, & diximus, quod nō: nisi pro aggregato ex partibus, &c. Hoc hic. S. Th. cū dicit, quod est poenitentia cū virtute. Secundo diximus, quod vel accipiebatur pro materia, sicut alia artificata: ideo dicit. S. Th. qđ est virtus.

Artic. secundus.

Vtrū poenitentia sit specialis virtus.

DSECUNDVM sic proceditur. Videtur quod poenitentia non sit specialis virtus. Eiusdem enim rationis videatur esse gaudere de bonis prius actus, & dolere de malis perpetratis. Sed gaudium de bono prius facto, nō est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate proueniens, vt patet per Aug. 14. decimi. Dei, vñ de tib. Apostolus. 1. ad Cor. 13. dicit, quod charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Ergo par ratione nec poenitentia, que est dolor de peccatis præteritis, est specialis virtus, sed est quidam affectus ex charitate proueniens.

PRÆTEREA. Quælibet virtus specialis habet materiam specialem: quia habitus distingueatur per actus, & actus per obiecta. Sed poenitentia non habet materiam specialem: sunt enim eius materia peccata præterita circa quancunq; materiam. Ergo poenitentia non est specialis virtus.

PRÆTEREA. Nihil expellitur nisi a suo contrario. Sed poenitentia expellit omnia peccata. Ergo contrariatur omnibus peccatis. Non ergo est specialis virtus.

SED CONTRA. A est, quod de eada-

tur speciale legi præceptū, vt supra habitus est R. E S P O N D E O dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est) species habitū distinguuntur secundum species aetuum.

Et ideo ubi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialē habitum virtutis. Manifestū est autem quod in paenitentia specialis ratio actus laudabilis. s. operari ad destructionem peccati præteriti inquantio est Dei offensa: quod non pertinet ad rationē alterius virtutis. Unde necesse est ponere, quod poenitentia est specialis virtus.

AD primū ergo dicendum, quod à charitate deriuatur aliquis actus dupliciter. Vno modo sicut ab ea elicitus. Et talis actus virtuosus non requirit aliam virtutem preter charitatem: sicut diligere bonū, gaudere de eo, & tristari de opposito. Alio modo aliquis actus à charitate procedit, quasi à charitate imperatus. Et sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (vt pote ordinans eas ad finem suū) actus à charitate procedēs potest etiam ad aliam specialem virtutē pertinere. Si ergo in actu paenitentis consideretur sola disiplēria peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet: sicut & gaudere de bonis præteritis. Sed intentio operādi ad deletionem peccati præteriti requirit specialē virtutē sub charitate. A D secundum dicendum, quod poenitentia habet quidē realiter generale materia, inquantū respicit omnia peccata: sed tamen sub ratione speciali, inquantū. s. sunt emēdabilia per actus hominis cooperatis Deo ad suā iustificationē.

AD tertium dicendum, quod quelibet virtus specialis formaliter expellit habitum virtutē oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab oculō subiecto. Sed poenitentia expellit omne peccatum effectu: inquantū operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante. Vnde non sequitur quod sit virtus generalis.

INHO C. 2. articulo est vna cōclusio, quæ sic habet. Poenitentia est specialis virtus. Probatur. De poenitentia datur in euangelio speciala præceptum. Ergo est specialis virtus. Probatur consequen-

consequentia: quia præcepta solū dantur de actibus virtutum.

S E C V N D O. Vbicunque est aliquis specialis actus laudabilis: ibi est ponendus specialis habitus virtutis. At in poenitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis, nempe, operari ad destructionem peccati præteriti, inquantu est Dei offensæ, quod ad nullā aliā virtutem pertinet. Ergo poenitentia est specialis virtus. Hæc. S. Tho.

N O T A prius, quod de hoc fuerunt opiniones: ut refert. S. Tho. in. 4.d.14.ar.1.q.3. & Bonaventura eadem d.q.2. Vbi dicunt, quod quidā ex antiquis tenuerunt, poenitentiam esse virtutem generalē, idest, non esse distinctam ab alijs virtutibus: sed incidit cum omnibus virtutibus quia temperantia aliquando est poenitentia, & sic de alijs virtutibus: ita quod nunquam est poenitentia, quin sit aliqua aliarum virtutum. Quemadmodum disputant doctores de iustitia legali (quam vocat Arist. iustitiā legitimam) an sit virtus distincta ab alijs. S. Tho. & aliqui alij dicunt quod ita: alij autem dicunt quod non, sed quod aliquando incidit cum omnibus alijs virtutibus. Et ita dicunt de poenitentia. Et si hoc est verum merito philosophi nō meminerunt poenitentia: quia incidit cum alijs virtutibus.

E T probant hanc opinionem: quia principalis actus poenitentia, est dolor de peccatis, cum proposito non peccandi. Sed hoc sufficenter fit per alias virtutes: quia si quis contra temperantiam peccat, eadem virtus inclinat illum ad dolendum. Iste enim actus, doleo quia inebriatus sum, est actus temperantia. Eadem enim virtus temperantia inclinat hominem ad temperate vivendum & addolorem intemperantia. Et ita dicunt de alijs virtutibus: quia cum aliquis incidit in aliquod vitium: eadē virtus opposita inclinat eum ad dolendum de illo vitio tali virtuti opposito. Hanc opinionem videtur sequi doctor subtilis in. 4.d.14.q.1. & 2. vbi ponit quatuor actus poenitentia. Quorum alter est vele punire peccatum: quia cum quis sentit se peccatorē, vult punire seipsum, inquantum minister Dei: quia est dignus ut Deus puniat illum, volo ego facere iuxta illud Pauli. Si nosmet ipsos iudicaremus nō vtique iudicaremur. i. ad Corin.ii. Et hunc actū dicit pertinere ad iustitiam vindicatiū, quā philosophi vocant vindicationem, per quam puniuntur peccata: vt ait Cice. & Andronicus: quia spectat ad eandem virtutem per quam iudex puniit hominem. Sicut enim in prætore & in magistratu punire peccatum spectat ad iustitiam vindicatiū, sic etiam punire peccata propria.

S E C V N D O. actus poenitentia (inquit) est nolo peccasse, vel dolere de peccatis: & ita disputamus de poenitentia. Et dicit Scotus, quod non spectat ad aliquam virtutem specialē: sed est virtus generalis. Aliquando enim est temperantia, aliquando iustitia. Secundum quod dōlet de

vicio oppositō temperantie, erit temperantia: & secundum quod dolet de vicio oppositō iustitiae, erit iustitia.

T E R T I O. actus est vele acceptare poenitentiam & subire poenam. Et dicit, quod nechac ratione oportet ponere poenitentiam virtutem specialē: quia si volo acceptare amorem Dei, pertinet ad charitatem, si spe vita eterna, pertinet ad spem, & ita de alijs virtutibus.

Q U A R T U S actus est patienter ferre punitionem, & iste actus manifeste spectat ad virtutem patientiae: vnde non oportet ponere illā virtutē specialem. Et quantum ad secundum actum principiū, dicit quod non est specialis virtus. Idē dicit Maior in. 4.d.14.q.2. dubio. i. ita quod quantum ad dolorem coincidit cum opinione quam reprobat. S. Thom. & Bonaventura. Et Ioannes Metinensis in codice de poenitentia. q.1. dicit quod prædicta sententia est probabilis.

C O N T R A hanc opinionem ponitur conclusio. Poenitentia non est virtus generalis, idest, nō coincidit cum alijs virtutibus. Et pro declaracione huius questionis, oportet prius constituere, quis est actus poenitentia: quia habitus per actus cognoscitur, & cognito actu poenitentia cognoscimus habitum. Et licet non haberemus aliquid in Scriptura sacra, possemus naturaliter attingere: quia inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt cognoscuntur. Et actus poenitentia in generali, nihil aliud est, quam emendare nos à peccatis contra Deum commissis, vel est reconciliare nobis Deum, vt sit nobis propitius. Vnde omnes conueniunt, quod cōuersio ad Deum spectat ad poenitentiam peccatorum.

S E C V N D O. Est notandum, quod ad poenitentiam requiritur, quod frant omnia necessaria ad reconciliandum nobis Deum. Quid autem requiratur, ad reconciliandum nobis Deum, possimus coniucere ex naturalibus. Illud enim quod requiritur ad placandum hominem, requiritur ad placandum Deum: quia non est Deus peioris conditionis. Et ad placandum hominem, prius requiritur, quod peccator cōfiteatur peccasse & male fecisse. Secundo. Quod doleat de illo peccato eo quod fuerit contra illum commissum. Et probatur. Quia si peccator dicat illi cōtra quem peccavit, doleo quia feci contra iustitiam: non autem quia læsi tē, aut quia tibi feci iniuriam, non esset recōciliatio. Ergo requiritur, vt peccator doleat, eo quia offendit alterum, vt recōcilietur illi. Tercio. Requiritur, quod satisficiat ille peccator aliqua poena. Probatur hoc: quia leges ita dicunt. Quando aliquis percussit alium: iubet iudex, vt det illi pecuniam, aut aliud bonum temporale. Quarto. Requiritur propositum non faciēdiamplius. Hec ergo requiriūtur de lege naturali, sc̄et non haboremus alias leges, ad reconciliandum nobis hominem offensum, cui iniuria fecimus. E O D E M modo, hæc quatuor requiriūtur ad placandum

placandum nobis Deum quem offendimus. Prius requiritur, quod cōgnoscant peccatores peccata sua. Secundo quod doleant de peccatis, eo quia cōtra Deum sunt commissi, vel quia sunt offensæ Dei, & ad placandum, vel reconciliandum sibi Deum. Tertio. Requiritur, quod satisfaciant ipsi peccatores aliqua poena. Quarto, quod habeant propositum non faciendi amplius.

H O C supposito, probo conclusionem nostram, quæ est. S. Tho. hic, & arguitur contra oppositam. Prius. Habitum non se extendit ultra suum obiectum: vt philosophia ultra ens mobile. Potentia non se extendit ultra suum obiectum: vt potētia visiva non se extendit ultra colorē. Sed Deus est obiectum requisitum ad actum poenitentia, & ille non potest esse obiectum temperantia, & alias virtutum: quia fortitudo non se extendit ultra pericula mortis, & hoc non sufficit ad poenitentiam: sed oportet aliud addere. Ergo non coincidit cum alijs.

S E C V N D O. Arguitur hoc modo: (& est argumentum Vasolis. Aliquod vitium est, quod contrariatur poenitentia, quod non contrariatur cōcūque alteri virtuti. Ergo poenitentia non coincidit cum omnibus alijs. Antecedens probatur. Ex his actibus, nolo poenitere propter Deum, generabitur aliquis habitus. Et ille non contrariatur temperantia, nec iustitia: sed est impenitentia, est quadam obstinatio positiva, quod non vult poenitere. Ille igitur habitus, cui virtuti opponeretur? Non iustitia, nec temperantia: quia nulli earum contrariatur. Si dicas quod est unum vitium generale, quod nulli virtuti contrariatur, omnibus esset mirabile, & merito.

E T confirmatur. De illo peccato. s. nolo poenitere, per quam virtutem dolebit: Non per temperantiam, nec per fidem, nec per aliam virtutem nisi per poenitentiam. Ergo poenitentia est specialis virtus, & non generalis.

T E R T I O. Non oportet, quod dolor de peccatis semper habeat pro materia, materiam alicuius virtutis particularis, vel alicuius particularis: sed sufficit ad contritionē dolere de omnibus peccatis, & proponere cōfiteri peccata distincte, esto sint peccata diuersarum specierum. Ergo poenitentia non coincidit cum omnibus alijs virtutibus. Antecedens probatur: quia hic actus, doleo de omnibus peccatis meis, in generali, cum proposito cōfiteri distincte omnia peccata, est actus poenitentia. Et non habet materiam alicuius virtutis particularis. Ergo.

Q U A R T U S. Si quem heresis sive poeniteat, & compensem offensa Deo facta, actus virtutis est. Sed non est actus fidei: quia fides est in intellectu, & non inclinat ad dolendum: quia dolor est actus appetitus. Nec est actus alicuius alterius virtutis. Ergo est poenitentia, quæ est specialis virtus. Ideo relinquimus illam opinionem, tanquam minus probabile: nec est opinio communis.

C O N C L V S I O igitur. S. Tho. hic, quod potest intentia est virtus specialis, est vera. Et idem dicit in. 4.d.14. quest. 1. artic. 1. quest. 5. & dist. 15. quest. 4. artic. 7. q. 1. ad. 2. Idem dicit diuīs Bonavent. in 4.d.14.q.2. Idem Durād. in 4.d.14. quest. 1. Idem Marsilius, q. 10. in. 4. Idem Almain in. 4.d.14. q. 2. probatur argumentis factis contra alios.

A D argumentum pro alia opinione. s. quia addolendum de peccatis sufficiunt aliae virtutes, dico quod sufficiunt ad dolendum simpliciter: sed non ad dolendum de peccatis, secundū quod sunt offensæ Dei, idest, hoc fine, vt recompensentur offensæ in Deum commissæ: & reconcilietur Deus offensus peccatori offendenti.

S E C V N D O. dubitatur, si poenitentia est virtus specia Dubium lis, an incidat in virtutem aliquam particula- vnicum, rem earum, quas philosophi posuerāt, vel an ita sit specialis, quod est una specie distincta, ab omnibus alijs, quas philosophi posuere, nempe, a temperantia, iustitia, & alijs.

A D H O C Durand. in 4.d.14.q.2. dicit, quod poenitentia non distinguunt ab omnibus virtutibus, quas posuerunt philosophi, sed est eadem cum iustitia. Probat: quia per eandem virtutem reddimus vnicuique debitum, & illi satisfacimus pro illata iniuria. Sed per iustitiam vnicuique redditum debita, siue debitum sitione beneficij accepti, siue ratione iniuria. Ergo per illam satisfacimus.

S E C V N D O. Quia iniuriam factam ad ius, aequalitatemque reducere, est actus iustitia. Sed hoc fit per poenitentiam. Ergo poenitentia est iustitia.

T E R T I O. Vindicatio est species iustitiae. Ergo & poenitentia. Antecedens concedit. S. Tho. hic art. 3. ad. 4. Eandem opinionem tenet Marsilius in 4.q.10. & Almain d. 14.q.2.

E G O vero contra hanc opinionem pono istam conclusionem. Poenitentia non est iustitia particularis. Hec est. S. Tho. hic. Probatur prius. Inter Deum & homines nō est iustum simpliciter, sed secundū quid: vt. S. Tho. dicit artic. 3. sequenti, ex Aristo. 8. Ethic. Ergo cum poenitentia sit virtus inter Deum & hominem, non reddit iustum, nisi secundū quid. Non igitur est virtus iustitia, quæ reddit aequalē.

S E C V N D O. In poenitentia includitur ipse Deus, in obiecto. s. eiūdem poenitentia, in obiecto autem iustitia non includitur Deus. Ergo poenitentia nō est iustitia: quia habet distincta obiecta. Antecedens patet: quia obiectū est solum reddere debitum alteri, idest, reddere vnicuique quod suū est, in quo non includitur ipse Deus. Ergo poenitentia non est iustitia.

T E R T I O (vt diximus in priori argumento) iustitia dicit duo, primum est reddere debitum: secundū est reddere aequalē. At Deo nec possumus reddere aequalē, nec satisfacere: quia illud quod fit in poenitentia nō est propriæ satisfactio, sed ex

sed ex misericordia Dei acceptatur, quia (vt diximus) non est vera iustitia inter homines & Deum. Si enim possemus de iustitia, satisfacere proprio Deo, possemus habere primam gratiam ex nobis, de condigno: quia apud homines potest quis tantum facere, quod aliis offensus teneatur redire in gratiam eius, & acceptare satisfactio- nem. Dijis enim & parentibus non possumus redere aequale. Solus namque Christus, potuit, quia Deus. Si autem Deus non fuisset, plane non posset, etiam cum tota illa gratia infinita, quam habebat. Ideo relinquamus sententiam Durand.

Q. V A R T O. Religio reddit debitum Deo. Et tamen non est iustitia, sed virtus ab illa distincta. Ergo non quicunque virtus reddit Deo debitum & iustitiam.

P O N I T Duran. vnam aliam conclusionem negatiuam. s. Poenitentia non est virtus principia- lis aliqua distincta ab omnibus alijs, quas posuerunt philosophi. Probatur. Quia nulla virtus pri- cipalis presupponit vitium, ante suam operatio- nem. Nam sic non posset aliquis perfecte esse stu- diosus, nisi prius esset peccator, quod videtur ab- furdum. Et idem dicit Marsilius in. 4. q. 10.

E G O autem cum S. Tho. hic pono conclusionem. Poenitentia est vna virtus distincta specie ab omni- bus alijs, quas posuerunt philosophi. Probatur ratione. S. Tho. prius. Habitus distinguntur per actus, sicut actus per obiecta. In actu autem poenitentia includitur ipse Deus, qui est obiectum prius, & non obiectum temperantiae, nec iustitiae. Er- go poenitentia est distincta ab omnibus alijs.

S E C V N D O. Poenitentia habet actum, qui non spectat ad aliquam aliam virtutem, ex his quas posuerunt philosophi. Ergo est distincta. Pro- batur antecedens, de hoc actu, qui est reconciliatio Dei & de isto. s. recōpensatio peccati, vel destru- ctio peccati, eo vel quatenus est offensa Dei.

E T ad argumentum Dur. respondet Petrus Pa- lin. in. 4. d. 1. 4. q. 2. negando antecedens. s. quod nulla virtus presupponit vitium: quia illud non dicit Arist. ne calius philosophus.

E T ad confirmationem negatur, quod non possit aliquis esse perfecte bonus, nisi prius fuerit vitio- sus: quia non oportet, quod quis habeat omnes vir- tutes, ad hoc quod sit perfecte studiosus. Immo (ceteris paribus) carere virtute poenitentiae, melius est, quam habere. Sicut melior est pauper si- ne magnificencia, quam dives cum illa. Sicut etia Christus non habuit fidem, nec spem, nec poenitentiam, sed aliquid melius. s. visionem beatificam. Quānis Caiet. dicit quod conuinxit intellectum eius.

P R A E T E R E A. Quod virtus nulla sit, que supponat peccatum praeuisse in eodem subiecto ad suum actum, non est condicio requisita ad vir- tutem necessaria: quia Aristotele numerum posuit illam: sed dicit, quod virtus est circa bonum diffi- cile, & quod prompte & delectabiliter operetur,

propter bonum finem.

P R A E T E R E A. Sunt ad hoc exempla dear- te medica, quae presupponit morbum in subiecto circa quod debet habere operationem: tamen non propterea laudabilis non est. Iustitia etiam vin- dicativa non habet opus: nisi sint malefactores, tamen non propterea eius laus desperditur atque honestas.

S E D arguitur hoc modo pro Duran. quia si poenitentia est virtus specialis, & ad suum actum re- quiritur, quod praeuerit peccatum. Ergo quanto alius plus peccaret, & poenitentia esset triplior, ratione poenitentiae augmentata. Ut si sint duo quorum alter semel peccauit, & fecit poenitentiam, postea autem semper bene operatur. Alter vero multoties peccat, multotiesq; poenitet, sequere- tur, quod secundus est melior.

A D H O C aliqui dicunt, quod vera poenitentia est infusa. Acquisita autem vera poenitentia non est, & non possumus dolere sine auxilio domini. Et secundum hoc, nego consequentiam: quia licet ille, qui sepe peccat, & sepe poenitet, habeat cum peccato habitum acquisitum: non tamen ha- bet habitum infusum, qui requiritur ad veram poenitentiam. Et quod est sine peccato, esto habeat habitum infusum, non tam in intensiore, quia habitus infusus non intenditur per actus nostros, nisi solum in meritorie, &c.

S E D ego simpliciter etiam tenendo, quod habi- tus acquisitus est vera poenitentia, nego consequen- tiā: quia licet ille, qui sepe peccat & sepe poenitet, habeat intensiorem poenitentiam in virtutem, alijs qui raro peccat, habet alias multas virtutes intensiores, quas non habet iste, maiorens. s. fidē, spem, &c. Solū sequitur, quod in isto augetur alijs virtus, quae non augetur in alio.

S E D C O N T R A. Si poenitentia est virtus distincta ab omnibus alijs. Ergo diminutus fuit S. Tho. qui cum in secunda. 2. tractaret de omni- bus speciebus virtutum, & de virtutibus adiun- tis, nunquam posuit poenitentiam. Ergo poenitentia non est distincta virtus, quia alias ponere illam: aut fuit diminutus in secunda. 2. Maxime, cum hic ar. 3. sequenti & in. 4. dicat, quod poenitentia est virtus cōtentia sub iustitia, vel quod est pars iustitiae. Diminutus igitur fuit in Secunda. 2.

A D H O C dico, quod: S. Tho. forsitan in secun- da. 2. hanc non posuit virtutem: quia hoc nomen poenitentia forte non significat in Scriptura & apud Latinos habitum sed actu. Sicut comedere dicit actu temperantiae & non habitum.

E T probatur: quia in Scriptura, ubi dicitur poenitentiam agere, non accipitur pro habitu, sed pro actu, & ita in alijs locis.

P R A E T E R E A. In praecedenti articulo. 1. que- rit. S. Tho. an poenitentia sit virtus, & respōdet, quod est virtus, vel actu virtutis. Ergo poenitentia propriè significat actu. Forte quod propterea S. Thom. non egit in secunda. 2. de poenitentia:

quia

quia illic agebat de habitibus studiosis, & poeni- tentia videtur, quod dicat solum actum.

S E C V N D O dico, quod esto poenitentia ha- bitū dicat, non egit. S. Tho. in secunda. 2. quia egit de iustitia vindicativa, sub qua continetur poenitentia, referuauitq; ea, ad agendum de illa in particu- lari pro isto loco. Ideo satis fuit ponere in secunda. 2. genus sub alterū, & hic specie specialissimam.

P R O P T E R rationes quas Dur. faciebat pro sua opinione, dominus Caiet. hic in suis commē- tariorū dicit, quod poenitentia est virtus specialis: sed non distincta ab omnibus quas posuerūt phi- losophi, est enim eadem cū religione, qua est vir- tus moralis: per quam reddimus Deo debitū cul- tum, & poenitentia est vnu actus religionis, ita quod religio extendit se ad actus poenitentiae. Et per hoc putat ipse, quod euadit argumenta, quae facimus contra alios: quia in obiecto religionis includitur Deus. Et probat hoc, prius per argumen- ta Durandi: quia dicit, quod conuinxit intel- lectum eius. Reputat enim magnum inconve- niens, quod nullus possit perfecte esse studiosus, nisi prius sit vitiosus: quia non potest habere poenitentiam virtutem, nisi prius peccauerit. Et sic semper carebit vna virtute, nisi peccet, quod vide- tur mirabile.

S E C V N D O. Probat. Quia sequeretur, quod aliquis esset melior Christo secundum quid, cum habeat aliquam virtutem quā non habuit Christus. Quod est inconveniens: quia Christus fuit perfectissimus, & non habuit poenitentiam. Er- go purus homo qui habet poenitentiam, est me- lior, quantum ad poenitentiam: quia habet virtu- tem, quam non habuit Christus.

T E R T I O. Non est eiusdem virtutis, reddere debitum honorem Principi, & ipsius offensam co- pèsare. Nam reddere Principi debitum honore, spectat ad obseruantiam: compensare autem offensam in eum factam, est iustitia. Ergo non est eiusdem virtutis, Deum colere, & offensis in eū admisisse satisfacere. Ergo dicendum est, quod poenitentia est ita specialis virtus, quod est principia- lis distincta ab omnibus alijs, quas cognoverunt philosophi: cuius proprius actus est compensare offensas Dei.

A D arguitur omnia facile respondebis ex di- tis. Et ad illud, quod erat pro illa opinione, quae dicebat, poenitentiam esse generalem virtutem, & ad ultimum argumentum Caiet. concedo, quod inter puros homines vna virtus sufficit, ad reddē dum debitū, & ad satisfaciendū pro offensis: quia possumus reddere aequale: sed non in ordine ad Deū. Vel negetur antecedens: quia etiam est alia ratio. s. in recōpensationem offensa: vt diximus.

tur à S. Tho. sub iustitia vindicativa. Sed iustitia vindicativa diuiditur contra religionē. Ergo poenitentia non potest esse sub religione. Et in. 4. d. 15. q. 4. ar. 7. q. 1. ad. 2. dicit. S. Tho. expresse, quod re- ligio & poenitentia sunt distinctæ & diversæ vir- tutes: vt diximus (inquit. S. Tho.) in praecedenti distinctione. Putat. S. Tho. se dixisse in praecedenti distinc- ti dist. (per hoc quod dicit, in praecedenti distinc- tione diximus) quod poenitentia continetur sub iustitia: licet ita expresse non dixisset. Ergo opinio Caiet. est contra. S. Tho.

D I C O igitur, quod hæc opinio Caiet. est proba- bilis. Sed probabilis est, & ita teneo, quod poenitentia est virtus distincta à religione, & ab omni- bus alijs quas posuerunt philosophi, & à theo- logicis. Hæc probatur sufficienter illis argumen- tis, quibus probauimus supra, quod non erat vir- tus generalis: quia habet obiectum formale di- stinctum ab obiectis aliarum. Ergo, &c.

S E C V N D O. Religio non reddit Deo quodcumque debitum: sed honorem & cultum. At poenitentia per se quidem intendit compensare iniuriam Deo factam. Ergo finis proximus poenitentiae non est reddere honorem, & cultum Deo. Ergo poenitentia non est religio: quia proximus & imme- diatus finis religionis est, reddere Deo debitum honorem & cultum.

T E R T I O. Non est eiusdem virtutis, reddere debitum honorem Principi, & ipsius offensam co- pèsare. Nam reddere Principi debitum honore, spectat ad obseruantiam: compensare autem offensam in eum factam, est iustitia. Ergo non est eiusdem virtutis, Deum colere, & offensis in eū admisisse satisfacere. Ergo dicendum est, quod poenitentia est ita specialis virtus, quod est principia- lis distincta ab omnibus alijs, quas cognoverunt philosophi: cuius proprius actus est compensare offensas Dei.

A D arguitur omnia facile respondebis ex di- tis. Et ad illud, quod erat pro illa opinione, quae dicebat, poenitentiam esse generalem virtutem, & ad ultimum argumentum Caiet. concedo, quod inter puros homines vna virtus sufficit, ad reddē dum debitū, & ad satisfaciendū pro offensis: quia possumus reddere aequale: sed non in ordine ad Deū. Vel negetur antecedens: quia etiam est alia ratio. s. in recōpensationem offensa: vt diximus.

Articulus tertius.

Vrum virtus poenitentiae sit species iustitiae.

D T E R T I V M sic pro- cedetur. Videtur quod virtus poenitentiae non sit species iustitiae. Iustitia enim non est virtus theo- logica

logica, sed moralis: ut in secunda parte pacet. Pœnitentia autem videtur esse virtus theologia: quia habet Deum pro obiecto, satis facie enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorē. Ergo videtur quod pœnitentia non sit species iustitiae.

P R A E T E R E A. Iustitia, cum sit virtus moralis, consistit in medio. Sed pœnitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu: secundum illud Hier. 5. Luctu unigeniti fac tibi, planctum amarum. Ergo pœnitentia non est species iustitiae.

P R A E T E R E A. Dua sunt species iustitiae (ut dicitur in s. Ethi). scilicet distributiva, & commutativa. Sed sub neutraliter videatur pœnitentia contineri. Ergo videtur quod pœnitentia non sit species iustitiae.

P R A E T E R E A. Super illud Lucæ 6. Beati qui nunc flent, dicte glosa. Ecce prudenter, qua ostenditur, quam hæc terrena sine misera, & quam beata cælestia. Sed flere est actus pœnitentia. Ergo pœnitentia magis est species prudentiae, quam iustitiae.

S E D C O N T R A est, quod Augustinus dicit in lib. de pœnitentia. Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commississe. Sed vindicta facere pertinet ad iustitiam: unde Tullius in sua rethorica ponit vindicatiā unam speciem iustitiae. Ergo videtur quod pœnitentia sit species iustitiae.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sic ut supra dictum est) pœnitentia non habet, quod sit virtus specialis, ex hoc solo quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo quod pœnitens dolet de peccato commisso, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem of sens & contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ: sed exigitur ulterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissum, sicut & retributio: nisi quod recompensatio est ex parte eius qui offendit (ut puta cù satisfactione) retributio autem est, ex parte eius in quem est offensa com-

missa. Utrunque autem ad materiam iustitiae pertinet: quia verūque est commutatio quædam. Unde manifestum est, quod pœnitentia secundum quod est virtus, est pars iustitiae. **S C I E N D V M** tamen est, quod secundum dumphilosophum in s. Ethi, dupliceiter dicitur iustum. scilicet simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidem iustum, est inter æquales: eo quod iustitia est æqualitas quædā. Quod ipse vocat iustum politicū, vel ciuite, eo quod oëscives æquales sunt, quætū ad hoc quod immediate sit sub Principe, sicut liberi existentes. **I V S T V M** autem secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorū unus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino, filius sub patre, uxor sub viro. Et tale iustum consideratur in pœnitentia. Unde pœnitens recurrit ad Deum cum emendationis proposito, sicut seruus ad dominum: secundum illud Psal. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Et sicut filius ad patrem secundum illud Luce. 15. Pater, peccavi in cælum & coram te. Et sicut uxor ad virum: secundum illud Hier. 3. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod (sic ut supra dictum est) pœnitentia non habet, quod sit virtus ad alterum. Ille autem ad quem est iustitia, nō dicitur esse materia iustitiae: sed magis res quæ distribuuntur, vel commutantur. Unde & materia pœnitentiae non est Deus, sed actus humani quibus Deus offenditur vel placatur: sed Deus se habet, sicut ille ad quem est iustitia. Ex quo patet, quod pœnitentia non est virtus theologica: quia non habet Deum pro obiecto vel materia.

A D S E C V N D V M dicendum, quod mediū iustitiae est æqualitas, quæ constituitur inter illos, inter quos est iustitia: ut dicitur in s. Ethi. In quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrem & filium, inter

Deum

Deum & hominem, ut philosophus dicit in s. Ethi. Unde in talibus, ille qui est deficiens, debet facere quicquid potest. Nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter: sed solum secundum acceptationem superiorum. Et hoc significatur per excessum, qui attribuitur pœnitentia.

A D T E R T I V M dicendum, quod sicut est commutatio quædā in beneficijs (cū s. aliquis pro beneficio recepto gratia repedit) ita etiam est commutatio in offensis: cum alius quis pro offensa in alterum commissa, vel iniurias punitur, quod pertinet ad vindicatiā iustitiam: vel voluntarie recompensat emenda quod pertinet ad pœnitentiā, quæ respicit personam peccatoris, sicut iustitia & vindicatiā persona iudicij. Unde manifestum est, quod & trahe sub iustitia commutativa continetur.

A D Q U A R T U M dicendum, quod pœnitentia, licet sit directe species iustitiae, comprehendit tamen quodammodo ea quæ pertinent ad omnes virtutes. Inquantum enim est quædam iustitia hominis ad Deum, oportet quod participet ea quæ sunt virtutum theologicarum: quæ habent Deum pro obiecto. Unde pœnitentia est cum fide passionis Christi, per quam iustificamur à peccatis: & cum speraveri: & cum odio vitorum, quod pertinet ad charitatem. Inquantum vero est virtus moralis, participat aliquid prudentiae: quæ est directiva omnium moralium virtutum. Sed ex ipsa ratione iustitia nō solum habet id quod iustitia est, sed etiam ea quæ sunt temperantia, & fortitudinis: inquantum s. ea quæ delectationem causant, ad temperantiam pertinet, vel terrorum inquietant, quem fortitudo moderatur, in communionem iustitia veniunt. Et secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstineri à delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam, & sustinere, dura quod pertinet ad fortitudinem.

I N H O C articulo tertio sunt duas conclusio nes: quarum prima est. Pœnitentia est pars iustitiae, secundum quod est virtus. Hac probatur prius testimonio diuini Aug. qui in libro de pœnitentia sicut. Pœnitentia est quædam dolentis vindicatiā.

Ita, semper putiens in se quod dolet commississe. At vindictam facere, pertinet ad iustitiam. Probatur, quia Tullius ponit in sua rethorica vindicatiā unam speciem iustitiae. Ergo pœnitentia est species iustitiae.

S E C V N D O probatur. Pœnitentia habet quod sit virtus specialis ex eo quod pœnitens dolet de peccato commissio, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Sed emendatio offensæ contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ, sed ulteriori exigitur quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis. At hoc pertinet ad materiam iustitiae. Ergo pœnitentia pertinet ad materiam iustitiae.

S E C V N D A conclusio est. Pœnitentia nō est propriæ iustitiae species. Probatur ex Aris. in Eth. Iustitia propriæ dicta, est solum inter æquales. At pœnitentia est inter Deum & homines, qui non sunt æquales. Ergo pœnitentia nō est propriæ pars iustitiae: sed quia est ad alterum (ut dictum est) nimium conuenit cum iustitia, ideoq; potius est pars iustitiae quam alterius virtutis. Hæc. S. Tho. Et idem dicit in 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 5.

V N D E sequitur, quod propriæ loquendo, pœnitentia nō est pars subiectiva iustitiae, ita quod absolute sit verū dicere, pœnitentia est iustitia: sed est virtus ad iustitiam pertinens. i. quæ magis conuenit cum iustitia, quam cum aliqua alia, ut religio & similes. De quibus virtutibus (s. quæ adiunguntur alijs) egit S. Tho. sec. 2. q. 50. vbi has virtutes quæ reducuntur ad alias, vocat partes potentiales illius virtutis cum qua conueniunt vel ad quæ reducuntur. Et ita ibidem vocat. S. Tho. religionem partem potentiale iustitiae: & ita etiam vocanda est pœnitentia, eo quod continetur sub potentia iustitiae. Sed non habet totam rationem iustitiae: quia nō reddit æquale, nec est inter æquales: est tamen ad alterum, sicut religio & omnes quæ sunt in ordinis ad Deum, sunt ad alterum. Et in hoc conueniunt cum iustitia. Sed differunt à iustitia: quia non reddit æquale, deficit enim à ratione æqualitatis, quæ est de ratione iustitiae propriæ dictæ. Vide primū argumentum. S. Tho.

C I R C A quod primum argumentum dubium tatur, an pœnitentia sit virtus theologica, primum. vel an sit moralis, vel an intellectualis.

P R O huius dubij solutione nota, quod est difference inter virtutes intellectuales theologicas, & morales: quia intellectuales sunt in intellectu, & nō inclinant, quantū est de se, ad mores vel actus morales: sed ad verum, sive practicum, sive speculative. Morales dicuntur: quia immoderately inclinant ad mores, id est, ad moralia opera, & non habent Deum pro obiecto immediate. Theologica vero habent Deum immediate pro obiecto.

HIS notatis, videtur quod pœnitentia sit ponenda inter theologicas virtutes: quia videtur quod habeat Deum pro obiecto suo, & ad minus (ut nos

diximus in art. 2. precedente) includitur Deus in obiecto poenitentiae. Ergo poenitentia est virtus theologalis.

A D H O C dico, quod de hac questione nihil habemus in Scriptura sacra: quia parum aut nihil refert ad pietatem, quod dicatur theologalis, aut moralis.

S E C V N D O. Pono conclusionem, quod poenitentia est virtus moralis. Pro intellectu huius conclusionis, videendum est: quomodo Deus se habeat in poenitentia, vel in eius actu, aut obiecto: an intrinsece, vel extrinsece. Quia ad hoc quod sit actus vera poenitentiae, oportet, quod ita per illum attingatur Deus, quod per talē actum placetur, & reddatur propitius peccatori poenitenti. Et in hoc omnes conueniunt: quia est certum.

Dubium secundum. **S E D** an hoc sit intrinsece, vel extrinsece? sicut actus eleemosynæ vel misericordiæ attingit ipsum Deum: sed extrinsece, quia imperatus à charitate, quia datur eleemosyna propter Deum. Misericordia enim attingit Deum extrinsece: quia imperatur ab alia virtute, vt patet de datione eleemosynæ, quæ est actus misericordiæ. An igitur ita sit poenitentia, quod attingat extrinsece Deum, inquantum s. imperatur à charitate.

A D H O C Durā. in. 4. d. 14. q. 1. & 2. & Scotus ibidem. q. etiam prima & 2. & Marsilius. q. 10. dicunt, quod poenitentia attingit Deum extrinsece: & ideo non habet Deum pro obiecto: quia poenitentia solum dicit poenitentia, vel dolere de peccatis. Et si fiat propter Deum, hoc est ab alia virtute. s. spe: quia dolet propter veniam quam sperat. Et hoc requiritur, ad hoc quod sit vera poenitentia, quod sit cum spe veniam: eo modo sicut de misericordia dictum est.

E G O autem dico, & sit secunda conclusio, quæ est. S. Tho. hic ar. 2. & 3. Poenitentia intrinsece attingit Deum, id est, per proprium actum, sine imperio cuiuscunque alterius virtutis. Contrito est actus poenitentiae ad placandum Deum, vel de peccato quatenus est offensa Dei: esto nunquam alia virtus habeat actum, nec imperet poenitentiae. Itaque totum hoc est poenitentia, dolor de peccatis, co quia sunt offensæ Dei, ad placandum ipsum Deum, & recompensandum offensæ Deo factæ. Probatur haec conclusio. Quia poenitentia est habitus propitiatiuus Dei. Ergo oportet quod in quolibet actu attingatur ipse Deus: sicut religio attingit ipsum Deum intrinsece, quia intrinsece habet honorare & colere Deum, sic poenitentia dicit dolorem de peccatis propter Deum. i. quia erat offensæ Dei, & ad placandum Deum. Ergo intrinsece conuenit ei attingere Deum seclusa quacunque alia virtute.

S E C V N D O probatur ex dictis aliorum doctorum: quia dicunt, quod poenitentia nil aliud est, quam iustitia. Sicut enim per iustitiam placatur proximus: ita (inquit) Deus placatur per poenitentiam. Sed in quolibet actu iustitiae per quæ

satisfacit quis proximo includitur ipse proximus intrinsece. i. sine imperio alicuius alterius virtutis. Ergo etiæ poenitentia intrinsece attingit ipsum Deum, cū secundum istos sit idem cum iustitia. **S E D C O N T R A**. Ergo est virtus theologica, postquam intrinsece attingit Deum.

A D H O C respondet. S. Tho. in. 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 4. ad. 1. & hic ad. 1. quod est differentia inter religionem & poenitentiam ex una parte, & virtutes theologales ex alia. Nam virtutes theologales habent Deum pro obiecto immediato: religio autem & poenitentia habent Deum pro obiecto mediato, vel potius pro fine. Charitas namq; amat Deum immediate. Religio vero immediate est ad honorem & cultum & mediate, vel tanquam ad finem, ad ipsum Deum. Poenitentia vero immediate est addolendum de peccatis, & illum dolorem, vel ipsa peccata quatenus sunt detectanda, habet pro immediato obiecto. Ad Deum autem est poenitentia mediate tanquam ad finem. Ideo quamvis poenitentia intrinsece, id est, per proprium actum, attingat Deum, non est virtus theologalis. Quod autem poenitentia intrinsece attingat Deum, potest probari ex sacra Scriptura: quia vbi cunque Scriptura loquitur de conversione peccatorum, includitur ibi Deus in tali conversione.

2. Paral. cap. 3. & Deutero. 4. sic dicitur. Quunq; q; iæsieris ibi dominum Deum tuum, innuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulazione animæ tua. Et sequitur. Nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum Deum tuum, & audi dies vocem eius.

S E C V N D O. Eccle. 2. & 17. Cōuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.

T E R T I O. Hiero. 3. Tu autem fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Vnde quando admonetur ad poenitentiam, admonentur, vt conuertantur ad Deum, & nō solū ad remotionem peccati. Ergo poenitentia attingit intrinsece Deum ipsum.

D I C E N D U M est igitur, quod poenitentia intrinsece attingit Deum, id est, per propriū actū sine imperio alterius virtutis: sed non immediate. Ideo non est theologica virtus: quia non habet solum Deum pro obiecto: sed etiam habet dolorem peccatorum, & ad virtutem theologicam requiritur, quod solum habeat Deum pro obiecto.

D Y B I T A T V R an poenitentia sit virtus infusa, vel an acquisita. Hoc est. An poenitentia sit à Deo necessaria infusa, vel an possimus nos illā acquirire auctibus productis nostris viribus

P R O cuius dubij dissolutione, est prius adnotandum, virtutem aliquam dupliciter esse infusam. Vno modo ex genere & natura sua: quia videlicet per actus nostros acquiri, & generari non potest. Vnde neceſſe est à Deo nobis supernaturaliter infundatur. Huiusmodi à theologis afferuntur virtutes theologicae, nempe, fides, spes, caritas. Alio modo virtus dicitur infusa per accidēs: quia licet

Dubium
tertium.

licet per actus nostros naturales acquiri posset: miraculoſe tamen alicui infunditur: vt sciētia rerum naturalium Adamo collata, & usus linguarum Apostolis collatus.

E G O in proposito dubio loquor de virtute infusa sumpta primo modo. Itaq; est sensus dubij. An poenitentia sit ex genere & sua natura à Deo infusa, itaq; auctibus nostris acquiri nullo modo possit. **S E C V N D O** est notandum ex. S. Tho. prima 2. q. 5. ar. 4. quod non est alia causa necessaria ponendi habitus infusos à Deo: nisi vt homo bene se habeat, ad producēdum actus super naturales. Ethoc probatur manifeste: quoniam ad actus naturales: quos potentia cum auxilio Dei generali producere potest, non est opus habitu infuso super naturali: cū per actus nostros possit habitus acquiri, quo potentia bene se habeat ad similes actus. Quare tunc, vel virtus acquisita superflueret, vel (vt verius dicamus) superflueret ipsa virtus infusa, quæ nō aliud præstaret, quā quod præstat acquisita.

S E C V N D O. Talis virtus infusa nō esset pri mi generis, de qua nos nunc loquimur: sed esset potius per accidēs infusa.

T E R T I O est aduertendum, quod actus poenitentiae qui sufficit ad iustificationem, quem theologi contritionem appellant, nō potest esse in homine sine actu fidei super naturalis. Quod prius ostendo ex August. in libro de vera & falsa poenitentia. cap. 2. vbi sic ait. Si fides fundamentum est poenitentiae: constat poenitentiam, quæ ex fide nō procedit, inutilēm esse.

S E C V N D O. Nemo potest bene agere poenitentiam: nī qui sperat indulgentiam: vt habetur de poenitentia. d. 1. cap. Nemo potest, quod ex diu Ambro. desumptum est. At sperare indulgentiam fieri non potest absque actu fidei. Ergo, &c.

T E R T I O pro hoc est etiam illud. Hiero. cap. 31. Postquam conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostēdisti mihi percussi fæmur meum. Est notandum illud, postquam ostēdisti mihi, quia ostendere est per fidem.

Q V A R T O. Ad iustificationem impij requiritur fides: vt constat ex illo. Ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et Sapien. 9. Per sapientiam (quam s. ante dixerat donum Dei de coelo delapsim) sanati sunt quicunq; placuerūt tibi Domine à principio. Ex quibus omnibus colligitur, omnes cōsiderationes circa peccatum, quas ex naturalibus habere possumus, esse penitus insufficientes ad poenitentiam, quia homo iustificatur. Quod quidem est contra Sco. in. 4. d. 14. q. 2.

Q V A R T O est aduertendum, quod actus poenitentiae, qui est sufficiens ad remissionem peccatorum, nō producitur à voluntate cū solo concurru Dei generali: sed eger auxilio super naturali Dei, quo ipse moueat voluntatem nostram ad veram poenitentiam. Id quod & certa ratio docet, & confirmat authoritas, vt ait Bernard. in sermone. 1.

Pentecos. Diuus quoque August. de fide ad Petru cap. 3. inquit. Firmissime tene, nemine hic posse poenitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit, & gratuī sua miseratione conuerterit. Et libri. 5. contra Julianum Pelagianum cap. 3. id probat ex Apostolo ad Rom. 1. 2. vbi sic ait. Bonitas Dei ad poenitentiam te adducit, & ex illo. 2. Timo thei. 2. Ne forte Deus det illis poenitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

P R A E T E R E A. Hoc fuit determinatum contra Pelagium, vt patet in epistola Aurelii Carthaginensis episcopi de erroribus & cōdemnatione Pelagi vbi dicitur decimo inquit catholicī postulandus. s. Pelagiū: vt fateatur secundū gratiā & Mesricordiam Dei, veniam poenitentibus dāri, nō secundum meritū eorum, quando quidē ipsam poenitentiā donū Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam, N: forte det illis Deus poenitentia. Idem diffinit Leo Papa episto. 95. ad Theodorum episcopum dicens. Ipsam poenitentiam ex Dei credimus inspiratione conceptam, dicente Apostolo, Ne forte det illis Deus poenitentiam &c. Est etiā hoc ipsum diffinitū à Coelestino Papa in epistola ad omnes Galiarum episcopos c1. 4. vbi dicitur, ne minē de ruina peccati per liberū arbitrium posse consurgere, nī eum gratia Dei miserētis erexerit. Et c1. 8. & 9. sic dicitur rursus. Præparatur voluntas à Dño & vt aliquid agat, paternis inspirationibus, suorū ipse tangit corda fideliū. Qui enim spiritu Dei aguntur, i. sunt filii Dei. Quod & concilium Tridentinum sessione. 6. cap. 5. & 7. diffinit, & canone. 3. sub his verbis. Si quis dixerit, sine præueniente Spiritu sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem poenitere posse, sicut oportet: vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

P R A E T E R E A. Cōfirmatur hoc ex illo Hiero. 31. Cōuertere me Domine, & conuertar: quia tu dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam, &c. In quæ verba Hiero. 31. Vide (inquit) quātum sit auxilium Dei, & quātum fragilis humana conditio, vt hoc ipsum quod poenitentiam agimus: nī nos Dominus ante conuertir, & nī Dei nitamur auxilio, ne quia quātum implere valeamus. Ratione quoque id probat Diuus Tho. lib. 4. contra gentes cap. 7. dicens quod mens debite conuerti non potest ad Deum, sine auxilio speciali. Quod licet Gabr. neget in. 1. d. 1. 27. q. vñica ar. 1. & 4. d. 14. q. 1. & 2. tamen apud fidèles certum esse deber. Hiero. 31. & psalm. 79. Domine Deus virtutum conuerte nos.

P R O hoc etiam est August. in illud psalm. 84. Deus tu conuersus viuificabis nos. Vnde periculose Caiet. in. q. 1. de contritione dicit quod potest quis diligere Deum super omnia (etiam vt est beatitudo sanctorum) sine charitate infusa: & hoc si ne posse esse dolorem acquisitum de peccato quatenus est offensa Dei.

E X P R A E D I C T I S omnibus constituo
I iij hanc

hanc conclusionem. Poenitentia est virtus infusa à Deo proprie, id est, ex genere & natura sua: ita quod ad actum poenitentiae necessarius est habitus virtutis infusus. Probatur hæc: quoniam hac sola ratione ponimus virtutes theologicas infusas, quod earum actus excedunt naturæ facultatem. Sed actus poenitentiae sunt huiusmodi. Ergo.

PRAETEREA. Poenitentia disponit animam hominis, ut bene habeat in ordine ad finem supernaturalem. Ergo est habitus supernaturalis. Cōsequētia patet: quia habitus est dispositio animi in ordine ad operationem. Ergo si operatio est naturalis, habitus erit naturalis: & si operatio est supernaturalis, habitus erit supernaturalis.

PRAETEREA. Deus suauiter disponit omnia.

Ergo cum actum perfectum virtutis naturalis non producat sine habitu naturali, nec actum etiam supernaturale perfectæ virtutis, producit sine habitu supernaturali.

PRAETEREA. Cum agens naturale non se extendat ultra finem naturæ, non poterit producere habitum poenitentiae, que videlicet perficit hominem in ordine ad finem excedenter naturæ facultatem. Est ergo poenitentia habitus infusus à Deo per quem poenas eligimus, ad diuinæ iniurias, in nobis ipsis viciendas.

Articul. quartus.

Vtrum voluntas sit proprie subiectum poenitentiae.

D Q V A R T V M sic pro cedetur. Videtur quod subiectum poenitentiae non sit proprie voluntas. Poenitentia enim est tristitia species. Sed tristitia est inconcupiscibili, sicut & gaudiū. Ergo poenitentia est inconcupiscibili. **P R A E T E R E A.** Poenitentia est & in dicta quedam: sicut Augustinus dicit in lib. de penitentia. Sed vindicta videtur ad irascibilem pertinere: quia ira est appetitus vindictæ. Ergo videtur, quod poenitentia sit in irascibili.

P R A E T E R E A. Præteritū est pro primi obiectum memoria: secundum phibophilum in lib. de memoria. Sed poenitentia est de præterito: ut dictum est. Ergo poenitentia est in memoria, sicut in subiecto.

P R A E T E R E A. Nihil agit ubi non est. Sed poenitentia excludit peccatum ab

omnibus viribus anima. Ergo poenitentia est in qualibet viri anima, & non in voluntate tantum.

S E D C O N T R A. Poenitentia est sacrificium quoddam: secundum illud Psalm. Sacrificium Deo spiritus contributus. Sed offerre sacrificium, est actus voluntatis: secundum illud Psalm. Voluntarie sacrificabo tibi. Ergo poenitentia est in voluntate.

R E S P O N D E O dicendum, quod de poenitentia duplicitate loqui possumus. Vno modo, secundum quod est passio quedam. Et sic cum sit species tristitiae, est inconcupiscibili, sicut in subiecto. Alio modo, secundum quod est virtus. Et sic, sicut dictum est, est species iustitiae. Iustitia autem (ut in secunda parte habitum est) habet pro obiecto appetitum rationis, qui est voluntas. Unde manifestū est, quod poenitentia secundum quod est virtus: est in voluntate sicut in subiecto: & proprius eius actus est, prepositum emendandi Deo, quod contra eum commissum est.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ratio illa procedit de penitentia, secundum quod est passio.

A D S E C U N D U M dicendum, quod vindictam appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibilem. Sed appetere vel facere vindictam ex ratione, dese, vel de alio, pertinet ad voluntatem.

A D T E R T I U M dicendum, quod memoria est viri apprehensiva præterius. Poenitentia autem non pertinet ad vim apprehensivam: sed ad appetituum, que presupponit actum apprehensive. Unde poenitentia non est in memoria: sed presupponit eam.

A D Q U A R T U M dicendum, quod voluntas (sicut in prima parte habitum est) mouet omnes alias potentias anime. Et ideo non est inconveniens, si poenitentia in voluntate existens, aliquid in singulis potentias animae operatur.

I N H O C quarto articulo distinguitur in membris & due conclusiones: & omnia sunt adeo manifesta, ut maiori interpretatione egeant.

egeant. Sed est principalis conclusio, quæ sic habet. Poenitentia (ut est virtus) est in voluntate. Et probatur: quia est pars iustitiae, & iustitia est in voluntate. Ergo & poenitentia.

E S T annotandum circa id quod dicit. S. Tho. quod poenitentia est iustitiae species, quod intelligit, ut diximus supra in hac q. artic. 2.) quod est species non proprie, sed reductio: quia reducitur ad iustitiam, cum conueniat cum illa, potius quam cum alijs virtutibus. Et dicitur pars potestatiua iustitiae, & non est proprie iustitia, eo quod non est in teræquales, nec reddit æquale.

D E I N D E hic est notandum, quod hæc questio non est utilis, sed utilis ad hoc, quia multi conantur dolere, ita ut sensibiliter sentiant dolorem. Et si esset in appetitu sensitivo, bene facerent laborantes, ut dolerent sensibiliter: si autem est in sola voluntate non oportet laborare ad dolendum sensibiliter: sed spirituale habere dispecciam de peccato.

S E C U N D O dico, quod omnes conueniunt in conclusione cum S. Tho. quod poenitentia est in voluntate. Et probatur. Poenitentia attingit ipsum Deum intrinsecus per actum suum: ut in art. præcedenti probauimus. Sed appetitus sensitivus non potest attingere Deum: quia sequitur iudicium sensitus, & sensus non attingit aliquod spirituale. Ergo. Probatur secundo: quia poenitentia dicit ordinem ad alterum. Appetitus autem sensitivus non facit comparationem: actus enim appetitus sensitivus est imcomplexus. Et constat, quod poenitentia non est in intellectu, cum non sit virtus in intellectualis. Ergo est in voluntate. Tertio. Poenitentia ab omnibus ponitur iustitia, vel pars iustitiae. potentialis. At, iustitia est in voluntate. Ergo poenitentia est in voluntate. Nec est hic magna difficultas.

S E I D arguitur hoc modo contra hoc. Contritio est dolor de peccatis, qui est præcipuus actus poenitentiae. Et dolor est in appetitu sensitivo. Ergo poenitentia est in appetitu sensitivo.

A D H O C respondet S. Tho. hic ad primum & in art. quod dolor summittur duplicitate. Vno modo ut est quedam passio, & ita est in appetitu sensitivo, & hic non est virtus, nec actus virtutis. Alio modo sumitur pro quadam simplici nolitione. scilicet nolle peccasse, vel nolle offendisse Deum: & ille est actus virtutis, & est voluntatis.

S E D contra hoc arguit Palu. 4.d.14.q.2. Secundum S. Thom. in appetitu sensitivo ponuntur alii quæ virtutes: ut temperantia. Et actus appetitus sensitivus potest esse actus virtutis: ut pater de ira, quæ est actus fortitudinis. Quare ergo ille dolor, qui est in appetitu sensitivo: cum sit bonus, non erit studiosus, & actus virtutis? Ad quam igitur virtutem pertinebit?

P R A E T E R E A. Est bonus & meritorius. Ergo est actus virtutis. Si dicas, quod non est elicitus à virtute immediate: contra. Datio elemosy

næ, est actus virtutis, non tamen elicitur immediate à virtute: sed satis est, quod imperetur. Ideo concludit Paluda. quod dolor ille, quando homo se excitat, ad dolendum sensibiliter propter Deum, est actus virtutis.

Q V O D si dicas, hoc esse contra. S. Tho. quia hic & in 4.d.14. dicit, quod ille dolor sensitivus non est virtus, ut est passio. Respondebat ipse Palu. ad hoc, quod verum est de se. Sed prout imperatur ex electione est actus virtutis; & actus ille secundum quod est à poenitentia non est passio: sed secundum electionem: quia licet sit in appetitu, potius est à voluntate, quam ab appetitu. Sicut iustitia principaliter est in voluntate: licet aliquid illi correspodens sit in appetitu. Ita inquit potest dici de poenitentia. Et bene in hoc dicit Palu. Nec est nouum hoc in S. Tho. quod, scilicet aliquæ virtutes sint in appetitu sensitivo & in voluntate. Nā 3. sententiarum. d.33. q.2. articul. 4.q.3. & in prima parte. q.21. articul. 1.ad.1.dicit, quod liberalitas est in voluntate. Et prima. 2.q.50. articul. 5. Et secunda. q.134. articul. 4. & alijs locis dicit, quod liberalitas est in appetitu sensitivo. Et utrumque est verum, nec ibi est aliqua contraditio: quia aliquid quod spectat ad illam virtutem est in voluntate, & aliquid in appetitu sensitivo. Sicut etiam dicendum est de fortitudine. Nam potissimum quod ad fortitudinem spectat, in appetitu est sensitivo. scilicet timor. Et ita spes. Nā vele se defendere, obijcere se periculis mortis, si non sit timor, nulla est difficultas. Potissimum etiam quod spectat ad liberalitatem est in appetitu sensitivo. Si enim non sit auditas in appetitu sensitivo, facile est, liberaliter agere. Sed quia liberalitas est ad alterum, est in voluntate habitus liberalitatis: quia homo non est de se determinatus ad bonum alterius: sed præcipitale est in appetitu. Ita igitur est dicendum de poenitentia, quod, scilicet, principaliter est in voluntate, nam aliquid correspondens illi est in appetitu, nempe, aliquis alius habitus, qui non habet tam perfectam rationem virtutis: sicut ille, qui est in voluntate.

D U B I U M prius ubi est ista poenitentia. Non in qua potentia: quia iam diximus: sed in quo subiecto totali, id est, in quibus personis.

A D H O C respondet Palud. in. 4.d.14.q.4. & ponit alias conclusiones, quarum prima est. Poenitentia est in his etiam qui nunquam peccaverunt. Et si queratur, quid prodest illis: quia ibi non poterit habere operationem: dicit quod est in illis: quia possunt peccare. In baptismo enim datur virtutes infusa simul cum gratia. Et poenitentia est una illarum virtutum. Ergo datur poenitentia in baptismo. Et in hoc omnes conueniunt. Et habebit actus conditionales. scilicet peccare, dolere, &c. Et potest esse de venialibus.

S E D an in beata Virgine fuerit poenitentia quam ad habitum infusum? Quia de actu non dubitamus: quia non potuit actualiter poenitentem, postquam

postquam de lege nec potuit peccare, quia erat confirmata in gratia magna, & habuit priuilegium etiam circa venialia, quod nec venialia poterat admittere.

VIDE TVR quod non habuit habitum poenitentiae: quia frustra esset ibi & otiosus.

AD HOC dicit Paluda, quod habuit ante conceptionem filij Dei, quia poterat venialiter peccare: licet de facto non peccauit. Sed hoc nec ipse probat, nec potest probari: & derogat dignitati Virginis. Ideo dico quod in instanti conceptionis fuit confirmata: ita quod nec venialiter potuit peccare. Ideo propter illud, s. quia posset peccare saltem venialiter, non erat opus ponere habitum poenitentiae in beata Virgine.

SED dicendum est, quod habuit habitum poenitentiae: quia erat in statu viae & poterat mere-riserat enim in statu merendi & demerendi, licet ex priuilegio, non poterat demereri. Ideo Marsi. & alij tenent, quod habuit habitum poenitentiae. In san. Thom. non inuenio motam questionem istam in particulari.

SECUNDA propositio Paluda. est, quod habitus poenitentiae etiam est in beatis in patria: quia habuerunt in via, & non corruptus fuit.

SED CONTRA. Frustra ponitur in patria, cum illic non habeat operationem: & propterea remouetur fides à beatis: quia esset illic sine operatione. Ergo & poenitentia non debet ibi esse.

AD HOC dico, quod poenitentia in patria habet actum, licet non printarium: quia potest ibi beatus nolle peccasse, licet non posse dolere. Et potest gaudere beatus quod redemit peccata sua per poenitentiam: & illud gaudium est actus poenitentiae.

TERTIA conclusio est, quod in Christo non fuit poenitentia: quia differentia erat inter matrem & filium, quia mater habebat quod non poterat peccare ex priuilegio, filius autem ex natura sua de se, quia erat Deus, non poterat peccare, etiam in quantum homo, ut in materia de incarnatione diximus.

QVARTA propositio est. In Angelis non est poenitentia, nec fuit, nec in bonis nec in malis.

SED contra. Quia Angeli poterant peccare: ut peccauerunt.

VERVM est. Sed non poterant poenitere ex lege, (secundum S. Thom. quæ fuit cum illis facta, quod si semel peccarent nunquam amplius erat recepturi gratiam nec veniam peccatorum suorum).

QVINTA propositio. In Adamo in statu innocentiae fuit poenitentia. Quæ propositio est contra Alma. in suo. 4. Probatur. Adamus poterat peccare. Ergo erat in eo virtus poenitentiae infusa.

SEXTA propositio. In omnibus hominibus confirmatis in gratia fuit poenitentia: quia erant in

statu merendi & demerendi: (vt Ioannes baptista, & Hieremias). Et quia multi istorū poterant peccare venialiter & dolere de illis peccatis. SED contra omnes hæc propositiones arguitur. Frustra ponitur poenitentia in omnibus istis: quia poenitentia non potest habere actum in istis, & frustra ponitur habitus, qui non potest habere actum, probatur quia ista poenitentia infusa non potest habere actum: quia antequam peccent illi qui habent non possunt habere actus poenitentiae: & postquam peccauerint iam perdūt illam virtutem: quia est virtus moralis, & per peccatum mortale omnes virtutes perdūtur infuse præter fidem & spem. Ergo frustra ponitur poenitentia in illis de quibus loquuntur conclusiones.

AD HOC dico, quod poenitentia non solum est contra peccata mortalia, sed etiam contra venialia, & ita aliqui confirmati in gratia poterant peccare venialiter manentes in innocentia, & dolere de venialibus, & sic poenitentia haberet actum.

SED contra. Pro peccatis venialibus frustra ponetur poenitentia: quia multa alia sunt remedia contra venialia, ut aqua lustralis.

AD HOC dico, quod etiam poenitentia est melius remedium contra venialia, quia dat gratiam, & aqua lustralis non, quia non est sacramentum.

SED contra. Ergo ad minus in beata Virgine non deberet poni poenitentia: quia non poterat peccare venialiter.

IDEO secundo & melius dico, quod virtutes infuse comitantur gratiam: ideoq; ponuntur cum gratia, & perduntur cum illa in statu merendi & demerendi & afficiunt bene mentem.

PECCATORIBVS quidem multum est necessaria poenitentia infusa prius in principio quando conuertuntur: quia contrito est à poenitentia infusa.

SECUNDO est necessaria poenitentia infusa peccatoribus: ut sèpe doleant de peccato: quia nemo scit an sint ei peccata dimissa etiam quoad poenam. Et S. Thom. in 4. multa dixit de subiecto poenitentiae: quæ reliquit hic, credo, quod tanquam parum necessaria.

PRAETEREA. Contra secundam conclusionem qua diximus quod poenitentia manet in beatis hominibus arguitur hoc modo. In beatis, qui in hac vita fuerunt innocentes nō potest esse habitus poenitentiae: quia nullū actus poenitentiae possūt habere, nec etiā gaudere quia doluerūt de peccatis aut quia redemerūt peccata: quia (vt suppono) nunquam peccauerunt, nec venialiter, sicut pueri qui decedunt cum solo baptismō ante usum rationis.

AD HOC dico, quod forte habebunt actum conditionatum, s. si peccassent poeniterem, & etiā gaudere de tali actu cōditionato, & hos actus habet in patria poenitentia ideo ibi manet.

VEL

tencia non procedit ex timore.

SED CONTRA est, quod Esiae. 26. dicitur. Sicut quæ concepit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus, s. per poenitentiam. Et postea subditur secundum aliam literam. At i more tuo Domine concepimus: & quasi partus riuius, & peperimus spiritum salutis, id est, poenitentia salutaris: ut per præmissa pacet. Ergo poenitentia procedit ex timore.

RESPONDEO dicendum, quod de poenitential loqui possumus duplice. Vno modo quantum ad habicū. Et sic immediate à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus: non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. Alter modo possumus loqui de poenitentia quācum ad actus, quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur. Quorum actus, primum principium est Dei operatio conuertens cor: secundum illud Trenorum vlti. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Secundus actus est motus fidei. Tertiū est motus timoris seruili, quo quis timore suppliciorum, à peccatis retrahitur. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe venia consequenda, assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alcui peccatum displicet secundum se ipsum, & non iā propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reuertentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert.

SIC igitur patet, quod actus poenitentiae à timore seruili procedit sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato: timore autem filialis, sicut ab immmediato & proximo principio.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quare spicit timor seruili, quā propter Dei offendam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

AD SECUNDUM dicendū, quod in regno cælorum appropinquante intellicitur aduentus



D QVINTVM sic procedit. Videtur quod principium poenitentiae non sit ex timore. Poenitentia enim incipit in displice-tia peccatorum. Sed hoc pertinet ad charitatem: ut supra dictum est. Ergo poenitentia magis oritur ex amore, quam ex timore.

PRAETEREA. Ad poenitentiam homines prouocantur pro expectationem regnum cælestis: secundum illud Matth. 3. & 4. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Sed regnum cælorum est obiectum spei. Ergo poenitentia magis procedit ex spe, quam ex timore.

PRAETEREA. Timor est quidam actus interior hominis. Poenitentia autem non videtur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei: secundum illud Hiere. 31. Postquam conuertisti me, egip poenitentiam. Ergo peni-

aduictus regis, non solum præmiantis, sed etiā punientis. Unde & Match. 3. Ioannes baptista dicebat. Progenies viperarum, qui demōstrabat vobis fugere à ventura ira?

AD T E R T I U M dicendum, quod ipse etiā motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. Unde dicitur Deuteronomio. 5.

Quis det eos talem habere mentem, ut timeat me! Et ideo per hoc quod poenitentia à timore procedit, non excluditur, quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

IN HOC articulo est una distinctio bimembbris, & sunt due conclusiones. Distinctio est. Poenitentia capitur dupliciter. Prius quantum ad habitum, & tunc est prima propositio. Poenitentia sumpta quantum ad habitum immediate infunditur à Deo, sine nobis principaliter operantibus: non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. Quam conclusionem nos diffuse probauimus in hac q. supra articulo.

S E C V N D O modo capitur poenitentia, quo ad actus, quibus Deo operante in poenitentia cooperamur. Et tunc est 2. conclusio. Ad poenitentiam sumptu quo ad actus prærequiritur. & alii actus

Primus est Dei operatio conuertentis cor. Secundus, est motus fidei. Tertius est motus timoris servilis. Quartus, est motus spei. Quintus, est motus charitatis. Sextus, est motus timoris filialis, & tunc est actus poenitentiae. Vnde sequitur, poenitentiam esse à timore servili. Hoc S. Thom.

Q V A E S T I O hac utilis est ad sciendum, unde debemus incipere dolere & poenitentie de peccatis. Et conclusio. S. Thom. est, quod poenitentia est à timore servili. Quae conclusio probatur ex illo Ecclesi. i. Initium sapientiae timor Domini. Et initium sapientiae est, conuerti ad Dominum. Ergo, &c.

S. THOMA S hic ponit sex actus, requisitos ad conuersionem peccatoris in Deum. Quorum primus (inquit) est actio Dei, conuersio. s. & motione, qua Deus mouet, & iuuat auxilio speciali peccatorem, ut conuertatur iuxta illud, Nemo potest venire ad me: nisi pater meus traxerit eum, Ioan. 6. Pro hoc sunt verba August. ibidem. Non dum traheris, ora, ut traharis. Et illud Treno. 5. conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Secunda actio est fidei. Si enim aliquis non crederet, quod est Deus premians bonos, & puniens malos, non poeniteret, nec posset: saltem vere & proprie, ita quod per illam poenitentiam veniret ad gratiam Dei. Tertia actio est timor servilis, scilicet timor poenarum inferni. Quarta actio est spei, qua peccator sperat veniam consequendam. Quinta actio est amor Dei, scilicet actus chari-

tatis, quo alicui peccatum displicet propter ipsum Deum & iam non propter supplicia. Sextus actus est timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis offert Deo voluntaria emendam.

HIC prius dubitatur, an iste ordo operatio- Dubium num sit semper necessarius ad conuersionem primum impii in Deum: vel an possit aliquis couerti sufficienter ad Deum, & poenitente sine illis. s. actibus.

A D H O C dico, quod non est necessarium, quod semper in conuersione impii, & in poenitentia inueniantur illi. s. actus: quia potest Dominus inducere ad poenitentiam: sicut induxit Magdalena, & Paulum in quibus videtur, quod non fuerint omnes illi. s. actus, & quod defuerit saltem timor servilis.

S E C V N D O. Quia potest peccator cogitare de Deo, & beatitudine, & sic dolere de peccato propter Deum, non cogitando de poenis inferni. Ergo non semper præquiritur timor servilis ante poenitentiam.

S C I R E Ergo oportet ex Arist. in. 2. Eth. quod sermones morales sunt veri simpliciter, quando vt impluribus sunt veri, licet aliquando (sed raro) deficiat. Satis enim est, quod habeat verū vt impluribus. Et licet Deus possit inducere ad poenitentiam sine illo ordine actuum: sed communiter, vt impluribus ita fit: sicut dicit. S. Thom. Nec hoc vertitur in dubium à catholicis. Faten- tur nanque omnes, ad poenitendum esse optimū ordinem hunc. s. quod incipias à timore servili: licet non sufficiat ille dolor, quem vocant attritionem: sed est in proxima dispositione vt doleat peccator propter Deum, & fiat actus veræ poenitentiae. Itaq; optime facit peccator, si cogitet poenas inferni, & dicat, volo relinquere peccatum, ne vadam in infernum. Actus ille bonus est, qui prouenit ex timore poenarum. Ergo & timor ille poenarum est bonus. Non enim potest mala arbor bonos fructus facere.

DUBITUM secundo circa illam pri- mam actionem, quam ponit diuus Thom. secundum, & vocat conuersionem Dei, an ad conuersionem impii & ad actum veræ poenitentiae requiratur auxilium Dei speciale necessario: vel an possit peccator conuertere se ad Deum, & dolere sufficienter de peccatis suis cum concursu Deigenitali?

A D H O C dico prius, quod duo sunt hic vi- denda. Primum est, an sit de fide, quod ad verum actum poenitentiae præquiritur particolare & speciale auxilium Dei, vel an sufficiat generale. Secundum est, an requiratur, quod actio illa Dei sit prior, & semper Deus: incipiat prius conuerte re peccatore, quam peccator possit incipere poenitente de peccatis suis, vel se disponere ad poenitentiam.

P R O dissolutione primi dubij sit. Prima cōclu- sio. Actus poenitentiae qui sufficit ad iustificationem quem

quem theologi contritionem appellant, non potest esse in homine sine actu fidei supernaturalis. Probatur prius testimonio Aug. in libro de vera & falsa poenitentia cap. 2. vbi sic ait. Si fides fundamentalis est poenitentiae, constat poenitentia, qua ex fide non procedit, inutilem esse.

S E C V N D O. Nemo potest bene agere poenitentia: nisi qui sperauerit indulgentiam: vt habeatur de poenitentij. d. 1. cap. Nenio potest quod est desumptum ex Ambro. Sed sperare indulgentiam non potest sine actu fidei. Ergo, &c.

T E R T I O. Hieremias cap. 31. Postquam conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi fænum meum. Si igitur requiriatur quod Deus ostendat. Ergo requiritur fides: quia Deus ostendit per fidem.

Q V A R T O. Sine fide impossibile est placere Deo. Ad Hebrei. 11. & Sapientiae. 9. Per sapientiam (quam donum Dei de coelo delapsum ante dixerat) sanati sunt, quicunque placuerunt tibi Domini principio.

E X quibus omnibus colligo, quod omnes actus & considerationes circa peccatum mortale, quas naturaliter habere possimus, vel ex naturalibus, esse penitus insufficiates ad poenitentiam, qua homo iustificatur contra Scoto. in. 4. distinc. 14. quæst. 2.

S E C V N D A conclusio. Actus poenitentiae, qui est sufficiens ad remissionem peccatorum mortalium, non producitur à voluntate, nec potest ab ea produci cum solo cōcursu Dei generali: sed eget auxilio & motione suæ cōuersione (vt dicit S. Thom. speciali & supernaturali Dei, quo auxilio ipse moueat voluntatem nostram ad veram poenitentiam). Hoc conclusio probatur prius testimonio diuini Bernar. in. 1. sermone Penthecostes. **S E C V N D O** probatur ex August. de fide ad Petrum cap. 31. Firmissime (inquit) tene, nemine hic posse, poenitentiam agere: nisi quem Deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuerterit.

T E R T I O. Idem August. lib. 5. contra Julianum Pellagianum cap. 3. hoc ipsum probat ex Apostolo. Roma. 2. vbi Apostol. Benignitas (inquit) Dei ad poenitentiam te adducit. Et rursus probat ex illo 2. ad Timoth. 2. Ne forte Deus det illis poenitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

Q V A R T O. Hoc fuit determinatum cōtra Pellagium: vt habetur in epistola Aurelii Cartaginensis episcopi, de erroribus & condemnatione Pellagi. Et est epistola. 72. in ordine epistolaram Leonis Papæ.

Q V I N T O. Catholici dicebant: vt refert ille Aurelius. Postulandus est Pellagus: vt fateatur, secundum gratiam & misericordiam Dei, veniam poenitentibus dari, non secundum meritum eorum, quandoquidem ipsam poenitentiam, donum Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam. Ne forte det illis Deus poenitentiam.

S E X T O. Idem definit Leo Papa epistola. 69. ad Theodorum episcopum. Ipsam poenitentiam, ex Dei credimus inspiratione conceptam, dicit te Apostolo. Ne forte det illis Deus poenitentia.

S E P T I M O. Hoc etiam est diffinitum à Coelestino Papa in epistola ad omnes Galliarū episcopum cap. 4. vbi ait, neminem, de ruina peccati, per libetum arbitrium posse cōsurgere: nisi eum gratia Dei miserantis erexerit. Et rursus ibidem cap. 8. & 9. Præparatur voluntas à Domino: & vt aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium: qui enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filii Dei.

O C T A V O hoc ipsum tanquam de fide tenet dum diffiniuit concilium Tridentinum sessione 6. cap. 5. 6. & 7. & canone. ; dicens. Si quis dixerit sine præueniente Spiritus sancti in inspiratione atq; eius adiutorio hominē poenitere posse, sicut operet vt ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.

N O N O pro hoc est Hieremias propheta cap. 31. vbi sic dicit. Conuerte me Domine, & conuertar: quia tu domine Deus meus, postquam enim conuertisti me egi poenitentiam. Super quæ verba Hiero. Sic inquit. Vide quantum sit auxilium Dei, & quam fragilis humana conditio: vt hoc ipsum quod poenitentiam agimus, (nisi nos Dominus ante conuerterit, & nisi Dei nitamus auxilio) nequaquam implere valeamus.

D E C I M O hoc probat ratione diuus Tho. in. 4. cōtra Gentiles cap. 72. quia n̄ debite ad Deum conuertri non potest sine auxilio speciali. Quod (licet Gabr. neget in. 3. di. 27. q. vnicia. ar. 3. & in. 4. d. 14. q. 1. & 2.) apud fideles tamen certum esse debet: vt deduximus ex Hier. 31. & psalm. 79. Domine Deus virtutum conuerte nos. Et hoc ipsum dicit Aug. in illud psal. 84. Deus, tu cōuersus vivisti nos: & li. 1. de peccatorū: meri. & remi. ca. 13. Ex quibus omnibus sequuntur aliqua corrollaria mandanda memoria. Primum est, quod non est recipiendus Dominus. Caieta. q. 1. de contritione, in quotlib. vbi periculoſe dicit, q. iod potest quis diligere Deum super omnia, etiam vt est beatitudo sanctorū, sine charitate infusa, & hoc sine posse esse dolorem acquisitū de peccato: quanto est offendit Dei.

S E C V N D O sequitur, quod omnis poenitentia quæ à nobis acquiritur naturaliter non est vera & perfecta poenitentia, idest, quæ possit elicer actu fidei sufficiēte ad habendam gratiam Dei & veniam peccatorum: quia (vt probatum fuit) requiritur auxilium Dei speciale.

T E R T I O sequitur, quod ad perfectum actu poenitentiae vere necessaria est poenitentia habitualis infusa & supernaturalis: quonia hac sola ratione ponimus virtutes theologicas infusas, q. actus earū excedit naturæ facultatē: quia si natura posset illos actus producere, frustra, ponerentur illi habitus infusi. Sed actus poenitentiae est huiusmodi

huiusmodi. Ergo, &c. Optime igitur dicit. S. Tho. quod ad veram & sufficientem poenitentiam requiritur operatio, id est, conuersio Dei peculiaris necessario, & est certum hoc de fide, ut probauit.

PRAETEREA. Probatur. 3, coralium. Poenitentia disponit animam hominis: ut bene se habeat in ordine ad finem super naturale. Ergo est habitus super naturalis. Probatur consequentia: quia habitus est dispositio animi in ordine ad operationem. Ergo si operatio est naturalis, habitus erit naturalis, & si operatio erit supernaturalis, habitus erit super naturalis.

PRAETEREA. Deus suauiter disponit omnia. Ergo cum aeternum perfectum virtutis naturalis non producat ipsem. Deus sine habitu naturali, nec aeternum supernaturalem perfectam virtutis producit sine habitu supernaturali.

PRAETEREA. Agens naturale non se extendit ultra finem naturae non potest producere habitum poenitentiae: quia poenitentia perficit hominem in ordine ad finem excedente facultatem naturae. Est ergo poenitentia habitus infusus a Deo, per quem poenas eligimus addiuinas iniurias in nobis ipsis vindicandas. Et quod ad veram poenitentiam aetalem requiratur auxiliu Dei speciale (quod. S. Tho. hic vocat operationem Dei) est de fide, ut probauimus. Sed quod hoc faciat Deus per habitum infusum, id est, quod Deus infundat habitum, est certum & verum & multum probabile: non tamen tam certum quod sit de fide. Verum est igitur, quod dicit. S. Tho. quod Deus immediate infundit habitum poenitentiae.

Dubium tertium. PRAETEREA. Dubitatur circa tertiam illam actionem quam ponit. S. Thom. s. quod ad poenitentiam concurrit timor seruili, an timor seruili sit bonus, & an dolor de peccatis propter vitandas poenas inferni sit bonus.

AD hoc respondet Luth. & sequaces, & dicit duo in quadam sermone de poenitentia. Alterum est contrito quae paratur per discussionem & de testationem peccatorum suorum facit hypocritam, & non solum non est vera poenitentia, sed est perniciose & facit hominem peccatorem & est grauius peccatum quam alia peccata.

SECUNDUM dicit, quod nunquam est vera poenitentia nisi homo esset ita paratus quod etiam si non esset lex nec poena inferni nec gloria non faceret illud peccatum, non est vera poenitentia: ita quod ad consequendam veniam peccatorum debet habere talem aetum, nolo furari. v.g. etiam si furtum non esset prohibitum.

TERTIO dicit, quod ad hoc quod homo habeat veram poenitentiam debet considerare, an poeniteret de peccatis si nec esset infernus nec gloria. Et si est in tali præparatione, quod si nec esset infernus nec gloria non poeniteret, non est in statu verae poenitentiae: si autem poeniteret esto non esset infernus nec gloria, tunc est in statu verae poenitentiae.

CONTRA hos hereticos ponimus hanc conclusionem. Timor seruili est bonus, honestus & laudabilis: & dolere de peccatis propter timorem seruilem absolute. s. ne vadas in infernum est multum vtile & laudabile ad consequendam veniam peccatorum. Itaque est multum vtile & laudabile & consulendum Christianis: si volunt venire ad poenitentiam veram, una via est considerare poenas inferni & gloriae Dei, & quod doleat ne vadat in infernum ne s. perdat gloriam. Et quod dicit Lutherus est condannatum a Leone decimo, & est. s. ar. condannatus in ordine articulorum qui condannati sunt contra Lutherum, contra quem optime scripsit. Rosensis in antelutherico. artic. 6. & frater Alfonius a Castro in summa heresum verbo, cōtritio, & verbo, timor. Est etiam conclusio nostra diffinita in cōcilio Tridentino. Sessione. 6. ar. 8. vbi sic dicitur. Si quis dixerit gehennam metum (per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo configimus, vel a peccando abstinemus) peccatum esse, aut peccatores peiores facere, an thema sit.

ET probatur conclusio nostra manifestissimis sacræ Scripturæ testimonij. Et prius Proverbiorū. 15. Pertimorem Domini declinat omnis homo a malo. Ergo bonum est timere. Ergo non est hypocrisia.

SECUNDUM Eccles. i. Initium sapientiae timor Domini. Clarum est, quod initium sapientiae est poenitentia: quia illud est vere sapere cōuersti ad Dominum.

TERTIO. Ibidem. Timor Domini expellit peccatum.

QVARTO. Esaia. 26. A timore tuo concepi mus. Quando autem concipit mulier nondum est foetus: sed prius sunt quedam semina & dispositio nes. Ita ergo quando concipit peccator, non est perfecta poenitentia: sed sunt quedam dispositio nes ad veram poenitentiam, laudabiles tamen.

QUINTO. Matth. 3. & Luc. 3. Iohannes baptista manifeste inducit peccatores ad poenitentiam ex timore poenarum dicens. Progenies viperarum quis ostendit vobis fugere a vetura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae.

SEXTO. Matth. 10. & Luc. 12. ipse dominus sic ait. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & postquam occiderint, non habent amplius, quid faciant. Sed ostendam, quem timeatis. Timete potius illum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mitendi in gehennam ignis.

SEPTIMO. Pro hoc est illud. Luce. 13. Nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis. Vbi dominus admonet abstinere a peccatis, propter timorem poenarum.

OCTAVO. dominus ipse multoties gehennam, ignem aeternum, tenebras exteriores, fletus, stridorem detum, comminatur peccatoribus: ut Matth. 8. Luc. 13. Dico autem vobis, quod multiab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abra

tum Abraham, Isaac, & Jacob in regno coelorum: filii autem regni ejus erunt in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium.

NONO. dominus ipse terret peccatores, ex pio illorum super quos turris cecidit in Siloe, & exemplo aliorum, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, Luce. 13. Nisi poenitentia egeritis, omnes simul peribitis: sicut illi. 13. super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos, &c.

AT Lutherus duplice via intendit euadere ista testimonia. Et prius dicit, quod Scriptura loquitur de timore filiali & non de seruili.

SED CONTRA. Quia illud quod dominus dicit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: sed illum potius timete, qui postquam occiderit corpus, potest animam mittere in gehennam ignis: non potest intelligi de timore filiali: quia communia naturam damnationem aeternam. Illud etiam, Progenies viperarum, &c. Vbi manifeste ex ventura ira exhortatur ad poenitentiam. Facite (inquit) fructus dignos poenitentiae. Ergo non valet illa responsio Lutheri. Illa etiam, quæ citauimus ex veteri testam. patet, quod loquuntur de timore seruili: quia quando quis timet timore filiali, iam non est in initio sapientiae (vt dicit. S. Tho. hic) sed est potius in fine. Iam non concipit: sed parturit.

DICIT secundo Lutherus, quod praedicta testimonia intelliguntur, quod apud homines perditos & obstinatos bonum est inducere illos terrors, non propter illos: quia illis peior est ille timor, & grauiusimum peccatum: sed propter alios. Ut admonere tyrannum ne debachetur in alios. Dicit igitur, quod impij, crassi, & imperiti, atque indurati, qui nondum conscientias habent: posse sunt ut serui indomiti, vrgeri illis terroribus ad poenitentiam: quia licet peiores in se fiant: minus tamen nocebunt alios.

VERVM, hoc quod Lutherus dicit nihil valet, quia testimonia adducta loquuntur cum omnibus peccatoribus generaliter, & non cum obstinatis, ut ipse dicit, quod patet ex locis citatis.

PRAETEREA. David psalmo. 17. de se sic dicit. Circundederunt me dolores mortis, dolores inferni circundederunt me. Vbi constat, quod propheta timebat poenas inferni. Et tamen obstat natus & sceleratus non erat: vt dicit Lutherus. Ergo non est verum, nec habet apparentiam: sed est commentum.

AT Lutherus allegat pro se Cassianum, tamen non citat vbi dicat, ideo non est illi credendum, maxime cum ipse Cassianus asserat hoc ipsum quod nos dicimus: ut patet collatio. 3. ca. 4. vbi sic ait. Conuertimur ad dominum timore poenarum inferni, & timore malorum temporalium: ita ut vel iniuncti conuertamur ad dominum. Et adducit ad hoc Cassianus Scripturam, cum filios Israël conuerteret ad dominum proclamasse: propter crudelitatem seuissimam hostium, legimus: & misit eis dominus salvatorem Othomel filium. Cenez & liberavit

eos, iudicium. Vnde non solù ex sententia Cassiani, est bonum incipere à timore poenarum inferni: sed etiam incipere à timore malorum temporalium: licet sit poenitentia imperfecta, est tamen præcipuum ad perfectam poenitentiam.

PRAETEREA. Pro hoc est illud psalm. 77. Cum occideret eos, quererent eum, & reuertebantur, & dilicito veniebant ad eum. Et rursus psalm. 106. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur. Ergo ex tribulatione corporali mori sunt ad clamandum ad dominum, & laudatur ille clamor.

PRAETEREA. Idem Cassianus in collatione. ii. cap. 6. ponit: modos, quibus virtus vincitur, quorum primus est motus gehennæ, qui facit homines temperate vivere.

PRAETEREA. Idem Cassianus collatio. 9. capit. 19. idem dicit, & adducit David in psal. 142. vbi dicit, quod cogebatur per prophetam clamare timore & non amore. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

PRAETEREA. Idem Cassianus lib. 4. capit. 9. loquens de timore ait, nos per illum & initium conversionis, & purgationem vitiorum accipere: itaque ex illa poenitentia, quæ est ex timore peruenitur ad charitatem, quæ non habet timorem: quia perfecta charitas foras mittit timorem. Ergo constat ex his locis, Lutherum falso imponere suum errorem Cassiano viro docto & pio.

PRAETEREA. Diuus Aug. tractatu super. r. epistolam. Ioan. Si nullus est timor, quæ intrabit charitas? Oportet enim quod charitas intret per timorem. Quod quidem non potest intelligi de timore filiali: cum timor filialis sit a charitate & post charitatem. Quod explicat exemplo. Nam seta necessaria (inquit) est, ad hoc quod filum intret. Si enim seta non intret per foramen: filum non intrabit, & postquam filum intret, iam seta non manet. Sic ergo ad charitatem intret per timorem, & postquam charitas est, a timore abest.

PRAETEREA. Hierony. super Esaiam. cap. 26. dicit. Si est ad partum appropinquans mulier, cogitur clamare: dolens, clamat in doloribus suis. Sic nos in angustia requiri mus te domine, & a facie formidinis tue cōcepimus, & parturimus, & peperimus, non carnis liberos, sed spiritus.

PRAETEREA. Diuus Chrysost. in libr. de compunctione cordis inquit. Quid corporis viribus opus est: cum cor conterere debeamus. Hoc solū est, quod a nobis exposcitur, ut semper recordemur mala nostra, ut pro his supplicemus deo, ut gehennam ponamus in nostris conspectibus, & Angelos, qui in die iudicij vbiique discurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos, qui trididi sunt in gehennam ignis. Ponamus etiam illud ante oculos, quæ: doloris est projici, ac excludi a regno coelorum, quod cum videtur, grauius est ipsa gehenna. Ergo laudabilis est timor seruili, & laudabile est dolere de peccato propter illum timorem.

PRAETEREA. Tert. lib. 2. aduersus Martio nē docet, quod est necessarius timor seruili. Ait enim. Denique timor iuditij ad bonum, non ad malum pertinet. Non sufficiebat bonum ipsum cōmendare: sed necessaria est vis aliqua, quæ etiā nolentes inducat ad bonum.

D E hac materia & quidem vtili, nō solum aduersus Luthærum, sed ad theologos nos diximus multa in secunda. 2. q. 19. arti. 4. cum ageremus de spe. Vbi. S. Thom. querit, an timor seruili sit bonus.

E S T igitur bonum timore poenarum & minarum conuerti ad Dominum. Vnde & Tertulianus vbi supra sic ait. Horremus terribiles minas creatoris & vix à malo auellimur. Quid si nihil minaretur.

E T credo, quod propterea Lutherus & hæretici isti non conuertuntur: quia non considerant poenas inferni, nec timent.

E R G O vera est & catholica conclusio nostra, quod timor seruili est bonus & dolor de peccatis propter poenas inferni. Dolere de peccatis ne damneris, sanctum est & salubre: licet non sufficiens ad gratiam consequendam.

V N D E August. tractatu. 3. super primam canoniam loā. sic ait. Ecce quid promittit Dominus, vitam æternam, ecce quid minatur Deus, ignem æternum. Illud nondum amas. s. vitam æternam, hoc time, idest, ignem æternum. Vbi (vt vides) nobiscum consentit August.

P R A E T E R E A. Idem Augu. tractatu. 9. super eadē epistolam, super illud verbum, Mortificate membra vestra, &c. dicit, quod ille dicitur mortificare membra, qui cohibet membra à male faciendo timore poenarum.

S E D arguit Luthæ. pro suo errore. Quia Iohannes (inquit) in prima canon. dicit. Timor non est in charitate. Ergo repugnat charitati, & per consequens est peccatum.

A D H O C respondet ibidem Augu. quod loan. intendit, quod timor nō est in charitate perfecta: quia illa foras mittit timorē. Sed incipiat timor: quia initium sapientiæ timor Domini: cū autem charitas incipit habitare, tum pellitur timor per quē intravit. Quantū enim illa crescit, hic decrescit, & quantum illa sit interior, timor mititur foras. Maior charitas, minor timor, minor charitas, maior timor. Si autem nullus sit timor, non est qua intret charitas. Et tandem dicit Aug. nullus est, qui posuit minari ignem æternū, nisi Dominus. Exhorresce, quod minatur Omnipotens. Hec ille. Et esto timor seruili nullo modo esset cum charitate, est laudabilis: quia est via & optima dispositio ad charitatem.

P R A E T E R E A. Pro nobis est Magist. sententiārum in. 3. distin. 34. vbi adducit pro hoc multa testimonia. Constat igitur, sacræ paginae testimoniis, & sanctorū, quod timor seruili est bonus, & multum vtile, atque laudabile est, de peccatis

dolere, propter hoc, ne dantur.

P R A E T E R E A. Hoc ipsum ratione sic ostendo. Timere malum, est naturale homini. Natura autem nō inclinat ad malum. Ergo ille timor mali, qui est ex inclinatione naturali, est bonus. Maior patet experientia. Minor probatur: quia Deus est autor naturæ. Ergo inclinatio illa naturalis mala nō est nec ad malum: quia alias Deo imputaretur. Sicut si lapis descendens deorsum, peccaret: imputaretur Deo, qui dedit illam inclinationem lapidi. Et ex hoc. S. Thom. dicit, quod Angelus in primo instanti non potuit peccare: quia primus actus est amor sui, & cum ad amorē sui inclinetur naturaliter, si esset malus imputaretur Deo, qui dedit Angelo talēm inclinationē. Sic ergo timere malū, est à naturali inclinatione. Ergo est bonus. Vnde sequitur, quod implere præcepta Dei timore poenarū, ne s. vadas in infernum, est bonus: quia talis volitio vel actus, est ex obiecto bono. Ergo est bona.

S E C V N D O arguitur sic. Velle vitare poenas inferni, est bonus. Ergo licite quis vult omnia media necessaria ad vitandum poenas æternas. Sed seruare præcepta Dei, & dolere de peccato, sunt media necessaria ad vitandas poenas æternas. Ergo licite quis vult seruare præcepta timore poenarū, & licite dolet de peccatis timore poenarum.

T E R T I O. Illa volitio sequitur necessario ex volitione bona. Ergo est bona. Probatur antecedens. Volitio finis cum cognitione medijs necessarij ad ipsum finem, necessitat ad volitionem medijs. Si ergo quis velit cauere poenas inferni & iudicat esse necessarium seruare præcepta Dei, illa volitio seruandi præcepta erit bona propter cauendas poenas. Hæc est communis opinio theologorum, & peculiariter Boneuent. in. 3. d. 34. q. 2. artic. 2. vbi expressè dicit, quod qui timet poenas inferni, facit bene, & est bonus actus.

Q U A R T O. Iste actus voluntatis, volo implere præcepta Dei timore poenarum inferni, est bonus ex obiecto, non habens malam circumstantiam: quia seruare præcepta est bonum, timor poenarum non est malus, sed bonus & præceptus, vt patet ex supradictis. Ergo est bonus actus.

S E C V N D O arguit Luthæ. Qui detestatur peccata propter poenas inferni, plus odit poenas inferni quam peccata. Hoc autem est illicitum. Ergo ille actus est malus. Maior probatur ex Art. 1. postea, capitulo quarto. Propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Et illa regula maxima tenet in actibus voluntatis: si enim diligis magistrum præcise propter filium, magis diligis filium. Ergo ita erit in odio: quia si habes magistrum odio propter filium, plus odisti filium.

Minor, quod detestari peccata propter poenas inferni sit illicitum, probatur: quia quicunque habet hanc volitionem, utrumque volo detestari & detestor, scilicet peccatum & poenas inferni, sed

sed potius vellem incidere in peccatum quam in poenas inferni, peccaret mortaliter. Sed ille qui dolet de peccatis propter poenas, plus odit poenas quam peccata. i. potius incidet in peccata quam in poenas, si daretur ei optio. Ergo peccat mortaliter. Ergo non est licitum dolere de peccatis propter poenas inferni.

A D H O C argumentum distingo maiorem: quia duplice potest, quis detestari peccata propter poenas. Vno modo formaliter, id est, plus volo incidere in peccatum quam in poenas: hoc est, faciendo comparationē inter peccatum & poenas, quod dicitur à theologis appreciatu siue affectu.

A L I O modo contingit quod plus detestetur poenas quam peccata, virtualiter, id est, non formaliter, non faciendo comparationem, sed quod solū habeat istum actum, volo seruare præcepta propter poenas inferni, & si nihil aliud habeat, est bonus & laudabilis actus: quāvis Deus scit, quod est ita fragilis, quod si se offerret occasio, potius offendere Deum, quam subire poenas: vel si fecisset illam comparationem, potius offendere Deum, quam subire illas poenas, Deus scit hoc: sed ille non facit illam comparationem, sed simpliciter bona fide cogitans de poenis inferni vult seruare mandata Dei, vt caueat ab illis: optime agit. Sicut enim existens in gratia conuerso odit plus peccatum absolute quam poenas non faciendo comparationem formaliter: quia ipse nunquam cogitauit nec cogitat de hoc, an. si se offerret casus in quo deberet vel subire poenas vel offendere Deum, quid potius eligeret: & esto ita esset, quod si se offerret talis casus potius eligeret peccare quā subire poenas, nihilominus quia ipse nō cogitauit de hoc, sed absolute seruat mādata Dei, non perdit gratiam, sed manet in illa: quia nullus dānatur propter illas conditiones. s. si esset occasio, ego peccarem, nisi peccet de facto. Sic iste actus volo seruare mādata Dei ne vadā in infernum, est bonus actus absolute, nō curando de illis conditionalibus, si oporteret subire poenas aut frāgere præceptū Dei, quid fecissem? &c.

V N D E colligo, quod timor seruili qui est timor poenarum potest simpliciter & secundum se considerari, & sic sanctus & laudabilis est. **S E C V N D O** potest considerari mixte, vt annexam habet aliquam iniquam mentis præparationem: nempe, quia ille timens potius frangeret legem, si non essent poena inferni, quam abstineret à peccato. Et tunc ille timor malus est, non de se, sed viatur ab illa iniqua mētis præparatione,

D S E X T V M sic procedi tur. Vuletur, quod pœnitentia sit prima virtutum: quia super illud Math. 3. Pœnitentiam agit, dicit glosa. Prima virtus est, per pœnitentiam punire veterem hominem (et) virtus odire.

P R A E T E R E A. Recedere àtermino prius esse videtur, quam accedere ad terminū. Sed omnes alia virtutes pertinere videantur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) pœnitentia autem videtur ordinari ad recessum à malo. Ergo pœnitentia videtur esse prior omnibus alijs virtutibus.

P R A E T E R E A. Ante pœnitentiam est peccatum in anima. Sed simul cum peccato nulla virtus anima inest. Ergo nulla virtus est ante pœnitentiam: sed ipsa videtur esse prima, qua alijs adiutum aperit, excludendo peccatum.

S E C O N D A est, quod pœnitentia procedit ex fide, spe, & charitate: sicut iam dictum est. Non ergo est pœnitentia prima virtutum.

R E S P O N D E O dicendum, quod in virtutibus non attenditur ordo temporis quātum ad habitus: quia cū virtutes sint connexæ (ut in secunda parte habitū est) omnes simul incepunt esse in anima. Sed dicitur una earum esse prior altera ordine natura, qui consideratur ex ordine actuum: secundum. s. quod actus unius virtutis presupponit actum alterius virtutis. Secundum hoc igitur dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere possunt actum & habitum pœnitentiae: sicut actus fidei & spei in formium, & actus timoris seruili. Atque autem & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu & habitu pœnitentiae & cum habitibus aliorum virtutum. Nam (sicut in secunda parte habitū est) in iustificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrij

Articulus sextus.

Vtrum pœnitentia sit prima virtutum.

arbitrij in peccatum, qui est actus penitentiae. Horum tamē duorum actuum, primus naturaliter præcedit secundum: nam actus virtutis penitentiae est contra peccatum ex amore Dei. Unde primus actus est ratio & causa secundi, sic igitur penitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturæ: quia secundum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam virtutes theologicae. Sed quantum ad aliquid est prima inter ceteras virtutes ordine temporis quātum ad eius actum: qui primus occurrit in iustificatione impij. Sed ordine naturæ evidentur esse aliæ virtutes priores: sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens: nā aliæ virtutes per se evidenter esse necessaria ad bonum hominis, penitentia autem supposito quoddā si peccato præexistenti: sicut etiā dictū est circa ordinem sacramenti penitentiae ad alias sacramenta prædicta.

AD PRIMUM ergo dicendū, quod glosa illa loquitur quātum ad hoc quod actus penitentia primus est tēpore inter actus aliarum virtutum moralium.

AD SECUNDUM dicendum, quod in motibus successivis recedere à termino est prius tempore, quā peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem cause materialis: sed secundum ordinem cause agentis & finalis, prius est peruenire ad terminū. Hoc enim est, quod primo agens intendit. Et hic ordo præcipue attenditur in actibus anima: ut dicitur in 2. Physicorum.

AD TERTIUM dicendum, quod penitentia aperit aditum virtutis, expellendo peccatum per virtutem fidei & charitatis, quæ sunt naturaliter priores. Ita tamen aperit eis aditum, quod ipsa simul intrant cum ipsa. Nam in iustificatione impij simul cum motu liberī arbitrij in Deum & in peccatum, est remissio culpa & infuso gratiae, cum qua simul infunduntur omnes virtutes ut in secunda parte habitum est.

IN HOC art. 6. ponit. S. Tho. multas propositiones. Quarum prima est. Virtutes quo ad habitus, omnes simul tempore incipiunt esse. Probatur: quia virtutes sunt connexæ. Ergo non est vna sine alijs.

S E C V N D A propositio est. Dicitur vna virtus prior alia ordine naturæ, quia ordo habituū sumitur ex ordine actuum. Probatur: quia actus vnius virtutis præsupponit actum alterius virtutis: vt actus charitatis præsupponit actum fidei. **T E R T I A** conclusio est. Actus aliqui laudabiles, tempore præcedunt actum & habitum poenitentiae. Probatur: quia actus fidei & spei informiū & actus timoris feruili sunt laudabiles, & præcedunt etiam habitum poenitentiae: quia poenitentia, cum sit virtus infusa (vt supra diximus) non potest esse cum peccato mortali.

Q U A R T A propositio. Actus & habitus charitatis simul sunt tempore cū actu & habitu poenitentiae, & cum habitibus aliarum virtutum. Probatur: quia in iustificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei charitate formatus, & est motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus poenitentiae.

Q U I N T A propositio est. Horum duorum actuum prædictorum, primus præcedit naturaliter secundum. Probatur: quia actus virtutis poenitentiae est contra peccatum ex amore Dei. Ergo primus actus est ratio & causa secundi.

S E X T A propositio est. Poenitentia quo ad actus nō est prima virtutū nec ordine temporis, nec ordine naturæ. Probatur: quia secundum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam virtutes theologicae.

S E P T I M A propositio est. Poenitentia quantū ad actuū est prius tēpore alijs virtutib⁹ moralib⁹. Probatur: quia in iustificatione impij prius occurrit, quam occurrant aliæ morales virtutes. **O C T A V A** propositio est, quod ad habitus aliæ virtutes sunt prius natura ipsa poenitentia. Probatur: quia illud quod est per se, est prius eo quod est per accidens. At aliæ virtutes per se sunt necessariae ad bonū hominis. Poenitentia autem non est necessaria, nisi supposito peccato. Ergo quo ad habitus ordine naturæ prius sunt aliæ virtutes ipsa poenitentia. Hac. S. Thomas.

E X H I S propositionibus tres sunt principales. Quarum prima est. Quantum ad infusionē, poenitentia simul infunditur cum alijs, nec est prior nec posterior. Sed tamē licet simul infundatur, vna est prior alia, ratione actuū: sicut dicitur de charitate & fide, quod fides est prior charitate, h̄c etiā non perfectione: sed quia actus fidei præsupponit ad actuū charitatis. Et ideo illa virtus dicitur prior alia, cuius actus præsupponit ad actuū alterius.

S E C V N D A propositio est. Poenitentia est posterior fide & spe & charitate. Probatur: quia dicitū est, quod naturalis ordo perueniendi ad poenitentiam

nitentiam veram, est quod prius est actus fidei, sc̄cundo actus spei, & tertio amor Dei, & deinde actus timoris filialis. s. detestari peccatum propter reuerentiam Dei. Tunc sic. Amor Dei præcedit poenitentiam. Ergo est prior poenitentia, & sic dic de fide & spe: quia actus fidei & spei præcedunt poenitentiam.

T E R T I A propositio. Penitentia quantum ad actuū potest esse prior alijs virtutib⁹ moralib⁹: quia prius occurrit in iustificatione impij, quam aliæ virtutes morales.

D U B I U M vnicum. **D**V B I T A T V R circa primā ppositionē principale, an poenitentia sit habitus infusus, vel an sit acquisitus. Et licet de hoc ex parte actu sit à nobis supra in hac. q. ar. 3. addemus tamen ali qua hic. Videtur igitur quod sit acquisitus: quia ex frequentatis actibus poenitentiae ex eo quod viribus naturalibus, eo modo quo quis potest dolere de peccatis, secluso auxilio speciali, frequenter dolet, generabitur aliquis habitus, qui inclinabit ad similes actus, et ille habitus est bonus. Ergo est virtus poenitentiae. Ergo poenitentia est acquisita. Et quidem si concedas hoc. Ergo poenitentia est prior fide, spe, & charitate. Ergo male dicit sanct. Tho. quod virtutes theologales sūt priores, admissus quoad actus, ipsa poenitentia: quia potius poenitentia est prior alijs.

A D H O C Durā. in. 4. d. 14. q. 1. & 2. dicit, quod poenitentia est acquisita & non infusa. Nam ipse negat omnes virtutes infusas præter theologicas. Et Sco. in. 4. d. 14. q. 3. propter factam rationem dicit, quod est virtus acquisita.

EGO autem dico ad hoc, quod poenitentia vera, quæ potest elicere actuū, quo peccator consequitur gratiam Dei, ita est infusa, quod nullo modo potest esse acquisita, & oppositum est hereticū. s. dicere quod ex naturalibus possumus illā acquirere. Hac est. S. Tho. hic. s. quod poenitentia sit in fusa virtus: quia dicit in. 1. conclusione quod omnes incipiūt simul esse in anima, & in art. 5. præcedenti dixit expresse quod a Deo principaliter infundebatur, & ego probauī late art. præcedēti quod poenitentia sit virtus infusa. Et adhuc probō. Nā poenitentia est ad aliquem actuū nobis supernaturalem. s. ad illum dolorem perfectum, quo peccator sanctificatur, ad quem naturaliter secundum fidē nullus potest venire. Ergo est infusa virtus. Ergo aut non est ponenda poenitentia habitualis, vel si ponatur, necessario est ponēda infusa: ita quod est donū Dei, & non potest via aliqua naturali adquiri.

S E C V N D O dico, quod doctores scholastici cōmuniter, præter Durā, ponunt virtutes infusas & adquisitas: ita quod est temperātia infusa & alia adquisita, & sic de fortitudine & alijs.

S E D est notandum cum Caie. h̄c in suis cōmentarij, quod duplex est virtus adquisita, & duplex infusa. Altera de per se, & altera de per accidens. De per se infusa dicitur illa virtus quam nos non

possumus adquirere ex naturib⁹, sed datur nobis à Deo ad aliquos actus supernaturales qui sūt necessarii ad felicitatem consequendam & nos ex naturalib⁹ non poteramus illa opera facere, & talis est poenitentia infusa virtus de per se: quia est ad actuū quem non poteramus ex nobis. Per accidens autem dicitur virtus infusa illa quam nos poteramus adquirere successu temporis, sed in instāti dat nobis illam Deus, ut temperātia, & scientiæ datæ Adamo.

E T ad argumentum Scoti, quia ex illis actibus nostris, s. ex illis dolorib⁹ de peccatis frequenter, tis generatur habitus bonus. Concedo antecedēs, sed nego consequentiam, quod ille habitus sit vera & perfecta poenitentia quæ est virtus vera de qua tractamus. s. sufficiens ad reponendum hominem in gratia: quia alias naturaliter venirent homines ad gratiam. Nam ille habitus sic adquisitus, et si sit bonus, non tamen est vera virtus, nec peruenit illa sua bonitas ad rationē virtutis: quia non potest facere actuū perfectum, quia actus poenitentiae est satisfacere Deo & placare illum & constituere nos in gratia Dei, quæ non possunt esse ab habitu adquisito: quia ad h̄c requiritur gratia & auxilium speciale Dei: poenitentia autem adquisita non requirit gratiam, immo potest esse in uno gentili: sicut dicitur de charitate, quod licet ex actibus nostris possit generari aliquis habitus charitatis: ille tamen habitus non est perfecta charitas: quia ex illo non possumus diligere Deum super omnia, ad quam dilectionem super omnia, requiritur charitas infusa. Et ita dicatur de fide, quod ex actibus nostris credendi generaliter aliquis habitus, sed non erit virtus, licet sit bonus habitus.

S E D contra. Temperantia & fortitudo adquisita est vera virtus. Ergo etiam charitas & poenitentia. Negō consequentiam: quia temperantia adquisita est vera virtus, quia sufficit ad actuū perfectum temperantiae, nempe moderari delectationes gustus & tactus, & ad perfectionem illius virtutis, nihil aliud requiritur: quia illa est tota perfectio illius virtutis sed ad poenitentiam requiriatur longe maior perfectio, & tanta, quod viribus naturæ non possumus ad illam peruenire sine Dei auxilio.

P R A E T E R E A. Dubitatur circa illud quod S. Tho. dicit, quod virtutes theologicae præcedunt poenitentiam quantū ad actuū. An hoc sit verū? AD quod dico, quod de fide & spe certum est quod præcedunt poenitentiam: quia sunt cū peccato mortali, sed de charitate non est ita certū.

S E D arguitur sic. Contritio, natura præcedit infusione charitatis. Ergo est prior. Consequentia est bona. Probo antecedens: quia contritio est dispositio ad charitatem, quia per contritionem darur gratia & charitas & omnes aliæ virtutes. Et illa contritio est actus poenitentiae. Ergo.

A D H O C respondet Palud, in. 4. d. 14. q. 3. & di

cit, quod amor Dei qui præcedit poenitentiam non est à charitate infusa, & ille amor qui est à charitate infusa est simul cum poenitentia vel posterior: quia poenitentia disponit ad illum. Et. S. Thom. in. 4. i illa. d. 14. ita videtur loquiscut Paulus. Sed hic absolute dicit, quod in iustificatione impij prior actus est amor Dei à charitate infusa quam aeternis poenitentiae, & declarat quomodo charitas infusa habeat actuum antequam poenitentia. Hæc materia tangit materiam de iustificatione impij. Ideo dico ex sanct. Th. prima. 2. q. 118. quod in iustificatione impij prius est Deum dare gratiam mere gratis quam sit contritus, & forte quod sanct. Tho. non erat assequitur hanc veritatem quando scripsit super quartum sententiarum, postea legit Paulum diligentius quia si gratia datur ratione contritionis, iam non gratis datur, sed propter opus, si enim est ex operibus, iam non est gratia, ad Rom. 1. ita quod prius natura dat nobis gratiam gratis, secundo mouet ad amorem suum, tertio ad dolorem peccatorum, ubi est consumatus actus poenitentiae.

SE I contra, quis contritus est dispositio ad gratiam & charitatem. Ergo est prior.

DICO, quod verum est quod contritus præcedit ad gratiam & charitatem in genere cause disponentis & materialis, & gratia & charitas præcedunt contritionem in genere cause formalis: quia gratia & charitas sunt forma contritionis & dant illi valorem: quia causa sunt libi invicem causæ, ut dicit Arist. 2. phisi. sicut contingit de natura libis dispositionibus & forma substantiali & de ingressu aeris & aperione fenestra. &c. Nam in genere causa materialis præcedunt dispositiones formam substantiali & aperio fenestra ingressum aeris: in genere autem causa formalis prædit forma substantialis dispositiones & in genere causa agentis præcedit ingressio aeris aperitione fenestra.

Questio, XXVII,
De effectu poenitentiae quantum ad remissionem peccati.

EINDE considerandum est de effectu poenitentie. Et primo quantum ad remissionem peccatorum mortaliū.

SECUNDO quantum ad remissionem peccatorum venialium. Tertio quantum ad redditum peccatorum dimissorū. Quarto quantum ad restitucionem virtutum.

CIRCUM primum queruntur sex.

PRIMO. utrum omnia peccata mortalia

per poenitentiam auferantur?

SECUNDΟ. utrum possint sine poenitentia tolli.

TERTIO. utrum unum possit remitti sine alio.

QUARTO. utrum poenitentia auferat culpam remanente reatu.

QUINTO. utrum remaneant reliqua peccatorum.

SEXTO. utrum auferre peccatum sit effectus poenitentiae, in quantum est virtus, an in quantum est sacramentum.

Articulus primus

utrum per poenitentiam omnia peccata remoueantur.

DPRIMVM sic proceditur. videtur quod per poenitentiam non omnia peccata remoueantur. Dicit enim Apost. Hebreorum. 12. quod Esau non inuenit poenitentiam locum, quoniam cum lachrymis inquisisset eam. Glos. Non inuenit locum verba, ut benedictionis per poenitentiam. Et. 2. Macha. 9. dicitur de Antiocho. Orabat selectus Deus, à quo non erat misericordiam conforturus. Non ergo videtur, quod per poenitentiam omnia peccata tollantur.

PRÆTEREA. Aug. dicit in lib. de sermon. Domini in monte, quod tanta labes est illius peccati. scilicet cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis frater nitatem, & aduersus ipsam gratiam inuidia fauibus agitatur: ut depræcandi humilitatem subire non possit: etiam si peccatum suum mala conscientia agnosceret, & annunciat cogatur. Non ergo omne peccatum potest per poenitentiam tolli.

PRÆTEREA. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Non ergo omne peccatum remitti potest per poenitentiam.

SED

SED CONTRA. A est, quod dicitur Ezechielis. 18. Omnis iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.

RESPONDEO dicendum, quod hoc quod aliquod peccatum per poenitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter. Vno modo quia aliquis de peccato panitire, non posset. Alio modo: quia poenitentia non posset delere peccatum.

PRIMO quidem modo non possunt per poenitentiam deleri peccata diabolus & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo, ita quod non

potest eis displicere peccatum in quantum est culpa: sed solum displicet eis pena quam patiuntur. Ratione cuius aliquam poenitentiam, sed infructuosam habent: secundum illud sapient. s. Panitentiam agentes, & pre angustia spiritus gementes. Unde talis poenitentia non est cum spe venia, sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris, cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum.

Vnde dicere, quod aliquod peccatum fit in hac vita, de quo quis penitire non possit erroneum est. Primo quidem: quia per hoc tolleretur libertas arbitrij. Secundo: quia per hoc derrogaret virtus gratiae: per quam moueri potest cor cuiuscunque peccatoris ad penitendum secundum illud proverbiorum. 21. Cor regis in manu dei, & quocunque voluerit, vertet illud.

QUOD autem secundo modo non possit per veram poenitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneous. Primo quidem: quia repugnat divina misericordia, de qua dicitur Iohel. 2. quod benignus & misericors est Deus, & multe misericordiae, & praestabilis super malitia. Vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet. Secundo, quia hoc derogaret virtuti passionis Christi: per quam poenitentia operatur, sicut cetera sacramenta: cum scriptum sit. 1.

Ioann. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non solum nostris, sed etiam totius mundi. VNDE simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac vita, per poenitentiam veram deleri potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Esau non vere penituit. Quod patet ex hoc quod dixit, veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam nec Ananias vere penituit: dolebat enim de culpa preterita, non propter offensam Dei: sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod illud verbum Augusti. Sic intelligendum est. Tanta est labes illius peccati, ut deprendi humilitatem subire non possit. scilicet facilis: secundum quod dicitur, illum non posse sanari, qui non potest de facilis sanari. Potest tamen hoc fieri per diuinam gratiam & virtutem: quae etiam interdum in profundo maris conuertit ut dicitur in psalmo.

AD TERTIVM dicendum, quod illud verbum vel blasphemia contra Spiritum sanctum est finalis impenitentia: ut Augusti. dicit in libr. de verbis Domini. Quae penitus irremissibilis est: quia post finem huius vita non est remissio peccatorum.

VEL si intelligatur per blasphemiam Spiritu sancti, peccatum quod fit ex certa malitia, & letitiam ipsa blasphemia Spiritus sancti, dicitur non remitti. scilicet de facili: quia tale peccatum non habet inse causam excusationis. Vel quia pro tali peccato punitur aliquis & in hoc seculo & in futuro: ut in secunda parte expositum est.

IN HOC art. huius questionis. 27. responderet. Sanct. Thom. aliquibus propositionibus, proposita prius una distinctione, qua exponit titulum articuli, qua sic haberet. Quod aliquod peccatum per poenitentiam tolli non possit, duobus modis contingere potest. Vno modo, quia aliquis de peccato poenitere non potest: alio modo quia poenitentia non potest delere illud peccatum.

TVNC est prima propositio. Primo modo non in ijs possit

possunt per poenitentiam deleri peccata dæmonū
nec hominū damnatorum. Probatur, Quia affe-
ctus illorum sunt confirmati in malo: ita quod nō
potest eis displicere peccatum in quantum est cul-
pa: sed solam displiceret eis poena, quam patiuntur.
SECVNDA propositio est. Dicere quod in hac
vita mortali sit peccatum aliquod de quo quis poe-
nitere nō possit: erroneum est. Probatur prius: quia
per hoc tolleretur liberras arbitrij. Secundo: quia
per hoc derogaretur virtutæ gratia, per quam mo-
ueri potest cor cuiuscunque peccatoris ad poeni-
tendum: Secundum illad Proverbiorum. 21. Cor
regis in manu Dei, & quocunque voluerit vertet
illud.

TER TIA propositio est. Dicere quod secundo modo non potest per poenitentiam peccatum remitti, est etiam erroneum. Probatur prius: quia res pugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Iohannes 3, 19. quod benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ & præstabilis super malitia. Vinceretur enim quodammodo Deus ab homine. si homo peccatum vellet delere, quod Deus nollet dellere.

SECUNDΟ: quia hoc derogaret virtuti passio-
nis Christi per quam poenitentia operatur, sicut
& cætera sacramenta. Probatur ex illo. i. Ioan. 2.
Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro
nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.
Ex quibus colligitur, quod omne peccatum in
hac vita per veram poenitentiam deleri potest in
hunc sennum, quod nullum est dabile peccatum
de lege in hac vita, de quo homo poenitere nō pos-
sit: quia semper est auxilium Dei in hominibus,
sufficiens ut conuertantur, licet non semper sit ef-
ficax auxilium ad hoc, quod peccator conuerta-
tur Hac ultima cōclusio patet manifeste ex tūpра-
dictis: ideo nō morabitur in eius probatione.

SED dubitatur, quomodo poenitentia remittat omnia peccata, an effectiue vel meritorie? quia certum est, quod remittit omnia, cum non sit major ratio de uno quam de alio. Pro qua questione prius videndum est, an peccatum mortale effectiue corrumpat gratiam vel de meritorie tantum.

AD HOC dominus Caie. prima. 2. q 113. ar. 2. & secunda. 2. q. 2. +. ar. vltimo dicit, quod peccatum mortale effectiue corruptit gratiam: quia est causa, quod gratia separetur a subiecto. Nam haec causa talis est vera. Deus aufert gratiam ab isto, quia peccauit, propriissime capiendo illud, quia, vt dicat causalitatem effectiua. Exemplum est de lumine: quia homo non posset corruptere lumen per contrarium, sed si homo posset separare subiectum a lumine vere corrupteret effectiue lumen. Ita gratia est quoddam lumen, & non habet contrariam qualitatem, quae attingat eam: sed corruptitur per separationem a subiecto.

SÉCVNDO probatur hoc: quia peccatum est ini-
micitia Dei & gratia est amicitia. Ergo peccatum
mortale opponitur gratiae. Ergo corrumperit illam

effiective, sicut contrarium corruptit contrariū.
Et ideo hęc opinio est probabilis. Dicit etiam Ca-
ier. quod peccatum corruptit gratiam demerito-
rie, sed non solum hoc modo, verū etiā effectiue.
SED alia est communior opinio quod peccatum
mortale solum de meritorie corruptit gratiam.
Sic dico, quod probabile est, poenitentiam effecti-
ue corrūpere peccata: quia contritio est amicitia
Dei vel cum amicitia (quia cū charitate) & amor
Dei praeedit ipsam contritionē: ut dicit. S. Tho.
in art. 6. praecedentis quæstionis. Ergo corrūpīt ef-
fectiue peccatū mortale, quod est iuimicitia.
SECVNDO dico, quod contritio est meritoria
gloriarum, sed non gratiarum: quia gratia datur gratis: ut
infra in materia de contritione tractabimus: quia
bonus actus cum gratia etiam meritoria corrum-
pit omnia peccata.

TER TIO est causa, quod expellatur peccatum à subiecto. Ergo effectiue corrumpit peccatum. Antecedens patet. Hęc causalis est vera. Quia Petrus contritus est, remittitur ei peccatum.

Articul. secundus

Vtrum sine pœnitentia peccatum
remitti possit?

D S E C V N D V M sic p
ceditur. Videtur, quod sine peni-
tentia peccatum remitti possit. Non
enim est minor virtus Dei cir-
ca adultos quam circa pueros. Sed pueris pec-
cata dimittit sine penitentia. Ergo et adultis.
P R A E T E R E A. Deus virtutem suam sacramentis non alligavit. Sed penitentia
est quoddam sacramentum. Ergo virtute di-
uina possunt peccata sine penitentia dimitti.
P R A E T E R E A. Maior est misericordia Dei quam misericordia hominis. Sed ho-
mo interdum remittit offenditam suam homini
etiam non penitenti, unde **(¶)** ipse Dominus
misericordia Matth. s. Diligite inimicos vestros,
bene facite his qui oderunt vos. Ergo multo
magis Deus dimittit offenditam suam homi-
nibus non penitentibus.

SED contra est quod Dominus dicit Hier.
18. *Si p̄nitentia āegerit genus illa ā malo quod fecit, agam t̄t̄ ego p̄nitentiam super malo quod cogitauī ut facerem ei. Et sic ecōtrario videtur, quod si homo p̄nitentiam nō agat quod*

quod Deus ei non remittat offendam.

RESPONDEO dicendū, quod impossibili-
le est, peccatum actuale mortale sine pæniten-
tia remitti loquendo de pænitentia quæ est
virtus. Cum enim peccatum sit Deioffensa,
eo modo Deus peccatum remittit, quo remit-
tit offensam in se commissam. Offensa au-
tem directe opponitur gratiae: ex hoc enim di-
citur aliquis alteri esse offensus, quod repellit
eum à gratia sua. Sicut autem habitum est in secū-
da parte, hoc interst inter gratiam Dei et gra-
tiam hominis, quod gratia hominis non cau-
sat, sed præsupponit bonitatē veram vel ap-
parentem in homine grato: sed gratia Dei,
causat bonitatem in homine grato, eo quod
bona voluntas Dei, quæ in nomine gratiæ in-
telligitur, est causa omnis boni creati. Vnde

*poteſt contingere, q[uod] homo remittat offensam
qua offensus est alicui abſq[ue] aliqua immutati-
one voluntatis eius. Nō aut contingere potest,
quod Deus remittat offensam alicui abſque
immutatione voluntatis eius. Offensa autē
peccati mortalis procedit ex hoc quod voluntas
hominis est auerſa à Deo per conuersio-*

*nem ad aliquid bonum commutabile. Vnde
requiritur ad remissionē diuina offēsa, quod
voluntas hominis sic imutetur, ut conuerta-
tur ad Deūcum detestationē cōuersio[n]is p[re]e-
dictae et proposito emēda, quod pertinet ad ra-
tione p[er]nitentia, secundū quod est virtus. Et*

ideo impossibile est, quod peccatum alicui remittatur sine paenitentia, secundum quod est vir tus. Sacramentum autem paenitentiae (sicut super dictum est) perficitur per officium sacerdotis ligantis et soluentis: sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut remisit Christus mulier adulterae, ut legitur Ioan. 8. Et peccatis, ut Luc. 7. quibus tamen non remisit peccata sine virtute paenitentiae: nam (sicut Gregor. dicit in homelia) per gratiam traxit misericordiam, s. ad paenitentiam quam per misericordiam suscepit foris.

AD primum ergo dicendum, quod in pueris non est nisi peccatum originale quod non con-

sistit in actuali deordinatioē voluntatis, sed
in quadam habituali deordinatione naturae
et in secunda parte habitum est. Et ideo remittitur
eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratie virtutū: non
autem cum actuali. Sed adulto in quo sunt actua-
lia peccata quae consistunt in deordinatione
actuali voluntatis, non remittuntur peccata,
etiam in baptismo, sine actuali immutatione
voluntatis, quod fit per paenitentiam.

AD secundū dicendum, quod ratio illa procedit de p̄enitētia secundū qđ est sacramētū.

*AD tertium dicendum, quod misericordia
Dei est maioris virtutis quam misericordia
hominis in hoc quod immutat voluntatem
hominis ad paenitendum, quod misericordia
hominis facere non potest.*

IN HOC articulo secundo sunt duæ conclusio-
nes. Prior est. Impossibile est peccatum actualē
mortale remitti sine poenitētia, secundū quod est
virtus. Probatur. Offensa Dei quā est peccatum
mortale opponitur gratiæ: quia ex hoc dicitur q̄s
esse alteri offensus quia expellit eū a gratia sua. Et
go non pōt remitti illi illa offensa, nisi redeat ad
gratiā per contrariam affectionem, quam habuit
cum offendit.

SECVNDQ. Offensa mortalis procedit ex hoc
qd^r voluntas hominis est auersa a Deo per conuersi-
onē ad aliquid bonū cōmutabile. Ego ad remissi-
onē diuinæ offensæ requiritur q^r voluntas hominis
sic imutetur ut cōuertatur ad Deū cū de testatio-
ne prædictæ cōuerisionis & proposito emēdæ, qd^r
pertinet ad rationē poenitentiarū secūdum quod est
virtus.

Virtus.
SECVNDA cōclusio est. Sine poenitētiā sacra-
mētali pōt Deus peccatū remittere. Probatur. Sa-
cramētū poenitētiā perficitur per officiū sacerdo-
tis. Sed sine illo remisit peccatū mulieri adulteræ
Ioā.8. et peccatrici Lucæ.7. Ergo. &c. Hæc. S. Th.
HIC prius dubitatur quomodo intelligitur cō-
clusioqua dicit. s. Th. q. impossibile est pec-
catū auale mortale remitti sine poenitentia vir-
tute, an intelligatur de potētiā absoluta vel de or-
dinata secundum legem. Ad quod dico aliquibus
propositionibus.

PRIma ppositio. Defide est qđ de potētia ordinata nō pōc remitti peccatū mortale sūne poenitētia virtute vel per martyriū hāc trāstauimus late su
pra.q.15.art.5.& nūc breuiter. Probatur quia nisi
poenitentiā egeritis omnes simul peribitis **Luc.13.34.**
Matth.3. poenitentiā agite. &c. Et **Marc.1.** poenite
mini & credite euāgeliō. **Actuū.3.** poenitentiī sūne

conceditimi, ut delectetur peccata vestra. Ergo lex est, quod sine poenitentia non remitteretur peccatum. SECUNDUM propositio. Peccatum mortale non potest remitti peccatori aequaliter formaliter, vel virtualiter complacenti in peccato ipso mortali, etiam de potentia absoluta: quia hoc non est factibile, quia implicat contradictionem, quod cōplacere at quis aequaliter in peccato & quod illud ei remittatur: quia bene sequitur. Complacet in peccato. Ergo peccat & manet in peccato. Remittitur ei peccatum. Ergo non manet in peccato. Ergo manet & non manet in peccato. Sed haec duo implicat contradictionem, Ergo non est factibile.

TERTIA propositio. Illi qui semel fuit in gratia, & postea peccauit mortaliter, non potest peccatum remittere sine infusione gratiae, etiam de potentia absoluta. Probatur: quia ille erat in gratia & a misericordia Dei, acceptus ad vitam aeternam, & totum hoc amisit per peccatum. Ergo nunquam perfecte remittitur peccatum, nisi restituatur in illum statum quem amisit per peccatum, alias quandiu manet in aliquod defecit propter peccatum, non dicitur peccatum perfecte remissum & condonatum: si cut quis propter pruditionem in regem commissam incidit in poena mortis & in confiscatione bonorum, esto quod remittatur quantu ad primu. s. ad poenam mortis, non est proditio illa remissa perfecte & simpliciter: quia ad huc manet quantum ad secundu. s. quantum ad confiscationem bonorum. Et haec conclusio est. S. Th. prima. 2. q. 13. art. 2. vbi Doctor dicit quod non potest remitti peccatum sine infusione gratiae. Et haec propositiones sunt certae, est tamen hoc contra Scotum in. 4. d. 14. q. 1. art. 1. & in alijs locis.

QUARTA conclusio. De potentia absoluta potest peccatum remitti sine poenitentia virtute. Hæc est Scot. in. 4. d. 14. q. 1. art. 1. & est contra Caius. prima 2. q. 13. art. 2. Probatur: quia per martyrium potest peccatum deleri de facto. Diximus supra. q. 25. art. 5. quod est lex quod per martyrium, etiam sine dolore aliquo peccatorum, peccata remittantur. Ergo. SECUNDUM. Nulla sequitur implicatio aut contradictione, quod Deus remittat peccatum & det gratiam quam perdidit per peccatum illi qui esto peccauit iam vult cessare & cessat a peccato, sed non dolet, quia non cogitat de illo, aut dicit, in quadragessima dolore, pro nunc tam propono cauere in futurum, & amplius non cogitat de illo, non est aliqua implicatio, quod Deus det tali de potentia absoluta gratiam. Ergo potest fieri.

SED videtur contra. S. Th. hic. Dico quod non est quia. S. Th. intelligit suam conclusionem iuxta sensum trium priorum conclusionum, nempe de lege ordinata, vel si peccator persistat in proposito peccandi, formaliter, vel virtualiter.

SECUNDUM. Contra illud quod dicit. S. Th. quod offensa directe opponitur gratiae, arguit Caius. Offensa est in voluntate, & gratia in essentia animæ sed opposita sunt circa idem subiectum. Ergo haec non sunt opposita.

AD HOC dicitur quod offensa quatenus offensa est inimicitia, & sic formaliter opponitur gratiae & charitati quae est amicitia, & ipsa offendens est res quae denominatur offendens, vel gratus. Ideo idem est subiectum quod gratiae, & offensæ, idem inquit subiectum denominationis.

TERTIO. Circa solutionem ad primu, vbi. S. Th. dicit, quod adulteris est in baptismo, non remittitur peccatum sine actuali mutatione quae sit per poenitentiam, dubitatur, an ad hoc quod remittantur peccata per baptismum requiratur quod praecedat dolor de peccatis, vel an sufficiat solus baptismus sine quo cunque dolore.

DE hoc scholastici doctores in duas factiones extremas distrahitur: nam quidam oes intendunt neruos: ut suadeat baptismum (nisi vere contrito administratur) prodeesse nihil. Cui sententia adharet Gabr. 4. d. 14. q. 2. & Adri. q. 1. de poenitentia, & quodlib. 5. ar. 3. quibus. **D. Th.** hic fauere videtur in verbis citatis. Et idem dixit supra. q. 9. ar. 6. ad. 3. vbi assertum, quod ad effectum baptismi percipiendum, licet non requiri poenitentia exterior, requiritur interior poenitentia virtus. Sed virtus poenitentia est contrito, quae sine actu charitatis non repertitur. Ergo. &c. Idem. S. Th. super epistola ad Roma. cap. 11. lectione. 4. dicit, quod contrito cordis requiritur ante baptismum, alioquin si te ad baptismum acceditur. Probat: quia iustificatio impiorum non potest esse sine charitate. Et iustificatio impiorum est solus per veniam contritionem. Ergo in baptismo etiam requiritur illa contrito.

SECUNDUM probat: quia ita dicit Aug. aut author illius lib. sermonum ad fratres in heremo, sermone II. vbi sic dicitur. O compunctione, sine qua infatuosa est omnis confessio, omnis satisfactione innata, sine qua adulteris non valet baptismus.

TERTIO Aug. lib. 7. contra Donatistas cap. penultimo (& habetur de consec. d. 4. cap. Solet) assertum non prodeesse his, qui non habent charitatem, probatque ex illo Apost. I. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuerom, nil nihil mihi prodest.

QUARTO. Actuum. 3. Poenitentia, & conuersio, ut delectetur peccata vestra. Ergo conuersio requiritur, quae non est sine charitate, & loquuntur ante quam baptizarentur.

ALIUS sunt, qui astrinxunt, ante baptismum non requiri nec contritionem nec attritionem, nec dolorem aliquem formaliter: sed sufficit poenitentia virtualis, hoc est, velle suscipere baptismum institutum ad remittenda peccata, & id sine complacentia in peccatum. Hæc est sententia Caius. hic, & Sco. in. 4. d. 14. q. 4. Probat ex Ambro. super illa verba Pauli. ad Roma. Sine poenitentia sunt dona Dei. Vbi ille sic ait. Gratia Dei in baptismo non requirit geometrum, aut planetum, sed solam ex corde professionem. Ergo. &c.

ALIA est media via inter has duas extremas, quae est. S. Th. & commonis theologorum, cui subscribi

Dubium secundum

bo

bo, quod tenet, quod ante baptismum requiritur in eo qui peccatum mortaliter aliqua poenitentia intiri oritur, & dispergitur formaliter, detestatioque peccati. Hæc est. S. Th. hic ad. 1. Et hoc tenet Glosa ordinaria in illud Matth. 3. Poenitentiam agite, approquinabit. &c.

IDEM tenet Aug. lib. de vera & falsa poenitentia cap. 8. & lib. de fide ad Petrum cap. 10. & in lib. de fide & operibus cap. 6. & 8. & lib. 5. homiliarum homelia. 27. cuius verba habentur de consecratio ne. d. 4. cap. omnis. Nemo potest nouam vitam inchoare, nisi eum veteris poenituerit.

ET probat Aug. id duobus testimonij sacrarum literarum. Primu habetur ad Colossem. 3. Exuite vos veterem hominem, & induite novum, qui secundum Deum creatus est. In baptismo enim proprius natus homo induitur. Ergo prius debet exuiri vetus homo, quam natus induatur, sed novum induit homo, per hoc quod eligit nouam vitam. Ergo & veterem exuit, per hoc quod detestatur antiquam.

SECUNDVM testimonium habetur Actuum. 2. Poenitentia agite & baptizetur unusquisque vestrum. **TERTIO.** Dominus enim non baptizat dicitur, nisi poenitentia egeritis, omnes simul peribitis.

QUARTO. Unius Christi. home. 10. super

Matth. hoc ipsum colligit, ex eo quod baptismus Ioani.

fuit preparatorius baptismi Christi, & vocatur

baptismus poenitentia. Mat. 3. & Luc. 3. Non quod peccata remitteret, sed quia per poenitentiam, quae praedicabat, disponebat ad baptismum Christi.

QUINTO. Hoc etiam diffinitum est nunc in concili. Trident. sub Paul. 3. sessione. 6. cap. 6. vbi dicuntur, quod ante baptismum oportet esse poenitentiam. 1. odium & detestationem peccatorum, ex eo quod Actuum. 2. dicitur, Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. &c.

ET ad argumenta in oppositum dico, quod Ambrosius non negat dolorem & poenitentiam interiorum requiri in baptismo, sed negat requiri exteriorum,

& de illa solum loquebatur.

SECUNDUM conclusio est. Ante baptismum non requiritur perfectus actus poenitentiae virtutis, ut peccator sit dispositus ad peccatum & insciptus baptismo effectu: sed sufficit imperfectus dolor. 1. attritio.

HOC. S. Th. in. 4. d. 6. q. 1. art. 3. q. 1. ad. 5. Idem dicit super cap. 11. Ioan. 1. Et probatur. Quia ex sententia omnium theologorum, ille dolor imperfectus sufficit, ad hoc quod sacramentum poenitentiae remittat peccata. Sed baptismus est perfectus sacramentum institutum etiam ad remittenda peccata, & dandam nouam vitam. Ergo etiam ille imperfectus dolor sufficit.

Articulus tertius.

Vtrum possit per poenitentiam unum peccatum sine alio remitti,

DITER TIVM sic procedit. Videtur, quod possit per poenitentiam unum peccatum sine alio remitti. Dicitur enim Amos. 4. Plus per unam ciuitatem, tamen per aliam ciuitatem non plus pars una compta est, & pars super quam non plus aruit. Quod exponens Gregorius super Ezechie. dicit. Cum ille, qui proximum odit, ab aliis civitijs secerit, una eademque civitas ex parte cōpluit, & ex parte arida manet: quia sunt, qui cum quadam vita refescant, in aliis grauiter perdurant. Ergo potest unum peccatum per poenitentiam dimitti sine alio. **PRAETEREA.** Ambrosius dicit super Beati immaculati iuria. Prima consolatio est, quia non oblitus est in misereri Dei: secunda per punitionem, ubi si fides desit, pena satifacit, & relevat. Potest ergo aliquis relevari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis.

PRAETEREA. Eorum quae non necessitate est esse simulum, unum potest afferri sine alio. Sed peccata (ut in secunda parte habitu est) non sunt conexa tamen ita unum corum potest esse sine alio. Ergo etiam unum eorum potest remitti sine alio per poenitentiam.

PRAETEREA. Peccata sunt debita quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra. &c. Sed homo quandoque dimittit unum debitum sine alio. Ergo etiam Deus dimittet per poenitentiam unum sine alio.

PRAETEREA. Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata: secundum illud Hierem. 31. In charitate perpetua dilexite: ideo attraxite miserans. Sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad unum, & sit ei offensus quantum ad aliud: sicut peccatorem diligit, quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam. Ergo videtur possibile, quod Deus per poenitentiam remittat unum peccatum sine alio. **SED CONTRA.** est, quod Aug. dicit m iij in

in lib. de pénitentia. Sunt plures quos pénitet peccasse, sed non omnino, reseruant sibi quædam, in quibus delectentur: non animaduertentes Dominum simul mutum et surdum à demonio liberarse, per hoc docens, nos non nisi de omnibus sanare.

R E S P O N D E O dicendum, quod impossibile est per pénitentia unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensa per gratiam. Vnde in secunda parte habitus est, quod nullum peccatum potest remitti sine gratia. Omne autem peccatum mortale contrariatur gratiae, et excludit eam. Vnde impossibile est, quod unum peccatum sine alio remittatur.

S E C U N D O quia (sicut ostēsum est) peccatum mortale non potest sine vera pénitentia remitti: ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum. Quod quidem est communis omnibus peccatis mortalibus Vbi autem est eadem ratio: et idem effectus. Vnde non potest esse vera pénitens, qui de uno peccato pénitet, et non de alio. Si enim disperget ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem veræ pénitentiae) se queretur, quod de omnibus peccatis péniteret. Vnde siquitz, quod impossibile sit unum peccatum per pénitentiam remitti sine alio.

T E R T I O, quia hoc est contra perfectionem misericordie Dei, cuius perfecta sunt opera: ut dicitur Deutero. 32. Vnde cuius miseretur, totaliter miseretur. Et hoc est, quod Augu. dicit in lib. de pénitentia. Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustitia est, dimidiam sperare veniam.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod illud verbum Gregor. non est intelligendum quantum ad remissionem culpe, sed quantum ad cessationem ab actu: quia interdum ille qui plura peccata consuevit commitere, deserit unum, non tamen aliud. Quod quidem fit auxilio diuino. Quod tamen non pertin-

git usque ad remissionem culpe.

A D S E C V N D V M dicendum, quod in verbo illo Ambro. fides, non potest accipi, qua creditur in Christum: quia ut Augu. dicit super illud Iohann. 15. Si non venissem, et loquutus sis non fuisset: peccatum non habrent, si infidelitatis. Hoc enim est peccatum quo tenentur cuncta peccata. Sed accipitur fides pro conscientia: quia interdum per penas quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet.

A D T E R T I V M dicendum, quod peccata quanvis non sint connexa, quantum ad conuersationem ad bonum commutabile: sunt tamen connexa quantum ad auersionem à bono incommutabili, in qua conueniunt omnia peccata mortalia. Et ex hac parte habent rationem offensæ, quam oportet per poenam tolli.

A D Q V A R T V M dicendum, quod debitum exterioris rei (puta pecunie) non contrariatur amicitia ex qua debitum remittitur: et ideo potest unum dimitti sine alio: Sed debitum culpe contrariatur amicitia, et ideo una culpa vel offensa non remittitur sine altera. Ridiculum enim videtur, quod etiam ab homine, aliquis veniam peteret de una offensâ, et non de alia.

A D Q V I N T V M dicendum, quod dilectio, qua Deus diligit hominis naturam, non ordinatur ad bonum glorie, à quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale. Sed dilectio gratiae per quam fit remissio peccati mortalis ordinat hominem ad vitam eternam: secundum illud Roma. 6. Gratia Dei vita eterna. Vnde non est similis ratio.

HIC solum est adnotandum, quod hæc conclusio, nempe, quod unum peccatum non possit remitti sine alio, est omnium fidelium, de peccatis mortalibus. Et non tractabimus hic latius dubium hoc: quia in q. sequenti videbimus. Vbi certe est aptior locus ad hoc disputandum. Litera sancti Thom. est clara, sufficienter que probatur ibi dicta conclusio.

Articul. quartus,

Vtrum remissa culpa per pénitentiam, remaneat reatus poenæ.



D Q V A R T V M sic procedit. Videtur quod remissa culpa per pénitentiam, non remaneat reatus poenæ. Remota enim causa, remouetur effectus. Sed culpa est causa reatus poenæ: ideo enim est aliquis dignus poena, qui a culpam commisit. Ergo remissa culpa, non potest remanere reatus poenæ.

P R A E T E R E A. Sicut Apostol. dicit Roman. 1. donum Christi est efficacius quam peccatum. Sed peccando homo simul incurrit culpam et poenareatum. Ergo multo magis per donum gratiae simul remittitur culpa et tollitur poenareatus.

P R A E T E R E A. Remissio peccatorum fit in pénitentia per virtutem passionis Christi secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, propter remissionem præcedentium delictorum. Sed passio Christi est sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis: ut supra habuit est. Non ergo post remissionem culpe remaneat aliquis reatus poenæ.

S E C O N D U M est quod. 1. Reg. 12. dicitur, quod cum David poenitens dixisset ad Nathan, peccauit Domino: dixit Nathan ad illum, Dominus quoque transstullit peccatum tuum, non morieris: veruntamen filius qui natus est tibi, morte morietur. Quod fuit in pénam præcedentis peccati, ut ibidem dicitur. Ergo remissa culpa remanet reatus alicuius poenæ.

R E S P O N D E O, dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est) in peccato mortalium sunt duo. scilicet remissio ab incommutabilib[us] et conuersio ad commutabile bonum

inordinata. Ex parte ergo auersio[n]is ab incōmutabilib[us] bono, consequitur peccatum mortale reatus poenæ aeternæ: ut qui contra aeternū bonum peccauit, in aeternum puniatur. Ex parte etiam conuersionis ad bonum commutabile in quantum est mordinata, cōsequitur peccatum mortale reatus alicuius poenæ: quia inordinatio culpa non reducitur ad ordinem iustitiae nisi per paenam. Iustum est enim, ut qui voluntati sue plus indulxit, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur: sic enim erit equalitas. Vnde Apocalyp. 18. dicitur, Quantum glorificavit se et in delitijs fuit, tantum date illi tormentum et lacrimas. Quia tamen conuersio ad bonum commutabile, est finita, non habet ex hac parte peccatum quod debeatur ei poena aeterna. Vnde si sit inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione à Deo (sicut est in peccatis venialibus) non debetur peccato poena aeterna, sed temporalis. Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo in quantum anima per gratiam Deo coniungitur, unde et per consequens simul tollitur reatus poenæ aeternæ, potest tamen remanere reatus alicuius poenæ temporalis.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod culpa mortalis utrumque habet, et auersionem à Deo et conuersionem ad bonum creatum. Sed (sicut in secunda parte habitum est) auersio à Deo est ibi sicut formale: conuersio autem ad bonum creatum est sicut materiale, remoto autem formaliter cunctaque rei, tollitur species: sicut remoto rationali, tollitur species humana. Et ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortaliū remitti, quod per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu poenæ aeternæ: remanet tamen illud quod est materiale. scilicet inordinata conuersio ad bonum creatum: pro qua debetur reatus poenæ temporalis.

A D secundum dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est) ad gratiam permet opari in hominis

hominis, iustificando ipsum a peccato, & cooperari homini ad recte operandum. Remissio igitur culpe reatus pena aeterna pertinet ad gratiam operantem, sed remissio reatus pene et temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, in quantum s. homo cum auxilio diuinæ gratiae, patienter panas tolerando, absoluitur etiam a reatu pena temporalis. Si cut igitur prius est effectus gratiae operantis, quam gratia cooperantis: ita etiam prius est remissio culpe reatus aeterna, quam plenaria absolutio a pena temporali: utrumque enim est a gratia, sed primum a gratia sola, secundum ex gratia libero arbitrio.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi de se sufficiens est ad tollendum omnem reatum penam, non solum aeternam, sed etiam temporalis: et secundum quod homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu penae. In baptismo autem participat homo totaliter virtutem passionis Christi (ut pote per aquam) spiritum Christi commortuus peccato, et in eoregeneratus ad nouam vitam) ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius penae. In poenitentia vero consequitur virtutem passionis Christi secundum modum propriorum actuum qui sunt materia penitentiae, sicut aqua baptismi: ut supra dictum est. Et ideo non statim per primum actu penitentie quo remittitur culpa, soluitur reatus totius penae, sed completis omnibus penitentie actibus.

HVIVS articuli litera clara est, in qua tria etat Doctor sanctus de secundo effectu poenitentiae, qui est obligationem ad poenam tollere.

SECUNDUM hanc questionem presupponit, quod peccato respondet aliquis reatus penae, & adeo certum est, etiam de fide: ita quod nec unquam fuit hoc inter fideles dubitatum, nec etiam inter Philosophos morales qui frequenter dicunt, quod sunt praemia pro bonis, & poena pro malis.

E S T igitur conclusio de fide, quod per peccatum incurrit homo reatum poenam. Hac conclusio est sancti Thomae hic & in prima. 2, quest. 87.

& in 4.d.14. Et probatur ex sacra Scriptura. Prinus ad Romanos. Tribulatio & angustia in omnem animam opera natis malum.

SECUNDUM Matth. 26. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ergo per peccatum incurrit peccatores reatum poenam.

TERTIO Lucæ. 16 habetur de diuite illo quod fuit sepultus in inferno.

QUARTO Matth. 13. vbi scribitur illa historia zizaniorum, sic dicitur. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consumatione saeculi. Mitteret filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniuriam, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit flerus & stridor dentium. Ergo per peccatum incurrit homines reatum poenam.

QUINTO Paul. 2. Corinth. 5. sic ait. Oportet nos manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, pro ut gessit, siue bonum, siue malum. Ergo. &c. Conclusio igitur de fide est.

ALIO VI haeretici dixerunt, quod illa testimonia dicta sunt ad terrorem, sed postea non ita erit: quia Deus non deleatur in poenis. Quid ad Deum punire sic homines?

DICO contra hos, quod dicere hoc, est pestilentialis haeresis: quia Deus non potest mentiri. Et promittit poenas in alia vita, illis qui moriuntur in peccato mortali. Ergo ita erit.

PRAETEREA. Eset contra iustitiam vel prouidentiam Dei, dicere, quod mali manebunt impuniti, etiam stando in lumine naturali. Deus autem est iustus index, qui tribuet unicuique iusta opera sua. Ergo pro malis operibus retribuet malum poenam.

DUBIUM VNICUM.
*D*IVITIA TVR an sit necessarium, quod Deus puniat peccatores, vel an possit Deus non punire, & si potest non punire, quare non faciat. Quia si punire peccatore, non est de semel, omisso penitentia non erit mala, secus si esset de se mala. Si dicas, quod potest non punire morientem sine poenitentia, quia potest remittere illam poenam & illa peccata sine poenitentia, hoc verum est. At non est questio de hoc, sed, an sine remissione peccatorum Deus possit non punire aliquem, ita quod sit verum dicere, quod Petrus manet in peccato, & non punitur a Deo.

AUDI HOC dico, quod Deus potest non punire peccatores non manentem peccatores. Probatur. Quia illa iniuria quæ sit per peccatum, sit ipsi Deo. Ergo satisfactio ipsi debetur soli. Ergo ipse potest remittere non puniendo.

SECUNDUM dico, quod de facto non facit, nec faciet: quia non facit omnia quæ potest facere, sed illa quæ conueniunt. Conuenit vero quod peccatores poenas dent. Probatur. Quia

est

est de iure naturali, quod malefactores puniantur & sine hoc non potest stare orbis: quia fortiores opprimerent alios, & non esset alius ordo inter homines, nec esset alius bonus. Hic est unus modus dicendi, & est. S. Thom.

ALIVS modus est: quem tenet Scot. in 4.d. 14.q. 1.art. i. qui continetur aliquibus propositionibus. Prima est. Nihil aliud est remissio culpe, nisi remissio poenæ.

SECVNDA est, transfacto peccato, nil aliud manet, nisi ordinatio ad poenam. Et hunc modum habet Ioannes Metinensis. q. 7. in codice de poenitentia, & alij sequaces Scotti.

TUNC dico, quod sequendo hunc modum, est dictendum, quod Deus etiam de potentia absoluta, non potest non punire peccatum, sine remissione peccatorum. Hac sequitur ex illis duabus propositionibus Scotti: quia expressè dicit, quod nil aliud remanet post peccatum, nisi ordinatio & obligatio ad poenam, & tollere illam reatum, est tollere peccatum & illa obligationem. Idem dicit Scot. in 4.d. 21.q. i. Ergo Deus non potest non punire peccatum sine remissione peccatorum: quia secundum Scottum, non est aliud remittere peccatum, quā non punire illud.

SED ut dicimus statim, non est verum, quod dicit Scot. quod post peccatum non remanet aliud, nisi obligatio & ordinatio ad poenam.

DICO rursus, quod quodlibet peccatum est reatus penæ: ita quod verum est dicere, quod peccator tenetur ad poenam: sicut dicimus, quod quis futuratur, occidit ut, tenetur ad suspicium. Non quod sit preceptum quod subeat poenam, sed quod iustum est talis iuspendi. Sic peccator tenetur ad reatum poenæ. i. iustum est, quod patiatur: licet non sit preceptum, quod ipse subeat poenam.

HIS suppositis, prius oportet dicere, quid est reatus ad poenam, quod tractat sancti Thomæ in prima. 2. q. 86. & 87. & in 4.d. 14.q. 1.art. i. q. 2. Sed ante quam declarerem sententiam sancti Thomæ, ponam sententiam Domini Scotti, qui dicit in 4.d. 14.q. 1.art. i. quod post peccatum mortale nil aliud remanet, nisi quadam ordinatio ad poenam, et hac ordinatio quatenus est voluntas Dei voluntis vindicare, dicitur offensa Dei, & quatenus est disconueniens animæ: quia ponit eam in malo statu, vocatur macula, & quatenus est obligatio ad poenam, dicitur reatus ad poenam.

SED contra hanc opinionem arguitur hoc modo. Poteft quis esse in peccato mortali sine ordinatione ad illam poenam. Ergo ordinatio ad poenam, non est esse in peccato. Probatur antecedens.

Prius, ipsum peccatum actuale est macula animæ quia post peccatum, anima est in macula. Ergo ipsum peccatum actuale est macula: quia tunc anima est in macula: cum in illa sit postea. Et peccatum actuale est vera offensa, & hoc dato quod non esset ordinatio ad poenam, & si Deus nunquam puniret, esset macula in anima, & esset offensa Dei. Ergo aliud est offensa, & aliud est obligatio

ad poenam: quia certum est, quod non sunt duas maculae, nec duas offensiones. s. peccatum mortale definiens quouis ordine ad aliquid aliud, & hæc ordinatio quam tu ponis.

SECUNDUM esto ordinatio nulla esset ad poenam (quod potest esse de potentia Dei absoluta: quia Deus non vult punire) est alius qui peccat mortaliter. Nam ille est in peccato mortali & non habet ordinatio ad poenam, non tamen est remissum peccatum. Ergo post peccatum non manet sola ordinatio ad poenam. Si dicas, quod Scot. dicet, tunc non esse peccatum, hoc ipse non posset dicere: quia secundum eum precepta primæ tabula sunt indispensabilia. Non enim possunt transgredi sine peccato. Ergo itante isto casu, si pelleret peccabit.

TERTIO arguitur. Damniati in inferno peccant mortaliter, & non remittuntur omnia peccata. Habent enim in anima maculam de peccatis commissis in inferno, quæ sunt vera peccata, & proprie sicut peccata viatoris. Probatur: quia sunt intrinsecus mala, tenebre blasphemia, & non est ibi obligatio ad poenam: quia alias cresceret poena essentialis. Ergo reatus ad poenam distinguatur ab omnibus effectibus peccati.

QUARTO. Si nil aliud est peccatum remitti, quam solvere poenam, sequitur, quod remittitur in peccato veniali dimidia culpa tantum: ut ad sati faciendum pro peccato veniali requiratur, quod ieunet duobus diebus, in primo die est pars culpe remissa. Probatur, quia est remissa pars poenæ. Ergo pars culpe. Et si dicas, quod nunquam remittitur culpa quoque solvatur tota poena, & compleatur poenitentia, contra, ergo stat quod aliquis iatissimac proculpa non dimissa. Probatur: quia ieunio vii vii diei satifacit proculpa & non est dimissa.

QUINTO. In purgatorio quomodo remittitur culpa venialis? Dicit quod per solutionem poenæ. Sed ponamus nos quod debet esse in purgatorio. 8. dies, in 4. prioribus diebus, nullo modo remittitur calpa, & tamen fatissimac. Ergo oportet incidere in alterum illorum, vel quod remittitur dimidia culpa, vel quod satisfacit proculpa, & non remittitur ipsa culpa, & ita satisfacit proculpa non remissa.

SEXTO. Contrito de peccato mortali sufficit ad remissionem totius culpe. Ergo etiam tota culpa venialis remittitur, & pro illa etiam sufficit contrito. Et quandoque non remittit totam poenam. Ergo remissio culpe & remissio poenæ, non sunt idem.

SEPTIMO. Vt ipse Scotus facetus, stat reatus poenæ sine quacunque macula. Ergo non est idem obligatio ad poenam & macula & offensa. Aliquid ergo aliud manet post peccatum præter ordinacionem ad poenam: sicut dicit sancti Th. vbi supra. Gerlon etiam dicit, qd i peccatore est indignitas quædam positiva ad amicitiam Dei vel ad gloriam.

Sed

Sed hoc quod dicit Gerson est de lege quia si Deus ordinaret quod non daret gloriam, sicut de potentia absoluta potuit facere, qui peccaret, non habet illam indignitatem ad gloriam, sed esset in dignitas ad amicitiam Dei.

SED si vellimus absolute loqui: quia etiam sanct. Thom. aliquando vocat indecentiam ad beatitudinem est indignitas positiva ad amicitiam Dei: quia in puris naturalibus esset indignus negative i. non dignus: non tamē esset dignus, ita quod nec meretur, nec non meretur, hoc proprie est macula, offensa, & reatus, & vocatur culpa: quia ita dicimus, quod est in culpa. Vnde. S. Thom. in prima. 2.q.36. & 87.dicit, quod transacto peccato manent multi effectus ex ipso, & non solum obligatio, aut ordinatio ad poenam, vt dicit Scot. Unus effectus est quādam macula, quā secundū. S. Th. in prima. 2.q.109. art. 7. est priuatio nitoris vel pulchritudinis, quā erat in anima ex gratia. Secundus est, quod peccator est auersus à Deo, & est inimicus Dei. Tertius, quod est indignus ad beatitudinem & ad amicitiam Dei. Vnde in peccatore ante poenitentiam est quādam indignitas positiva ad amicitiam Dei ex natura rei. Et hoc etiam dicit Gerson. Quartus effectus est offensa. Quintus est obligatio vel ordinatio ad poenam. Et esto iste non sit ex natura rei, manent alij. Ergo contra Scot.

HOC declarat sanct. Thom. vbi supra, & dicit ex Arist. 8. Ethic. quod tam amicitia quam iustitia consistunt in quadam æqualitate. Et de iusticia non est dubium: quia si vēdo tibi dominum, oportet, qđ tu des mihi æquale, & etiam de amicitia oportet quod des mihi æquale. Si diligō te oportet, qđ tu diligas me. Per peccatum autem facio cōtra amicitiam & iustitiam, contra amicitiam quidem: quia sunt ingratis pro beneficijs receptis, contra iustitiam vero: quia facio contra obediētiam, quā debeo de iusticia. Quantum igitur adhuc quod facit contra amicitiam, priuatur illa, redditurque in dignus illius. dicitur macula, quā remanet post peccatum. Ex hoc autem quod facit contra iustitiam tenetur ad satisfactionem. Omnis enim qui facit contra iustitiam, tenetur ad satisfactionem. Et anima dicitur esse in macula quando quis facit contra amicitiam: quia illa est pulchritudo animæ, vt sit in gratia Dei, quia macula est carentia alicuius, quod ornat animam.

EX eo vero quod peccator lēdit iustitiam, tenetur ad restitutionem, & oportet, quod recompenset etiam tantudem secundum posse, & tantum reddat proprie suo. Hoc probat. S. Th. quia aliquā do pōt. vnū reddi sine alio, & ideo potest cōpensari vnū sine alio: quia sicut qui est amicus alteri, & accipit ab eo. 100. aureos, tenetur ratione iustitiae. 100. reddere sine eo quod reconcilietur ei, & econtra: ita possimus reddere Deo id ad qđ tenemur ratione amicitiae. quod reconciliemur ei, & eum nobis faciamus amicam, sine eo quod reddamus

illi, quod debemus ratione iustitiae.

EST igitur manifestum, post peccatum relinquit maculam & obligationem ad poenam in anima. HIS suppositis respondetur ad questionem, an. s. per poenitentiam remittatur reatus poenæ, duabus propositionibus.

PRIMA est. Semper reatus poenæ est minor per poenitentiam vel post poenitentiā de peccato mortali. Probatur. Quia per poenitentiam remittitur culpa & reatus poenæ æternæ, & manet obligatus ad aliquam poenam temporalem. Ergo. &c.

SECVNDA propositio sit. Non oportet quod per poenitentiam remittatur semper totus reatus poenæ. Probatur: quia iniungitur poenitentia à sacerdote post confessionem, & bene: vt quis satisficiat pro aliqua parte poenæ reatus, cui tenetur.

SED contra hanc secundam conclusionem arguitur, quod per poenitentiam totus reatus poenæ remittatur. Quia ponamus quod Petrus peccauit mortaliter, & conteritur, per contritionem talē remittitur ei pars reatus poenæ. s. poena æterna & maneat. v.g. poena temporalis vt de cem. Si iterum conteratur remittetur ei illa poena. Probatur: quia secunda contrito est eiusdem virtutis & vigoris. Ergo habebit effectū, vt prima. Sed prima potuit remittere æternam poenam & illā mutare in temporalem. Ergo secunda poterit tollere poenam temporalem manētem. Nam si prima abstulit poenam vt. 100. quare ista. 2. non tollit poenam remanentem, vt. 10. cum sit ita intensa sicut prima. Si dicas quod non probamus de una contritione, sed de duabus, Dico, quod satis mihi est, quod de duabus probem. Ad minus hoc ostendo, quod semper secunda contrito tollit omnem poenam temporalem quantumcunque magnam.

PRAETEREA. Ponamus vnam quę intensam sicut ambæ tunc vna sola sufficit. Ergo. &c.

PRO solutione huius nota sanctū Thom. prima. 2.q.87. ar. 6. & hic ad. 4. Ex quibus locis habetur quod poena æterna. s. tanta non debetur per se peccato mortali. i. in peccato mortali sunt duo, i. auersio à Deo & comersio ad creaturam: & quod unus puniatur plusquam aliis est ratione conuersonis in obiectum: quia conuerit se quis in peius obiectum acerbitas poenæ non prouenit ratione a uersioni à Deo, quia æqualiter auertitur, sed ratione conuersionis: quantum autem ad durationem æqualiter puniuntur. Vnde peccato mortali debetur poena æterna, hoc est, quandiu manet peccatum mortale, tanti debetur ei poena æterna, & si peccatum durat in æternum, poena etiam: non ratione grauitatis, sed quia peccatum mortale durat in æternum: sic poenitentia per accidens tollit poenam æternam, quia tollit peccatum & culpm. Et ita poenitentiaper se ex Christi institutione non habet remittere totam poenam.

SECVNDO aliter dico ad argumentum, distinguendo maiorem. s. quod prima cōtrito remiserit infinitos annos immediate nego, mediate concedo.

concedo. s. auferendo peccatum, faciendo amicum & per consequens potentem satisfacere pro debito, quod non erat nisi viginti annorum, sed adeo erat poena æterna: quia nunquam soluebat illos viginti, & cū hoc illa prima cōtrito soluit partē debiti quod ratione offensæ debetur. Vnde ad argumentum dico, quod prima cōtrito ex eo quod tollit peccatum tollit quod poena eius non duret in perpetuū: sed secunda cōtrario cum inueniat ablata perpetuitatē poenæ, non poterit remittere, nisi hoc, quod non tā acerbe puniatur: hoc est, quod non puniatur ita intense sicut prius, & ita etiam potest remittere totum reatum, quando s. remissa est tota acerbitas poenæ.

SECVNDO arguitur hoc modo. Baptismus totam poenam remittit. Ergo etiam poenitentia. Probatur consequentia. Sicut baptismus est institutus ad remissionem peccatorum: s. & poenitentia, quia sicut dicitur, Nisi quis renatus fuerit &c. Ioā. 3. ita dicitur est, Quorum remiseritis. &c. Ioā. 20. Ergo si baptismus remittit totam poenam etiam poenitentia.

AD HOC nego consequentiam: quia aliquid est in baptismo quod non est in poenitentia, quia baptismus est regeneratio, & sicut in generatione naturali oīa corrūpuntur præterita: sic etiā in generatione spirituali oportet quod nihil maneat.

SECVNDO, quia baptismus facit nouā creaturā: non aut̄ poenitentia. Et quia baptismus facit nouā creaturā, oportet quod omnia præterita & vetera remittat & deleat. Et etiam: quia baptismus confert nouam vitam spiritualem quę non compatiatur secum mortem: non autem sic est de poenitentia. Ergo. &c.

PRAETEREA. Arguitur hoc modo. Boni non debent puniri, sed mali debent affligi poenis. Sed post poenitentiā iam aliquis est bonus & studioſus. Ergo Deus non debet affligere eum poenis.

AD HOC. S. Thom. prima. 1. q. 27. & hic in prima. 4.q.28. & in 4.d.14. dicit, quod de ratione poenæ est quod sit in uoluntaria: quia non vocat aliquis poenam aliquid propter ea quod sit laboriosum: quia ludere pilla vel globo est laboriosum & non dicitur poena vel poenale, eo quia est volūtariū, sed ilius ubi est labor. Et esto ibi non sit labor, est poena vel poenale, si sit in uolūtarium. Vnde, tantum habet minus de ratione poenæ, quantū plus habet de voluntario. Tunc ad argumentum: Boni non debent affligi poenis, distingo. In volūtariū, verum est: voluntariū, nego: quia boni homines sumunt sibi volūtariū poenæ. s. peregrinatrices, ieunia, & alia id genus.

SECVNDO dico, quod boni quatenus boni sūt, non debēt multari poenis, sed quatenus mali fuerint iustum est quod faciant aliquam recompensationem, esto iam sint boni.

PRAETEREA. Arguunt heretici quod nos facimus Deum saevum & in humanum: nam amicus qui vere est amicus & redit in gratiā alterius,

non delectatur in poenis amici. Si per poenitentiam redimus in amicitiam eius, quare punit & affligit amicos suos & habet carcerē pro amicis suis: vnde dicunt, quod nos tribuimus Deo quod non tribueremus hominibus, quod affligant amicos suos.

AD HOC dico, quod qui offendit Deum, lēdit amicitiam & iustitiam: per poenitentiam vere fit compensatio pro amicitia, & nō debet exigi ab eo aliud, sed non satisfacit pro iustitia. Postquam enim peccator dicit, peto veniam, tamē paratus sum facere quicquid volueris & redire in amicitiam tuam, non debet offensus dicere, non parcā, vel non eris amicus quoisque reddas domū. v.g. quā accepisti à me, sed debet recipere offendentem ita tim ad suam amicitiam, & salua amicitia poterit repetere dominum suum: quia licet ille satisficerit pro amicitia, non tamē satisfacit pro iustitia: sicut rete pōre est amico remittere homicidium, tamē salua amicitia cogit eum soluere & satisfacere pro iniuria, & ponit eum in carcere, quoisque soluat. Sic etiam Deus se habet cum peccatoribus.

VLTIMO pro conclusione, s. quod post remissā culpam manet reatus ad poenam, & Deus puniet illum qui fuit peccator, est manifestus locus. 2. Reg. 1.a sanct. Thom. Citatus in argumento in contra, de David, qui postquam audiuit a Nathā peccatum suum, dixit Peccavi Domino, Cui Nathā Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Non morietis. Verum tamē quoniam blasphemare fecisti iniūcos nomen Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur.

SECVNDO. Paralipo in fine, de poenitentia Manasses, qui post peccata ei remissa: multa mala cum populo suo passus est pro peccatis suis. TER TIO. Idem patet de Maria sorore Moysi quā iussa est septem diebus extra Castra manere pro peccato murmuratio in Moysem. Idque post exactam poenitentiam de suo peccato Num. 11.

Q VAR TO. Qui hoc dicit, nempe, quod post peccatum remissum quoad culpam, non manet reatus ad poenam: ex consequenti negat purgatorium, quod hæreticum est. Ergo. &c. Sed de hoc latius infra secunda. 4.q.7. vbi agemus de satisfactione.

Articul, quintus.

Vtrum remissa culpa mortali tollatur omnes reliquæ peccati.

D Q VINTVM sic fcedi tur. Udetur qđ remissa culpa mortali, tollatur omnes reliqua peccati. Dicit enim August. in lib.

in lib. de penitentia. Nūquam Dominus ali quem sanauit: quem omnino non liberauit: Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & anima ab omni contagione. Sed reliquiae peccati pertinent ad infirmitatem peccati. Ergo non videtur possibile quod remissa culpa remaneant reliquiae peccati.

PRAETEREA. Secundū Dionys. 4. cap. de diuinis nominibus bonum est efficacius quam malū: quia malū non agit, nisi virtute boni. Sed homo peccando simul totam infectionem peccati incurrit. Ergo multo magis penitendo liberatur, etiam ab omnibus peccati reliquijs.

PRAETEREA. Opus Dei efficacius est, quam opus hominis. Sed per exercitium humanorum operum ad bonum, tolluntur reliquiae peccati contrarij. Ergo multo magis tolluntur per remissionem culpe, quae est opus Dei.

SED CONTRA est, quod Marci. 8. legitur, quod cæcus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectū virtūm (unde ait, video homines velut arbores abulantes) deinde restitutus est perfecte, ita ut videret clare omnia. Illuminatio autem cæcis significat liberationem peccatoris. Post primam ergoremissionem culpe, qua peccator restituitur ad virtūm spiritualem, ad huc remanent in eo aliqua reliquia peccati preteriti.

RESPONDEO dicendum, quod peccatum mortale ex parte conuersonis in ordinata ad bonum commutabile, quandam dispositionē causat in anima, vel etiam habitum, si actus frequenter iteretur. Sicut autē dictum est culpa peccati mortalis remittitur in quantum tollitur per gratiam auersio mētis à Deo. Sublato autem eo quod est ex parte auersionis, nihilominus remanere potest id quod est ex parte conuersonis inordinata, cū hanc contingat esse sine illa, sicut prius dictū est. Et ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedentibus

actibus causatae, que dicuntur peccati reliquiae. Remanent tamen debilitate & diminutae: ita quod homini non dominantur. Et hoc magis per modum dispositionum, quam per modum habituum, sicut etiam remanet fomes post baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod Deus totum hominem perfecte curat, sed quandoque subito: sicut socrum Petri statim restituit perfecte sanitati, ita ut surgens ministraret illis: ut legitur Luce. 4. Quandoque autem successiue, sicut dictum est de eo cœco illuminato Marc. 8.

ET ita etiam spiritualiter, quandoque tan ta commotione convertit cor hominis, ut subito perfecte consequatur sanitatem spiritualem, nō solum remissa culpa, sed sublatis omnibus peccati reliquijs: ut patet de Magdalena Luce. 7. Quandoque autem prius remittit culpā per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiue tollit peccati reliquias.

AD SECUNDVM dicendū, quod peccatum etiam quandoque statim inducit debitam dispositionem, ut pose per unum actuū causatam. Quandoque autem fortiorē causatam per multis actus.

AD TERTIVM dicendum, quod uno actu humano non tolluntur omnes reliquiae peccati: quia (ut dicitur in predicatione) prauus ad meliores exercitationes deducet, admodum aliquid proficiet, ut melior sit. Multiplicato autem exercitio ad hoc puenit, ut sit bonus virtus acquisita. Hoc autem multo efficacius facit diuina gratia, siue uno, siue pluribus actibus.

IN HOC. Quinto art. sanct. Thom. scribit conclusionem affirmativam sub hac forma. Remissa culpa remanere possunt reliquiae peccatorū & sape remanent. Probat manifeste & suscitet ut habes in litera.

DUBIUM prius hic occurrit, quia videtur Dubium qd' S. Th. nō respōdet ad illud quod quæ primum sicut. Quæsivit nanque, an remiso peccato remaneat reliquia peccati. Et respōdet, qd' remissio & rema-

remanent reliquiae. Hoc non est respondere, sed oportet dicere quod cum peccato remittuntur reliquiae peccati.

AD HOC dico, quod quæstio, quærebat unum & supponebat aliud. Quærebat enim, an remissio peccato reliquiae peccati remittantur, & supponeret, quod remissio peccato remanent reliquiae peccati. Ideo ad utrumq; voluit respōdere. Ad superpositum respondet in corpore arti. & ad quæstum respōdet in soluzione ad i. vbi dicit, quod nō semper statim Deus cū peccato remittit omnes reliquias peccati, sed aliquando successiue. Vide ibi, quia loculenter loquitur.

DUBIUM secundū.

DVBITATVR secundo, an sit certa lex, secundum quam Deus regulariter semper remittit certam partem poenæ & reliquiarum peccati. Sed aliquando ex gratia & misericordia fortius concurreat cum uno quam cum alio & ita perfectius conteritur, & plus de peccatorū reliquijs remittitur: quia hic plus fuit tractus à Deo quam alias. Quare autem hunc plus quam illum traxerit, noli iudicare, si non vis errare ait Aug. Quid autem sunt peccatorum reliquiae constat ex diuo Thom. in litera, vbi manifeste dicit eas esse malas dispositiones, quæ ex peccatis relinquantur: ut malus habitus ex malis actibus genitus, tepiditas & frigiditas ad spiritualia, & poena quæ debetur pro ipli peccatis.

Articulus sextus.

Vtrum remissio culpe sit effectus penitentiae.

D SEXTVM sic proceditur. Videtur quod remissio culpe non sit effectus penitentiae, secundum quod est virtus. Dicitur enim penitentiae virtus, secundum quod est principium humani actus. Sed humanus actus non operatur ad remissionem culpe, quae est effectus gratiae operantis. Ergo remissio culpe non est effectus penitentiae secundum quod est virtus.

PRAETEREA. Quædā alia virtutes sunt excellentiores penitentiae. Sed remissio culpe non dicitur effectus alicuius alterius virtutis: Ergo etiam non est effectus penitentiae secundum quod est sacramentum.

tie secundum quod est virtus:

PRAETEREA. Remissio culpe non est nisi ex virtute passionis Christi: secundum illud Hebra. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. Sed penitentia in quantum est sacramentum operatur in virtute passionis Christi, sicut & cetera sacramenta. ut ex supradictis patet: Ergo remissio culpe non est effectus penitentiae, in quantum est virtus, sed in quantum est sacramentum.

SED CONTRA. Illud est proprie causa alicuius, sine quo esse non potest. Omnis enim effectus dependet à sua causa. Sed remissio culpe potest esse à Deo sine penitentiae sacramento, non autem sine penitentia secundum quod est virtus: ut supra dictum est: Vnde & ante sacramenta noue legis penitentibus Deus peccata remittebat. Ergo remissio culpe est præcipue effectus penitentiae, secundum quod est virtus.

RESPONDEO dicendum, quod penitentia est virtus secundum quod est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris materialiter se habent in sacramento penitentiae. Omne autem sacramentum producit effectum suum, nō solum virtute formæ sed etiā virtute materie. Ex utroq; enim est unus sacramentum, ut supra habitum est. Vnde sicut remissio culpe sit in baptismo non solum virtute formæ sed etiā virtute materie.

Si aquæ: principalius tamen virtute formæ ex qua & ipsa aqua virtutem recipit: ita etiam & remissio culpe est effectus penitentiae. Principalius quidem, ex virtute clavium quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id, quod est formale in hoc sacramento (ut supra dictum est) secundario autem ex vi actuum penitentis, pertinetum ad virtutem penitentiae: tamen prout hi actus aliquiliter ordinantur ad claves ecclesiæ. Et sic patet, quod remissio culpe est effectus penitentiae, secundum quod est virtus: principalius tamen secundum quod est sacramentum.

A D P R I M V M ergo dicendū, quod effectus gratiae operantis, est iustificatio impij, ut in secunda parte dictum est. In qua (ut ibidem dictum est) non solum est gratia infusionis, sed remissio culpe, sed etiam motus liberis arbitrij in Deum, qui est actus fidei formatae: motus liberis arbitrij in peccatum, qui est actus pœnitentiae. Hic tamen actus humani, sunt ibi ut effectus gratiae operantis, si mul producticum remissione culpe. Vnde remissio culpe nō fit sine actu pœnitentiae virtutis: licet sit effectus gratiae operantis.

A D S E C V N D V M dicendū, quod in iustificatione impij, non solum est actus pœnitentiae, sed etiam actus fidei, ut dictum est. Et ideo remissio culpe non ponitur effectus solum pœnitentiae virtutis: sed principalius fidei, et charitatis.

A D T E R T I V M dicendum, quod ad passionem Christi ordinatur actus pœnitentiae virtutis, et per fidem, et per ordinem ad claves ecclesie. Et ideo utroque modo causat remissione culpe virtute passionis Christi.

A D I D autem quod in contrarium obiicitur, dicendum est, quod actus pœnitentiae virtutis habet, quod sine eo non possit fieri remissio culpe, in quantum est in pœnitentia effectus gratiae, per quam principaliter culpa remittitur, quæ etiam operatur in omnibus sacramentis. Et ideo per hoc non potest cocludi, nisi quod gratia est principalior causa remissionis culpe, quam pœnitentiae sacramentū.

S C I E N D V M tamen quod etiam in arte leg. et in leg. naturæ, erat aliqualiter sacramentū pœnitentiae: ut supradictum est.

I N H O C art. 6. Diuus Tho. intendit tractare & docere, quod remissio culpe est à pœnitentia, & quatenus pœnitentia virtus est, & quatenus sacramentum est. Et scribit in sententia multis propositiones dignas, quæ semel mandentur memoriae: quarum prior sic habet. Actus humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in sacramento pœnitentiae, quod est dicere, Confessio pœnitentis est proxima materia sacramenti pœnitentiae, quod notum est.

S E C V N D A est. In sacramento aliquo nō so-

lum agit forma, sed etiā materia. Probatur: quia sacramentum est artificiatū quoddam sicut vnguitū constāt est materia & forma. Ergo totū illud vnguentum agit & non solum ratione vnius partis. Confirmat hoc ex sacramento baptismi. Nā in baptismo (inquit) nō solum forma baptismi peccata remittit: sed etiam aqua, quæ est eius materia: licet principalius forma, quam materia. Ita in poenitentia sacramentali etiam actus pœnitentis operantur ad remissionem culpe, licet præcipue operentur claves, quæ sunt in ministro, qui apponit formā. Vnde infert diuus Th. quod remissio culpe est effectus pœnitentiae, quatenus virtus est: quia actus pœnitentis sunt ab illa tanquam à virtute in pœnitente infusi, vel imitatur actus illos, qui sunt à pœnitentia infusa, ut cum pœnitēs solum habet attritionem.

S E C V N D O colligit, quod remissio culpe principalius est pœnitentiae quatenus est sacramentum, & quatenus innititur clavibus ecclesie. Hac. S. Tho.

HIC prius dubitatur, quid vocatur, gratia Dubium operans, & quid cooperans. AD HOC dico quod eadem gratia numero est primum cooperans: sed dicitur operans in quantū præcedit contritionē & actum fidei formatae in genere cuiusq; formalis, & cooperans in quantū iam iste iustificatus vicit illa gratia, & facit alias bonas operationes.

S E C V N D O mouet dominus Caiet. hic dubiū: Dubium quia videtur quod. S. Tho. sibi ipsi nō cōster. secundū Nā hic dicit quod remissio culpe est effectus pœnitentiae virtutis. Ex quo sequitur (cum actus pœnitentiae virtutis sit actus liberis arbitrij) quod remissio culpe est à gratia, & a libero arbitrio: At opositū dixit in art. 4. huius. q. ad. 2. vbi expresse afferuit, quod remissio culpe est à sola gratia: plena autem absolutione, etiam à poena, est à gratia & a libero arbitrio. Hac videtur inter se pugnare. Ergo. &c.

A D H O C dicit Caiet. & bene, quod per illud in art. 4. à. S. Tho. dictum, nempe, quod remissio culpe est à sola gratia, non excludit. S. Tho. actus liberis arbitrij, qui sunt effectus gratiae, qui suavit necessarij ad remittendam culpe: sicut quando dicimus, sola causa facit hoc, non excluditur virtus causa, aut actus mediante quo facit hoc. Quādo vero. S. Tho. dicit, quod remissio culpe nō est à libero arbitrio, intelligitur absolute, secundū quod consideratur sine gratia: sed intēdit quod est etiā à libero arbitrio moto, & informato à gratia, secundū quod iam illud liberū arbitrium est effectus & effectus gratiae, & nō de se, sic intelligit hic.

E S T etiam hic notandū, quod iā. S. Tho. cōcedit quod claves remittunt peccata, contra Magist. sentent. & nonnullos dicentes, quod sacerdotes solum habēt claves ad ostendendū peccatorē absoluū, non autē ad absoluēdū, quod nos late disputabimus in secunda. 4. q. 13. art. L.

Quæstio. XXVII.

De remissione venialiū peccatorū.



E I N D E considerandum est de remissione venialiū peccatorū. Et circa hoc queruntur quatuor.

P R I M O. Vtrum sine pœnitentia peccatum veniale possit dimitti.

S E C U N D O. Vtrum possit dimitti sine gratia infusione.

T E R T I O. Vtrum peccata venialia dimittantur per aspersiōnem aquæ benedictæ & unctione peccatoris & oratione domonica, et alia huiusmodi.

Q U A R T O. Vtrum veniale peccatum possit dimitti sine mortali.

Articulus primus

Vtrum peccatum veniale possit remitti sine pœnitentia.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur quod veniale peccatum dimitti possit sine pœnitentia. Pertinet enim (ut supra dictum est) ad rationem verae pœnitentiae, quod non solum homo doleat de peccato præterito, sed etiam proponat cauere de futuro. Sed sine tali proposito peccata venialia dimittuntur: cū certum sit, quod homo præsentē vitā sine peccatis venialibus ducere non potest. Ergo peccata venialia remitti possunt sine pœnitentia.

P R A E T E R E A. Pœnitentia non est sine actuali disiplentia peccatorum. Sed peccata venialia possunt dimitti sine disiplentia eorum, sicut patet in eo qui dormiens occideretur propter Christum: statim enī aduolaret, quod nō contingit manentibus peccatis venialibus. Ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitentia.

P R A E T E R E A. Peccata venialia opponuntur feruorū charitatis: ut in secunda parte dictum est. Sed unum oppositorum tollitur per aliud. Ergo per feruorem charitatis quem contingit esse sine actuali disiplentia peccati: venialis, fit remissio peccatorum venialium.

S E D C O N T R A est, quod Aug. dicit in lib. de pœnitentia, quod est quedam pœnitentia que cotidie agitur in ecclesia, pro peccatis venialibus, quæ frustra esset, si sine pœnitentia peccata venialia possent dimitti. Videlur ergo, quod peccata venialia nō possint sine pœnitentia dimitti.

R E S P O N D E O, dicendum, quod remissio culpe (sicut dictum est) fit per coniunctionem hominis ad Deū: à quo aliqualiter separat culpa. Sed hæc separatio perfecte quidē fit per peccatum mortale: imperfecte autē per peccatum veniale. Nam per peccatum mortale mēs omnino à Deo auertitur, ut pote contracharitatē agens: per peccatum autē veniale, retardatur affectus hominis, ne proprie in Deū feratur. Et ideo utrumq; peccatum per pœnitentia quidē remittitur: quia per utrumq; deordinatur voluntas hominis per immoderatā conuersiōnē ad bonū creatū: sicut enī pœnitentia mortalē remitti non potest, quandiu voluntas peccato adheret, ita nec etiam peccatum veniale: quia manente causa, manet effectus.

E X I G I T U R autem ad remissionē peccati mortalis perfectior pœnitentia: ut s. homo actus litter peccati cōmisiū detestetur, quantū in ipso est: ut s. diligentia adhibeat ad rememorāndū singula peccata mortalia: ut singula detestetur. Sed hoc non requiritur ad remissiōnē venialiū peccatorum: non tamen sufficit habitualis disiplentia quæ habetur per habitū charitatis, vel pœnitentiae virtutis: quia sic charitas non compateretur peccati veniale, quod patet esse filsum. Vnde sequitur, quod requiratur virtualis quedam disiplentia: puta cū aliquis hoc modo fertur secundū affitū in Deū, et res diuinās, ut quicquid sibi occur-

occurrit, quod cum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doloreret se commississe, & etiam si actus de illo non cogitaret. Quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblitera post diligentem inquisitionem.

A'D PRIMVM ergo dicendum, quod homo in gratia constitutus potest evitare omnia peccata mortalia, et singula: potest etiam evitare singula peccata venialia, sed non omnina: ut patet ex his quae in secunda parte dicta sunt. Et ideo poenitentia de peccatis mortalibus requirit quod homo proponat ab initio re ab omnibus et singulis peccatis mortalibus: sed ad poenitentiam venialium peccatorum requiritur, quod homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huinius vita non patitur. Debet tamen habere propositum se preparandi ad peccata venialia minuenda: alioqui, esset expensum deficiendi, cum defereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, que sunt peccata venialia.

A'D SECUNDVM dicendum, quod passio pro Christo suscepta (sicut s. prae dictum est) obtinet remissionem peccatorum venialium, et mortali: nisi actus liter voluntatem peccato inuenierit inhaerente. **A'D TERTIVM** dicendum, quod feruor charitatis virtualiter implicat discentiam venialium peccatorum: ut supra dictum est.

IN HOC primo articulo Diuus Thom. hoc procedit ordine, quod prius in fronte articuli ponit unam conclusionem, & secundo loco notabile unum, & tertio loco absoluit dubium aliquibus propositionibus.

PRIMA propositio ita habet. Remissio culpa sit per coniunctionem hominis ad Deum, a quo aequaliter separat omnis culpa. Notabile est quod sequitur in litera. Hac separatio a Deo perfecte sit lolum per peccatum mortale: imperfecte autem sit per peccatum veniale. Hoc probatur: quia per peccatum mortale mens omnino a Deo auertitur. Nam qui peccat mortaliter agit contra charitatem. At per peccatum veniale solum retardatur affectus hominis, ne prompte in Deum fera-

tur. Vnde colligitur in litera quod utrumque peccatum per poenitentiam remittitur.

SECVNDA propositio. Sicut peccatum mortale remitti non potest quandiu voluntas peccato ad haeret, ita etiam nec veniale. Probatur: quia manente causa, manet effectus.

TER TIA propositio. Ad peccatum mortale remittendum, exigitur perfectior poenitentia, nempe, ut homo actualiter peccatum mortale commisum detestetur, quantu in ipso est, nempe, ut diligenter adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur.

QVARTA propositio. Hoc quod requiritur ad remissionem mortalium, non requiritur ad remissionem venialium.

QVINTA propositio est. Ad remissionem peccatorum venialium non sufficit habitualis disceptatio, quae habetur per habitum charitatis, vel poenitentiae virtutis. Probatur: quia dato opposito, se queretur quod charitas non compateretur secum peccatum veniale, quod manifeste falso est.

SEXTA propositio est. Ad remissionem peccatorum venialium requiritur quadam virtualis disceptatio, nempe, cum aliquis hoc modo fertur, secundum effectum in Deum & res divinas: ut quicquid sibi occurret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doloreret se commississe, etiam si actus de illo non cogitaret.

SEPTIMA propositio. Hoc quod sufficit ad remissionem peccati venialis, non sufficit ad remissionem peccati mortalis: nisi quantum ad peccata oblitera post diligentem inquisitionem. Hec diuus Thom.

PRIVS est hic notandum, quod hanc materia de remissione peccatorum venialium, tractatur a Magis. in. 4. d. 16. & ibi a suis expositoribus.

SECVNDO est sciendum illud, quod sancti Th. dicit. s. quod tam peccatum mortale, quam veniale, facit aliquam reparacionem, sed non eodem modo. Nam peccatum mortale omnino tollit amicitiam & gratiam Dei, & ita perfecte separat a Deo. Veniale autem non tollit amicitiam, sed est quadam offensa secum compatiens amicitiam: sicut inter homines sunt quedam quibus offenditur amicus: licet amicitia non tollatur, sed solum gravatur ille. Ut enim in naturalibus lapis habes principiū descendēdi deorsū dupliciter potest impediti, ne decessat, nempe, uno modo solitas principiū. i. gravitate, alio modo ponendo impedimentū, vel obstatulum, sic que, licet habeat gravitatem, impeditur, ne descendat: sic per charitatem mouetur quis in Deum: at per peccatum mortale, tollitur principium illud. s. charitas, peccatum vero veniale non tollit principium. s. charitatem: sed est obstatulum impediens motum charitatis in Deum, ne s. feruentur tendat in Deum.

TER TIO. Dicit sancti Th. quod ad tollendum utrumque peccatum, nempe mortale & veniale, requiritur poenitentia, quae est conclusio, qua

reipō

respondetur ad id quod querebatur in art. forma liter.

EX qua conclusione sequitur, quod quandiu quis complacet in veniali, non remittitur ei, nec illud in quo cōplacet, nec aliud, quod sit eiusdem rationis. Hoc est. Si aliquis dixit. i. m. mendacia, dolet de nouem, & complacet in uno: tum, nec illud in quo cōplacet, nec aliqd aliud mendacium remittitur, quia virtualiter in oībus cōplacet: cū non poeniteat de peccatis illis, eo quia mendacia sunt & contra Deum. Eretiam si doleat de omnibus praeteritis, sed habet propositum menendi in futurum, nullum mendacium remittitur: quia virtualiter complacet in illis ob dictam rationem.

QVARTO dicit Doctor sanctus, quod non requiritur tanta poenitentia ad remittendum peccata venialia, sicut ad mortale dilliendum. Nam ad veniale delendum, satis est tollere impedimentum, quia (ut diximus) peccatum veniale est impedimentum ad hoc quod charitas non exeat in aetum suum, & tollitur illud impedimentum per seruorem charitatis, i. per dilectionem Dei. Et si dicas, quod requiritur poenitentia, quia ita dicit sancti Th. dico, quod ipse dicit, dilectionem Dei, esse virtualem poenitentiam, quae sufficit ad remittendum veniale, licet non sufficiat ad remittendum mortalia, quia tantum valet ad remittendum veniale, sicut poenitentia, & ideo dicitur poenitentia virtualis.

Dubium prima. **S**ED hanc questionem, an peccatum veniale remittatur sine poenitenti, supponit, quod sit peccatum veniale, quod est falso, quia in Scriptura sacra non habetur, quod sit peccatum veniale. Ideo dubitatur an sit aliquod peccatum veniale. Quod tandem dubium sancti nunquam mouerunt: quia habebant pro certo quod erat peccatum veniale. At hereticici Lutherani dicunt, quod non est peccatum veniale. Et fideles postquam hereticici negavit, petunt, quod probemus.

IDEO pono conclusionem. Ne fide est, quod est peccatum veniale, & quod non oīa sunt mortalia. Et iam frater cum de purgatorio agemus, de hoc nobis erit sermo latior. Pronunc autem probo hoc. Prius Iacobus. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: quia Deus intentator malorum est. Constat Iacobus locutum fuisse de mala concupiscentia, quae est tentatio, quae inclinat ad malum. Et sequitur, Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Vnde sequitur manifeste, quod est aliquod peccatum mortem generans, & aliud non. Ergo aliquod est veniale peccatum.

SECVNDO. i. Corinth. 3. dicitur. Fundamentū enim aliud nemo potest ponere, præter id quod possum est, quod est Christus Iesus. Siquis autem, superadificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, foenum, stipulam: vniuersusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit. Dies autem Domini, peculiariter accipitur pro die iudicii.

TER TIO. Iacobus. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros ecclesie, & orient super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittetur ei. Non potest hoc intelligi de peccatis mortalibus: quia ad illa remittenda requiritur poenitentia & confessio, vel in re vel in voto. Ergo intelligitur illud de venialibus, quia nunquam quis dixit, quod per solas orationes presbyterorum dimittantur peccata mortalia. Ergo, &c.

QVARTO Matth. 7. & Luc. 6. dicit Dominus. Quid autem vides festucā in oculo fratris

n. ij. tui

tui: trahē autem in oculo tuo nō vides. Eiſce prius trahē de oculo tuo, & tunc videbis eiſcē fētucā de oculo frātris tui. Vbi per trahē intelligit̄ lethale crīmen & per fētucā, leue & veniale. Et omnes sancti ita intelligunt. Et certum est quod per trahē intelligit̄ peccatum mortale: per fētucā autem certum est, ad minus intelligi aliquod repræhensibile: quia alias non erat eiſci endū. Et non potest intelligi de peccato mortali quia fētucā non tollit viſum: trahē autem tollit. Ideo per trahē intelligit̄ mortale.

Q. VINTO Matth. 11. dicit dominus. Omne verbum occīsum quod loquuti fuerint homines redent de eo rationem in die iudicij. Tūc sic. Verbum occīsum est peccatum. Et non mortale. Ergo veniale. Antecedens probatur: quia nulli comminatur malum propter opus bonum. Sed illud dixit dominus non solum de magnis peccatis, sed etiam de paruis: quia durum esset & irrationabile, quod pro quolibet verbo occīso peccarent homines mortaliter, & in infernum mitterentur. Ergo dicēū est, quod est veniale, & nec potest dici, quod sit opus bonum, cum de eo debeant homines reddere rationem.

SEXTO. Numeri. 15. dicitur. Si per ignorātiā præterieritis quicquam horum, quae loquutis est dominus ad Moysēm, offeret sacerdos vitulū de atmento holocaustū in odorem suaūissimū domino, hincūque propeccato, & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israēl, & dimittentur eis, quoniam non sponte peccauerunt. In hoc loco etiam sancti fundant esse aliqua peccata, quae non requirunt tantam satisfactionem, sicut alia quae sunt mortalia. s. quando quis peccat ex ignorantia: sicut cum quis ignorat aliquid, & est paratus scire bona fide, raro autem aut nūi quam ignorantia illa est mortalē, secus si non est paratus scire bona fide sed aut non vult scire, aut est notabiliter negligens ad sciendum. Et Aristoteles dicit. 3. Ethic. quod ignorantia facit aliquo modo inuoluntariū. Et quod citatus locus intelligatur de veniali probatur, quia sequitur in eodem capitulo. Anima vero, quae per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille siue peregrinus, peribit quoniam rebelis fuit domino, vbi manifeste loquitur de mortalē: quia propter veniale nullus perit. Ergo in prioribus verbis, Quando per ignorātiā peccauit, non perit. Ergo non erat mortale. Et tamē peccatum. Ergo est peccatum veniale.

S V N T etiam pro hoc testimonia sanctorum: Et prius est Ambro. super illud ad Roman. 7. Nō enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod vollo malum illud facio. Vbi Ambrosi. querit, an homines excusentur à peccato, & dicit quod non, sub his verbis. Nunquid quia inuitus homo trahit in legem peccati, immunis debet videri à crīmine: quia hoc agit quod non vult, vi præssus potest eris? Non vtique. Ipsiſis enim vitio & desidia hæc cæpta sunt. Vbi Ambrosi. dicit, quod non

propterea excusantur à peccato: quia id faciunt malum quod non volunt, quia quando Paulus dicebat, sentio aliam legem in membris meis capientem me in lege peccati, peccabat: quia alias quare diceret, Inſoelix homo. Non enim dicebat illud propter dolorem corporalem: quia ipse dicebat, cum infirmor fortior sum. Et Paulus non peccabat mortaliter: quia iam erat confirmatus in gratia, iam dictum fuerat ei, sufficit tibi gratia mea. Ergo peccans sicut Paulus peccabat, non peccat mortaliter, secundum Ambro. Ergo sunt peccata venialia.

S E C V N D O pro hoc est Hiero. super illud. Matth. 7. vides fētucā in oculo frātris tui. &c. Vbi dicit. De his loquitur qui cum ipsi mortali crīmine teneantur obnoxii: tamen non concedūt fratribus minora peccata, calicem excolantes, & camelum glutientes. Vbi Hiero. per minora peccata intelligit venialia.

T E R T I O. Aug. in lib. de natura & gratia, post medium, loquens de quodam Poelogiano volente probare, quod potest esse homo sine peccato diligentia sua, dicit. Acute videretur interrogare, quo modo isti sancti ab hac vita discesserunt, cū peccato, an sine peccato? vt si responsū fuerit, cū peccato, putes eos secutura damnatio, quod nefas est dicere: si autē sine peccato dictum fuerit eos ex iſse de hac vita, probat hominem (saltē propinquā te morte) fuisse sine peccato in hac vita. Vbi parū attendit, cum sit acutissimus, non frustra, etiam iustos, in oratione dominica dicere, Dimitte nobis debita nostra, dominūque Iesum Christū cū ean, de orationē dicendo explicuſet, veracissime sub didisse, si enim dimiseritis, dimittet vobis p̄tā vestrā pater vester coelestis. Ex hoc enim quotidiana spirituale quodammodo incensum, quod ante Deum in altari cordis, quod sursum habere ad monemur. Et sequitur. Si nō hic iuvatur sine peccato, licet mori sine peccato: dum subindevenia deletur, quod subinde vel ignorantia vel infirmitate commititur. Ergo loquebatur de venialibus: quia sancti iuvant sine mortalibus.

Q. VARTO. Aug. tractans Nume. 15. illud qđ supra citauimus ex eodem loco & in q. 23. super Numeros, exponit locum illum, sicut nos exposuimus, & dicit. Aliud est præcepta cōtempnere; aliud autē non magni pendere, sed aut ignarum contra facere, aut victimum. Quae duo fortasse pertinent ad illa peccata, quae à nolentibus sunt, vnde Aug. intēdit, quod aliqua peccata quae sunt cum ignorantia, sunt venialia.

Q. VINTO. Ita dicitur in concilio Toletano secundo, & habetur in decretis. d. 25. cap. Vnum orarium, quod aliqua peccata facta cum ignorantia sunt venialia.

SEXTO. Aug. lib. 21. de ciuitate Dei cap. 23. dicit quod quantumcunque aliquis laboret, & vigilet semp poterit dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et hoc nō potest intelligi de peccatis mortalibus quae impi

impium esset diceret, quod cum vigilancia humana & adiutorio Dei, non possent vitari omnia peccata mortalia, & singula, vt hic dicit. S. Th. ad prius argumētū. Ergo intelligitur de venialibus. **SEPTIMO.** Hoc ipsum dicit Grego. & Beda super Paulum. i. ad Cor. 7.

OCTAVO. Grego. 17. Moraliū tractans illud Iob, Non peccavi, & illud, peccavi, quomodo illa stant, dicit, quod non peccauit mortaliter, sed peccauit illa peccata quae sancti viri vitare non possunt, quae sunt venialia.

NONO. Idem Beda super illud Iacob. i. Concupiscentia cū cōceperit, parit peccatum. &c. ait. Tribus modis tētatio agitur, subreptione, delectatione, cōsenſu, suggestiōe hostis, delectatione vel etiā cōfensiōnostræ fragilitatis. Quod si hoste suggerēre, delectari aut cōfentire p̄tō nollamus, tentatio ipsa nos ad victoriā prouochit, vt coronā vita mere amur accipere. Si vero ab hostis suggestione pavlatum arrepta intentionem abstrahi, & in vitium incēperimus alici delectando, offendimus quidē sed nondum lapsum mortis incurrimus. At si delectationem concepti facinoris in corde, etiā partus sequitur prauæ actionis: nō nobis mortis reis, vīctor hostis abscedit. Vnde aperte constat, quod sunt aliqua peccata, per quae homo non incurrit mortem.

DECIMO. Pro hoc est expresse Aug. in homelia de igne purgatorio vbi expr̄esse dicit, q. est veniale peccatum, quod purgatur leui poenitentia, & qđ de illo loq̄batur Paulus. i. ad Cor. 3. quādō dixit, si cuius opus arserit: ipse aut̄ saluabitur sic quasi per ignē. Innumerā alia sunt testimonia, vbi sancti hoc dicunt, sed hæc sufficiant,

RATIOME probatur eadē conclusio. Prius. Paulus priore ad Cor. 6. et ad Galat. 5. numerat peccata, quae excludunt à regno Dei, vt, auaritiam, ebrietatem, &c. & non ponit ibi mendaciuſ iocoſū, verbū occīſū, & hæc leuiā, Ergo ista nō excludunt à regno Dei. Ergo nō sunt mortalia, sed venialia, alias Paulus deciperet nos, & esset magna deceptio & periculū: quia induxit nos in illū errorē qđ alia licerēt, si intēderet quod sola illa erat peccata: sed intendebat ponere differentiā inter mortalia & venialia, nempe, inter illa quae excludunt à regno, & alia quae non excludunt.

SECUNDUO. Matth. 9. & Luc. 18. dicitur de illo iuueni qui interrogauit redēptōrē dices. Magister quid faciēdo vitā eternā poslidebo, & Dñs ad eū serua mādata. Et subiūgit adolescēs. Quae? Et dñs Nō occides, nō furtū facies. &c. annumerauit omnia mādata de calogi. Et rursus iuuenis. Oia hæc feci a iuuentuſ mea. Et dñs illi. Si vis perfectus es, vnu tibi deest, vade, vende oia que habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Tūc conficitur sic argumētū. Ille iuuenis quæsiuit necessaria ad salutem. Et dñs numerauit mandata, vel sufficiēter, vel non. Si primū inter illa nō numerauit mēdaciū iocoſū nec verbū occīſū. &c. Ergo sine

illis, i. esto non caueat quis ab illis, pōt saluari. Et dixit dominus, quod nihil deficiebat ei, sed solum vnu. s. quod vēderet omnia quae habebat ad hoc qđ esset perfectus. Si non numerauit omnia sufficiēter ad salutē necessaria. Ergo licet seruauerit oia illa à iuuentuſ sua, non sufficiebat ad vitā eternā. **SED** contra: quia nō numerauit præcepta primæ tabulae. s. Vnum colle Deum.

DICO, quod numerauit præcepta in ordine ad proximū: quia supponebat, quod ille erat religiosus, & colebat Deum, maxime quia ille qui recte se habet circa proximum, etiam bene se habere ad circa Deum: quia iam nō est difficile bene se habere ad Deum, quando bene se habet ad proximum. Probarūt quia quando seruat ista præcepta, seruat præceptum de dilectione Dei: quia diligit proximū propter Deum.

ET cōfirmatur ex Paul. Rom. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulteribus &c. & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed verbum occīſū, & mendaciū iocoſū nō sunt cōtra proximū. Ergo diligēdo proximū salvabieſt quis, esto dicat verbū occīſū. Ergo verbū occīſū nō est cōtra legē, sed præter legē. Vnde habetur quod melius loquitur. S. Tho. quā moderni, quando dicit, quod peccatum veniale non est contra legem: quia si peccatum veniale contra legem esset damnaretur homo propter illud: cum oporteat legem seruare ad intrandum ad vitam eternā. Et sancti legem seruauerunt licet veniali alter peccauerint. Non enim facit contra amicitiam amicus, ex hoc solum quod intendit alijs rebus, quae non sunt in obsequium amici, sed peccat solū leuiter. Sicut etiam seruus peccat & non facit contra Dominum, nec frangit eius præceptum ex hoc solum, quod discedit ab obsequio Domini sui, nempe, intendens alijs rebus in quibus nullum obsequium præstat Domino, sed solū peccat leuiter. Ita ergo nos peccamus venialiter, si intendimus alijs rebus quae non sunt in obsequium Dei nostri, non tamen peccamus mortaliter ob hoc solum.

V L T I M O. Si esset aliquis purus homo amicus alicuius, qui propter quamcunque leuem offendam dirimirerit amicitiam, & fieret hostis alterius sui amici, accusaretur apud homines inhumanitatis magna. Ergo & Deus esset accusandus si hoc faceret: cum iugum eius sit leuē, & onus leue. Consequentia probatur: quia quod apud homines malitia accusaretur rationabiliter: apud Deum etiā esset dignum quod accusaretur: quia spiritualia per tempora ha cognoſcim⁹. Nam etiā Christus nos docuit ita arguere ab humanis ad diuinā, & ab hominibus ad Deum, cum apud Matth. 7. sic ratiocinatus sit. Si enim vos (inquit) cum malis fr̄ris noſis bona dat⁹ dare filiis vestris, quanto magis pater vester coelestis. &c. Vnde manet certū, qđ sunt aliqua p̄tā, quae nō sūt lethalia, n. iii. sed

sed levia tantum de se, & non solum ex Dei ordinatione, ut quidam concionator predicauit. omnia peccata de se esse mortifera, & ex sola Dei acceptatione levia fieri. Quod quidem nimis est fungendum, maxime cum in Scriptura toties fiat (ut ostendimus) mentio de veniali. Et contrarium si esset verum, certe esset reuelatum.

DUBITAT TVR p quid, aut quomodo remittuntur venialia.

AD HOC sit prima propositio, quæ est certa apud omnes. Quicquid sufficit ad remissionem mortalis, sufficit ad remissionem venialis. Probatur: quia in mortali est id, quod est in veniali, & aliquid aliud. Ergo illud quod sufficit ad delendum mortale, sufficit ad delendum veniale.

SED dubitatur, an sit aliquid aliud remedium, praeter illud quod sufficit ad delendum mortale, sufficiens ad remissionem venialis.

AD HOC dico, quod doctores non videtur ponere aliud remedium: quia Dur. in. 4. d. 16. & d. 21. q. 1. dicit, quod ad remissionem venialis requiritur displicentia. Idem dicit Palu. d. 16. q. 1. art. 2.

ET quidem isti recentiores scholastici videtur, quæ non acurate tractent materiam hanc, cum non videantur ponere aliud remedium ad veniale delendum, praeter illud quod ponum ad mortale.

SECUNDVM igitur hos modernos, est differentia inter remissionem venialis & mortalis: quia ad delendum mortale requiritur displicentia distincta & implicantia de singulis peccatis, & non sufficit displicentia generalis. Ad remissionem autem venialis sufficit displicentia generalis. Et qui dem aliqua differentia est hac, sed non magna: maxime quia ad remissionem mortalium forte sufficit illa generalis poenitentia, de quo infra dicemus. Quod quidem si verum est, nulla est differentia illa assignata ab his doctoribus inter mortalium & venialium remissionem.

IDEO his non obstantibus. S. Thom. hic dicit, quod ad remissionem venialis non requiritur displicentia formalis: sed sufficit virtualis. Et dicit, quod illa virtualis displicentia est dilectio Dei. Si T igitur secunda conclusio. Dilectio Dei sufficit ad remissionem venialis sine quacunque formalis displicentia.

SED quare vocatur dilectio Dei displicentia virtualis? Dico quod propter hoc, quia diligere Deum est, velle placere ei, & velle placere ei est, nolle offendere, & nolle displicere ei, ideo dicitur virtualis displicentia.

IDEM tenet Sco. qui ponit duos modos, quibus venialia remittuntur. Unus est (sequendo suam antiquam imaginationem, quod. s. nihil aliud est culpa quam reatus & obligatio ad poenam) nepe soluere poenam illam debitam. Alter est quod sufficit actus magis acceptus à Deo, quam peccatum veniale displicebat, siue ille referat in remissionem peccatorum venialium, siue non. Ad remissionem denique venialiū (secundū eū) vt Deus illa dimittat

sufficit ieunare & sufficit præcise diligere Deum, etiā non ea intentione: vt tibi dimittat venialia. SED quomodo probatur hoc? Dico, quod difficile est probare ex Scriptura: quia in Scriptura nulla sit mentio de remissione peccatorum nisi per poenitentiam, ideo non potest hoc probari ex Scriptura sacra.

HO C tamen probatur ratione. Ad peccatum mortale remittendum requiritur dolor perfectus quia peccatum mortale tollit gratiam & amicitiam Dei: ideo manens in peccato mortali non potest facere aliquod opus meritorium aut Deo acceptum, nec habet quid aliud faciat, nisi petere veniam à Domino Deo. Sed peccatum veniale, non tollit gratiam, & manens in illo potest facere opus acceptum & meritorium. Ergo non est eadē ratio de mortali & veniali. Ergo ad delendum veniale, non requiritur formalis dolor, sed sufficit aliud opus Deo acceptum.

SECUNDUO. Dilectio Dei plus placet quam displicet venialia. Ergo acceptat Deus illa dilectionem p peccato veniali. Inter homines enim quis offendit amicum leui offensa, & postea contulit illi amico leuiter offenso magna beneficia & obsequia. & non petit ab eo veniam, nec formaliter dolet de illa leui offensa: ille offensus apud homines reprehēdeatur, & inhumanus reputaretur talis, qui ad huc post tanta beneficia, pro leui offensa petat alia satisfactionem, & non vult aliter dimittere illam offensam. Ergo ita dicendum est de Deo, quod propter illud bonū opus, remittit illa leui offensam.

TERTIO. Si ad remissionem venialiū, non sufficit unū opus bonū. s. dilectio Dei (vt dicimus) sequitur, quod sanctissimus & innocentissimus vir qui aliquādo offenderit verbo ocioso & postea nū quam amplius cogitauit de illo leui peccato, sed fuit occupatus quomodo placeret Deo, & in eius dilectione & bonis operibus, mitteretur nihilominus in purgatoriū, vt luit poenas pro illo leui peccato. Quod falso est: quia si constaret ecclesia, quæ sic sancte vixit, canonizaret illū. Et non esset orādū pro eo: quia fieret ei iniuria, vt dicit ecclesia, extra de celebratione missarū cap. Cū Marchæ, iniuria facit martyri qui orat pro martyre. Ergo non est in purgatorio: quia si ibi esset, non fieret ei iniuria, orando pro eo.

QUARTO. Apud homines ad hoc quod offensus remittat leui offensam amico offenderi, sufficit quod offendēs dicat, ego volo placere tibi, esto nō dicat, nolo displicere. Ergo etiā apud Deum sufficit dicere, ego volo placere, etiā si non formaliter dicat, nolo displicere. Ergo sola dilectio Dei sufficit ad remissionem venialis.

QVINTO. Probatur hoc ex illo Ioa. 14. Siquis diligit me, diligitur a patre meo. Qui autem est in peccato veniali tantū, potest diligere Deum, & diligetur a Deo. Diligere autem nihil aliud est, quam vel le bonū ei. s. dilectio, et Deus vult simpliciter bonū sicut bonus amicus, & nō videtur, quod melius bonū debet

dēbet velle, quam remittere illas leues offensas. Ergo, &c. Qui autem est in peccato mortali, non diligit Deum dilectione de qua loquitur Scriptura, si quis diligit me sermones meos seruabit. &c. SEXTO. Probatur hoc: quia Dominus Luca. 7. dixit Magdalena, Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum, licet nos dicamus, quæ fecit poenitentiam, & verissimile est: tamen dilectio fuit magnum motiuū ad remittendum illi peccata.

SEPTIMO. Per dilectionem Dei, ille qui est in solo veniali, meretur vitā aeternā. Et vita eterna est moius quam remissio venialium. Ergo si per illum actuū meretur id quod maius est, meretur etiam id quod minus est.

ET si dicas, hoc argumento probares, quæ per bonū opus mereris, quæ Deus det tibi res temporales: quia mereris vitā aeternā, & vita aeterna est maior quam res temporales, aut regnū temporale. Ergo mereris regnū temporale. Dico quod nō est simile: quia bona temporalia non cadūt sub merito. Stat enim quod sit sanctissimus vir, & quod Deus minus distribuat ei de temporalibus, quam cuicunq; alio. Sed remissio venialiū cadit sub merito: ita quod de conguo meretur, si dolear, quod Deus remittat ei peccata venialia. Arguitur ergo hoc modo. Remissio venialiū cadit sub merito. Et per dilectionem Dei mereris aliquid maius. Ergo etiam remissionem venialiū.

OCTOAVO. Per aliqua opera remittuntur venialiū, quæ nō sunt poenitentia. s. per aquā lustralē quam benedictā vocant, vt postea dicemus, & per orationē dominicā. Sed longe maior est dilectio Dei. Ergo, &c. Antecedēs pronūc suppono. Etsi dicas, quæ per illa remittuntur etiā venialiū si sit dolor. Cōtra. Ergo nihil valet aqua lustralis: quia si illud est verum, etiā si sumas aquā prophanam, remittentur peccata venialiū, si doleas. Ergo ita proconstanti & explorato habebimus, quod dilectio Dei sufficit ad delendum venialiū.

SED quis actus est ista dilectio Dei? Dico, quod est unus ex his. Volo Deo placere, volo seruare mandata Dei, volo quod Deus non offendatur.

SED dubitatur (& est notabile dubium) an unū

veniale possit remitti sine alio, vel, an sit neces-

sarium, quod omnia simul remittantur.

AD HOC est prima propositio ex omnīm cōfessis. Vnum veniale remittitur sine alio, vt cum quis dixit mendacium, dolet de illo, non cogitando de alijs venialiibus, remittitur tantum illud, de quo dolet. Probatur, quia ille est in gratia. Ergo illa displicentia meritoria est. Ergo meretur illam remissionem peccati illius, & alia peccata non impedient hoc quia iste est in gratia. Ergo, &c.

SED dubitatur, quomodo remittitur illud pec-
catum, an per displicētiā generalem, vel per
dilectionem Dei. Dixi iam quod remittitur per
displicentiam particularem, & peculiarem de illo.
Et de hoc non est dubium.

SED dubium est, quando peccatori illi nondisplacet peccatum unum veniale in particulari Dubium quintum.
plusquam alia, sed habet displicētiā generalē de venialiibus, vel diligit Deum, & nō cogitat formaliter de peccatis, an tū necessario renittantur onia, vel non, nisi aliquid vel aliqua. Et si non omnia: quare potius unum quam aliud. Et videtur, quod tunc remittantur omnia: quia illa generalis displicētiā non plus fertur super unum quam super aliud, & eadem ratione dilectio Dei non plus fertur in unum, quam in aliud. Ergo si unum remittuntur omnia.

AD HOC dico ex. S. Tho. hic ad. 3. & in art. sequenti ad. 2. & in. 4. d. 21. & sit. 3. conclusio in ordine. Per aetū qui non fertur in peccata, aliquando remittitur unum veniale sine alio. Probatur.

Vnumquodque expellitur per suū contrariū. Sed dilectio Dei aliquando contrariatur aliquibus venialiibus, & aliquibus non. Ergo aliqua remittit & aliqua non. Et dilectio Dei, contrariatur aliquando omnibus venialiibus. Dilectio (dico) siue feruor charitatis. i. exercitiū charitatis (hoc enim vocatur feruor) tollit omnia venialiū, & omnibus contrariatur, nisi illi vel illis, quibus ille affectus est, ad minus virtualiter. Hoc. S. Tho. vbi supra, & Palu. d. 16. dicit. Potest autem unum veniale remitti sine alijs: & tora ratio est, quia potest esse affectus vni & non alijs. Quod autem dilectio Dei contrarietur aliquibus venialiibus, & non omnibus probatur. Dilectio Dei est, velle ei placere. Stat igitur, quod aliquādo vult quis placere Deo in hoc. s. quod non méritetur: & formaliter vel virtualiter est sic affectus, quod non placeret abstine do à verbo occasio: quia est illi virtualiter affectus, & complacet illi virtualiter. Ergo illa dilectio contrariatur mendacio & non verbo occiso. Et aliquando contrariatur onibus venialiibus, nepe quando talis vult placere in omnibus, & in nullo displicere.

VBITAT TVR, quid intelligitur p illā virtua Dubium sextum.
lē cōplacētiā, & quod est virtualiter cōplacere.

DICO, quod dicitur aliquis virtualiter cōplacere in aliquo, altero duotū modotū: ita quod non datur modus tertius. Alter modus est, quādo præcessit aliqd imperiū actuale vel efficax ad ponendū

aliqd veniale, & nunquam fuit reuocatū per aliqd contrariū: vt si quis constituit heri dicere hodie mēdatiū iocōsum, ad decipiendū amicum, quod imperiū est efficax ad faciendum illud, quod sic proposuit: postea autem medio tempore hic dilitgit Deum, remittuntur ei venialiū. Sed non remittitur illud mendacium, quia virtualiter complaceat in illo, quum ille motus & voluntio quam habuit, quæ fuit sufficiens vt ille prosequatur illud mendacium, non fuit mutata. Ideo illud mendacium non fuit remissum, quia ille virtualiter per illam priorem intentionem affectus erat, & virtus aliter complacebat in illo veniali. Exemplū. Sicut si ille vellat orare, & pergeret ad ecclesiam,

vt oret, & iam formaliter nō cogitat, quod vadit ad orandum, & ita nil aliud cogitans orat: omnes dicunt, & dicendum est, quod ille meretur orando & eundo.

SED dices. Contra: quia iam non refert in Deum Ergo noui meretur. Distinguitur ab omnibus antecedens: formaliter, verum est: virtualiter, negatur: quia illa oratio dependet ex illa priore intentione, quia ille voluit ire oratum, & orare: quæ voluntio fuit efficax, ad prosequendum talem aetum. Ita dicendum est de hac complacencia virtuali in peccato veniali. Et ita intelligit Caius. hic ad. 2. argumentum. S. Tho. vbi doctor sanctus dicit, quod passio pro Christo suscepta, tollit omnia peccata, sicut baptismus, nisi aequaliter inuenierit voluntatem peccato inherentem. i. nisi præcesserit ita aliqua intentio committendi illud peccatum, & non fuit reuocata, sed in illius virtute sequeretur peccatum. Dat Caius exemplum: vt si quis cogitauit facere aliquod peccatum, & non reuocauit propositionem, & cum tali proposito dormitum iuit, ille actualiter inheret peccato virtualiter, licet non formaliter postea quando dormit, aut quādo iam non cogitat formaliter de illo peccato.

ALTER modus est, quem ponit Palu. vbi supra Remittuntur (inquit) omnia peccata venialia per dilectionem Dei, nisi virtualiter sit ille affectus alicui, vel aliquibus.

SED quomodo manet ille affectus peccatis, vel quæ sunt illa peccata, quibus ille manet affectus? **DICIT** Palu. quod hoc intelligetur tali ex exemplo. Est Petrus, qui commisit. 4. venialia, & postea diligenter Deum, & si tunc quando diligenter Deum, offerrent se illi peccata illa, & est ita virtualiter affectus, vel in tali statu (licet actualiter non cogitet de illis) quod non displicerent illi illa peccata, nō remittuntur ei quia virtualiter est eis affectus, & in illis complacet. Et contra si displicerent, remittuntur ei illa peccata: quia nullo modo tunc complacet in eis. Vnde Palu. ponit regulam & canonem generalem, quod si manete dilectione Dei, occurrit tibi peccatum veniale, quod commisisti ante, complaces, eras illi affectus virtualiter: & si nō complaces, non eras illi affectus virtualiter.

ED tunc dubitatur, quomodo ille, qui ita habuit peccata venialia, & postea dilexit Deum, sciet quæ peccata illi fuerunt dimissa per delectionem. Dicit Palu. quod: Dominus scit, & quod ipse solus hoc scire potest.

EGO dico, quod possumus hoc aliquo modo cognoscere p. cōiecturas: & hic modus videtur. S. Th. hic & i. 4. d. 16. q. 2. ar. 2. q. 2. assignare, vbi dicit hæc verba. Illa dilectio sufficit ad remittendum venialia, ex qua ex virtute actus quæ agit, sequeretur displacencia explicita peccati venialis, si cogitatio ad illud ferretur. Et in. 4. vbi supra ad. 1. argumentum dicit. Sine hoc quod homo cogitet de venialibus, potest tantus esse feruor charitatis, in quo virtus continetur displacencia venialis peccati, vel

vnius vel omnium: quia si feruenter in Deum fertur, displiceret ei omne quod a Deo retardat, etiam sine actuali cogitatione ipsorum.

SED contra hoc, quod dicit Palu. arguitur, et modo. Quia ex hoc modo Paludani sequitur quod est potentia (etiam naturalis) ad præteritum. Consequens est falsum. Ergo & modus Palud. ex quo sequitur. Antecedens probatur. Sit Petrus, qui heri semel peccauit venialiter, & hodie diligit Deum in instanti, a, & duret illa dilectio per unam horam & simus in instanti, b, continuatio partium illius horæ. Tum sic arguo. Vel illud peccatum veniale fuit remissum in instanti, a, vel non. Si dicas, quod fuit remissum. Contra. In instanti, b, durate eadem dilectione potest Petrus facere, quod non fuerit remissum. Ergo ad præteritum est potentia naturalis. Probatur antecedens. In illo instanti, b, potest Petrus complacere in illo, manente eadem dilectione: quia dilectio Dei non tollit libertatem. Ergo non est remissum per tuum modum, quia non remittitur peccatum veniale per te, quando sic se habet illo peccator, quod si occurreret peccatum, complaceret. Et pono, quod Petrus eodem modo se habet in instanti, a, & per totam horam. Si dicas, quod non fuit remissum in instanti, a. Contra. Potest occurrere Petro, & displicere: quia est liber. Et si displiceret in instanti, b, iam fuit remissum in instanti, a, quia per tuum modum virtualiter non erat affectus illi peccato. Ergo in potestate Petri est, facere, quod non fuerit remissum.

SECUNDUM. Deus non imputat nobis illud, quod ipse scit, quid faceremus, si talis vel talis tentatio occurreret, de quo tamē non cogitamus, quia non tenemur: sed solum imputat in bonum vel malum, quod facimus, vel non facimus. Exemplum. Deus scit, quod Petrus est in gratia, nihilominus scit quod est in tali statu, quod si se offerret tentatio, in cederet in peccatum, non tamen punit illū Petru, pro illo malo actu, quæ sic haberet, si se offerret tentatio: quia esset iniustum condemnare aliquem, pro aliquo quod fecisset, si aliqua conditio poneretur, quod tamen nec fecit, nec cogitauit, nec forte, naturaliter loquendo, potuit cogitare, nisi se offerret illa conditio: cum esset quoddam contingens, quod non se offerebat potentia cognoscitua nisi illa conditione adueniente. An propterea damnabit Deus aliquem, quod potuit facere malum, & fecisset si se offerret tentatio, de quo malo non cogitauit. Probatur quod non: quia in merito dixisset ille. Domine iniuste dānas me: quia nō mali feci. Dixisset ne Deus, Ego tamen tibi quod si se offerret periculum mortis, tu me reliqueres? Certe nū quam Deus pro huiusmodi aliquem punit, sicut nec præmit. Nam & si aliquis esset in tali statu, quod si se offerret tyrannus, patetetur constanter pro Christo, huic tamen Deus non daret martyris coronam. Ergo nec etiam puniet illum, quem sciret peccatum, si se offerret occasio.

TERTIO. Similiter stat utrumque, quod est quis,

in

In tali statu, quod potest complacere, & potest displicere diversis rationibus in eodem peccato. Ut potest se offerre mendacium iocosum alicui, in quantum per illud liberabit alium à morte, & si sic se offerat, complacerebit, potest etiam se offerre in quantum offensa Dei est, & sic displicebit. Vel tunc remittit Deus illud peccatum veniale illi, vel non. Si dicas quod remittet. Contra. Potest complacere in illo, si se offerat in quantum per illud liberabit aliquem à morte, & Deus scit quod si sic se offerat, complacerebit Ergo non remittet. Si dicas quod non remittet. Ergo peccatum veniale nunquam remittitur: quia semper potest occurrere aliqua ratio, sub qua complacat in illo, & Deus illud scit.

QUARTO. Ex illo Palu. modo sequitur, quod peccatum mortale nunquam dimittitur, vel ad remissionem mortalium, non sufficit dolere de præterito, cum proposito cauendi. Ergo hoc sufficit ad remissionem venialium: quia (ut iam diximus) il lud quod sufficit ad remissionem mortalium, sufficit etiam ad venialium deletionem. Si dicas, quod ad remissionem mortalium requiritur quod sit in tali statu, quod esto tentatio occurreret, non complacere. Contra. Ergo nunquam remittitur peccatum mortale: quia si se offerret grandis tentatio, vel gravis occasio. s. magni lucri, vel aliquid simile: posset peccatum placere, & Deus scit quod placeret.

VNDE dico, quod quando aliquis dolet de peccatis, nō oportet cogitare, si modo venire, vel nō venire tyrannus, si magna miraretur tormenta, vel non, quid facerem. &c. quia est valde periculo sum, nō forte est etiam perfeccissimus. Satis est dolere, & proponere cauere in futurum, ut peccata remittantur. Ergo nō valet dicere, si occurrerent illa peccata, displicerent, vel placerent. Qui nō stat, quod remittantur peccata illi, qui, si se offerrent, complaceret in illis.

IDEO dicendum est secundum veram. S. Th. sententiam, quod illa dilectio Dei tollit omnia venalia quibus contrariatur, & illa, quibus non contrariatur, non tollit. Ratio est: quia unum contrarium expellit aliud, & complacentia unius contrarij est displacencia alterius.

VNDE non est contrariari, propterea quod si occurret peccata cum tali ratione, vel nō occurret displaceret, vel placerent. Sed illa dilectio contrariatur venialibus, cum qua venialia nō se compatiunt: ut si diligis Deum, & habes propositum caue di a mortalibus, etiam si subeunda esset mors, sed de venialibus es tepidus, & nō multum curas: quia dicas intra te, venialia remittuntur per aquam iusta, talis dilectio cum ad sola mortaliam coarctetur, nō facit ad venialia. Si aurem, si dilectio ferues, vt, volo Deo per omnia placere & in nullo displicere, illa dilectio, remittit omnia venialia.

ET si dicas, impossibile esse, talem dilectionem habere, Dico quod non est, immo in beatitudine sic habetur, & ideo beati intrinsecus ex suo statu habet quod non possint peccare venialiter: quia est tan-

tus amor Dei, quod non compatitur secum aliquod veniale, & propterea non possunt beati peccare venialiter. Non autem, ut aliqui dicunt, quod propterea est, quia Deus determinavit, quod non concurreret cum illis ad venialia peccata. Opponitur ergo perfecta dilectio omnibus venialibus: secundum quod est displacencia virtualis.

SEQVITVR ex his, quod per displacencia generalis de peccatis, non cogitas in particulari, & cum proposito amplius Deum non offendendi, renititur omnia venialia. Probatur: quia cum tali dolore non stat complacencia in peccato ergo omnia remittuntur.

SECUNDUM. Homo non potest aliud facere ad remissionem venialium, cum dolere de singulis in particulari sit impossibile. Ergo si illa generalis displacencia non sufficit: nullus posset facere requisita ad remissionem venialium: cum tamen posset quilibet dolere sufficienter ad remissionem peccatorum mortalium.

TERTIO probatur: quia hoc sufficit ad remissionem mortalium. Ergo etiam ad remissionem venialium: & cum plus requiratur, ad mortalium, quā ad venialium remissionē. Et hic est modus. S. Thom.

EST etiam probabile dicere, quod per quācumque diligentia, ad diligendū Deum, siue per quācumque dilectionem Dei delentur omnia peccata venialia. Et ita videtur dicere Scot. quia dicit, quod veniale deletur per aetū magis placente Deo, quā displacuerat peccatum illud veniale, nisi actualiter adharet. Sed rationabilius videtur, qd dicit. S. Th.

POTSET etiam aliquis dicere, quod nō per quācumque dilectionē Dei, nisi sit formalis vel actualis displacencia peccatorū venialium, remittuntur venialia. Sed probabilius dicitur cum doctore Istio quod dilectio Dei remittit omnia illa venialia, quibus formaliter, vel virtualiter contrariatur, ut ex posuimus, & quod displacencia generalis peccatorum cum proposito cauendi in futurum, etiam remittit omnia venialia.

ARGUMENTUM Dur. in. 4. d. 16. q. 2. Totū. S. Th. fundamentum est, quia peccatum veniale contrariatur charitati, vel eius feruori. Tum sic. Vel contrariatur formaliter vel albedo nigredini, quia ratione sui, vel virtualiter, vel albedo & calor virualiter contrariatur: quia calor pre lucit effectū contrarium albedini, vel, vt alij dicunt, contraria tur albedo & calor consecutus: quia unum producit contrarium alterius. Sed nullo horum modorum charitas opponitur veniali. Ergo. &c. Minor probatur: quia non formaliter. Nam alias ex natura rei non possent esse simul, charitas & peccatum veniale. Consequens est falsum: quia possunt esse simul, & ex natura rei, i. ex natura actus multa peccata mortalia nō contrariantur charitati: quia co medere carnes feruor charitatis, licet aliquod mortale repugnat charitati, licet aliquod mortale repugnet ex natura sua. s.odium Dei. Nec virtus

aliter;

trarii virtualiter, est producere effectum contra-
rium. Peccatum autem veniale non producit actum vel
effectum contrarium charitati. Antecedens probatur:
quia illa est differentia inter mortale & veniale,
quod mortale producit effectum contrarium cha-
ritati: veniale autem non.

AD HOC negatur antecedens. Immo aliquando peccatum veniale formaliter contrariatur, nō charitati, sed actui eius. Probatur: quia huic actui charitatis, volo placere Deo in omnibus, & in nullo dispiacere, etiam in minimo, repugnat peccatum veniale, etiam plus quam calor frigiditatem: quia ista se compatiuntur in gradibus remissis (ut patet in aqua tepida) veniale vero nullo modo se compatiatur cum illo actu charitatis. Ad probationem autem, nego quod mortale non contrarietur formaliter charitati: quia velle placere, & dispiacere, contrariantur formaliter. Non dico, quod comedere carnes contrarietur charitati: sed peccatum quod est comedere carnes in sensu composito. Quia si albedo incipit esse nigredo, non contrariatur formaliter nigrini, quando iam est nigredo: ita etiam comedere carnes, quando est peccatum mortale, formaliter contrariatur charitati. Si vero desinat esse peccatum, nullo modo contrariatur charitati.

SED, contra dicit Duran. charitas & peccatum veniale se copatiuntur. Ergo non contrariantur. Probatur antecedens: quia peccatum veniale comparatur secum charitatem.

AD HOC dico, quod nullus **vñquam** somniauit, quod contrarietur habitui charitatis. S. Tho. solū dicit, quod peccatū veniale contrariatur summo seruori charitatis. Stat actū charitatis esse cū peccato veniali: sed non sequitur, Ergo peccatum veniale non contrariatur alicui actui charitatis: quia non stat quilibet actus charitatis cum peccato veniali. Nā iste actus, volo placere Deo in omnibus, & in nullo displicere etiam in minimo, nō compatitur secum peccatum veniale: sicut cū frigiditate stat calor, sed non stat omnis calor. s. intēsus, ideo dicimus, quod contrariantur.

DVBITATVR præterea. Si alicui complacet aliquod peccatum veniale formaliter, an remittantur ei alia venialia, in quibus non complaceat? ut si Petrus habeat centum peccata veniam, & dolet de omnibus, excepto hoc uno mendacio, per quod liberauit hominem: a morte, an illa alia quibus displiceret remittantur? Videtur, quod non: quia de mortalibus impium est a Deo dimidiat sperare veniam. Ergo etiam de venialibus.

AD HOC dico, quod esto quis complacat formaliter in uno veniali, si alia displiceant, remittuntur alia sine hoc in quo complacet, si illa quæ displicent sunt alterius speciei ab illo in quo complacet. Et ad argumentum nego consequētiām: quia mortalia sunt connexa quoad remissionem, cū ad remissionem mortalis requiratur infusio gratiæ: oportet enim, quod redeat ad amicitiam Dei, & si est amicus, non est in peccato mortali. Ergo om

nia sunt remissia. Quæ ratio non procedit de venialibus: quia veniale aliquod remitti, solum est, quod Deus nō maneat offensus ratione illius, ideo remissio vnius stat cum offensa alterius, quū semper manserit amicus. Et hęc omnia dicit. S. Tho. in. 4. d. 1⁶. q. 2. art. 1. q. 2. & nos dicemus latius in se- cunda. 4. cum agemus de satisfactione.

SED an complacentia in aliquo veniali impedi-
at remissionem aliorum peccatorum venialiū Dubium
similium; ut si quis doleat de omnibus mendatijs nonum.
præteritis, habeat tamen propositum mentiendi
ad hoc semel, an illa mendacia præterita remit-
tantur?

RESPONDEO quod non. Et ridiculum est di cere quod ita:quia licet sit displicentia formalis, est tamen complacētia virtualis. Ideo timeo quod multi sunt, quibus non remittuntur venialia:quia habent propositum perseverandi in aliquo veniali, vel vnuis in vno, & aliis in alio, secundum vniuersiusque inclinationem. Et ideo quantum vis ieiunet, & oret, & diligat Deum, nō remittuntur ei venialia. Et si dicas quod est impossibile, quod ali quis habeat tale propositum. s. nunquam peccandi venialiter:quia sanct. Thom. dicit, quod est impossibile vitare omnia venialia, nego consequentiā: quia ego possum habere propositum, non quidem nunquam peccandi venialiter, sed cauendi à singulis. Et hoc dicit hic sanct. Thom. ad. i. Secundo. Potest quis habere propositum emē dandi seipsum, quantum in ipso fuerit: & hoc sufficit, ut venialia remittantur.

DUBITATVR an ad remissionem veniali
um sufficiat attritio: hoc est, dolor de pec- Dubium
catis venialibus propter poenas inferni, aut prop decimum
ter hoc, quia est qd turpe, vel ignominiosum? Ra
tio dubitandi est: quia hic dolor non sufficit ad re
mittendum mortalia, Ergo videtur quod nec ad
remittendum venialia.

AD HOC dico, quod non sufficit ille dolor qui à theologis dicitur attritio: sed oportet, quod ille dolor sit propter deum formaliter seu virtualiter. Probatur: quia oportet quod tollatur per contrarium, ut diximus. Talis autem dolor, qui non est propter Deum, non est contrarius peccato veniali: quia compatitur secum veniale. Ergo non contrariatur illi. Probatur hoc: quia cum illo dolore stat omnino iste actus, si non esset poena promendatio, vel si non esset verecundum, ego vellem mentiri, est virtualis complacētia in illo veniali. Ad hoc autem quod nullo modo sit complacentia in illo veniali, requiriatur, quod sit illa displicētia propter illum offensum formaliter vel virtualiter.

PRAETEREA. Diximus quod peccata **venia** Dubium
lia remittuntur per dolorem & dilectionem dei. Undecimū
Dubitatur an etiam remittantur per omnē actū
bonum: nempe per ieiunium, & per dilectionem
proximi.

AD HOC dicit Hostiensis extra de poeni. & remiss. cap. 8. quod etiam per ieiunia & elemosy-

Dubius
notum.

rias remittatur peccata venialia. Et probatur hoc
illo modo, licet ipse non proberet: quia stat, quod ali-
qua dilectio proximi, vel aliquod ieiunium sit ma-
gis meritorum, quam aliqua dilectio Dei: ut illa
dilectio proximi, qua expono me periculo mortis
ad liberandum proximum, est magis meritioria, &
magis placet Deo, quam aliqua tepida dilectio Dei
etiam alicuius existentis in gratia. Sed per dilecti-
onem Dei remittitur veniale. Ergo & per dilecti-
onem proximi.

SECVNDO. Magis placet Deo aliqua eleemosyna, quam displicuit peccatum veniale. Ergo per illum bonum actum remittetur veniale. Et eodem modo arguitur de omnibus alijs operibus bonis. Et videtur quod Scotus sic etiam huius sententiae: quia non ponit differenciam, sed communiter dicit, quod opus quod est Deo magis acceptum, quam displicuit offensa venialis, sufficit ad illius remissionem.

SED contra. Sancti (vt infra dicemus) assignant aliqua opera in remissionem venialium peccatorum: sicut est oratio dominica, & tundere pectus. Ergo non sufficiunt quacunque bona opera. Alias, quare potius assignantur illa quam alia. Nam maioris meriti est iejunare quam percutere pectus. Ergo non sufficit quodcumque bonum opus: tam secundum Doctores, etiam sanctos, per tuosse nem peccoris tolluntur venialia, & de iejunio non quam meminerunt, quantum ad hoc, quod tollat venialia. Ideo dico, quod non omne opus meritorium (etiam si sit magis meritorium quam dilectionis Dei) sufficit ad remittendum venialia. Sed ideo dilectio Dei tollit venialia, quia est virtualis displicentia illorum. Secundo quia contrariatur veniali. Dilectio autem proximi non habet hoc: quia cum toto amore ferueitissimo proximi stat velle comedere laetus, & velle vestiri ornatus, quam oportet, & etiam dicere verba ociosa. Nos vero ante diximus, veniale tolli per contrarium: contrarium vero diffiniuimus cum quo non stat peccatum veniale. Hec sunt que secundum opinionem Sancti Tho. de hoc sunt dicenda.

ET per hoc facile respondeatur ad argumenta in oppositum. Nam, esto alia opera sint magis memoria, quam dilectio Dei, vel quam illud per quod remittitur veniale, non remittunt propterea peccata venialia: quia non contrariantur illis, & dilectio Dei contrariatur ad minus virtualiter: ut datur etiam est.

DSECVNDV M sic proceditur. Videtur quod ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiae infusionis. Effe. Et us enim non est sine propria causa. Sed propria causa remissionis peccatorum est gratia non enim ex meritis propriis peccata hominis remittuntur, unde dicitur Eph. 2. Deus qui diues est in Misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum semper mori peccatis, conuiniscavit nos in Christo, cuius gratia saluator estis. Ergo peccata veniales non remittuntur sine gratiae infusione.

P R A E T E R E A. Peccata venialia non remittuntur sine paenitentia. Sed in paenitentia infunditur gratia; sicut tamen in aliis sacramentis no. leg. Ergo peccata venialia non remittuntur sine gratia infusione.

PRÆTEREAT. Peccatum veniale maculam quandam animæ infert. Sed macula non auferitur, nisi per gratiam, quæ est spiritualis animæ decor. Ergo videtur, quod peccata venialia non remittantur sine gratia infusione.

SED CONTRA est, quod peccatum veniale adueniens, non tollit gratiam, nec etiam deminuit eam: ut in secunda parte habitum est. Ergo pars ratione ad hoc quod peccatum veniale remittatur, non requiritur noua gratia infusionis.
RESPONDEO dicendum, quod uniusquamque tollitur per se in oppositu. Peccatum autem veniale non con-

per se ab oppoſitū. Et cum uero Scholasticis
trariatur habituali gratiae vel charitati, sed
retardat actus eius: in quantum nimis inheret
homo bono creato, licet non contra Deum: ut
in secunda parte habitum est. Et ideo ad hoc
quod peccatum veniale tollatur, non requiri-
tur quod infundatur aliqua habitualis gra-
tia: sed sufficit aliquis motus gratiae vel cha-
ritatis ad eius remissione. Quia tamen in ha-
bentibus usum liberi arbitrii, in quibus solidi-
pſſunt esse venialia peccata, non contingit esse
infusione gratie sine actuali motu lib. arbit.
in Deum et in peccatum, ideo quandocumque de nouo
gratia ifuditur, pœna venialia remittuntur.

Articul. secundus

Vtrum ad remissionem veniali-
um peccatorum requiratur gratia
infusio.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiae, per actum s. quem de nouo elicit: non autem per aliquid habituale de nouo animae infusum.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquali actu penitentiae virtutis, explicito s. vel implicito: ut supra dictum est. Et ideo non sequitur, quod ad remissionem venialium requiratur gratiae infusio. Quaelicet sit in quolibet sacramento: non tamen est in quolibet actu virtutis.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut in corpore contingit esse macula duplittere, uno modo per priuationem eius quod requiritur ad decorum: puta debiti coloris, aut debitae proportionis membrorum, alio modo per super inductionem alius impeditis decorum, puta lutis aut pulueris: ita etiam animae inducit macula, uno modo per priuationem decoris gratiae per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale, ut hoc fit per peccatum veniale. Et ideo ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiae: sed ad tollendam maculam venialis peccati requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam removetur inordinata ad hanc ad rem temporalem.

IN HOC 2. art. scribit diuus Thomas duas conclusiones. Quarum prior est. Ad hoc quod peccatum veniale tollatur, non requiritur, quod infundatur aliqua habitualis gratia. Hęc probatur uno aut altero argumento. Prius ad hunc modum in argumento in contra. Peccatum veniale adueniens, existenti homini in gratia, non tollit gratiam, nec ea minuit. Ergo ob eandem rationem, ad hoc quod peccatum veniale remittatur non requiritur, nouae gratiae infusio.

SECVNDO. Vnūquodq; tollitur per suū oppositū. At peccatum veniale non opponitur habituali gratiae vel charitatis: sed solū retardat actum eius, quia veniale, non est contra Dei praeceptū. Ergo ad hoc quod tollatur non requiritur quod infundatur aliqua habitualis gratia, sed ad eius remissionem sufficit aliquis motus gratiae vel charitatis: quia opponitur actui charitatis, ut iam exposui- mus in articulo precedentem.

SECVNDA conclusio est. Quandoq; gratia infunditur adulto alicui de nouo, remittitur ei venialia peccata. Probatur. In habetibus vsum liberi arbitrij non infunditur gratia, sine actu bono motu liberi arbitrij ī Deū & in pctū. Ergo habet ille adultus, cui infundi gratia, motu oppositū pētō veniali, per quē veniale tollitur. Ergo, &c. EST hic prius adnotandū circa priorē conclusione doctoris sancti, qđ ille loquitur pprie de infusione gratiae, hoc est, de prima gratia, non vt moderni theologi, qui vocant qđ libet augmentū gratiae, infusionē gratiae. At augmentū gratiae certe nō est infusio gratiae: quia infusio dicit, qđ anteā nō fuit gratia: quia etiā apud homines nō dicitur mereri amicitia, qui nō perdidit illā, inter amicos, qui sibi mutuo præstant obsequia & donativa, sed dicunt homines, quod augetur amicitia.

SECVNDA autē conclusio erat. Quādocunq; infunditur gratia remittitur peccata venialia. Probat. Quia regulariter & delege nō infunditur gratia sine dolore peccatorū. Et per dolorē remittuntur venialia. Ergo, &c. Intelligentū est hoc de adultis, ut iā admonuimus, cum literam. S. Thos. colligeremus.

SED arguitur in hunc modū contra. 2. cōclusionē Stat, qđ quis conteratur de mortalibus, & cōplacēt in venialibus. Illi infunditur gratia. Et non remittuntur venialia: quia cōplacentia venialiū impedit eorūdem remissionē. Ergo, &c.

AD HOC forte aliquis diceret, quod prottempore pro quo aliquis cōteritur, si complacet in veniali, impedit infusionē gratiae. Sed hoc nō est verū: quia veniale est cō habituali gratia & charitate. Ergo non impedit infusionē gratiae.

IDEO ad argumētū cōcedo totū, q; illi nō remittetur venialia. At hoc nō est cōtra nostrā positionē quia hęc cōclusio. s. Th. intelligitur, dūmodo non ponatur obex vel ipse dūmodo ille vero ponit obicē. SECVNDO dico, qđ illa. s. Th. 2. cōclusio intelligitur regulariter: quia ita ipse se exponit. Nā qui cōteritur regulariter dolet de oībus, & nō dicit, doleo de mortalibus, cōplaco in venialibus. Sed qui bona fide cōteritur, vult ad gratiam Dei venire sine aliquo defectu. Ideo qđ recipit primā gratiam cōmuniter habet virtualē displicētiā, ad minus, omnī pectorū tā lethaliū, quā leuiū, atq; desiderat ad amicitiam Dei venire, in omnībus illi placens.

DUBITATVR prius, esto nō infudatur gratia in remissione venialis, an tamen semper augmentetur gratia, quando remittitur veniale? Viderur qđ ita. Nā veniale nō potest remitti, nisi per actū meritoriu. Et per actū meritoriu semper angetur gratia. Ergo, &c.

AD hoc Palud. d. 6. q. 1. ar. 2. dicit, qđ cōtingit remitti peccatum veniale sine augmentatione gratiae, in causa q; aliquis dolet de peccati ppter Deū reūnisse. Tūc (inquit) nō augetur gratia: q; secūdū. S. Thos. actus remissus charitatis nō augetur charitatē. Nec actus remissus gratiae augetur gratia etiā secundum Scotum.

Scotū. Exemplū. Siquis habeat charitatem vt. io. & habeat auctū meritoriu vt. 4. non augetur actus ille vt. 4. gratiā illā, quę erat vt. io. Et secundū hoc dicendū est, q; veniale remittitur aliquādo sine augmentatione gratiae.

SED ego in secunda. 2. in materia de charitate in ppria. q. de augmēto charitatis dixi qđ per omnē actū meritoriu quantūcunq; remissū, augetur gratia, in esse gratiae, licet non in esse qualitatis: ita q; post actū meritoriu vt. 4. manet acceptus & gratus Deo vt. 4. & si erat gratia vt. io. & ille qui illā habebat elicit actum vt. 4. fit gratus & acceptus deo vt. 14. licet nō crescat gratia in esse qualitatis. IDEO secundū hoc dico, quod quando peccatum veniale remittitur per actū ipsius peccatoris, semper augetur gratia in esse gratiae: quia si peccatum veniale remittatur per aquā lustralē, non semper augabitur gratia: quia aqua lustralis non dat gratiam, cū non sit sacramentum, remittit tamen peccatum veniale: vt dicemus. ar. 3. sequenti.

Articulus tertius

Vtrum peccata venialia remittantur per aspersiō aquae benedictae, & episcopalia benedictionem, & alia huiusmodi. Et hoc modo per Eucharistiā, & extrema, & unctio, & universaliter per omnia sacramenta legis, in quibus cōfertur gratia, peccata venialia remittuntur.

SECVNDO inquantū sunt cū aliquo motu de testationis peccatorū! Et hoc modo cōfessio generalis, tūsio pectoris, et oratio dominica, operantur ad remissionē venialiū peccatorū. Ergo ista nihil operantur ad huiusmodi remissionem.

PRÆTER ETC. 2. Quolibet istorum eandē relationē habet ad unū peccatum veniale, & ad omnia. Si ergo per aliquā istorum remittitur aliquod peccatum veniale, sequitur qđ par ratione remittatur oīa. Et ita per unā aspersiō aquae benedictae, redderetur homo imunis ab omnībus peccatis venialibus, quod videtur inconveniens.

PRÆTER ETC. Peccata venialia inducunt reatū alius pēna, licet temporalis. Dicitur enī. 1. Cor. 3. de enī super edificat lignū fānum, et stipulā, qđ saluus erit, sic tamē quasi

per ignē. Sed huiusmodi per quē dicitur peccatū veniale dimitti, vel nullam, vel minima pēna in se habet. Ergo nō sufficiunt ad plenam remissionem venialium peccatorū.

SED contra est, quod Aug. dicit in lib. de pēnitētia, qđ pro lenibus peccatis, pectora nos trātūdimus, et dicimus. Dimitte nobis debita nostra. Et ita videtur qđ tūsio pectoris, et oratio dominica causent remissionē venialiū pectorū. Et eadē ratio videtur esse de alijs. RESPONDEO dicendū, qđ (sicut dictū est) ad remissionē venialis peccati non requiritur nō gratiae infusio: sed sufficit aliquis actus pcedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccati veniale, vel explicite, vel salte implicite: sicut cū aliquis feruenter mouetur in Deum. Et ideo tripli ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum.

VNO modo inquantū in eis infunditur gratia: quia per infusionē gratiae tolluntur venialia peccata, ut supra dictū est. Et hoc modo per Eucharistiā, & extrema, & unctio, & universaliter per omnia sacramenta legis, in quibus cōfertur gratia, peccata venialia remittuntur.

SECVNDO inquantū sunt cū aliquo motu de testationis peccatorū! Et hoc modo cōfessio generalis, tūsio pectoris, et oratio dominica, operantur ad remissionē venialiū peccatorū. Nam in oratione dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra.

TERTIO modo inquantū sunt cū aliquo motu reverētia in Deum, & ad res diuinās. Et hoc modo benedictio episcopalis, aspersio aquae benedictae, qualibet sacramentalis unctio, oratio in ecclesia dedicata, et si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendū, qđ omnia ista causant remissionē pectorū venialiū, inquantū inclinant animū ad motū pēnitētiae, qui est detestatio peccatorum. vel implicita, vel explicite.

AD secundū dicendū, quod oīa ista quantum-

tum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium. Potest tamen impediri remissio quantum ad aliqua peccata venalia, quibus mēs actualiter inheret: sicut et per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

AD tertium dicendum, quod per predicta tolluntur quidem peccata venalia quantū ad culpam: tum virtute alicuius sanctificationis, tum etiam virtute charitatis, cuius motus per predicta excitatur. Non autē per quodlibet predictorum semper tollitur totus reatus pænae: quia sic, qui eſt et omnino immunitus à peccato mortali, aspersus aqua benedicta statim euolaret. Sed reatus penaremittitur per predicta secundum modum feruoris in Deum, qui per predicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

IN HOC articulo responderet. S. Th. quod per aspersionē aquæ lustralis, & orationē dominicā, & alia id genus sacramentalia, remittuntur peccata venalia. Et probat, quia peccata venalia remittuntur per displicientiā formalē, & virtualē, vel interpretatiū. Ideo vbiq; iuenitur formalis displicientia, vel virtualis, siue interpretatiua, per illam remittitur peccatum veniale.

Vnde sequitur, quod tria remittunt peccata venalia. Prius, infusio gratiæ: quia in omni infusione gratiæ (vt diximus in precedenti articulo) remittuntur peccata venalia. Vnde in perceptione cuiuscunq; sacramenti remittuntur venalia: tum quia ibi infunditur gratia, tum etiā quia receptio cuiuscunq; sacramenti, est virtualis displicientia, vel formalis, vel est cum formalis displicientia peccatorum: quia si ille erat extra gratiam Dei, requiritur formalis dolor de peccatis: si autem erat in gratia, requiritur aliquis motus lib. arbitrii in Deum. Ergo est displicientia virtualis: quia per illum motum in Deum vult ille placere Deo, & virtualiter vult non displicere.

SECVNDO. Dicit. S. Tho. quod omnis detestatio peccatorum remittit peccata venalia: vt in tuncō sione peccatoris, & in oratione dominica, & in confessione generali. Ibi enim est detestatio peccatorum, ideo per illam remittuntur peccata venalia, quia est formalis displicientia peccatorum.

TER TIO. Dicit. S. Tho. (& est tertia conclusio) quod illa per quæ quis subiicitur Deo, & ei reveretur, remittunt etiam peccata venalia: vt sumptio aquæ lustralis, est quædam subiectio actualis ad Deum: quia est actus religionis, & actus quo Deo exhibetur reverentia. Benedictio etiam Epis-

copalis remittit venalia: quia ibi est quædam virtutis displicientia: quia qui subiicit se Episcopo, ut benedicatur, nollet virtualiter offendisse Deum, sed potius placere intendit.

HIC prius dubitatur, vnde est quod sacramenta nouæ legis remittunt venalia: quia prima potest quis recipere aliquod sacramentum in gratia, sed non cum displicientia venialium: quia stat quod accedit ad Eucharistiam cum actu qui sine Eucharistia non sufficeret ad remissionem venialium. Dubitatur ergo, vnde habet Eucharistia remittere venalia, an hoc habeant sacramenta ratione sui, an propter actionem lib. arbitrii, concomitantem sumptionem sacramenti.

AD HOC dicit Caiet. hic, quod infusio gratiæ non est sufficiens ad remittendū venalia. Et per consequentem, nec sacramentum ratione sui, vel ex hoc solū, quod est collatiū gratiæ, sed cum actu cōcomitante liberū arbitriū, qui tamē per se non sufficeret. Vnde infert Caiet. quod si gratia in funditur, est displicientia formalis: si autem augetur, est displicientia virtualis.

SED dubiū est quare sumptio ipsa Eucharistiæ dicitur virtualis displicientia. Si dicas: quia auget gratiæ. Ergo etiā quilibet actus meritorius erit displicientia virtualis. Immo aliqua datio eleemosynæ est maioris meriti & magis auget gratiam, quam sumptio Eucharistiæ.

AD HOC dico, q; ex hoc ipso quod oīa sacramenta non leg. sunt instituta ad conferendū gratiæ, habet remittere peccata venalia. Probatur quod si sacramenta sufficiunt ad remissionē mortalium (vt sufficiunt) etiā sufficient ad remissionē peccatorum venialium. Omne enim sacramentū institutū est in remissionē peccatorū, licet aliqua sacramenta immediate & directe: alia autem ex consequenti. Quædam enim sacramenta immediate sunt instituta ad remittendū peccata, & mediate & ex consequenti ad conferendū gratiæ: vt baptismus & poenitentia. Quædam vero contra, ad conferendū gratiam immediate, & ad remittendū peccata ex consequenti: vt confirmatio & Eucharistia.

SECVNDO. Probatur q; sacramenta habeant virtutē ad remittendū venalia: quia oppositū dicere, est contra dignitatē & perfectionem sacramentorum.

TER TIO. Sacramenta; vt aqua lustralis, & confessio generalis, sufficiunt ad remittendū venalia. Ergo etiā sacramenta. Probatur consequitio: quia non habet majorē virtutē, quam sacramenta.

OMNIA ergo sacramenta non leg. ex hoc ipso q; habet virtutē ad conferendū gratiæ, & consequenter ad instituēdū amicitiā inter Deum & homines habent remittere omnia venalia peccata: quia in constitutione amicitiæ omnes offenduntur, nisi sit obex vel impedimentū aliqd. Ergo sacramenta de se sunt remissiva venialium pectorū: quia de se sunt constitutiva amicitiæ inter Deum & homines.

AD argumentū autem quo querebatur, quare Eucharistiæ

Dubium
primum.Dubium
tertium.

charistiæ sumptio dicitur virtualis displicientia venialium, dico, quod ex hoc ipso dicitur virtutis displicientia: quia est voluntaria sumptio illius quod est institutū in remediu contra peccata. Et omnia sacramenta sunt in remediu contra peccata. Ergo omnia remittunt de se venalia peccata.

A LIVD dubium est maius de aqua lustrali, & virtutem habent ad hoc faciendum

AD HOC quidam dicunt, quod habent virtutē isto modo, q; excitant homines ad dolendū de peccatis: quia scīt, q; aqua benedicta est instituta ad delendū pectā venalia, ideo voluntā sumere. Unde dicunt isti, q; aqua benedicta nō remittit peccata venalia immediate, sed mediate, quatenus excitat hominē ad dolendū de peccatis venialibus, per quē dolorē immediate remittuntur pectā venalia. Isti verū dicunt, sed nō dicunt totū qd; facit aqua lustralis: quia si solū fecisset q; isti dicunt, nihil proficeret q; eset aqua benedicta, quia esto q; eset prophana, excitaret sic ad dolorē oīes scientes, qd; ponitur illa aqua in ecclesia ad hoc, & tūc dolor remitteret peccata, ita bene sicut nunc, vel excitaret ad dolorem omnes qui crederent, quod est benedicta, esto de facto non eset.

SECVNDO. Si non eset dolor, secundū illos sequitur, q; quantūcunq; sumatur illa aqua benedicta, nihil operaretur: quod non est dicendum

TER TIO. Etiā seq̄retur, q; nihil possit illi exorcismi, & sal qd; ponitur in aqua, si aqua ipsa lustralis sic exorcizata nō oparetur ad remissionē pectorū.

Q VAR TO. Sequitur, qd; nihil prodesse super defūctos: quia iā nō excitat dolorē aliquē ibi, si solū illud agebat: & ita in cassū spargitor sup funera.

IDEO. Alij dicit, q; aqua lustralis, & confessio generalis, & ista quæ dicitur remittere pectā venalia, habet aliā virtutē, q; ex hoc q; sunt constituta ab ecclesia ad remittendū venalia, ratione illorū, Dei specialiter cōcurrir, ad hoc q; ille qui virtutē aqua benedicta, habeat memoriam. i. cogitet de peccatis venialibus, et habeat bonū motū in ipsa pectā, de testādo illa: ita q; oībus alijs ceteris paribus, p hoc solū q; iste sumit aquā benedictam, & alter aquam prophana, credēs esse benedictā, & nō est: q; possuit eā ibi cōditus in cōmuni loco: Deus specialiter cōcurrit cū illo qui sumit aquam vere benedictā ad remissionē pectorū, et nō cū alio. Hic etiā verū dicunt q; non est dubiū, nisi q; ratione exorcismorū qui fuit in baptismo, cōcurreret Deus alio modo cū baptizato & exorcizato, quā cōcurreret cū baptizato & nō exorcizato. Vnde, Eusebius narrat de Novatiano hæretico, q; cū esset cathecuminus, baptizatus fuit sine solēnitate, eo qd; eset iſirmus. Et dicit Eusebius, qd; creditū est, qd; propter illud: quia postea nō fuit reperita solēnitas baptismi, lapsus fuit in hæretico: ita qd; dāmō habuit potestate sup illū, quā non habuisset, si solēniter baptizatus eset.

DICO, qd; etiā hic verū dicunt: sed nō dicunt totum quod facit aqua lustralis.

IDO alij d'cū: qd; propterea qd; ista sunt instituta ab ecclesia sūt magis meritoria, quā si nō eset instituta ab ecclesia: q; si ecclesia non institueret bñdictionē Episcopale in remissionē pectorū venialiū: si quis sumere ab Episcopo bñdictionē, eset quidē meritoria illa sumptio, sed non tantum sicut quando est instituta ab ecclesia.

ET hoc etiā verū est. Quia ieunare qn̄ est præceptū: cū ibi cōcurrat virtus obediētiae, est magis meritiori & sati factoriū, ceteris paribus, quā si non eset præceptū. Sed adhuc isti nō dicūt totum.

Ideo ego dico cōformiter ad mentē sectorū & S. Th. (si me nō fallit opinio) q; aqua lustralis, & ista de qbus agimus, habet virtutē ad remittendū venalia, sicut oīa illa quæ ecclesia institueret ad hunc effectū, de se, sine quoconq; motu, nō motu requisito necessario ad hoc qd; posset quis accipere, nepe volūcate accipiedi illā aquā bñdictā, vel illud qd; sic ecclesia instituit ad remissionē venialiū. Itaq; nō regritur qd; doleat vel habeat aliquē motū, nō si qd; velit accipere aquā bñdictā, etiā si non cogitet de venialibus, remittuntur ei venalia. Probatur hoc: q; a ecclesia data est potestas, & authoritas ad remittendū pectā, etiā venalia: vt loā. 20. Accipite. s. l. quorū remiseritis pectā, remittuntur eis. &c. Et nō solū tradita est facultas remittendi pectā per sacramētu poenitētiae, sed etiā multis alijs modis. Et cū sacramentū nō sit necessariū ad remittendū venalia, reliqua est ecclesia potestas, instituendi modū ad remissionē venialiū. Ideo dico, qd; ista sic ab ecclesia instituta, sine aliquo bono motu, sed solū qd; quis velit sulcipere illa, & suscipiat, remittunt pectā venalia, ex institutiōe ecclesiæ, sine sacramēto etiā quoconq; sicut absoluīt ab excōmunicatiōe per quæcunq; signa, per quæ velit hoc facere: ita qd; oportet cōcedere q; coeteris paribus, p hoc solū q; aliquis accipit bñdictionē ab Episcopo cōsequitur remissionē venialiū, quā remissionē nō recipit accipiens bñdictionē à parte suo. Et ita dicendum de aqua benedicta, & similibus.

CONTRA. Quādo quis accipit aquā benedictam, nō dolet, nec formaliter, nec virtualiter. Ergo nō remittuntur ei venalia.

DICO, qd; semper est displicientia virtualis, etiā si nihil cogitet de pectis: quia ex hoc qd; vult facere & sumere illud qd; ecclesia instituit in remissionē venialiū, interpretatiue & implicitē petit venia de venialibus, & virtualiter vult destruere pectā venalia: hæc autem oīa intelliguntur, nō sit aliquod impedimentū, nisi ponatur obex, hoc est, si nō cōplacet in aliquo veniali, formaliter, vel virtualiter. Vnde dico, qd; probabile est, qd; aqua benedicta valet ad remissionē poenitentia pro defūctis, cū super sepulturā, aut fuōis aspergitur. Probatur hoc: q; alias vanesse cōsuetudo ecclesiæ, quæ sic aspergit corpora & funus, et sepulchra defunctorū, & iā tūc nō remittitur culpa, nec aspergitur aqua frustra. Ergo remittit poenā: qd; ecclesia pōt facere ex potestate sibi tradita, ad remittendum peccata, nō solum quod

quoad culpas, sed etiam quo ad poenas.
SECUNDO dico, quod aspergitur etiam funus
& sepulchrum defuncti, ne demones faciant ibi a
liquas illusiones.

SED contra, sequitur ex hoc, quod aqua benedicta, & ista de quibus loquimur, sunt sacramenta. Nam, sunt signa sensibilia, & remittunt peccata venialia ex opere operato. Ergo,

AD HOC iam supra, q. i. art. 2. respondimus negando sequellam: quia ista non dant gratiam, sed remittunt peccata venialia, etiam sine augmento gratiae. Ita quod aqua lustralis ex opere operato non potest dare gratiam, & sanctificare, quod requiritur ad sacramentum, licet habeat ex opere operato culpas veniales remittere.

QVOD vero sacramenta remittant venialia, de aliquibus dicitur exprese: ut de Eucharistia habetur de consecratione. d. 2. cap. Cum omne crimen, & est lulij primi. Vbi dicitur, quod omne crimen deletur, oblatis Deo sacrificijs missarum.

PRAETEREA. Ibidem cap. Si quotiescumque, dicitur ex diuino Ambro. Si quotiescumque sanguis Christi effunditur, in remissionē peccatorū effunditur, debeo ego qui semper pecco, semper accipere. Sed non semper Ambro, peccabat mortaliter. Ergo loquebatur de venialibus.

PRAETEREA. De aqua lustrali, quod remittat venialia, dicit Alexander, quintus pontifex a Petro Apostolo, & habetur de consecratione. d. 3. cap. Aquā sale cōspersam, vbi dicitur. Aquā sale conspersam ī populis benedicimus, vt ea cūcti aspersi si sanctificetur, & purificetur, quod erit oībus sacerdotibus faciendū esse, mādamus. Nā si cinis vitulæ aspersus, populū sanctificabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus consecrata, populum sanctificat, atque mundat.

PRAETEREA. De oratione dominica habetur in decretis, de poenitentiis, & remissi. d. 3. cap. De cotidianis leuibusq; peccatis. Et est de sumptū ex diuino Chrysosto. Vbi sic dicitur. De quotidianis, breuibus, leuibusq; peccatis, sine quibus hāc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfaciat. &c.

Eorū enī est dicere, pater noster q̄ es in cœlis. &c. PRAETEREA. De confessione generali, quod remittat venialia, habetur de poenitentiis & remissionibus. d. 3. cap. De quotidianis. Et haberetur de poenitentiis & remissi. d. 1. cap. Quamobrem.

PRAETEREA. De benedictione Episcoporum & abbatum, & monachorū, habetur. i. q. 1. cap. Diū primo, & cap. Maledicam. Et hos modos quos ponit hic. S. Th. quibus remittitur veniale, ponit Hostiensis extra de poenitentiis & remissionibus cap. Omnis utriusque.

PRAETEREA. Detulisse peccatoris habetur in decretis, de poenitentiis & remissionibus. d. 1. cap. Tres autem sunt actiones.

Articul. quartus.

Vtrum possit remitti peccatum veniale sine mortali.



D Q V A R T U M sic proceditur. Videtur, quod veniale peccati possit remitti sine mortali: quia super illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestru, primus ī illam lapidē mittat, dicit quadam glosa, quod oē illi erāt in peccato mortali. Venialia enim eis dimittebantur per ceremonias. Ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

P R A E T E R E A. Ad remissionem peccati venialis, nō requiritur gratia ius: si: requiritur aut ad remissionē mortalis. Ergo

veniale peccati potest remitti sine mortali.

P R A E T E R E A. Plus distat peccati veniale à mortali, quā ab alio veniali. Sed

vñ veniale potest dimitti sine alio: vt di-

Etū est. Ergo veniale potest dimitti sine mortali.

S E D cōtra est, q. p. dicitur Matth. 5. Amē dico tibi, non exies inde (s. ex carcere in quē intruditur homo prop̄ mortali) donec redas nouissimum quadrantem, per quem significatur veniale peccatum. Ergo veniale peccatum non remittitur sine mortali.

R E S P O N D E O. Dicendū, quod (sicut supradictū est) remissio culpe cuiuscunque nunquam fit, nisi per virtutem gratiae: quia (vt Apostolus dicit Roma. 4.) ad gratia Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum. Quod glosa ibi exponit de veniali. Ille autē qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Vnde nullum veniale sibi remittitur.

A D P R I M V M ergo dicendū, quod venialia ibi dicūtur irregularitates sive immunitate, quas contrahebant secundū legem.

A D S E C U N D V M Dicendū, quod licet ad remissionē peccati venialis non requiratur noua inf. si habitualis gratia: requiriatur tamen aliquis actus gratiae, qui non potest esse in eo qui subiaceat peccato mortali.

A D T E R T I V M dicendū, quod peccatum veniale non excludit omnem actum

actum gratiae per quem possunt omnia peccata venialia dimitti: sed peccatum mortale excludit totaliter habitū gratiae, sine quo nullum peccatum mortale, vel veniale remittitur. Et ideo non est similis ratio.

I N HOC quarto. art. est vna conclusio, quae sic habet. Veniale peccati non potest remitti sine mortali. Hāc probatur ex diuino Matthæo ca.

5. vt habes in argumento in contra. SECUND O probatur: quia nunquam fit remissio alicuius culpæ, nisi virtute gratiae. Sed ille qui est in mortali, nō habet gratiam. Ergo nullum veniale sibi remittitur. Antecedens pro maiori, probatur ex illo ad Rom. 4. vbi dicitur. Ad gratiam Dei pertinet, quod Deus alicui non imputet peccatum. Et glosa exponit de veniali, &c.

S E D cōtra. Stat poenitentia de venialibus, sine poenitentia de mortalibus. Ergo remittuntur venialia sine mortali. Probatur antecedens: quia potest quis dolere de veniali, & complacere, aut nō dolere de mortali. Ergo.

A D HOC dubium respondet Durā. 4. d. 16. q. 2. & prius refert opinionem. S. Tho. quae est negativa, nempe, quod non remittitur peccatum veniale sine mortali. Et dicit, quod hāc opinio est communior, & ego ita credo, quia. S. Tho. sentitus est

communiorem opinionem. Et ideo erit securior. Et hanc sententiam. S. Th. tenet Richar. 4. d. 16. ar. 5. q. 2. Et eandem tenet Palud. 4. q. 16. q. 1. con. 3.

S E C U N D O. Durā. ponit aliam opinionem contrariam, quod peccatum veniale potest remitti sine mortali. i. etiam per seuerante homine in peccato mortali. Hanc sententiam tenet Scor. Et ita refert Gabr. 4. d. 16. q. 5. dub. 2. & tenet ipse Gabr. ibidem. Et idem dicit Maior. d. 16. q. vnica.

E T Durā. probat hoc multis argumentis. Prius probat, ex differentia quae est inter mortale & veniale. Quia in peccato mortali inuenitur culpa, quae est actus inordinatus in ordine ad Deū. Nō enim dicitur Deus offendit à peccatore secundū affectum, nēpe, quod Deus afficiatur aliquo modo per ipsum peccatum, sed secundū effectum, in quantum priuat peccatorē sua gratia, & hoc est secundū in peccato mortali. Et tertio inuenitur in peccato autem veniali non inuenitur nisi culpa. Et ideo ad remissionem peccati mortalis tria requiruntur. s. reordinatio voluntatis per contritionem, contra culpam, restitutio gratiae contra offensam, & commutatio poenæ aeternæ in temporalē. Ergo ad remissionem peccati venialis sufficit reordinatio voluntatis cōtra culpam, per debitam displicētiā eius quod indebitē placuit.

Non enim requiritur restitutio gratiae: quia non fuit gratia amissa per peccatum veniale, nec solutio poenæ aeternæ: quia non debebatur. AD HOC argumentum respondet, quod

quicquid esset de omnibus illis, concessio toto argumento quod assumit Durā. consequentia nihil valet. Arguebat enim hoc modo. Ad remissionē peccati mortalis requiriuntur illa tria. Verum est. Et in peccato veniali non est nisi vnum illorum. Transeat. Ergo ad remissionem peccati venialis sufficit reordinatio actus. Nego consequiam, quia requiritur acceptatio, nēpe, quod Deus acceptet: quia quandocūq; aliquis debet alicui aliquid, si alter non accipit, totū perditur quantuncunque detur illi. An sufficiet dicere corā iudice, ego voluntare & dedi, sed ipse noluit accipere. Clarum est, quod dicet bonus iudex, reddas nunc. Sic igitur quando es in peccato mortali, quicquid reddas Deo, non satisfacis: quia Deus non acceptat, cum sis in inimicitia eius. Et Deus gratis remittit culpam, etiam leuissimā existenti in peccato mortali sine gratia sua. Et ita Paulus ad Rom. 4. non facit differentiam inter mortale & veniale, sed indiferenter dicit, quod gratis omnia condonat, siue mortalia, siue venialia, illi qui est in peccato mortali. Et ita intelligit glosa citata a. S. Th.

S E D contra. Aliquis meretur de condigno remissionem venialium. Verum est: sed hoc est supposita gratia Dei, supposita illa mercede. Sed illa dat mere gratis. Et ita dicit. S. Th. in. 4. d. 16. q. 2. art. 1. quæstiuncula. 3. ad. 3.

S E C U N D O dico, quod falsum est quod Durā. assumit. s. quod solum inueniatur de ordinatio actus in peccato veniali, sed omnia illa tria inueniuntur in veniali, quae in mortali, licet non ita perfecte: quia etiam est offensa, licet nō tanta: sicut mortalium peccati. Est enim implicatio, quod sit peccatum morale, nempe, in moribus, & quod sit offesa aliqua, vel culpa. Et probatur hoc. Quia remissa & ablata tota culpa, manet aliqua poena. Ergo illud non esset: nisi esset Deus offensus: quia si non esset Deus offensus, non puniret illum peccatorem. Et tamen Deus punit in hac vita usque ad mortem (vt ait Aug. & in purgatorio atrocissime punit. Non enim est turbatus Deus. Sed punit ipsa venialia. Ergo erant offensa & culpe).

D E macula etiam: est enim aliqua macula in peccato veniali, vt. S. Th. dicit in hac. q. ar. 2. ad. 3. Et idem dicit in. 4. d. 16. art. 1. quæstiuncula. 1. ad. 1. & in prima. 2. q. 89. art. 1. dicit, quod non est proprie macula, & verum est, quia non est eiudicem rationis cum macula peccati mortalis, sed est indignitas quædam: quia cum illa non potest intrare gloriam.

S I dicas quod hoc est, quia non potest puniri in gloria, certe nō est propter hoc: quia quantuncunque absolutus esset ab omni poena, esset tamen in culpa veniali: quia propter gloriam nō intraret. Quod autē sit offensa, patet: quia. S. Th. in. 4. d. 16. q. 2. ar. 1. q. 2. ad. 3. dicit quod veniale displicet Deo: licet non faciat peccatorē displicere in omnibus. Requiritur ergo, quod restituatur ille nitro, qui perditus erat per veniale, & q. fiat actus placet Deo.

Neutrum autem fieri potest sine gratia. Ergo sine gratia non potest quis satisfacere, etiam pro veniali. SECUNDUM arguit Durā. Quia stat peccatum veniale solum cū originali. scilicet quando aliquis venit primū ad usum rationis, potest peccare. Peccat ergo venialiter existēs in originali, statimq; moriatur. Aut ille punietur in inferno. i. in limbo, pro veniali poena finita, vel infinita. Si finita. Ergo potuit eam in praesenti vita soluere, si vixisset, etiam in mortali. Si infinita, videtur inconveniens, cum secundum taxationem diuinam, peccato veniali non debeatur poena infinita, sed finita.

A D H O C Palu. d. 16. q. 1. respondet negādōcō sequentiā, & cōcedit, quod ille qui haberet veniale cū solo originali potest cōsequi remissionē venialis, etiam si non cōsequatur gratiā: quia potest diligere Deū super omnia. Dicitq; cōsequentiā istā nō valere. Quādo est in originali solum cū veniali, potest satisfacere pro veniali. Ergo etiam quādo est in mortali. Ratio est: quia ille qui est in originali cū solo veniali, non est in gratia Dei solum negative, i. non est in offensa Dei actuali, per quā perdiderit Dei gratiam, qui autem est in mortali, est inimicus Dei & non est in gratia Dei contrarie, & est hostis. Hoc Palu. Quod quidem potest dici, sed non ex sententia. S. Thom.

I D E O dico ad argumentū secūdū sanctū Th. quod nō potest esse peccatum veniale cū solo originali. Hoc dicit. S. Th. in. 2. d. 42. q. 1. art. 5. ad. 2. & in prima. 2. q. 89. ar. vlt. & in questionibus de malo. q. 7. ar. 10. ad. 8. Ratio est: quia omnis adulterus qui peruenit ad usum rationis, tenetur se conuertere in Deū, & si nō se conuertat in Deū, peccat mortaliter, si autem se conuertat in Deū, habebit gratiā. Et secundū quod Palu. dicit, quod qui est cum originali pōt diligere Deū, dico, quod nō sufficiet, ita quod diligatur à Deo, quādiū manet in originali, quia est cōtra illud loā. 15. Qui diligit me, diligitur à patre meo. Si igitur à Deo diligitur, est in gratia, & iam nō habet originale. Si autem habet originale, non diligitur à Deo.

T E R T I V M, quod dicit Durā, & Pal. quod ille potest discedere cū originali & veniali solum, est falsum: vt diximus ex S. Tho. Sed illo dato, dico, quod nūquam satisfacret pro veniali, quia nō acceptatur à Deo, quicquid ficeret. Nō enim est in sua gratia: ideoq; nō habet virtutem, vnde opus illius acceptetur, quādiū manet in pētō sine gratia. **T E R T I O** arguit Durā. Per opera facta extra charitatē, meretur quis bona temporalia, sicut dicitur de obstetricibus Pharaonis, Exod. i. quibus Deus edificauit domos, quoniā noluerūt occidere filios Israēl, quae tñ in mortali erāt: quia erant pagani. Ergo pōt etiā quis mererit bona spūalia, si cut & temporalia, per bona opera facta in mortali. **A D H O C** S. Th. in. 4. d. 15. q. 1. ar. 3. q. 4. & 5. respondeat (vt videbimus in secūda. 4.) quod opus extra gratiā factū aliquid prodest, nō de condigno, sed ex quadā congruitate. Et quidem prodest ad

multa. Prius ad hoc, quod disponit ad gratiam: ille cū illam non mereatur. Ideo peccator non debet ab omnibus operibus cessare: quia licet gratiā nō mereatur: ad illa tamen disponitur, quod non est parū. Secundo prodest ad assuetudinē bonorū operū. Tertio prodest ad bona cōsequenda temporalia, & ad hoc quod Deus eū seruet a periculis, & malis temporalibus: vt. scilicet non moriatur subito. Quarto prodest ad alleuiādū poenas inferni. Quintodecimq; prodest: quia cū minori contemptu peccat. Qui enim confuevit pluries peccare, contēnit iuxta ilud Prover. 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contēnit. Inter ista (vt vides) non ponit. S. Thom. quod satisfaciat pro veniali bus. **A D** argumentum igitur nego consequentiam, antecedenti concessō. Ad probationem. Quia remissio peccati venialis, est quodammodo temporalis: quia per peccatum veniale obligatur ad poenā temporalē solum. Dico quod est ibi obligatio spiritualis, & hæc spiritualia nō datur à Deo sine gratia. Remissio enim illius poenæ, pertinet ad iustitiam. **S A N C T I** Tho. igitur cōclusio vera est quam multipliciter possumus probare. Prius ex Esaiā. i. vbi expresse videtur asserere, quod nulla bona opera in mortali facta, Deus acceptat. Dicit igitur propheta. Quo mihi multitudinē victimarū vestrarū: dicit Dominus. Plenus sum holocausto arietū, & adipe pinguiū, & sanguinē vitulorū, & hircorū, & agnorū nolui. Quid aliud est dicere, nolui, nisi nō sunt mihi accepta, nec grata? Et infra. Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Arguitur ergo sic cōtra Durā. Si aliquis illorū ludōrū cum peccato mortali haberet aliquid veniale, querō. Vel per sacrificiū remittitur illud veniale, vel nō. Si non. Ergo intētum. scilicet quod nō remittitur veniale homini perseveranti in mortali. Si autē (vt dicas) remittitur illud veniale sine mortali. Ergo sacrificiū non erat frustra. Quis enim vocabit illud frustra esse, qđ liberat hominem à magna poena purgatoriū, quā ille debebat pro illo veniali. **E T** rursus infra ait Esaias. Incensum abominatione est mihi. Mirabile est cere, quod per id quod Deo est abominatione, remittitur tāta poena, & tātū debitū. Et quidē prophetæ loquuntur ad modū hominū, quādoquidē ad illos prophetant: & ideo humano modo intelligēdi sunt. Cōstat autem inter homines hoc nō cōtingere: vt aliquis remittat. 100. aureos alicui propter aliquid opus sibi maxime abominatione, atq; illi dicat, scias quod propter istud opus mihi ingratisimū & abominatione, tibi remitto. 100. aureos. Quis hoc vñquā vidi? Forte dices, quod Dūs dicebat illud per Esaiam, quia illi offerebant propter malum finem. At certe hoc non erat, nisi quia erant in mortali, subiungit enim causam, dicens: Manus vestræ sanguine plena sunt. Lauamini, mundi estote, &c. **E T** confirmatur. Quia si verum est, quod Deus remittit veniale sine mortali. Ergo etiam Iudeis & Sarracenis Deus remittit venialia: quia volo, quod

quod doleat de peccatis venialibus propter Deū. Et secundum Durā, non oportet, quod satisfaciā sit amicus Dei, ad hoc quod satisfaciāt. Consequens autē falsum est: cū sine fide impossibile sit Deo placere, & Sarraceni atq; Iudei infideles sūt. Q. VID vero Scot. de hac re sentiat, exploratū nō habeo. Nō enim inuenio in illo distinēte, quod veniale remittatur sine mortalī.

D I C I T tamen ipse in. 4. d. 15. q. 1. quod aliquis potest in mortali satisfacere pro poena debita pro peccatis iam remissis. V.g. Est aliquis, qui debet poenam, vt. 10. & iniunguntur ei. 4. dies ieiunij, postea autem peccat mortaliter, dicit quod talis existēs sic in mortali, potest satisfacere pro poena peccatorum iam remissorū. Ex quo sequi videtur, quod possit etiam satisfacere pro veniali. Sed quia ipse expresse non asserit hoc corrolariū, ideo ei nolo imponere (sicut facit Gabr.) licet videatur bene sequi.

S E D rursus probō opinionem. S. Thom. Ex illo Paul. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum, &c. charitatem autē non habeam, nihil mihi prodest. Et tamen secūdum Durā, multum prodest. Si diceas, quod Pau. intelligit, quod nihil prodest ad vitam aeternam. Video glosam. Sed certe Pau. lus absolute dicit nihil prodesse. Ergo verior est cōclusio S. Th. & ad minus est cōformior Scripturæ sacrae, quā opposita. ideo cū S. Th. tenendū est.



D P R I M V M sic procedit. Videatur, quod peccata dimissare redeant per sequens pecatum. Dicit enim Aug. in lib.

debaptismo. Redire dimissa peccata: ubi fraternalia charitas non est, apertissime Dominus in euāgeliō docet, in illo seruo à quo dimissum debetū Dominus petet, eo qđ ille conservo suo debitum nollet dimittere. Sed fraternalia charitas tollitur per quodlibet peccatum mortale. Ergo per quodlibet sequens peccatum mortale redeant peccata prius per pénitentiam dimissa.

P R A E T E R E A. Super illud Luc. 11. Reuertar in dominum meum vnde existit, dicit Béda. Timendum est ille veriusculus, nec non exponendus, ne culpa quā in nobis extinguitur credemus, per incuriam nos vacantes opprimat. Hoc autem non esset, nisi rediret. Ergo culpa per pénitentiam dimissa redit.

P R A E T E R E A. Ezech. 18. Dominus dicit. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur. Sed inter alias iusticias quas fecit, etiam præcedens pénitentia continetur: cum supra dictum sit, pénitentiam esse partem iustitiae. Ergo postquam pénitentia peccat, non imputatur ei præcedens pénitentia, per quam consequitus est veniam peccatorum. Redeant ergo illa peccata.

P R I M O. Vtrū peccata per pénitentiam dimissa, redēat simpliciter per sequens peccatum.

S E C U N D U M. Vtrū aliquomodo per in gratitudinem redeat specialius, secundū quadam peccata.

T E R T I O. Vtrū illa ingratitudo per qualiteratur.

Q U A R T O. Vtrū illa ingratitudo per quam redeant, si speciale peccatum.

A rticulus primus

Vtrū peccata dimissa redeat per sequens peccatum.

P R A E T E R E A. Aug. dicit in libr. o ij resp

responsionum Prospere. Qui recedit à Christo, & alienatus à gratia finit hanc vitam: quid nisi in perditionem vadu? Sed non in id quod dimissum est recidit, nec pro originali peccato damnabitur.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut supra dictum est) in peccato mortali sunt duo. scilicet auersio à Deo, & conuersio ad bonum creatū. Quidquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se consideratū, est commune omnibus peccatis mortali bus: quia per quodlibet peccatum mortale homo auertitur à Deo. Vnde & per consequētiam macula qua est per priuationē gratia, & reatus pœna aeterna, communia sunt omnibus peccatis mortalibus. Et secundum hoc intelligitur id quod dicitur Iaco. 2. Qui in uno offendit, factus est omnium reus. Sed ex parte conuersionis peccata mortalia sunt diuersa, & interdum contraria. Unde manifestum est, quod ex parte conuersionis, peccatum mortale sequēs, non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitū vel dispositionem auaritiae prius abolitā. Et sic contrarius esset causa sui conterarij: quod est impossibile.

S E D considerando in peccatis mortalibus id quod est ex parte auersionis absolute, per peccatum mortale sequens redit illud quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem: in quantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pœna aeterna: sicut & prius erat. Verum, quia auersio in peccato mortali, ex conuersione quodammodo causatur, recipiunt ea que sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem, per comparationem ad diuersas conuersiones, sicut ad diuersas causas: ita quod sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout consurgit ex alio & alio actu peccati mortalis.

E T hoc modo in questionem veritur, utrum macula & reatus pœna aeterna, secundū quod causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeat per peccatum mortale sequens

Quibusdam igitur visum est, quod etiam simpliciter hoc modo redeant. Sed hoc non potest esse: quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autem peccatorum priorū, fuit opus diuinæ misericordia. Unde non potest irritari per sequens peccatum hominis: secundum illud Rom. 3. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuavit?

E T ideo alij ponentes peccata redire, dixerunt, quod Deus non remittit peccata penitentiā postmodū peccaturo, secundū praescientiā, sed secundum praesentem iustitiā: praescit enim se pro his peccatis cū aeternaliter puniatur: & tamen per gratiā facit eū presentialiter iustū. Sed nec hoc stare potest: quia si causa absolute ponatur, & effectus absolute ponitur. Si igitur non absolute fieret per gratiā, & gratia sacramenta peccatorū remisso, sed cū quadam conditione in futurū dependente: sequeretur, quod gratia, & gratia sacramenta non esse sufficiens causarem iustitionis peccatorū: quod est erroneū: ut pote derogari gratia Dei. Et ideo nullo modo potest esse, quod macula & reatus praecedentium peccatorū redeant secundū quodex talibus actibus causabantur. Contingit autem, quod sequēs actus peccati virtualliter contineat reatus priorū peccati: inquantū scilicet homo secundū peccatis, ex hoc ipso videtur grauius peccare, quam prius peccauerat: secundum illud Rom. 2. Secundū duritiam tuā & cor in pœnitentia, hec auriz as tibi irā in die irā. Ex hoc scilicet: quia continentur Dei bonitas, que ad pœnitentiam expectat. Multo autem magis contemptitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati, secundo peccatum iteretur: quanto maius est beneficium peccatum remittere: quam peccatorem sustinere.

S I C igitur per peccatum sequens pœnitentiā, redit quodammodo reatus peccatorū prius dimissorum: non inquantū causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquantū causatur ex peccato vlt. perpetrato: quod aggravatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata redire simpliciter, sed redire secundū quid: inquantū

s. virtua

f. virtualiter in peccato sequenti continetur. **A D P R I M U M** ergo dicendum, quod illud verbum Aug. videtur intelligendum de reditu peccatorum quantum ad reatus pœna aeternā in se consideratum: quia scilicet post pœnitentiam peccans incurrit reatum pœna aeterna, sicut prius. Non tamen omnino propter eā demrationem. Unde Aug. in lib. de responsionibus Prospere, cū dixisset, quod non id quod remissum est, recidit, nec pro originali peccato damnatur, subdit. Qui tamen ea morte affectur, quae ei propter peccata dimissa debetur: quia scilicet incurrit mortem aeternam, quam meruerat per peccata præterita.

A D S E C U N D U M dicendum, quod in illis verbis non intendit dicere Beda, quod culpa prius dimissa hominem opprimat per reditū reatus præteriti: sed per iterationē actus.

A D T E R T I U M dicendum, quod per sequēs peccatum iustitiæ priores obliuioni traduntur, in quantum erant meritoria vita aeterna: non tamen inquantum erant impedimenta peccati. Unde si aliquis peccet mortaliter postquam restituit debitū, non efficitur reus quasi debitum non reddidisset. Et multo minus traditur obliuioni pœnitentia, prius acta quantū ad remissionem culpe: cū remissio culpa magis sit opus Dei quam hominis.

A D Q U A R T U M dicendum, quod gratia simpliciter tollit maculā, & reatus pœna aeternā. Tegit autem actus peccati præteritos: ne scilicet propter eos Deus hominem gratia priuet, & reū habeat pœna aeternā. Et quod gratia semel facit perpetuo manet.

I N H O C articulo. sunt aliquot propositiones principales. Quarum prima est. Cum in peccato mortali sit auersio à Deo, & conuersio ad bonum commutabile, fit, quod quicquid est in peccato mortali ex parte auersionis, est commune omnibus mortalibus peccatis. Probutur. Quia per quodlibet mortale homo auertitur à Deo. Vnde colligitur, quod macula, quae est per priuationem gratiæ, & reatus pœna aeternæ, communis est omnibus peccatis mortalibus. Habetur hoc ex illo Iaco. 2. Qui in uno offendit factus est omnis reus SECUNDUO nota, quod hæc materia tractatur à Magis. in. 4. d. 22. & ibi ab scolasticis. Magis. vero citat in. 1. & 2. cap. illius. d. sanctorū testimonia in vna & in aliā partē, relinquitq; sub dubio.

T E R T I O adverte, quod doctores, (etiam sancti) moti fuerunt ad mouendū hanc questionem ex illa historia quæ habetur Matth. 18. in huc modum. Ideo assimilatū est regnum coelorum homini regi qui voluit rationē ponere, oblatus est ei unus, o iij qui

tionis peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius remissi. Probatur: quia dato opposito sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum vel dispositionem auaritiae prius remissæ. Vnde contrarium esset causa sui contrarij, qd est impossibile.

T E R T I A propositio est. Absolute loquendo,

per peccatum mortale sequens, redit illud quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionē. Probatur: quia per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pœna aeternæ, quam etiam prius habuit, antequam priora peccata remitterentur.

Q U A R T A propositio est. Macula & reatus pœna aeternæ, secundum quod causabantur ex actibus peccatorum remissorum, non redeunt per peccatum sequens. Probatur. Opus Dei non potest irritari per opus hominis. At remissio peccatorum præteritorum fuit opus Dei. Ergo non potest irritari per sequens peccatum hominis: secundum illud Roma. 3. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuavit? Deinde reprobat doctor unum alium modum dicendi: vt habes in litera.

Q U I N T A conclusio est. Per peccatum sequens aliquo modo redeunt peccata remissa, in huc sensum. Non quod redeat macula, & reatus pœna aeternæ ratione peccatorum remissorum, sed quia peccatum sequens est grauius propter illam circumstantiam, quia peccat post plura beneficia recepta. Nam post remissionē peccatorum (quod magnum beneficium est) peccat contra maius beneficium: & per cōsequens magis fit ingratus: cū contra plura beneficia recepta peccet.

P O S T Q U A R T U M tractauimus de aliquibus effectibus pœnitentia, consequenter est tractandum de conditione aliorum effectuum, an sint ratio vel firmi, vel sub conditione. Hoc est, an peccata semel remissa per pœnitentiam: redeant postquam rursus secundo, aut tertio peccauerit ille, cui fuere remissa.

V T si quis peccauit peccatum homicidij, & debebat poenam vr. 10. intensius propter illud peccatum, eratq; in macula. Pœnitentia deinde, atque rursus peccat, an illa poena redeat post sequens peccatum, vel an Deus absolute remittat quicquid in posterum. Eueniat. An remittat sub conditione scilicet amplius non peccaueris: vel absolute, siue peccaueris siue non, ego remitto tibi peccata ista, & tantam poenam ex illa, quam debebas pro illis.

S E C U N D U O nota, quod hæc materia tractatur à Magis. in. 4. d. 22. & ibi ab scolasticis. Magis. vero citat in. 1. & 2. cap. illius. d. sanctorū testimonia in vna & in aliā partē, relinquitq; sub dubio.

T E R T I O adverte, quod doctores, (etiam sancti) moti fuerunt ad mouendū hanc questionem ex illa historia quæ habetur Matth. 18. in huc modum. Ideo assimilatū est regnum coelorum homini regi qui voluit rationē ponere, oblatus est ei unus, o iij qui

qui debebat ei decem millia talenta. Quā autem nō haberet vnde redderet, iūs sic eum Dominus venūdari, & vxorem eius, & filios, & omnia quā habebat, & reddi. Procidēs autem seruus ille orabat eū, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autē Dominus seruī illius, dimisit eū, & debitū dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debet ei centum denarios: & tenēs suffocabat eū, dicens, Redde quod debes. Et procidens cōseruus eius rogabat eū, dicens, Patiētiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius, quā siebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quā facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suū, & ait illi. Serue nequam, omne debitū dimisi tibi, quia rogasti me. Nōne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum. Et iratus Dñs eius tradidit eū tortoribus, quo ad usq; redderet ei vniuersum debitū. Sic & pater nūs cōlestis faciet vobis, si nō remiseritis vnuſquisq; fratri suo d' cordibus vestris. EX hac ergo parabola vel historia (vt dixi) moti sunt sancti ad mouendū hanc questionē: quia repetit ibi dominus debitū iā remissum, illi qui non voluit misereri conserui sui. Quod quidē cū dominus ad remissionē peccatorū accomodet, videtur significare, quod si post poenitentiam iterum peccator peccat, Deus ab illo repeatat debitū ante remissum per poenitentiam.

SECVNDO videtur, qđ hoc etiā intelligatur in illo Iac. 2. Qui invno offedit, factus est oīum reus. AD HOC præter ea quā à S. Th. dicta sunt, pono propositiones aliquot. Prima sit. Peccatum semel remissum, nō potest redire quantū ad culpam, quantūlibet quis peccet post poenitentiam prioris peccati. Probatur. Quia si Petrus occidit vnum hominē, & fuit remissum homicidiū, etiā si rursus peccet, nō habet maculam prioris homicidij; alias haberet duas maculas, ratione peccati quod nunc cōmisit, & ratione homicidiij remisisti. SED nota, quod in peccato præter culpam, est effectus quidam s. reatus ad poenam. Quā poena duplex est. Altera damni: quā est carentia diuinæ vilionis. Altera vero poena sensus, quā est tristitia ratione illius priuationis.

SIT igitur 2. propositio. Peccatum nō redit quātū ad reatū poenae sensus. Probatur ex illo Nahū. i. Deus nō punit bis inidipsum, nec cōsurgit duplex tribulatio. Quod tñ esset, si post quā quis satisficerit & solvit poenas pro peccato dimisso, iterū puniatur pro eodem peccato. Nō ergo puniatur nisi pro peccato quod fecidit comisit. s. post poenitentiam. TER TIA propositio. Peccatum remissum per poenitentiam, per sequēs peccatum aliquo modo redit, quātū ad poenam damni. Probatur: quia poena damni debetur pro qualibet mortali. Eodē enim modo priuat per quodlibet peccatum mor-

tale visione diuina. Verum est, quod nō vocatur idem reatus, vel eadem macula: quia est alia causa, est tamen similis. Hoc modo respondet omnes doctores scholastici in. 4. d. 21.

CIRCA tertiam conclusionem, queritur, an per sequens peccatum redeat æqualiter poena damni. s. an poena damni, qua punitur aliquis pro adulterio, & poena damni pro homicidio, sint æquales. Vt si quis peccauit peccatum odij Dei, fuitq; illi remissū, postea peccat peccatum homicidij, an redeat illuc æqualis poena dāni illi poena in quā incurrit propter peccatum illud primū & maius (s. odij Dei) quod iam sibi fuerat remissum. AD HOC Dur. in. 4. d. 22. q. 1. dicit, quod poena damni æqualis est in omnibus dānatis. Tam grandem (inquit) poenam habet ille, qui est in inferno, pro. 100. peccatis, sicut ille qui est pro vno tantū, licet peccatum leuius sit. Ratio est: quia poena damni solum est priuatio Dei visionis. Et priuationes nō suscipiunt magis & minus: quia vnu cæcus non est magis cæcus quam aliis. Ergo vna poena damni non est maior altera: cum sit priuatio solum. Idem dicit Palu. d. 12. q. 1. Idem dicit Ca preo. eadē. d. q. 2. Cōsequēter dicit, quod peccata præterita iā remissa, per sequēs peccatum redeat sē per quo ad poenā dāni æqualiter: quia æquali poena dāni punitur in inferno pro peccato sequenti, qua punitur pro peccatis præteritis remissis. OPPOSITVM tenet Almāy in. 4. in eadē d. 22. & in moralibus suis cap. vltimo. s. quod poena damni non est æqualis. Et allegat pro se diuī Dionysium, qui illud afferit.

EGO autem dico quod disputatio est de nomine potius quā de re. Sed probabilius est hoc, quod dicit Almāy, & est etiā sententia S. Th. Et probatur qđ sit sententia S. Th. Nā hic & in priina. 2. q. 7. ar. 3. & 5. & in. 4. d. 17. art. 2. q. 6. & in sec. 2. q. 10. ar. 3. & prima. 2. q. 87. ar. 4. & in ista prima. 4. q. 27 ar. 4. dicit duo. Primū est, qđ in peccato sunt duo secūdū Aug. s. auersio à Deo & cōuersio ad bonū cōmutabile, hoc est, auersio à lege diuina, & conuersio ad obiectū prohibitū, vel eius prosecutio.

SECUNDUM dicit quod auersio non est æqualis in omnibus peccatis mortalibus, & hoc etiam dicit hic in medio huius articuli, in illis verbis, Verum quia auersio, &c. maior auersio est in homicidio quam in furto. Ratio est. Quia auersio prouenit à cōuersione. Vnde ille qui ad peius obiectum cōuertitur, habet maiorem auersionem. Hoc est, est maior transgressio lezis.

TER TIO dicit, quod poena dāni correspōdet auersioni, & poena sensus correspōdet cōuersioni. SIC ergo conficio argumentationem. Poena dāni correspōdet auersioni. Et est maior vna auersio secundū. S. Th. quam alii. Ergo maior est vna poena dāni alia. Et confirmatur. Quia alias Deus punit in æquales offensas vel culpas, æqualibus poenis dāni, &c. Hoc autem videtur inconveniens. Nam sicut Deus nō p̄mitat æqualiter me-

rita in æquales: sic nec punit æqualiter offensas in æquales.

SECVNDO principaliter probatur hoc. Poena ignis nō est æqualis in omnibus. Ergo nec poena damni. Probatur consequentia: quia nō debet esse maior poena ignis, nisi quia magis cruciat: quia ignis æqualiter detinet oēs in inferno. Ergo poena dāni nō est æqualis. Nā etiā caretia sit æqua lis: vna tamē plus quam alia cruciat. Ergo, &c.

TER TIO. Sequeretur, quod peccatum mortale non punitur tantum, sicut originale. Consequens est falsum apud omnes. Probatur sequela. Pono Petru in inferno propter duo peccata mortalia. Iste non punitur in duplo plus, quam puer damnatus, solum pro peccato originis. Antecedēs. Probatur. Quia si omnis poena dāni est æqualis in omnibus. Ergo poena dāni non est maior in isto damnato propter duo peccata, quā in puer pro solo originali. Ambo enim priuantur visio nē diuina. Et poena sensus non est in duplo tāca: sicut poena dāni. Patet: quia poena dāni semper est maior, quam poena sensus. Ergo est plus quam mediatus. Ergo nō in duplo tantum punitur iste damnatus, sicut puer, &c.

QVARTO arguitur ad hūc modum. Damnatorum poena non est phantastica. Aliqui enim dixerunt, quod poena damnatorū non erat vera poena, nec in aliquo ab igne lāduntur, sed solum phantasia eorū facit, vt putēt se cōburi: & sic poenam eorū falso appellabat phantasticam. Nam re uera illi ab igne cruciantur. Sic etiam dāmones cruciantur, & cognoscunt illam poenam, quanta sit, & quod ignis nō potest eos cōbūrere, sed quod detinet, & cruciat eos. Tunc sic. Plus vnu dāmo quam aliis tristatur de priuatione gloria. Ergo si maior est tristitia, & maius malum erit. Maior enim tristitia de maior i malo est. Si esset malum & poena æqualis, posset dicere vnu altari. Quarē tu magis tristaris? Nōne ego sicut & tu sum priuatus æqualiter bono glorie: Quid igitur plus quā ego doles? Ergo poena dāni nō sunt æquales, licet sint quantum ad poenam sensus. Ergo tota p̄na istius sumpta simul, est maior quā tota alia poena alterius.

AD HOC corrolariū non posset dici aliud, nisi quod verū est de poena dāni. Sed illa est vera poena, & Deus nō potest remittere poenam dāni. Ergo verū erat nostrum corrolariū de tota poena.

PRÆTEREA. Nihil cruciat magis dāmonos, pro maiori culpa nisi maiori poena. Ergo, &c.

PRÆTEREA. Idē posset dici de poena sensus, quia illa poena sensus est maior, quā est pro maiori culpa. Nam poena sensus est pro maiori, & minori culpa: sicut poena dāni.

PRÆTEREA. Quantūcunq; poena sensus remitteretur in aliquo dānato, semper esset æqualis sicut antea, quia semper est pro æquali culpa,

& semper Petrus punitur maiori poena quam Paulus: quia semper punitur pro maiori culpa, quam Paulus.

IDEO ego potius dicerē alio modo, & si prædictus modus si probabilis, nēc, quod dicitur maiori poena, quia magis crutet, & est modus loquendi ciuilis: vt si sunt duo in æquali paupertate, vni illorum est maior poena illa paupertas:

o iū quia

Dubium secundū.

quia magis cruciat illū. Ut etiam si duo ieūniant equaliter in pane & aqua, vni non est poena: quia non cruciatur, & alteri est, quia nimis cruciatur. Ita ergo in nostro proposito, magis cruciatur priuatione diuinæ visionis, ille qui priuat propter homicidium, quam ille qui priuat propter furtum.

V N D E dico, quod seclusa poena ignis, plus dolet vnuus damnatus quam aliis, ob carentiam diuinæ visionis.

S E D contra. Ille cruciatus est poena sensus. Ergo poena sensus est maior, nō autē poena damni. Dico ad hoc quod verum est. Sed quia illa poena sensus est effectus illius carentiae diuinæ visionis: ideo illa carentia causat maiorem poenam, in uno quam in alio. Et ideo est maior poena in uno quam in alio: sicut diximus ex S. Thom. quod ceteris omnibus paribus, quanto magis est aliquid alicui inuoluntarium, tanto magis crescit poena, & est maior poena. Vnde cum priuatio visionis diuinæ sit magis inuoluntaria in uno damnato, quam in alio: sicut in dāmone, quia considerat, quod ille erat dignissimus illius visionis maior poena est in illo, quam in alio.

Articul. secūdus.

Vtrum peccata dimissa redeat per ingratitudinem quæ specialiter est secundum odium fraternū, apostasiā à fide, contemptū cōfessionis, & dolorem de pœnitentia habita.

D SECUNDVM sic pro ceditur. Videatur, quod peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum quatuor genera peccatorum. s. secundum odium fraternum, apostasiā à fide, contemptū confessionis, & dolorem de pœnitentia habita: secundum quod quidam metrice dixerunt. Fratres odit, apostata fit, spēnitque facerit. Pœnituisse piget: pristina culpa redit. Tanto enim est maior ingratitudo, quanto grauius est peccatum, quod contra Deū quis committit post beneficium remissionis peccatorum. Sed quedā alia peccata sunt his grauiora: sicut blasphemia cōtra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum. Ergo videtur, quod peccata dimissa non redeant magis se-

cundum ingratitudinem commissam, secundum hac peccata, quam secundum alia.

P R A E T E R E A. Rabanus dicit. Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quousq; redderet vniuersum debitum: quia nō solum peccata que post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad paenam, sed & originalia quæ in baptismo sunt ei dimissa. Sed etiam peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus. Dimitte nobis debita nostra. Ergo ipsa etiā redeunt per ingratitudinem. Et par ratione videtur, quod per peccata venialia redeat peccata prius dimissa, & non solum per peccata prædicta.

P R A E T E R E A. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptum aliquis peccat. Sed beneficium Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccata vitamus: dicit enim Aug. 10. confessionum. Gratia tua deputo quæcumque peccata non feci. Maius autem donum est innocentia, quam etiam remissio omnium peccatorum. Ergo non minus est ingratus Deo, qui peccat post innocentiam, quam qui peccat post pœnitentiam. Ergo videtur, quod per ingratitudinem quæ fit secundum peccata prædicta, non maxime redeant peccata dimissa.

S E D C O N T R A est, quod Grego. dicit. 18. Moral. Ex dictu euangelici constat, quod si quod in nos delinquitur, ex corde non dimicimus: & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiā dimissum fuisse gau debamus. Et ita propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt, secundum ingratitudinem. Et eadē ratio videatur de alijs. **R E S P O N D E O** dicendum, quod (sicut supra dictum est) peccata dimissa per pœnitentiā redire dicuntur, inquantum reatus eorum ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato sequenti.

I N G R A T I U D O autem potest committi dupliciter. Uno modo, ex eo quod aliquid fit contra beneficium. Et hoc modo per omne peccatum mortale, quo Deum offendit reditur.

disur homo ingratus Deo, qui peccata remisit. Et sic per quodlibet peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa, ratione ingratitudinis. Alio modo committitur ingratitudo, non solum faciendo contra ipsum beneficium: sed etiam faciendo contra formā beneficij præstii. Quæ quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorū. Vnde cōtra hanc formā facit, qui fraterpetenti veniā non remittit: sed odīū tenet. **S I A U T E M** attendatur ex parte pœnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus lib. arbitrij. Quorum primus est motus lib. arbitri. in Deum: qui est actus fidei formatae. Et contra hoc facit homo apostatando à fide. Secundus autem est motus lib. arbitri. in peccatum, qui est actus pœnitentia. Ad quem primo pertinet (ut supra dictū est) quod homo detestetur peccata præterita. Et contra hoc facit ille qui dolet sc̄ pœnituisse. Secundo. Pertinet ad alium pœnitentie: ut pœnitens proponat se subiūcere clauib; ecclēsia per confessionem: secundū illud psal. Dixi, confitebor aduersum me iniusticias meas Domino: & tu remisisti impietate, peccati mei. Et contra hoc facit ille qui contennit confiteri, secundum quod proposuerat. Et ideo dicit, quod specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod hoc nō dicitur specialiter de istis peccatis: quia sint ceteris grauiora, sed quia directius opponuntur beneficio remissioni peccatorum.

A D S E C U N D U M dicendū, quod etiam peccata venialia, & ipsum originales redeunt modo prædicto, sicut & peccata mortalia: inquantum contemnitur Dei beneficium, quo hæc peccata sunt remissa. Non tamen per peccatum veniale aliquis incurrit ingratitudinem: quia homo peccando venialiter: non facit contra Deum, sed præter ipsum. Et ideo per peccata venialia nullo modo peccata dimissa redeunt.

A D T E R T I U M dicendum, quod beneficium aliquod habet pensari dupliciter. Uno modo ex quantitate ipsius beneficij. Et secundum hoc innocentia est maius Dei beneficium, quam pœnitentia: quæ dicitur secunda tabula post naufragium.

A L I O modo potest pensari beneficium ex parte recipientis qui minus est dignus, & sic magis sit sibi grātia, vnde & ipse magis est ingratus, si contemnat. Et hoc modo beneficium remissionis culpe, est maius, in quantum prestatur totaliter indigno, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

I N H O C articulo secundo est prius ad notā dum, quod magna ingratitudo est, postquam Deus alicui remisit peccata, iterū offendere cū, **S E C U N D O**. Est quæstio, an illa ingratitudo faciat redire peccata dimissa?

A D Q V O D dicit S. Tho. & est prima propositio, quod non redeunt peccata per ingratitudinem, proprie, nec quoad culpam, nec quoad poenam, nec quoad esentiam imputantur propter ingratitudinem, proprie. Et in hoc omnes cōueniūt.

S E C U N D A conclusio est. Aliquo modo redeunt peccata præterita, iam dimissa, per ingratitudinem, ad istum sensum: quia grauius peccatum est, quod nunc committit ille, cui fuerunt iam dimissa alia peccata, ceteris paribus, quam si Deus antea non remisisset illi illa peccata sint v.g. Petrus & Ioannes qui æqualiter peccat, excepto hoc uno, quod Petro fuerunt iam remissa aliqua peccata, & Ioanni non dicunt omnes, quod tunc Petrus grauius peccat, quam Ioannes. Hæc est conclusio omnium doctorum, in hac materia de remissione peccatorum.

S E D, Dubitatur circa hoc ex Scoto. 22. d. 4. q. Dubium s. ar. 3. Et arguitur argumento eius, cōtra præsumptum. cedente secundam cōclusionē. Grauius est peccatum in illo cui nūquam fuerunt remissa aliqua peccata: eo quia non habuit. Ergo illa secunda cōclusio erat falsa. Probatur antecedens. Capio Petru innocentem qui nunquam peccauit, & nūc prius furti peccatum peccat: & capio Ioannem, qui aliquando peccauit, & fuit ei remissa peccatum, postea autem peccat peccatum furti, sicut Petrus: plus peccat Petrus, quam Ioannes. Ergo, &c. Probo antecedens: quia ceteris paribus, ille peccat plus, qui facit contra maius beneficium. At Petrus est huiusmodi: quia facit contra innocentia, quæ est maius beneficium, quam pœnitentia, vel remissio peccatorum. Ergo magis peccat Petrus, quam Ioannes. Innocentia vero est donum Dei, sicut dicit Paulus. Qui se existimat stare, videat necadat, priore ad Chor. 19. Et in psalm. 126. Nisi Dominus

Dominus custoderit ciuitatem, &c. Ad perseuerandum enim sequitur speciale auxilium Dei. Et licet inter doctores disputetur, an ad bene operam, requiratur auxilium speciale: de hoc tamē non disputatur, an ad perseuerandum requiratur speciale auxilium, sed habetur pro certo, quod requiritur. Est igitur specialis prærogativa ipsa innocentia, quæ conceditur innocentibus. Ergo maius donum est innocentia, quam poenitentia. Ergo qui peccat post innocentiam, peccat contra maius beneficium, & sic grauius peccat, &c. propter hoc argumentum Sco. vbi supra, tenet conclusio nem, quod grauius peccatum est peccatum commissum post innocentiam, coeteris paribus, quam peccatum commissum post poenitentiam. Et Caiet. in hoc loco sequitur Sco. Concedit enim totū, & dicit, quod non est contra conclusionem: quia esto grauius peccet, qui peccat post innocentiam, quam qui post poenitentiam: semper tamen conclusio est vera, quia semper peccatum sequens est grauius quam esset: eo quia fuerunt ei aliqua peccata iam dimissa.

ET Scot. respondet ad argumentum hoc quod poterat fieri. Ergo peccata non redēt aliquo modo per ingratitudinem: vt dictum est. Negat consequiam, & bene solvit, dicit enim. In illo qui futuratur post poenitentiam, ex hoc quod fuerunt remissa ei peccata, est aliquis gradus malitia, qui non esset si non fuissent ei illa peccata dimissa. Cū hoc tamen stat, quod peccans post innocentiam, grauius peccat, quam qui peccat post remissionē peccatorum. Hec Scot. Itaq; si duo peccarent simili peccato, hoc excepto, quod vnu solū peccat post innocentiam, & aliud post remissionē aliquo rū peccatorū: grauius peccat ille qui peccat post innocentiam, quam alius. Nihilominus ille qui peccat post remissionē peccatorū: grauius peccat quam si non peccasset post remissionem peccatorum.

SECUND O. Posset alio modo responderi ad argumentum: quia Sco. non numerat omnia membra: nam potest aliquis peccare, nec post innocentiam, nec post poenitentiam: vt si peccet. 10. peccata post innocentiam, & iterum aliud peccatum sine poenitentia. Hoc peccatum vnde cimum, nec est post innocentiam, nec post poenitentiam. Postea poeniteat de omnibus, & peccat rursus post poenitentiam, dicimus, quod grauius peccat, quā peccauit illo peccato vnde cimo, licet quantum ad omnia alia fuerint similia peccata, excepto hoc solum, quod hoc est post poenitentiam.

ALIVD exemplum. Creet Deus aliquem hominem in puris naturalibus, sine gratia & sine peccato: qui deinde peccet mortiferem. Hic non proprie peccat post innocentiam: quia non fuerat in gratia. Si post poenitentiam illius peccati rursus peccet, grauius peccabit: et coetera sint paria, eo quia peccauit post poenitentiam. Hoc quod dicit Scot. est probabile: sed oppositū dicit hic. S. Tho.

ad tertium, & secundam. 2. q. 106. art. 2. in corpore, & est probabilius.

IDEO pono conclusionem hanc. Grauius peccatum est peccatum commissum post poenitentiam, quam commissum post innocentiam, coeteris paribus. Probatur. Quicunq; enim peccat post poenitentiam, peccat post innocentiam. Ergo habet totam grauitatem quam habet ille qui peccat post innocentiam, & adhuc aliquid aliud. s. grauitatem illius qui peccat post poenitentiam. Ergo est grauius peccatum. Antecedens probatur: quia ille qui peccat post poenitentiam, aliquando fuit in innocentia. Ergo nunc peccat contra duo dona Dei, vel beneficia, nempe, aduersus remissionem peccatorum, & aduersus innocentiam: quia ille quando soluit beneficium innocentiae, quod duravit per. 10. annos: peccauit solum contra innocentiam, & pro illo peccato satisfecit postea per poenitentiam. Ergo postea quando peccat, peccat contra vtrunq; beneficium. Ergo grauius peccat, quā si solum contra vnum illorum peccaret.

SED (ut poenitus hæc endentur) dubitatur. Dubium quod est maius donū, innocentia, an poenitentia secundum. AD HOC respōdet. S. Tho. hic ad terriū, & in secunda. 2. q. 106. ar. 2. in corpore, duabus propositionibus. Quarum prima est. Innocentia est maius donum & beneficium secundum quantitatē dati, quam poenitentia. Probatur: quia maius est conseruare aliquem ne peccet, quam post peccatum iuuare illum, vt surgat à peccato.

SECUND A conclusio est. Ex parte dantis, & ex parte recipientis maius beneficium est poenitentia, quam innocentia. Probatur: quia illud est maius ex parte dantis, quod magis gratis datur. Et ex parte recipientis illud est maius, quo accipiens minus erat dignus. Sed ex maiori gratia. i. magis gratis dat Deus existenti in peccato mortali poenitentiam, quam alteri innocentiam: quia erat magis indignus, & sibi inimicus. Et accipies, poenitentiam erat minus dignus illa, cum esset inimicus. Ergo ex parte dantis & recipientis maius beneficium est poenitentia, quam innocentia.

TER TIA propositio est. Quæ sequitur ex his duabus. Plus obligatur aliquis ad gratiarū actiones, ad agendum. s. gratias propter donum & beneficium poenitentiae, quam propter donum aut beneficium innocentiae. Probatur hæc: quia poenitentia est maius beneficium huic poenitenti, quā innocentia, licet innocentia secundum se sit maius beneficium.

ET tunc ad argumentum. Qui peccat contra poenitentiam, peccat contra minus bonū. Et qui peccat contra innocentiam peccat contra maius bonū. Distinguo dicit. S. Tho. secundum se, nempe, secundum quantitatē doni. Verum est. Sed nō ex parte recipientis, & dantis. Et hic tenetur age regalias pro dono recepto in particulari. Exempla. Sicut qui mutuat alteri centum aureos, secundum quantitatē beneficij, nempe, quantitatē dati,

dati, maius beneficium confert, quam si dedisset eidem decem aureos gratis. Sed ex parte dantis & recipientis maius beneficium est, dare gratis decem aureos: quia magis gratis ex parte dantis, & quia recipit gratis ille cui nihil debebatur.

ALIVD exemplū. Amicus vel consanguineus meus dat mihi centum aureos: extraneus autem (quem ego alias offendit) dat mihi gratis etiam vi ginti aureos tempore necessitatis, manifestū est, quod hoc secundum est maius beneficium mihi, ex dante, & ex me recipiente, licet sit minus quantum ad quantitatem.

ALIVD exemplum. Pater meus dat mihi. 1000. aureos, & alius ignotus dat mihi gratis. 100. maius beneficium est mihi hoc secundum. Sic in nostro themate Deus dat remissionem hosti. 10. pecatorum, licet ex parte quantitatis remissio peccatorum sit minus beneficium ipsa innocentia: simpliciter tamen est maius: quia ille cui remittuntur peccata erat hostis, & potius dignus poena, quam venia.

SECUND O. Simpliciter est maius beneficium poenitentia: quia iste iam recepit duo beneficia, innocentiam, & poenitentiam. Ergo maius est beneficium poenitentia, quā datur postquam perdisti aliquid. Et in genere domi maius donum est illud, quod magis gratis datur, & plus male merito de dante. Et quod hoc donum sic proportionabiliter & respectiue sit maius simpliciter, patet Lucae. 21. Dicit Christus de illa vidua quā misit duo minutū in gazophilacium, quod plus omnibus misit, licet diuites misissent magnam quantitatem argenti.

SECUND O. Probatur idem ex Paul. ad Ro. 5. Comēdat autem Deus charitatem suam in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis gratis mortuus est. Enī vides Paulum commendantem beneficium redēptionis, non tam ex parte quantitatis dati, quam ex eo quod datū fuit pectorib; & inimicis, & gratis ex parte dantis.

Vnde colligitur, quod stat minus alicui datū, esse minus: beneficium tamē seu gratiam esse maiorem. Patet ex parte dantis, si minori incommodo & labore cōferat maius munus, quam minus. Similiter ex parte capientis, si capiens minori illo poenitus sit indignus, & contrariū meruerit. Alius autē cui maius tribuitur est illo dignissimus.

SECUND O colligitur maius esse beneficium redēptionis, quam creationis: tam ex parte benefacientis, quam ex parte recipientis. Ex parte quidem facientis: quia beneficium redēptionis factum est cum magno labore & iactura & expēsē Christi redēmptoris. Nam cum sanguinis effusione & morte crudelissima nos redemit. Ex parte etiam recipientis: quia nos qui redempti sumus, eramus tanto beneficio poenitus indigni: quia mererebamur aeternaliter damnari, immo in nihilum redigi. Quā cause non concurrunt ad augendum gratiam creationis.

TER TIO colligitur, quod maiorem gratiam fecit Deus dando innocentiam Virginis gloriose, quam in eam dando Adamo, esto quod minus in se est & aequalē. Patet ex parte dantis & recipientis: quia si Christus Virginem ab omni culpa, etiam originali, conseruauit: fuit ob meritum passionis suā, ita cum magno labore & passione dantis. Cū tamen Adamo data sit pro tunc liberaliter innocentia, & non ob passionem Christi. Similiter: quia virgo Maria (nisi præseruata fuisset) ad mā fam comūnem naturæ infecta pertineret: vt alij.

QVARTO colligitur maiore gratiā esse lapsum in peccatum, per poenitentiam erigere: quā eū tenere ne cadat, idq; ex parte recipientis, quia minus dignus est beneficium qui cecidit, immo est illo indignus positivē (vt constat) qualiter nō est indignus is qui nunquam cecidit.

VNDE optime dicit. D. Tho. quod licet innocentia sit maius beneficium secundum quantitatem dati simpliciter, tamē maius beneficium est poenitentia huic, considerata liberalitate dantis & considerata indignitate recipientis. Quod est dicere. Præstantior res est innocentia: sed præstatiū beneficium est poenitentia, quam innocentia: quia ad beneficium non solum concurrit res, sed etiam liberalitas dantis, & conditio recipientis: vt iam exposuimus.

Articulus tertius.

Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis configurat tatus reatus, quātus fuerit peccatorum prius dimissorum.

DTER TIVM sic procedit. Videtur, quod per ingratitudinem peccati sequentis, configurat tatus reatus, quātus fuerit peccatorum prius dimissorum. Quia secundū magnitudinem peccati, est magnitudo beneficij, quo peccatum dimittitur, & per consequētē magnitudo ingratitudinis, quia hoc beneficium constēnitur. Sed secundū quantitatem ingratitudinis, est quantitas reatus consequētis. Ergo tantus est reatus qui consurgit ex ingratis dñe sequenti peccati, quantus fuit reatus omnium præcedentium peccatorum.

PRÆT E R E A. Magis peccat qui Deū offendit, quā qui offendit hominē. Sed seruus manumissus ab aliquo domino, reducitur.

ducitur in eandem seruitutem à qua prius fuit liberatus, vel etiam in grauiorem. Ergo multo magis ille qui contra Deum peccat post liberationem à peccato, reducitur in tantum reatum pœna, quantum primo habuerat.

P R A E T E R E A. Matth. 18. dicitur, quod iratus Dominus tradidit eū (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus, quo ad usque reddere cunctum debitum. Sed hoc non esset nisi consurgere ex ingratitudine tantus reatus, quātus fuit omnium præteriorum peccatorum. Ergo aequalis reatus per ingratitudinem reddit.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Deuter. 25. Pro mensura peccati erit & plaga rū modus. Ex qua patet, quod ex parvo peccato non consurgit magnus reatus. Sed quandoque peccatum mortale sequens est multo minorus quolibet peccatorum prius dimissorum. Non ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

R E S P O N D E O dicendum, quod quidam dixerūt, quod ex peccato sequenti, propter ingratitudinem consurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorū prius dimissorum, super reatum propriū huius peccati. Sed hoc non est necessarium: quia (sicut supra dictum est) reatus præcedentium peccatorū non redit per peccatum sequens, inquitum sequatur ex actibus præteriorum peccatorū, sed inquantum consequitur actum sequentis peccati. Et ideo oportet, quod quātus reatus redens sit secundum grauitatem peccati subsequentis. Potest autem contingere, quod grauitas peccati subsequentis ad aequetur grauitati omnium peccatorum præcedentium. Sed hoc non semper est necesse, siue loquamur de grauitate cuiusquam habet in sua specie (cum quandoque peccatum sequens sit fornicatio simplex: peccata vero præterita fuerint adulteria, vel homicidia, seu sacrilegia) siue etiā loquamur de grauitate quā habet ex ingratitudine annexam. Non enim oportet, quod quātus in gratitudinem sit absolute aequalis quātutib-

neficij suscepti. Cuius quātus attenditur secundū quātitatē peccatorū prius dimissorum. Contingit enim, quod cōtra idē beneficium unus est multum ingratus, vel secundum intensi nem contemptus beneficij, vel secundum grauitatem culpæ, contra benefactorem cōmisi: alius autem parū, vel quia minus contente, vel quia minus contra benefactorem agit. Sed proportionaliter quantitas ingratitudinis ad aquatur quantitatē beneficij. Supposito enim equali cōtemptru beneficij, vel offensa benefactoris, tanto erit grauior ingratitudo, quanto beneficium fuit maius. Unde manifestū est, quod non est necesse quod propter ingratitudinem semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum: sed necesse est quod proportionaliter, quanto peccata prius dimissa fuerint plura & maiora, tanto redeat maior reatus per qualunque sequens peccatum mortale.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod beneficium remissionis culpæ recipit quantitatem absolutam, secundum quantitatē peccatorum prius dimissorum. Sed peccatum in gratitudinis non recipit quantitatem absolutam, secundum quantitatem beneficij, sed secundum quantitatem contemptus, vel offesa: ut dictum est. Et ideo ratio non sequitur.

A D S E C U N D U M dicendū, quod etiam seruitus manumissus non reducitur in primitam seruitutem pro qualicunque ingratitudine, sed pro aliqua graui.

A D T E R T I U M dicendum, quod illi cui peccata dimissa replicantur, propter subsequentē ingratitudinem, reddit cunctum debitum, inquantū quantitas peccatorū præcedentū, proportionaliter inuenitur in ingratitudine subsequenti: non autem absolute: ut dictum est.

I N H O C ar. 3. diuīs. Thom. refert duos modos dicendi, ad dubium articuli, quibus reprobatis respondet ipse tribus propositionibus distinet satis: ut habes in litera.

DUBIUM VBITA TVR hic prius, an haec ingratitudo, quae insurgit ratione peccatorum secundum

quentium ultra grauitatem ipsius peccati sequentis, sit tantæ grauitatis quantæ erat peccatum præcedens. Ut, aliquis comisit homicidium, & postea poenitunt, & deinde commisit furtum, dicimus, quod illud furtum est grauius post poenitentiam, quam ante, esset, si ante poenitentiam commiteretur, ratione ingratitudinis, an sit tantæ grauitatis sicut homicidium illud præcedens, quod ibi crescit in furto.

A D H O C dico secundum omnes, quod quantum est de se, non est grauius. Probatur. Quia tūc rediret peccatum homicidij. Quanta autem sit illa grauitas, quæ resultat ex illa circumstantia, non constat speciatim. Satis est quod scimus, grauius esse illud peccatum, quam esset sine tali circumstantia.

DUBIUM PRIMUM. **V**el circumstantia peccati, quæ insurgit ex ingratitudine sit necessario confitenda, an. s. mutet speciem. Et quidem si ita est, quod specie mutat, non est dubium nisi quod necessario est confitenda: cum secundum omnes necessarium sit confiteri omnes circumstantias mutantes speciem.

A D H O C Sco. vbi supra dicit, quod in generaliter tenetur ille confiteri illam circumstantiam, hoc modo dicens. Accuso me pater quod postquam confessus sum & consecutus sum remissionē peccatorum mcorum à domino Deo, iterum post illud poenitentie donū in hac incidi peccata. Hac Scot.

E G O autem ad hoc respondeo aliquibus propositionibus. Prima sit. Melius est confiteri illam circumstantiam, quam non. Hec nota est. Nam melius est explicare omnes circumstantias aggrauantes peccatum, quam non: cum magis ex hoc confessor cognoscat poenitentie statum.

S E C U N D A conclusio est. Illa circumstantia non est necessario confitenda, vt in plurimum & cōmuniter: nec in particulari dicendo. si iam alias fui absolvitus ab hoc peccato, nec generaliter, contra Sco. Probatur. Nā talis circumstantia non mutat speciem. Sed doctores communiter tenet, quod circumstantiae non mutantes speciem, non sunt necessario confitenda. Ergo.

S E D quia minorem istius rationis existimo (vt infra dicam) falsam: probo secundo, & melius, conclusionem meam sic. Nullus tenetur ad confitendum peccatum bis, nec in particulari, nec in generali. Sed si ille teneretur confiteri illam circumstantiam, saltem in generali obligaretur ad confitendum bis, & multoties eadem peccata. Ergo dicendum est quod non tenetur illā confiteri circumstantiam: licet benefaciat confitendo.

VERVM tamen contra hanc conclusionē arguo hoc modo. Si esset nunc ille reatus & culpa præcedentium peccatorum, tenetur illum confiteri. Sed sape est tanta culpa in peccatore propter ingratitudinem sequentis peccati: quanta fuit in peccatis præteritis remissis. Ergo tenetur illā ex-

plicare in confessione: sicut tenetur explicare ille qui furatus est mille aureos propter grauitatē furti. Et quidem (vt ego opinor) ille qui sic furatus est mille aureos, non satisfacit, dicendo solū, accuso me quia furatus sum: sed tenetur dicere, furatus sum mille aureos, alias non confitetur. Minor illa argumentum est. S. Tho. qui expresse dicit in isto ar. 3. quod aliquando redit totus reatus peccatorum remissorum, supra reatum peccati post poenitentiam commissi.

I D E O dico quod quando quis notabiliter contemneret beneficium remissionis peccatorū præterritorum, teneretur explicare illam circumstantiam in confessione: quia notabiliter auget malitiam illius peccati.

E T ad argumentum: quia nullus tenetur confiteri idem peccatum bis, verum est, deperse. Sed ali quando tenetur de per accidens: quia non potest explicare grauitatem culpæ vnius sine alio. Et ex his manet clarus etiam 4. articulus, quem diuīs Tho. absolvit lucide, cum vna bimembri distinctione & duabus conclusionibns. Vide ibi.

Articul. quartus.

Vtrum ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum.

DUBIUM QVARTVM sic procedit. Videretur, quod ingratitudo ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum. Retributio enim gratiarum pertinet ad contrapassū, quod requiritur in iustitia: ut pater per philosophum. s. Ethico. Sed iustitia est specialis virtus. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

P R A E T E R E A. Tullius in. 2. Rhe to. ponit, quod gratia est specialis virtus. Sed ingratitudo opponitur gratiae. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

P R A E T E R E A. Specialis effectus à speciali causa procedit. Sed ingratitudo habet specialem effectum. s. quod facit aliqualiter redire peccata prius dimissa. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

S E D

S E D C O N T R A. Illud quod cōsequitur omnia peccata, non est speciale peccatum. Sed per quocunque peccatum mortale, aliquis efficitur Deo ingratus: ut ex praemissis patet. Ergo ingratus non est speciale peccatum.

R E S P O N D E O, dicendū, quod ingratus peccans, quandoque est speciale peccatum, quandoque autem non, sed est circūstantia generaliter consequens omne peccatum mortale, quod contra Deum committitur. Peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis. Unde (ut philosophus dicit s. Ethic.) ille qui mactatur, ut furetur, magis est fur, quam mactus.

S I igitur aliquis peccator in contemptū Dei, & suscepit beneficij, aliquid peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem in gratitudinē. Et hoc modo ingratus peccatum est speciale peccatum.

S I vero aliquis in ēdens aliquid peccatum committere (puta homicidium aut adulterium) non retrahatur ab hoc, propter hoc quod pertinet ad Dei contempnum, ingratus nō erit speciale peccatum: sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circumstantia quædam. Ut autem Aug. dicit in lib. de natura & gratia, non omne peccatum est ex contemptu, & tamen in omni peccato Deus cotenit in suis præceptis. Unde manifestum est, quod ingratus peccantis, quandoque est speciale peccatum, sed non semper.

E T per hoc patet responso ad obiecta. Nam primærationes concludunt, quod ingratus secundum se sit quædam species peccati. Ultima autem ratio concludit, quod ingratus secundum quod inuenitur in omni peccato, non sit speciale peccatum.

Q uæstio trigesima. De recuperatione virtutū per pœnitentiam.



E I N D E considerandū est de recuperatione virtutum per pœnitentiam. Et circa hoc queruntur sex.

P R I M O. Vtrum per pœnitentiam restituantur virtutes.

S E C U N D O. Vtrum restituātur in aliqua quantitate.

T E R T I O. Utrum restituatur pœnitentiæ equalis dignitas.

Q U A R T O. Utrum opera virtutum, per peccatum sequens mortificantur.

Q U I N T O. Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiniscantur.

S E X T O. Utru opera mortua i. absq; charitate facta, per pœnitentiam vivificantur.

Articulus primus

Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur.



D P R I M U M sic proceditur. Videtur quod per pœnitentiam virtutes non restituantur.

Nō enim possunt virtutes amissæ per pœnitentiam restituiri, nisi pœnitentia virtutes causaret. Sed pœnitentia cum sit virtus, non potest esse causa omnium virtutum: præsertim cum quædam virtutes sint naturaliter priores pœnitentia. s. fides, spes, & charitas, ut supra dictum est. Ergo per pœnitentiam non restituuntur virtutes.

P R A E T E R E A. Pœnitentia in quibusdam actibus pœnitentis consistit. Sed virtutes gratitiae non causantur ex actibus nostris. Dicit enim Aug. in lib. de lib. arbi. quod virtutes Deus in nobis, sine nobis operatur. Ergo videatur, quod per pœnitentiam non restituantur virtutes.

P R A E T E R E A. Habens virtutem, sine difficultate, & delectabiliter, actus virtutum operatur: unde Philos. dicit in. Ethic. quod non est iustus, qui non gaudet in. sta ope

sta operatione. Sed multi pœnitentes adhuc multam difficultatem patiuntur, in operando actus virtutum. Non ergo per pœnitentiam restituuntur virtutes.

S E D C O N T R A est, quod Luca. 15. pater mandauit, quod filius paucens induceretur si vola prima. Quæ secundum Ambro. est amictus sapientie. Quæ simul consequuntur omnes virtutes: secundum illud Sapientie. s. Sobrietatem, & iustitiam docet, prudētiam, & virtutem, quibus vilius nihil est in vita hominibus. Ergo per pœnitentiam omnes virtutes restituuntur.

R E S P O N D E O dicendum, quod per pœnitentiam remittuntur peccata: ut dictum est. Remissio autem peccatorū non potest esse, nisi per infusionem gratiae. Unde relinquitur, quod per pœnitentiam gratia homini infundatur. Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratitiae: sicut ex essentia animæ sunt omnes potentiae: ut in secunda parte habatum est. Unde relinquitur, quod per pœnitentiam omnes virtutes restituantur.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod eodem modo pœnitentia restituit virtutes, per quem modum est causa gratiae: ut iam dictum est. Est autem causa gratiae, in quantum est sacramentum: nam in quantum est virtus, est magis gratiae effectus. Et ideo non oportet, quod pœnitentia secundum quod est virtus, sit causa omnium aliarum virtutum: sed quod habitus pœnitentia simul cum habitibus aliarum virtutum, per sacramentum pœnitentiae causetur.

A D S E C U N D U M dicendū, quod in sacramento pœnitentie, actus humani se habent materialiter, sed formaliter in huius sacramenti, dependet ex virtute clavium. Et ideo virtus clavium effectu causat gratiam & virtutes, instrumentaliter tamen: sed actus primus pœnitentis se habet, ut ultima dispositio ad gratiam consequendam. s. contritio: alij vero sequentes actus pœnitentie procedunt iam ex gratia & virtutibus.

A D T E R T I U M dicendum, quod (sicut supra dictum est) quandoque post prium actum pœnitentia, qui est contritio, remanent quædam reliquæ peccatorum. dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatae, ex quibus præstatur difficultas quædam pœnitenti, ad operandum opera virtutum. Sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis & aliarum virtutum, pœnitens opera virtutis, delectabiliter & sine difficultate operatur: sicut si virtuosus per accidens difficultatem patet in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis in dispositionem.

I N H O C art. & sequentibus huius quaestio- nis tractat. S. Tho. de alio principali effectu pœnitentia. Quæstio igitur est. An per pœnitentiam restituantur pœnitenti gratia & virtutes quas amiserat per peccatum mortale: quia gratia & virtutes infusa perduntur per peccatum mortale, excepta fide & spe. Et habitus acquisiti, licet maneat post peccatum mortale, manent tamen multum laeti: & sic sumpti sine charitate, non habent perfectum esse virtutis, requiriturque auxilium speciale semper, ad bene moraliter agendum. Deus autem communiter non cōcurrat ita specialiter cum existentibus in peccato mortali.

A D H O C respondet S. Tho. vna conclusione, & est sententia omnium, quod certum est, per pœnitentiam restituī homini gratiam: & cōsequenter omnes virtutes morales. Ratio est: quia illæ comitantur gratiam. Et est necessarium ita dice revt patet ex multis quæ supra diximus.

S E D dubitatur, an restituantur oēs virtutes Dubium Morales quæ prius erāt. Et est peculiaris diffī primum. cultas de virginitate, an illa restituatur.

A D quod S. Tho. in sec. 2. q. 152. ar. 3. dicit duo. Primum est, quod integritas carnis, vel illius signaculi virginalis, de per accidens se habet ad virginitatem: nam non est ad illam signaculum illud necessarium. Probatur: quia si occasione ægritudinis aperirentur claustra pudoris, vel frangarentur, nihil perditur de virginitate: sicut narrat Aug. de quadam virginē. Quæ cum esset suspēcta de stupro, adducta est obstetrix. Quæ cum ex ploraret, rupta sunt claustra pudoris illius virginis. Et beata Lucia dicebat. Si me inuitam violari feceris: castitas mihi duplicitur ad coronā.

S E C U N D O dicit S. Tho. quod inexperiencia libidinis voluntaria, idest, effusionis feminis, est necessaria ad virginitatem: sed habet se tanquam materiale in virginitate, nempe, quod voluntarie nunquam effundatur semen.

TER TIO dicit. S. Tho. quod propositum nunquam experiendi, & abstinendi in perpetuum ab experientia carnis & venereorum, est formale & potissimum in virginitate. Dicitur nanque hoc formale, & illud materiale, quia foemina quæ nunquam peccauit contra virginitatem, non tamen habuit propositum perpetuo abstinenti, sed intendebat nubere, & non fecit: quia non successit ei ex votis, dicitur virgo materialiter. Vnde illa quæ non habuit propositum abstinenti in perpetuum à venereis: sed voluit, vel vult nubere, non habebit aureolam virginis, etiam si nunquam peccauit contra virginitatem. Virginitas enim est habitus, qui est virtus: in experientia autem venereorum, non est habitus, nec actus.

HIS suppositis, dico, & sit prima propositio. Si in virginitate deficiat formale ratione peccati mortalis: perditur virginitas, quantumcunq; maneat claustra pudoris. Et hoc, nempe, quod perdatur formale, non solum contingit in virginitate, per cōcubitum, sed etiam per effusionem seminis, vel consensum in illa: etiā sine apertione clavorum, iamque tunc non est virgo.

SECUNDUM dico, quod si voluntarie experta est puella per peccatum mortale concubitum viri, nunquam restituitur ei virginitas, per quam cunque poenitentiam. Et hoc non imputatur defectui poenitentiae, sed impossibilitati rei: quia (sicut dixit Agathon) hoc solum priuatur Deus facere. si præterita non fuisse. Et hoc dicit. S. Tho. in hac q.ar. ad primum.

ALIQVI voluerunt dicere, quod redit illa virtus per poenitentiam, sed illa tunc non inclinat ad eosdē actus, ad quos antea inclinabat: quia antea inclinabat ad non experiendum in perpetuum venerea, modo inclinat ad caste viuendū, vel inclinat ad hoc, quod in futuro amplius non experiatur.

SED hoc dici non potest: quia deficiēt obiecto, non potest manere virtus, nec habitus virtutis. Sed obiectum formale virginitatis, est propositum perpetuo abstinenti, & nunquam experiendi libidinem. Et hoc iam non est in illa puella: cum experita sit. Ergo. &c.

SED contra. Puellæ virginis, quæ proposuit abstinere à viro: postea autem, quia patres persuadent, nubet & cognoscitur à viro, tam impossibile est, quod ei restituatur virginitas, sicut alteri quæ per peccatum mortale perdidit. Sed in hac manet virginitas. Ergo etiam in alia. Minor probatur: quia in ista puella est virtus infusa virginitatis, & virtutes infuse nō perduntur nisi per peccatum mortale. Sed hæc non peccat nubendo. Ergo non perdidit virginitatem. Et tam impossibile est huic virginitatē reparari: sicut alteri quæ commisit stuprum.

AD hoc dico, quod non perditur virtus infusa, nisi per peccatum mortale. Vnde in puella quæ sine peccato nupsit, manet illa virginitas habitua

lis: sed iam non denominabit subiectum, nec illa puella habebit aureolam virginitatis.

SED Dubitatur, an hæc puella quæ sic nupsit. Dubium sine peccato mortali, in qua post actus mari- tales mansit virginitas, si rursus peccet mortali- ter, odio habendo proximum, per quod pecca- tum (estō non peccet contra virginitatem) per- dit virginitatem infusam: quia per omne peccatum mortale infuse virtutes amittuntur, postea per poenitentiam recuperet virginitatem. Videtur, quod ita: quia non peccauit contra virginitatem, sed so- lum contra dilectionem proximi.

AD HOC dico, quod in hac quæstione oportet diuinare, in qua nihil certum & exploratum habere possumus: quia adhuc de istis virtutibus moralibus infusis dubitatur ab aliquibus, an sint ponenda: quanto magis dubitari potest, de hac quæstione quam tractamus: Nam cum Deus nihil faciat frustra, ad quid infundet virginitatem huic, quæ non debet esse virgo, id est, nō debet ha- bere aureolam virginis? Dabitur ei solum alia vir- tus, quæ est castitas coniugalis. Vnde dico, quod non restituetur ei virginitas. Si dicas, quod eadē virtus est castitas coniugalis & virginalis: proba- bile est, sed probabilius est, quod nō: quia habent distincta obiecta formalia.

ET ad argumentū, quia antea esto esset cogita- à viro legitimo, habebat virginitatem: & nō pecca- uit contra illam. Ergo etiam nunc restituetur ei virginitas. Nego consequentiam: quia aliud est non reddere, & aliud est remouere. Deus enim non tollit alicui, donū quod dedit semel, sine cul- pa: sed postquam perdidit culpa sua, nō reddit ei. Vnde non est simile de puella quæ commisit stu- prū, & de alia quæ nubit, quia Deus non aufert si- ne peccato, sed non restituit sine necessitate.

CREDO tamen, quod omnis puella quæ lici- te nupsit, & omnis quæ habuit propositum nubendi, vel experiendi venerea, siue cu peccato, siue sine illo, nō habebit aureolam virginū: quia mutauit formale in virginitate, & aureola virginitatis, ut est quid magnū, ita non dabitur, nisi pro magno opere, nempe, pro perpetuo proposito abstinenti à venereis. Habebit tamen puella, quæ sine pecca- to nupsit, qualitatem illam, quæ est virginitas: vt diximus. Si tamen peccauit cōtra virginitatem, aut habuit propositum nubendi, non habebit au- reolam virginitatis: si autem habuit propositum firmum nunquam experiendi venerea, esto pec- cat contra aliam virtutem, per poenitentiam re- cuperabit virginitatem proprie, ita quod habeat aureolam virginum.

Articul. secūdus.

Vtrum post poenitentiam resurgat homo in æquali virtute.

AD



DE SECUNDVM sic proceditur. Videatur quod post poenitentiam resurgat homo in equali virtute. Dicit enim Apost. R. o. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit glosa August. quod hoc adeo verum est, ut si qui horum deuient, & exorbitent, hoc ipsum eis Deus faciat in bonum proficere. Sed hoc non esset si resurget homo in minori virtute. Ergo videtur, quod nunquam poenitens resurgat in minori virtute.

PRÆTEREA. Ambro. dicit, quod poenitentia res optima est, que omnes defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non esset, nisi virtutes in æquali quantitate recuperarentur. Ergo per poenitentiam semper recuperatur æqualis virtus.

PRÆTEREA. Super illud Genes. i. Factū est vespere & mane dies unus, dicit glosa, vespertina lux est, à qua qui cecidi matutina, in qua resurget. Sed lux matutina est maior vespertina. Ergo aliquis resurget in maior i gratia, vel charitate, quam prius habuerit. Quod etiam videtur per id, quod Apost. dixit Roma. s. Ubi abundant delictum, superabundauit & gratia.

SED CONTRA. Charitas proficiens vel perfecta, est maior, quam charitas incipiens. Sed quandoque aliquis cadit à charita- te proficiente, resurget autem in charitate in- cipiente. Ergo semper resurget homo in mino- ri virtute.

RESPONDEO, dicendū quod (sicut dictum est) motus liberi arbitrij, qui est in iustificatione impij, est ultima dispositio ad gratiam. Vnde in eodem instanti est gratia infusa cum predicto motu liberi arbitrij: vt in se- cundapartē habitum est. In quo quidem mo- tu comprehenditur actus poenitentiae: vt su- predictum est. Manifestū est autem, quod forme quæ possunt recipere magis & minus, intenduntur, & remittuntur, secundum di- versam dispositionem subiectū: vt in secunda

parte habitum est. Et inde est, quod secundū quod motus liberi arbitrij in poenitentia est in- tensior, vel remissior, secundum hoc penitēs consequitur maiorem vel minorem gratiam. Cōtingit autem intensiōnem motus poeniten- tis, quandoque proportionatā esse maiori gra- tia, quam illa à qua ceciderat per peccatum: quādoque autem æquali, quādoque vero mi- nori. Et ideo poenitens quandoque resurget in maior i gratia, quā prius habuerat: quandoq; autem in æquali, quandoq; etiā in minori. Et eadem ratio est de virtutibus quæ ex gratia consequuntur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod nō omnibus diligentibus Deū omnia cooperā- tur in bonū hoc ipsum quod per peccatum à Dei amore cadunt. Quod patet in his qui cadunt, & nunquam resurgent, iterum casuri: sed his tantum qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, predestinatis: qui quoties- cunque cadant, finaliter tamen resurgant.

CEDIT ergo eis in bonum, hoc quod ca- dunt, non quia semper in maior i gratia resur- get: sed quia resurgunt, in permanentiori gra- tia. Non quidem ex parte ipsius gratiae (quia quanto gratia est maior, tanto de se est perma- nenter) sed ex parte hominis: qui tanto stabili- us in gratia permanet, quanto est cautor & humilior. Vnde & glos. ibidem subdit, quod ideo proficit eis in bonum, quod cadunt, quia humiliores redeunt, atque doctiores.

AD SECUNDUM dicendū, quod poenitentia quantū est de se habet virtutem reparandi defectus ad perfectum, & etiam promouendi in ulteriore statum. Sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissus mouetur in Deum, & in detestatio- nem peccati: sicut etiam in baptismo aliquia- dulic consequuntur maiorem vel minorē gra- tia, secundum quod diuersimode se disponunt.

AD TERTIVM dicendum, quod assimilatio illa vtriusque gratiae ad lucem vespertinam, & matutinā, fit propter simili- tudinem ordinis: quia post lucem vespertinā p sequun-

sequitur tenebra noctu. Post lucē autem matutinā sequitur lux diei: nō autem propter similitudinem maioris vel minoris quantitatis. **I L L V** Etiam verbum Apost. intelligitur de gratia Christi: quæ superat omnem abundantiam humanorum peccatorum. Non autem est verū in omnibus, quod quanto abundanter peccauit, tanto abundantiorē gratiā consequatur, pensata quantitate habitus gratie. Est tamen superabundans gratia quantum ad ipsam gratiæ rationem: quia magis gratiæ beneficium remissio magis peccatori confertur. Quādūs quādoque abundantanter peccantes, abundantanter doleant: & sic abundantiorē habitum gratiæ, & virtutum consequuntur: sicut patet in Magdalena.

A D I D vero quod in contrarium obijicitur dicendū, quod una & eadē gratia, maior est proficiens, quam incipiens. Sed in diuersis hoc non est necesse. Unus enim incipit à maiori gratia quam aliis habeat in statu profectus, sicut Gregorius dicit in. 2. dialogorum. Quatenus & praesentes & secuturi omnes agnoscerent, benedictus puer cōversationis gratiam, à quanta perfectione capisset.

H AEC quæstio huius artic. 2. est illa celebris quæstio apud theologos, an poenitens resurgat ad æquale gratiæ, vel maiorē, vel minorē quæ habebat ante peccatum. Ut si Petrus multum profecerat in gratia & charitate ita quæ habebat gratiam vt mille, postea peccauit mortaliter, deinde poenitit, an resurgat cum eadem gratia vt mille quam habuit antea, vel cum minori, aut etiam maior?

D E H O C dubio sunt variae opiniones, quarū quælibet habet assertores magna authoritatis. Altera est aliquorum dicentium, quod omnes qui resurgent à peccato, resurgent ad aliquam aqualem gratiam, quomodo cumq; resurgent, siue plus, siue minus poeniteant. Et non intelligit hi, quod omnes resurgententes à peccato, resurgent ad omnē illam gratiam, quam antea habuerunt: sed intelligunt, quod omnes resurgent in vna certa gratia æquali, siue à magna, siue à parua ceciderint gratia. Ratio eorū est ista. Illa gratia quæ datur, mere gratis datur, & non ratione contritionis. Prima enim gratia nō potest cadere sub merito, nec (vt dicunt) presupponit dispositionem aliquam in subiecto posituum: sed tantū ablationem obicit, quæ est pura negatio. Gratia autem quæ datur

in iustificatione impij, mere gratis datur, & æquale omnibus: sicut gratia baptismalis est æqualis quantum est ex parte baptismi. Ita dicunt hi. Deinde hæc prima gratia datur mere gratis, vt dicit S. Thom. prima. 2. q. 114. artic. 2. Nam non potest alius mereri primam gratiam, nec de congruo, nec de condigno: quia si gratia ex operibus esset, iam non esset gratia. Deus enim non est acceptor personarum, nec habet respectum ad meritam illorū, nec præterita, nec præsentia: sed mere gratis dat illam primam gratiam. Hæc opinio fuit Henrici de Gandaio, quolib. 5. q. 24.

H A N C habet Almyn in. 4. d. 22. & dicit, quod est opinio aliorum plurimorum. Henricus autem dicit, quod hæc sententia videtur tenenda, non tamen diffinit. Probat hoc Almyn alia ratione. Dispositio (inquit) ad recipiendā gratiam iustificationis, vel ad ipsam iustificationem, non est aliquid positivū: sed est tollere obicem, id est, non ponere obicem. Sed hoc est æquale in omnibus: quia est negatio. Ergo etiam gratia iustificationis est æqualis. Et consequenter ait. Quia dicer, quod dispositio maior vel minor ex parte nostra facit aliquid ad maiorem, vel minorem gratiam, videtur esse error Pelagianorum, qui dicebant, quod homo poterat facere aliquid sine auxilio speciali Dei ad consequendā gratiam, quod condemnatur ab August. & à concilio Miliuitano contra Pelagianos. Vbi expresse dicit Aug. & concilium, quod gratia præcedit omnem motum liberi arbitrij.

S E D hæc opinio Hærici non recipitur à theologis: quia ex duplice capite nimis esset grauis, & videtur contra misericordiā Dei. Primū propter quod opinio hæc est nimium grauis, est, dicere, quod nō datur maior gratia illi qui cecidit à maiori gratia, quæ illi qui cecidit à minori. Ut si fuit aliquis qui semper fuit in mortali, & aliis qui semper fuit in gratia, qui postea peccauit vnum mortale, deinde ambo poenitit, siue æqualiter, siue inæqualiter, quod illis detur æqualis gratia, videtur contra misericordiam Dei.

S E C V N D O etiam videtur, quod sit contra iustitiam, quod poenitenti intensius & cum maiori conatu, Deus non dicit maiorem gratiam, est nimium durum, & ceteris omnibus paribus, nō est verisimile.

T E R T I O arguitur contra istam opinionem. Quia illa plus accedit ad errorem Pelagianorum. Probatur: quia dicit nullam aliam dispositionem requiri ad iustificationem impij, nisi quod non ponat obicem, quod fieri potest sine auxilio Dei, & tunc homo posset se disponere ad gratiam ex puris naturalibus. Nihil enim plus est concedere bonum motum sufficientem ad gratiam, sicut Pelagiani dicebant, quam cōcedere quincūque dispositionem, etiam negatiuam, modo ad gratiam sufficientem, sine auxilio Dei speciali. Tunc concio argumentationē in hunc modū. Si quiescere, vel à ma-

vel à malo cessare, esset sufficiēs dispositio ad gratiam, ex naturalibus posset homo disponere se ad gratiam sine speciali auxilio Dei, quod plusquam falsum est. Et si dicas quod non est dispositio, quia non est positivum, hoc nil facit: quia si ad aliquid agendum sufficeret non impedire, quicunque homo posset facere id, quod requiritur ad id agendum: quia quicunque homo posset non impedire. Ergo, &c.

I D E O dico, quod gratia duplicitur capit. Vno modo pro auxilio speciali, sicut S. Tho. vocat in prima. 2. q. 109. artic. 6. & 7. & ad hanc gratiam nulla dispositio requiritur. Deus enim libere dat sine aliqua dispositione prævia ex parte hominis: sicut Augu. dicit super illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: quare istum trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si non vis errare.

A L I O modo accipitur gratia pro gratia gratiū faciente. Et ad hanc requiritur dispositio, & non meritum. Dico, quod requiritur dispositio, id est, motus liberi arbitrij in peccata. Et cū gratia imitetur naturam, vbi est maior dispositio, erit maior gratia: sicut naturaliter vbi est maior dispositio, est magis de forma, vel maior forma, in formis suscipientibus magis & minus: vt hic dicit S. Th. in litera. Sed gratia suscipit magis & minus. Ergo, &c. Exemplū est de lumine & calore: quia lumen requirit diaphaneitatem: & vbi est aliquid magis diaphanum, erit maius lumen. Ita igitur dico de gratia, cū sit forma magis & minus suscipiens. Et ita dicit S. Tho. hic & secunda. 2. q. 24. artic. 3. vbi querit an charitas infundatur secundum proportionē naturalem, & respōdet quod omnia reducuntur vltimate in voluntatem diuinam. Nihil enim faciūt meliora naturalia in hominibus ad gratiam, sed diuinum auxilium, quo gratis iuuat Deus homines ad meliorem motum in Deū & in peccata.

S E D contra hoc est illa parabola, quam Dominus ponit Matth. 25. quod vni dedit quinque talenta, & alij duo: vniūque secundum propriam virtutem. Ergo maior charitas, vel minor, nō debet referri ad voluntatem diuinam, sed ad propriam virtutem, & naturalia vniūsciusque, vltimate. Et S. Th. exponit illam parabolam, & dicit, quod per propriam virtutem intelligitur dispositio ad gratiam, vel præparatio præcedens, siue conatus recipientis gratiam. Ergo addispositionem debet referri, & non ad voluntatem diuinam.

A D hoc nego cōsequentiam. Nam, quod ille habeat dispositiōnem maiorem quam alius, à Deo est: quia illam dispositiōnem præuenit Spiritus sanctus, mouens hominis mentem, vel plus, vel minus, secundum suam voluntatem. Si enim. V.g. queras, quare Petro data est gratia vt. 10. & Ioan. vt. 20. Respondeatur hoc ideo esse: quia Petrus surrexit per contritionem vt. 10. & Ioannes vt. 20. Et si queras, quare Petrus surrexit cum illa contri-

tione vt. 10. & Ioannes vt. 20. dico, quia Deus plus iuuit Ioannem, quam Petrum. Et si rursus instes.

Quare Deus iuuit plus vnum, quam aliū? Dico. Quia sic ei placuit: quia nūli debet suam gratiā, sed gratis illam communicat. Et ita dicit Paul. ad Col. 1. Qui dignos nos fecit secundum partem fortis sanctorum, Vnde constat, quod Deus ipse fecit nos dignos. Et qui est dignus, est per gratiā Dei. Et S. Tho. tractat hoc prima. 2. q. 112. arti. 2. & q. 114. art. 3. & in secundo. d. 27. q. 4. & multis alijs locis. Et peculiariter prima. p. q. 23. ar. 5. Et semper dicit, quod quicquid est in homine ordinā ipsum in salutem, totum comprehendit sub effectu prædestinationis. Ergo etiam prima præparatio ad gratiam. Et per consequitionem, ipsa præparatio ad gratiam requirit auxilium Dei speciale. Deus enim ab æterno prædestinavit Petrum ad maiorem gloriam: solum quia voluit, & nō propter opera prævisa.

S I vero dicas, quod sciebat illa futurū esse meliorem, nihil facit. Nam, hoc ipsum fuit: quia ipse voluit. Potuit enim scire opportū, si voluerit. Ideo quādū iste peccat, mouet illum ad maiorem gratiam, & ad maiorem contritionem ad gratiā maiorem habēdam: quia prædestinavit illum ad maiore gloriā. Et sic reducimus hæc omnia ad voluntatem diuinam. Mouet enim istum ad maiorem contritionem: quia prædestinavit illum ad maiorem gloriā. Et prædestinavit istū ad maiorem gloriā, potius quam alium: quia voluit. Nam, quis consiliarius eius fuit? Ideo relinquimus illam opinionē Henrici, tanquā durā & falsam.

A L I A est opinio Sco. in. 4. d. 22. q. vnica. Vbi ipse ponit in sententia aliquot propositiones.

P R I M A est. Quicunque resurgit, resurgit ad maiorem gloriā, quam prius ei debebatur. Ut si Petrus cecidit à gratia vt. 10. debebatur ei gloria vt. 10. Si postea resurgit à peccato mortali commissō, resurgit ad maiore gloriā. Probat: quia datur ei tota gloria præcedens pro alijs bonis operibus, & ratione huius contritionis datur aliqua alia gloria. Nam licet antea quando erat in peccato nulla ei gratia, nec gloria debebatur, iam nūc propter contritionē: quia bona opera transserunt in acceptatione diuina, & non dabatur huic gratia pro illis operibus, quia erat indignus. Sed nūc per quacunque contritionē fit dignus. Ergo, &c.

S E C V N D A conclusio est. Non oportet, quod poenitens resurgat ad maiorem gratiam, aut tandem, sicut antea quia gratia non datur, nisi secundum quantitatē contritionis, & stat quod non sit tanta contritio, quanta fuit antea habita gratia. Ut si sunt Petrus & Ioan. & Petrus ante peccatum habuit gratiam vt. 10. & Ioan. nūquam habuit gratiam. Conterantur ambo. Si Ioan. conteritur vt. 10. & Petrus solum vt. 4. tunc Ioannes (qui antea nūquam fuerat in gratia) modo per istam contritionem habebit maiorem gratiam, quam Petrus: quia habet maiorem contritionem. Ergo

non oportet, quod resurgens, resurgat ad maiorem gratiam vel tamquam, quam antea habuerat. Petrus vero in hoc euentu resurgit ad maiorem gloriam, & poterat resurgere ad maiorem gratiam, si haberet maiorem contritionem. Itaque habebit tunc Petrus gloriam vt. 14. & gratiam vt. 4. tantum. Et si queras ab eo. Quomodo ergo resurgit ad maiorem gloriam, si non resurgit ad maiorem gratiam. Dicit, quod propter hoc, quod gloria debetur non solum ratione gratiae presentis, sed ratione etiam meritorum praeteritorum, quae reuiniscuntur. Hac Scot. At vero ipse Scotus solus cum ista sua opinione remansit, & soli Scotista. Marsil. in 4. q. 10. dicit, quod haec opinio Scot. est probabilis, non tamen tenet illam.

M A G I S T E R Mathias de Paz in quadam relectione sua exponit Scot. in hoc. Et dicit quod Scot. non vult assere, quod re vera habebit maiorem gloriam, quam habuit gratiam: sed quod gloria potest dici maior, vel minor, extensio & intensio. Et quando Scot. dicit, quod poenitentia resurgit ad maiorem gloriam: intelligit extensio hoc est. Si Petrus fecit multa bona opera, & Ioannes pauca: resurgent ambo per poenitentiam ad aequaliter gratiam: quia aequaliter conteruntur. Scot. dicit, quod Petrus resurgit ad maiorem gloriam, non intensio, ita quod plus diligit Deum, vel videat Deum: sed extensio. scilicet quia licet uterque aequaliter videat Deum, & fruatur eo, gloria tamen Petri est, propter plura merita, & gloria Pauli propter priuicia. Et propterea dicitur, quod gloria Petri, est maior quam gloria Pauli. Et dicit iste Doctor, quod opinio Scot. est etiam. S. Thom.

S E D ego dico, quod non in hoc, non enim potius potest conciliari Scot. Cum. S. Tho. quam Turcum Rege Christiano. Et Scot. nunquam imaginatus est hoc: quia expresse dicit, quod habebit ille resurgens maius premium esse. Nam si Petrus cedidit a gratia vt. 100. resurgitq; a peccato per gratiam vt. 10. nunc habet gratiam vt decem, in patria (secundum Scotum) habebit gloriam, premium esse. vt centum & decem. Non potest igitur in hoc conciliari Scot. cum. S. Thom. vlo modo.

P R O B A T Scot. hanc conclusionem. Gloria correspondet operibus. Ergo esto non habeat gratiam, nisi vt. 10. postquam habuit opera vt ceterum & decem & reuiniscunt secundum omnes doctores, hereticum enim esset dicere contrarium, semper resurgit ad maiorem gloriam.

P R A E T R E A. Probat. Quia sicut dicitur in psal. 51. Tu reddis unicuique iuxta opera sua. Sed gloria respondet meritis, & gratia dispositio ni. Ideo poterit esse maior gloria, quam gratia. ET conficio sic argumentum contra Scot. Meritis non solum debetur gloria: sed gratia: immo gloria mediante gratia. Ergo si propter merita debetur maior gloria, debetur etiam maior gratia. Argumentum hoc concludit.

A D argumentum hoc nihilominus nititur, respondere Scot. dicens, quod per opera bona meretur quis gloriam & gratiam: datur tamen illi gloria, non autem gratia: quia ille qui ante peccatum habuit gratiam vt. 100. meruit gloriam vt. 100. Et gratia, quam meruit fuit data illi, & ipse sua culpa perdidit. Sed gloria, quam meruit propter illa opera, non fuit illi data. Ideo resurgit ad maiorem gloriam, & non ad maiorem gratiam. Sed hoc est diuinare, & loqui gratis, sine fundamento appeti. ET contra hanc opinionem arguitur. Gratia nihil aliud est, nisi forma quemadmodum per quam homo est gratus Deo, disponensque eum usque ad gloriam. Ergo est implicatio, quod quis habeat gratiam solum vt. 10. & mereatur gloriam vt. 100.

S E C V N D O. Nihil aliud est dicere, quod habeat gratiam vt. 10. nisi quod est acceptus ad gloriam vt. 10. Ergo est mirabile, quod sit acceptus ad gloriam vt. 100. & quod non sit gratus, nisi vt. 10. Nam Petrum habere maiorem gratiam, quam Paulum, est, quod Deus acceptet Petrum ad maiorem gloriam, quam Paulum.

T E R T I O. Licet gratia sit qualitas & forma quadam in anima: posset tamen Deus facere totum sine illa quod cum illa facit. Tollamus igitur illam formam, ut faciamus, quod gratia sit solum illa acceptatio passiva ad gloriam. Tunc non esset imaginabile, quod aliquis secundum statum in quo nunc est, esset acceptus ad gloriam vt. 10. & quod non esset gratus vt. 10. Ergo hoc implicat, etiam nunc: cum gratia sit qualitas distincta.

Q U A R T O. Secundum omnes, licet gratia faciat nos acceptos ad vitam aeternam: non tamen hoc habet ex natura sua. Non nego quin habeat aliquid ex natura sua. scilicet perducere ad dilectionem Dei. Sed, quod simus accepti ad vitam aeternam per illam, non facit gratia ex natura sua, sed solum ex acceptatione divina. Si ergo Petrus acceptatur ad gloriam vt. 100. quare haec gratia non erit vt. 100? Cum enim non sit aliqua qualitas, quae ex natura sua faciat nos gratos Deo: posset Deus facere quod fides esset gratia, & posset facere, quod haec gratia quae nunc est vt. 10. omnino non mutata in esse qualitatis, fiat vt. 100. in esse gratiae & acceptationis Dei, per hoc solum quod Deus acceptaret alii quem per illam ad gloriam vt. 100.

Q U I N T O. Gratia Christi in esse gratiae, est infinita: quia infinitam gloriam per illam meretur. Si enim dabiles essent infiniti homines, pro omnibus meruit sufficienter, & infinite satisfecit, & tamen in esse qualitatis, est finita. Sit, exempli gratia, vt. 100. Ergo per hoc quod gratia sit intensa vt. 10. in esse qualitatis solum, non arguitur, quia sit gratia in esse gratiae vt. 100. Si per illam est acceptus Deo vt. 100.

S E X T O. Ille qui habebit minorem gratiam in patria: habebit minorem gloriam. Ergo ille qui habet gratiam vt. 10. non habebit gloriam vt. 100. Asumptum probatur: quia secundum Scot. nihil aliud

aliud, est gratia quam charitas. Sed ille qui habebit maiorem charitatem: habebit maiorem gloriam. Ergo ille qui habet charitatem vt. 10. non habebit gloriam vt. 100. Probatur minor: quia charitas effectiva cocurrerit in beatitudine ad dilectionem. Ergo qui habebit maiorem habitum charitatis, habebit maiorem dilectionem Dei. Nam beati feruntur in Deum toto conatu. Ergo ex maiori habitu elicient maiorem actum. Ergo maiorem gloriam: quia (secundum eum) gloria est dilectio, vel fruitio. Et fruitio non est, nisi dilectio, vel aliquid necessario sequens dilectionem, vel aequale dilectioni. Ergo, &c.

E T si dicas, ut ipse videtur dicere in. 4. d. 11. quod per actus remissos non augetur gratia, & tamen ratione illius dabitur ei gloria in patria. Arguit enim contra se sic. Maiori gratiae respondet maior gloria. Si actus remissus facit maiorem gloriam. Ergo & maiorem gratiam.

R E S P O N D E T quod verum est: sed non prout, nempe, pro hac vita mortali, sed pro instanti mortis, & tunc dabitur ei gratia. Et ponit alios modos respondendi: sed istum sequitur, & ita defenditur a Scotistis. Sic ergo videtur dicendum in hoc proposito. Licet enim resurgens, pro tunc non resurgat ad maiorem gratiam: dabitur tamen tempore mortis tanta gratia, quanta futura est gloria.

S E D contra hoc arguitur hoc modo. Si Deus vult dare gratiam pro isto actu, quare non dat statim? Ad quid expectat instans mortis? Unde dicere hoc, videtur voluntarie dictum, sine ratione, & apparentia aliqua.

S E C V N D O sequitur, quod semper resurgent ad maiorem gratiam poenitentes. Probatur: quia semper, per te, resurgit ad maiorem gloriam. Et resurgere ad maiorem gloriam, est quod detinet ei maior gloria ratione status in quo est nunc. Et non est, quod iam habeat illam maiorem gloriam. Sed ita est de gratia, quod debetur illi poenitenti maiori gratiae ratione status in quo est nunc, quae dabitur tempore mortis: vt ait. Ergo etiam erat dicendum, quod resurgat ad maiorem gratiam. Ideo relinquitur ista opinio Scoti: quia non apparet vera, nec fundata, sed potius ficta.

E S T alia tercia opinio, quae est communis modernorum theolorum. Quam tenet Okam in. 4. q. 8. & 9. & Gabri. in. 4. d. 14. q. 3. & Maior in. 4. d. 22. q. vnica. Et hoc sequuntur nunc omnes alii moderni. Et haec opinio dicit. Et est prima propositio. Quicunque poenitent, semper resurgit ad maiorem gratiam, & maiorem gloriam, quam antea habebat. Ipsi sunt benigni largitores donorum Dei, nescio si Deus fecit illos dispensatores suorum bonorum, ita magnifice, ut ipsi significant.

S E C V N D A horum propositio est, quod semper datur resurgent tota gratia, & tota gloria praecedens, quantuncunque poenitentia sit minima & contrito. Exemplum. Petrus vixit innocen-

tissime, 30. annis & postea vixit alios, 30. plenus omnibus vitijs & peccatis, si poeniteat, quantuncque remissa & quantuncunque minima contritione, sufficienti tamen ad gratiam assequendam, habebit totam gratiam, quam perdidit, & istam quem de novo recipit ratione huius contritionis, quam modo habet. Probant hoc ex illo Ezechi. 18. & 33. Si impius egerit poenitentiam, &c. omnium iniquitatum eius amplius non recordabor. Bene se parcat, attamen non reddat illi bona ablata, dicitur, eum adhuc esse memorem illius iniuria, si autem non esset memor, redderet illi omnia bona, quae abstulerat: quia hoc est non esse memor, nempe, reddere omnia bona, quae abstulit, ac si nihil auferret antea.

S E C V N D O probant: quia in eisdem locis. scilicet Ezechi. 33. & 18. dicitur. Si impius conuersus fuerit ab iniestate sua, inipectas non nocebit ei. Ergo restituit tota gratia, quam amisit: quia alias nullum noceret inipectas.

T E R T I O probant. Quia sequeretur, quod Deus puniret peccata remissa poena aeterna. Probatur. Si Petrus cedidit a gratia vt. 100. & resurgit cum contritione vt. 5. & sic moritur, habebit minorem gloriam, quam centum. Ergo pro illo pectato remiso punitur illa poena aeterna, quod priuatur gloria vt. 100. in aeternum: quia si non admittet illud peccatum, & moreretur cum dispositio ne quam antea habebat, haberet gloriam vt. 100. quam non habet propter illud peccatum.

Q U A R T O probant testimonio divi Augu. ad Macedonium ubi Aug. sic dicit. In tantum hominum iniuntas aliquando progreditur, ut post actas poenitentias, post alterius reconciliationem, deteriora, vel similia committant: & tamen Deus super illos facit oriri solem suum, nec minus tribuit, quam antea tribuerat numera vitae & salutis. Ecce Aug. plane dicit, quod Deus tanta munera tribuit post lapsum, quanta ante tribuerat.

Q U I N T O. Pro hoc adducunt illud Iohann. 2. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus & rubigo, & eruca. I. reddam vobis gratiam & meritum, quod habebatis quando venit rubigo & bruchus peccati mortalium. Et ibidem dicit gloriosa. Reddet vobis Dominus libertatem spirituale, quae amissis perturbationibus animi. Quae perturbationes quibus spiritualia perduntur, sunt peccata mortalia. Ergo.

E T diuinus Hiero. videtur esse pro hoc: quia ibide dicit. Et omnes quos perturbationibus ante regnum aibus perdideratis in vobis: quando opera vestra locusta, bruchus, rubigo, eruca, consumperat, Deus vobis perire non passus est. Ergo reddit p. iii tota gra-

tota gratia & virtutes in æquali gradu, alias perirent opera bona, ante peccatum illud in charitate facta.

S E X T O. Pro hoc etiam aducunt illud *Lucæ*. 15. de filio prodigo, cui restituta est stola prima, quæ est gratia. Ergo ad minus restituitur ei prima gratia. Nam hæc est prima stola, nempe, prima gratia.

S E P T I M O. Quia dato opposito, sequeretur, quod naerita hominum non possunt præmari ultra condignum. Quod est contra *Paulum*, *Rom. 8.* Non sunt condigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Probatur sequella: quia si non redeat gratia præcedens, non præmiantur opera ultra condignum. Probatur: quia si meruit gloriam vt. 100. & postea peccat, & resurgit cum contritione vt. 20. iam non datur gratia, nisi vt. 20. & similiter gloria. Ergo minus datur, quam meruit: quia meruit vt. 100. Et hæc sunt argumenta pro hac opinione. Nectime autem maiora: quia non sunt hactenus inuenta, nec inueniuntur, nisi Deus reuelet aliquid de nouo circa hoc.

A L I A est opinio. *S. Tho.* quam tenet hic, & articulis sequentibus huius questionis. Et idem tenet in. 4. d. 14. Quæ consistit in duabus propositionibus: quarum prior est. Poenitens non semper resurgit ad maiorem gratiam, nec ad maiorem gloriam, nec ad æqualem, immo stat, quod ceciderit à gratia vt. 100. & non resurgat cum gratia vt. 100. Et idem de gloria. Sed resurget fortassis ad gratiam, & gloriam, vt. 20. tantum.

S E C V N D O conclusio est. Poenitens semper resurgit secundum contritionem & qualitatem contritionis, quam habet. Si habet maiorem contritionem gratia, quam antea habuit, maior est gratia, quam fuerit illa præterita, quam antea habuit. Si minorem: minor est gratia, quæ ante peccatum. Ista fuit opinio omnium antiquorum, ante Scorum. Et in his rebus graibus maiorem autoritatem habent testimonia sanctorum & maiorum, quam rationes. Et hoc est vnu secretum quod Deus reseruabit sibi.

E T quia oportet semper separare certa ab incertis, dico, quod certū est in Scriptura sacra, quod poenitens per poenitentiam restitutus in gratiam. Sed non habemus, si ad maiorem, vel ad minorē. Ideo puto, quod solus Deus scit hoc. Si ad quātam gratiam resurgat poenitens.

S E C V N D O. Dico, quod nulla ratione potest sufficenter probari, quod poenitens resurgat ad maiorem gratiam semper, quam ante peccatum habuit.

T E R T I O Dico, quod nihil temere afferendum est in hac materia. Essetq; temerarium, hic aliquid afferere, dannando aliorum opiniones: potius quam non potest sufficenter probari, quod poenitens semper resurgat ad maiorem gratiam, quam habuerit ante peccatum.

I S T I qui dicunt, quod semper poenitens resurgit ad maiorem gratiam & gloriam: faciunt se prophetas: quia dicunt, Teneatis pro certo, quod semper poenitens resurgit ad maiorem gratiam & gloriam. Oporteret, quod darent nobis vades, quæ ita est: sicut dicunt. Et melius esset (postquam sumus certi, de fide, quod poenitenti datur gratia) quæta detur, nempe, an maior, vel minor, iudicio hoc diuino relinquere. Sed postquam loquendum est nobis de hoc: oportet videre, quid sancti sentiant de hac questione & dubio. Nam sancti & doctores antiqui. *s. Alexan. de Alles. Albert. Magnus. Bonaven. & S. Tho.* non acceperunt aliquid ex capite suo: sed omnia sumebant ex Scriptura, vel ex alijs antiquioribus sanctis.

H A N C inueni oportet inter antiquos & modernos, quod antiqui opiniones suas, siue veras, siue falsas, accipiunt à sanctis doctoribus, à quibus accipiunt theologiam suam, & ex Scriptura sacra. Moderni vero, qui nunc versantur in schola, non ita faciunt. Sed ipsi fingunt multa, & eudūt noua, & vnu ex eis alium sequitur eiusdem authoritatis, sanctis relictis, quos vel nunquam legerunt, vel non attente. Nam si attente legereat sanctos, non dixissent multa quæ dicunt sine Scriptura & fundamento, vt. solent.

A L E X A N. de Alles. 4. p. q. 77. & D. Tho. hic in ar. 3. sequenti ad. 2. argumentum, adducunt. D. Hiero. qui dicit. Quicunque dignitatē diuini gradi non custodiunt: cōtentī fiant animam salutare. Reuerti enim in pristinum gradum: difficile est. En Hier. dicit, quod est difficile, & isti moderati dicunt, quod est certum. Cui potius credēdūm, doctissimo & sanctissimo Hiero. an Gabri. vel Aliaco, cum nec aliud fortius sit argumentum nec testimonium? Iudicet vir ingeniosus, qui veritatem cupit scire, & non contendere.

E T arguitur sic cōtra hanc opinionem communem à posteriori. Ex illa sequuntur multa inconvenientia contra communem sensum. Ergo non est vera. Probo antecedēs. Sequitur ex illa, quod non plus noceret alicui per totam noctē blasphemare, aut alia peccata committere, quam dormire: dummodo postea poeniteret, immo plus proficeret. Probatur. Ponamus, quod Petrus habuit gratiam vt. 100. & totam vnam noctem expendat in magnis criminibus, & postea poeniteat: habebit maiorem gratiam, quam Ioannes, qui etiam habebat gratiam vt. 100. & iuit dormitū. Ponamusq; quod resurgat ille Petrus per contritionem vt. 10. Probatur sequella: quia, secundum istos, per contritionem datur ei tota gratia præterita, quæ erat vt. 100. & ratione istius contritionis datur gratia vt. 10. Ergo habet maiorem gratiam. Ergo utrius fuit ei, quam si tota nocte dormiret: quia si dormiret, postea illam contritionem non haberet.

S E C V N D O. Sequitur contra illam opinionem, quod melius fuisset Ioāni B. p̄istre, si vixisset per alios viginti annos, & cōmisisset pessima cri-

mina, &

mina, & postea poenituisse, quā mori pro Christo, vel quā mori quādo mortuus est: quia habuit sit aliquē gradū gratiæ, quem modo nō habet, si post illā vitā voluptuosam resurgeret à peccatis suis. Et idē sequitur de omnibus alijs sacerdotiis, quod melius fuisset eis, q; vixissent alijs. 20. annis plus quā vixerūt, & fuissent sensuales, & heretici, & postea poeniterent, quia quod morerentur quando mortui sunt: quia haberet maiore gratiā, quā nūc habeant. Quod est contra communem sensum. Ergo &c. Quod cōtra communem sensum sit, patet. Dicū enim omnes homines qui aliquādo fuerūt iusti, & postea peccant, Utinam tāc mortuus fuisset, esto post illa peccata poeniteant. Cuius nō debetērē conqueri, si vērū est quod h̄j dicunt: quia habent maiorem gratiam, quam alias haberent.

I S T I dicūt. Est scandalosum dicere, quod poenitēs non resurgat ad maiore gratiam, quam antea habebat. Certe magis scandalosa sunt ista, & contra communem sensum hominū, & tame debet illa fateri. Deberent igitur porius scandalizari de sua sententia: postquā ista scandalosa ex illa sequūtur.

T E R T I O. Experientia constat, quod communiter resurgentēs à peccatis, tēpidius & remissius diligunt Deum & operantur bona, quam antea. Cuius oppositum esset, si semper resurgerent ad maiorem gratiam & charitatem. Ergo illud non est verum. Nec possunt oppositum dicentes, ad hoc apparet responderem.

S I dicas, quod hoc est, propter habitus vitiosos, quos acquisierunt: quando erant in peccatis. Contra, habitus infusi etiam inclinant ad bene agendum, & secundum istos, sunt perfectiores, quam antea. Ergo intensius deberet operari ille resurgens, quod tamen non facit.

E T confirmatur. Ponamus, quod solū semel peccauit, per illum vnum actum non acquisiuit habitus vitiosos, qui tantum resisterent. Ergo experientur maior dilectio, si maior esset charitas.

P R A E T E R E A. Quando quis cū magno furore surgit, & à magnis criminibus, sentit in se illam prōptitudinem ad bene operandū. Et tamen manet habitus viriosi, qui nō fuerūt corrupti, nec poterant corrūpi vno actu: sentit quod tamen in se illam magnā prōptitudinē, ad bene agendum. Ergo signū est, quod tūc recipit maiore gratiā, & charitatem, quæ si tēpide cōuerteretur. Ergo dicitur gratia ratione cōtritionis, & ratione illius dispositiōnis cū qua surgit, & nō semper maior: quia si semper maior, semper sentirer in se illam prōptitudinē. Et nō potest dari alia ratio, quare nāc lenitatem maiorem prōptitudinē, & nūc minorē, nisi quod nunc resurgit cum maiori gratia, & nūc cum minori, ratione contritionis. Ergo verior est opinio. *S. Tho.* & magis consentanea rationi.

Q U A R T O. Melius esset, secundū istos, Christiano apostata, quam pagano. Si tamē ambo poenitentia equaliter. Ponamus. V.g. quod Petrus fuit Christianus, & in gratia vt. 100. Deinde negauit

fidē & cōmisit multas hæreses. Fuit paganus sine peccato actuali, sed cum originali, vel cum solo vno mortali ex ignorantia, istetamen nūquam fuit in gratia. Sequeretur quod melius esset illi Christiano apostata cōuerso ad Deū: quia habebit maiore gratiā. Habet enim totā præcedētem, & illā quæ datur pro ista contritione & paganu nō habet, nisi pro cōtritione. Quod si à rege puro homine hoc fieret, vituperaretur, quod plus dat pessimo, qui s̄pē negauit ipsum regem, & regnū, quam alteri, qui semel tantum ex aliqua ignorātia, vel passione peccauit.

Q U A V I N T O. Quando aliquis cōteritur, illa cōtritio nō solū est dispositio ad gratiā, sed etiam ad gratiā priorē, & ipsi non possunt hoc negare. Ergo vbi est maior dispositio, ibi perfectius resurget merita priora. Ergo quāto maior cōtritio, tāto erit maior gratia, etiā de illa gratia præterita. Ergo non omnes habent æqualiter de gratia præterita, cum contritio non solum sit dispositio ad gratiam præsentem, sed ad præteritam. Hæc sunt argumenta pro opinione. *S. Thom.*

E T ad argumēta alterius communis opinionis facile respondetur. Et prius ad illud *Ezech. 33.* Impietas impij nō nocebit ei, dico, & ipsi nō possunt negare, quod aliquādo nocēt peccata remissa pecati, etiā postquā surrexit per poenitentiā. Probatur: quia pro illis debetur poena atrocissima in purgatorio, vel in hac vita. Ipsi dicēt, quod nō nocet impietas quantū ad gloriam & gratiā. Video glo. At propheta illud nō dicit. Et probo quod nō est illa mēs & sententia prophetæ: quia peccata remissa etiā nocent, quantū ad gloriam ipsi peccatorū. Vt, si sit aliquis (sicut communiter sunt multi) qui fuit in peccato vno anno vel. 10. annis, & illo tempore dedit eleemosynas, ieunauit, multaq; fecit bona opera: postea poenitet & moritur in gratia. Illi si non fuisset in peccato daretur magna gloria ratione illorū operū bonorū. Et propter peccatum nō datur. Ergo peccatum nocuit illi quantū ad gloriam.

I D E O dico, quod *Ezech. vult* dicere, quando dicit, Si impius fecerit poenitentiā, &c. impietas nō nocebit ei. i. nō damnabitur propter illā impietatem. Et hoc est, impietatem nō nocere, nēpe, quo ad poenam æternam inferni. En quomodo illud testimoniū non probat illud, quod ipsi volebant.

S E C V N D O ad illud *Ezech. 18.* Si impius egreditur poenitentiā, &c. omnī iniquitatū eis amplius nō recordabor, idē dicendū est, quod diximus ad primū: quia manifestū est, quod recordatur, quantum ad poenā in purgatorio, vel in hac vita post cōtritionē, & quātū ad gloriam, quæ daretur propter bonis factis in mortali, nisi illud peccatum esset. Sed dicit prophetæ, quod Deus nō recordabitur iniquitatū: i. nō dānit eos pētōres, qui agūt poenitentiā, propter illa pēta de quibus poenitent.

A D tertiu. Si sequeretur quod Deus puniret peccatum remissum poena æternā, dico prius quod ipsi facetur, & nō possunt nō fateri, quod panitur pecatum.

p. iiiij catuma

catum remissum in purgatorio, vel ipse peccator pro peccato remisso. Ergo non est mirum dicere, quod punitur etiam perpetuo: quia remisso surrexit ille, cum posset maiori conatu & feroore surgere.

S E C V N D O dico, quod multi doctores concedunt, quod si aliquis debebat 20. annos poenarū pro peccato remisso, & iterū peccet mortaliter, & sic moritur, perpetuo punietur pro illo peccato remisso: quia nunquā soluit illam poenam 20. annorum. Nam, cum sit damnatus, non acceptatur illa satisfactio.

T E R T I O, & magis scholasticè, nego consequiam. Et ad probationem, Habet antea gratiam, vt. 100. Verum est. Et quia peccauit, non habet postquam poenitentia, illam gratiam vt. 100. Ergo pro illo peccato iam remisso punitur illa poena. Nego consequiam: quia iam illa poena nō est pro peccato illo remisso, cum iam Deus illud peccatum remiserit, & poenam pro ipso debitam. Ergo nunquam amplius punit pro illo peccato. Sed habet ille poenitentia illam gratiam & gloriam, & non maiorem: quia nō habuit opera quæ plus valerent.

D I C O ergo, quod hoc, quod ille nō habeat gratiam vt. 100. nō est iam quia peccauit: quia etiam si nō fecisset antea aliqua bona opera, sequeretur quod puniretur illo modo in aeternum: quia non fecit illa opera. Hoc autem manifeste falsum est. Probatur consequentia. Quia nō habet gloriam, quam habuisset, si fecisset ille aliqua opera bona. Ergo punitur aeternaliter: quia nō bene operatus est, vt posset, esto non teneretur. Non valet: quia illud non est poena pro hoc, quod nō est operatus illa bona opera. Nunquam enim Deus dicit, Ego aufero à te 10. gradus gratiæ & gloriæ, quos debes habere, quia peccasti. Dixisset enim tunc ille, Domine tu remisisti illud peccatum. Quare ergo punis me pro illo.

S I est verum quod isti dicunt, quod ille punitur poena illa aeterna, quia s. non habet gratiæ vt. 100. pro peccato remisso: etiam debent necessario concedere, quod omnes qui sunt in coelō, qui hic fuerunt aliquo tempore in peccato mortali, punitur aeternaliter pro peccatis remissis: quia propter illa peccata non habent gratiam & gloriam, quam haberent pro bonis illis operibus, quæ furent existentes in peccato mortali, quæ sunt mortua, & non premiantur propter illa peccata.

A D quartum ex Aug. dico, quod Aug. facit comparationē ad gratiam & gloriam, & non ad magnitudinem gratiæ & gloriæ. Itaque quando dicit, Nec minus tribuit, quam antea tribuerat, mulier vita & salutis, vult dicere. i. tribuit gratiam & gloriam, sicut ante tribuerat: quia illa sunt munera vita & salutis. Non autem dicit, in quo gradu. Nec de gradu aut quantitate tractabat: sed de gratia ipsa & gloria. Sicut contra dicitur. Qui in uno offendit: factus est omniū reus: quia pro quo

libet mortali priuatur gratia & gloria, siue in ista, siue in illa quantitate.

A D Q V I N T U M ex illo Ioh. Reddam vobis annos quos comedit locusta, dico, quod verū est, quod reddit annos. i. vbertatem spiritualem: vt dicit glosa. Quam vbertatem comedit locusta. Sed non dicit in quo gradu. Si dicas totam: hoc propheta non exprimit. Dico igitur cum. S. Tho. quod restituit illa spiritualis vbertas: sed secundum contritionem, & dispositionem poenitentis. **E T** non possunt isti dicere, quod non perdatur aliquid per peccatum: quia, vt iam probauimus, aliquid perditur, quod non recuperatur. Nam in nocentia nō recuperatur, & poena non evaditur, & gloriæ, quæ haberet propter bona opera, quæ fecit tempore quo erat in peccato mortali, nō habebit.

E T ita intelligēda est glosa, quæ dicebat, reddit vobis Dominus vbertatem spiritualem, quam perturbationibus animi amisistis. i. reddit vobis gratiam: sed non dicit totam, vel in quo gradu.

S I C etiā intelligit D. Hiero. quādo dicit, quod annos quos comedit locusta, Deus vobis perire, non passus est: quia restituit gratiam pro illis operibus meritorij. Sed non dicit Hieromy. quod totam gratiam, aut in quo gradu. Immo expresse (vt ego citavi) videtur oppositum dicere. Immo glosa illa, quam illi citant pro se, potius fauet sanct. Thom. quia dicit, iniusto, qui poenitet, non præterita, sed præsentia iudicat Dominus. Ergo dat Dominus gratiam secundum præsentem contritionem: vt dicit. S. Tho. & non secundum opera præterita: quia ita etiam dicit glosa.

A D S E X T U M autem de filio prodigo. s. afferte illi stolam primam, dico, quod apud peritos in latina lingua, prima, significat optimā: ita quod dicitur prima perfectione, nō autem ordine, vel munere. Videturq; quod in illa significatione capiatur illic: quia ille filius non reliquit stolam suam domi, quando recessit a patre. Immo omnia secūtullit: vt ibi dicitur.

S E C V N D O dico, quod si capitur pro gratia quæ habuit, intelligitur, q. restituitur gratia, sed non dicit, nec intelligit de tota, aut in quo gradu. **V N D E** ex his omnibus duo sequuntur. Primū est. Evidens est, quod illa testimonia & argumenta quæ sunt pro illa secunda opinione, non concidunt. Ergo temerarium est ita afferere illā, quod aliæ condementur sententiæ.

S E C V N D O. Sequitur ex testimonijs aductis ex Scriptura & sanctis, quod certum est, opera meritoria facta ante peccatum, reuiuiscere, premariq; post poenitentiam, & pro eis dari gratiæ, & non solum pro cōtritione cum qua surgit iste poenitens. Et hoc probant manifeste aducta testimonia: ita quod illud est de fide. Sed non est certum quanta gratia datur pro illis operibus mortificatis, an tota quam antea habebat (vt dicebat communis opinio) vel pars eius.

A D S E P T I M U M dico, quod semper premiantur

miantur vltra condignum: quia premiari vltra condignum, est quod habeat gratiam & gloriam pro illis operibus, quam opera de se non valebat. Et illa opera bona, in illo poenitente de se non valebant nec minimam gratiam, nec minimam gloriam. Ergo premiantur vltra condignum. Et hoc Paul. insinuare volebat.

E T probo, quod opinio. S. Tho. sit probabilior, nempe, quod non semper resurgentia peccato restituuntur omnia quæ perdidit per peccatum: quia Adamus peccauit, & postea poenituit: non tamen restituit illi Deus iustitiam originalē, & immortalitatem, & impassibilitatem, aliasq; gratias quas antea habebat. Si ergo scimus, quod Adamo non fuit restituta tāta gratia, nec alijs restituitur semper tanta gratia: cum eadem sit ratio. Vnde videatur, quod probabilius est, non semper poenitentem resurgere ad tantā gratiā, quam habebat antea.

S E D adhuc est magna & grauis difficultas, stādo in opinione. S. Tho. ad quantam gratiam resurgit respectu illius gratiæ præteritæ. Habuit Petrus gratiam. V.g. vt. 100. & postea peccauit, resurgitq; dubitatur, quando resurgit ad minorem, & quando ad maiorem, & quando ad æqualem.

A D hoc est conclusio Thomistarum, quod nō

dabitur ei maior gratia, nec maior gloria, nisi secundum quantitatē contritionis quam habet. Probat hoc authoritate. S. Tho. & Richardi. Qui ambo ita dicunt. Vnde dicunt, quod esto aliquis habuerit mille gradus gratiæ, si post peccatum poenitentia tāpīte vt. 4. non habebit maiorem gloriam nec gratiam, quam vt. 4.

S E C V N D O. Probant ratione. Cōtritio, est dispositio ad gratiam. Sed forma quæ recipit magis & minus, nunquam excedit dispositiōnē sua. Ergo gratia nunquam excedit contritionem. Ergo, esto ille peccator habuisset infinitos gradus gratiæ ante peccatum: gratia nunc non erit maior, quam contritio.

E G O dixi in principio huius disputationis, quod nihil potest sciri certum in hac materia. Sed hoc scio certe, quod hoc dictum Thomistarum, est falsissimum. Et ita falsissimum, quod erroneum. Et qui hoc prædicaret populo: pessime faceret, meritoq; est à præsidentibus ecclesiæ magna poena mulctandus.

E T. contra hanc opinionem arguo hoc modo. Sequeretur ex illa, quod si quis habuit tātam gratiam, sicut beata Maria, & vixit sanctissime. 50. annos, & cadit in simplex furtum: & sit alius, qui vixit 50. annos in maximis peccatis, qui quotidie committebat. 1000. peccata grauiissima, & æqualiter modo ambo poenitent, quod Deus æqualem dabit gloriam, & gratiam illis. Ipsi vero concedunt hoc, & putant esse verum & certum. Ego autem nunquam credam, & si hoc aliquando credidero, credam etiam Deum non esse misericordē nec iustum. Si enim aliquis Rex hoc fecisset cum suis famulis, reputaretur iniustus & imprudens

ab omnibus. Ergo non est hoc tribuendum Deo. **S E C V N D O** arguo hoc modo. Merita priora reuiuiscunt (ita dicit. S. Th. ad H̄br. 6. lectio. 5. & in hac q. artiu. 5.) idest, premiantur: sicut dicunt omnes sancti & testimonia quæ supra adduximus, & oppositum esset hereticum. Tun capio Petrum, qui habuit multa opera meritoria, & postea peccet, deinde conteratur vt. 10. Iam sic. Merita priora reuiuiscunt. Ergo habet gratiam plus quam. 10. Probatur consequentia: quia alias non reuiuiscunt. Reuiuiscere enim, est redire ad vitā, idest, ad præmium: quia illud est vita bonorū operum, & esset hereticum negare hoc: cum omnes sancti ita dicant. Et probatur. Nam bene sequitur. Non habebit ille poenitentia maiorem gratiā, quam si nulla merita prius habuisset? Ergo non premiantur illa merita. Ipsi negant hanc consequiam, dicentes, quod gratia illa vt. 10. est præmium etiam illorum operum bonorum præcedēt. Et haec tenus est argumentum communis. Sed hoc est mirabile, dicere, quod illa gratia vt. 10. quam ille poenitentia habebet pro illa contritione, esto nō habuisset illa opera bona præterita, sit etiā pro illis operibus nunc, quia præcesserunt. Certe reputo hoc magnum cōmentum. Et arguitur hoc modo, cōsistitq; in hoc tota vis argumenti. Sequitur, quod Deus de tota sua potentia absoluta, non posset non præmiare merita præcedentia. Probatur consequentia: quia quancunque gratiam det ratione itius contritionis, quam nunc habet, est præmium illorum operum. Ad hoc dicent isti, quod negant consequiam: quia tunc, si vellet, nō daret pro illis. Sed contra. Quia est mirabile, si Deus præmit illa opera, dando solum gloriam vt. 10. quam nihilominus daret pro sola illa contritione vt. 10. si nihil auferat, quid faciet ad nō præmiandum, dicere, quod det pro illis, vel non, si nihilominus dat tantū. Et arguitur hoc modo. Ponamus, quod Deus nō vult præmiare illa merita præcedētia. Tunc dabitur gratia ratione contritionis vt. 10. Postea vero roget aliquis sanctus vir pro illo, vt premiet illa merita. Quid faciet Deus? Dicit, solum vt habeat illud quod iam habet pro illis præteritis etiam. Hoc est mirabile.

T E R T I O. Si illa opinio esset vera, sequeretur, esse impossibile id quod ipsi dicunt. s. quod hoc quod non resurgat ad maiorem gratiam vel æqualem, est ex negligētia sua: quia tāpide poenitent. Arguitur sic. Sequitur, quod nunquam potest aliquis resurgere ad æqualem gratiam in aliquo casu, & etiam in multis. Probatur. Pono aliquem, qui sanctissime vixit. 50. annos, & habuit intensissimos actus cum toto conatu, & meruit gratiam per totū illud tempus vt. 1000. Iste acquisiuit illam gratiam per 100. actus, qui omnes, vel plures ex toto conatu erant. Nunc non potest resurgere ad illam gratiam. Probatur: quia oportet, quod habeat actū, qui æquipollat omnibus actibus præ-

bus precedentibus intensissimis, & omnibus gratijs sacramentorum ad quæ (vt pono) s̄epe accedit. Hoc autem est impossibile: quia actiuitas voluntatis est finita. Vnde si habuit plures actus ex toto conatu, non potest habere unum, qui omnibus æquipolleat: quia alias per unū actum potest mereri tantū, sicut per totam vitam suam in qua optime vixit. Et si forte isti hoc cōcedant, iam est contra. S. Th. quem ipsi defendunt. Probatur: quia hic ad. 2. vult probare ex Ambr. quod poenitentia optima res est, quæ oēs defectus renocat ad perfec- tū. Ergo semper resurgit ad æqualem gratiam. Ad quod argumentū respondet. S. Th. quod quantum est de se habet virtutē recuperandi defectus, sed impeditur ex parte hominis, qui remisſe mouetur ad Dominū per actū illū, & idem in corpore articuli fatetur, quod potest redire ad totā gratiam poenitens ipse, quantuncq; cadat à gratia maxima. Et hic art. 3. ad. 2. dicit quod Hiero. intelligit quod est difficile recuperare pristinū gradū, quod non conceditur, nisi poenitenti perfecte. Ergo manifeste habetur ex. S. Th. quod qui perfecte poenitentia restituitur ad pristinum statum, & ille est, qui facit totum, quod potest.

ID E O ego pono alias conclusiones, quarum prior est. Cūcunq; poenitenti resurgentia peccato præter gratiam, quæ datur ei secundū mensura cōtritionis, datur aliquid gratiæ ratione priorū meritorū. Vt, Sortes cecidit à gratia vt. 100. & peccauit, & resurgit per contritionem vt. 10. habebit maiorem gratiam, quam vt. 10.

SECUND A conclusio. Quanto contritio est maior, tanto dabitur ei maior gratia ratione meritorum præcedentium: vt Petro qui cecidit à gratia vt. 100. & resurgit per cōtritionē vt. 10. dabitur gratia vt. 10. ratione contritionis, & aliquid aliud ratione operū bonorū præcedentium. At Paulo qui etiam cecidit à gratia vt. 100. & resurrexit per contritionem, vt. 20. dabitur maior gratia, quam Petro ratione meritorum præteritorum, & non solum ratione cōtritionis: ita quod dabitur ei gratia, vt. 20. pro contritione & aliqua alia pro meritis præcedentibus, quæ erit maior, quam illa, quæ data fuit. Petro pro suis operib;is præcedentibus: eo quia Petrus habuit minorem contritionem, quam Paulus. Et hæc est sententia. S. Thom.

SED tota difficultas est, quantum dabitur. Ad hoc potest dupliciter dici. Vno modo, quod ratio ne meritorum præcedentium dabitur ei tanta gratia: sicut dicitur ratione contritionis, dūmodo gratia præcedens fuerit tanta. Vt, Petrus habuit gratiam vt. 20. & peccauit. Conteritur nunc, & habet contritionem vt. 10. Secundū istum modum habebit gratiam vt. 10. quam haberet ratione cōtritionis, etiā si nunquam habuisset gratiam, & habebit alios. 10. gradus de gratia præterita.

AT vero ex hoc sequentur duo inconvenientia. Alterum, quia non daretur maior gratia ratione meritorū & pluriū meritorū præcedentium;

Vt si Petrus cecidit à gratia vt mille, & Iō. à gratia vt. 100. Si ambo resurgent per cocontritionem, vt decem, dabitur eis æqualis gratia ratione meritorum præteritorum: quia diximus, quod tanta gratia dabitur ratione meritorum præcedentium, quanta datur pro illa contritione qua surgit. Itaque si datur gratia vt. 10. pro contritione, datur etiam vt. 10. pro meritis præcedentibus, & ille poterit habebit vt. 20. Ergo tanta gratia daretur pro meritis præteritis, illi qui habet minora merita, quam illi qui habuit maiora, & longe plura. Quod non est rationabile.

ALTERVM inconveniens est. Quia sequitur, quod non resurgeret poenitens qui cecidit à magna gratia, ad æqualem gratiam, faciendo totum quod in se est. Probatur eo modo, quo deduximus contra aliam opinionem: quia per solum unum actum non potest tantum mereri, sicut per totam vitam meruit, cum habuerit multos actus ex toto conatu. Ergo non potest habere unum solum actū, per quem restituatur ei tota gratia præterita: quia si fuit gratia vt. 1000. oportet quod cōtritio sit etiā vt mille, quod iste non poterit efficere IDEO pono. 3. conclusionem. Cuicunque poenitenti perfecte, ita quod ex toto suo conatu poenitentia quantum potest, semper restituatur ei tota gratia præcedens. Ratio est hic. S. Thom. art. 1. ad 2. Quia perfecta poenitentia respondet perfecta restitutio, & non est restitutio perfecta, nisi totū restituatur. Et hæc est sententia. S. Thom. quia ex presso dicit, quod quād dispositio est perfectior, tanto est perfectior resurrectio meritorum præteritorū. Ergo si est perfectissima dispositio: erit perfectissima resurrectio. Et tunc est poenitentia & dispositio perfectissima, quando resurgit cum toto conatu.

VAR TA conclusio est. Secundum proportionem poenitentia, restituatur gratia præterita. Probatur. Quia iustum est, si totū conatus respondeat tota gratia, quod medietati correspōdeat medietas, & quarta quartæ, & sic consequenter.

OMNES hæc propositiones probantur. Contritio est dispositio ad nouam gratiam sine respectu ad merita præcedentia, & cum hoc, est etiam dispositio ad gratiam meritorum præcedentium: si cut si imaginaremur, quod contritioni non debetur aliqua gratia: sed quod solum sit dispositio ad hoc quod resurgent meriti præcedentia: tūc manifeste est dicendum, quod resurgent merita secundum proportionem contritionis. Sed ita est nunc, quod etiam si contritio sit dispositio ad nouam gratiam, etiā est dispositio & æque propria ad gratiam meritorum præcedentium. Ergo, &c.

SED dubitatur, esto quod aliquis non contetur perfecte, sed ad medietatem conatus non restituatur tota gratia præcedens, vt diximus, si secundo conteritur perfecte, an per hanc secundū contritionem restituatur ei tota gratia quæ supererat; vel an dabitur ei sola gratia, quæ debetur ei

Dubium
primum.

Et cōtantur ratione contritionis illius secundū. Vt, si Petrus, qui cecidit à gratia vt. 100. & contetur conatus vt. 10. & totus eius conatus fit vt. 20. non datur ei tota gratia præcedens, sed medietas gratia solum: quia non perfecte poenitet, & crastina die conteratur cum toto conatu, an per hanc secundam cōtritionem restituatur ei gratia, quæ remanebat de præterita: ita quod habeat nūc. 100. gradus gratia, quos antea habebat, & aliam pro illa contritione.

AD HOC dico quod ita. Per secundam contritionem restituatur tota gratia præcedens, quando illa secunda contritio est perfecta. Probatur: quia secunda cōtritio non est peioris conditionis, quā si antea esset. Sed si esset heri quād fuit alia imperfecta: ratione illius daretur tota gratia præcedens, immo secundum opinionem communem secunda contritio est melioris cōditionis. Ergo, &c.

**Dubium
secundum.** SED dubitatur de illo qui nunquam poenitet perfecte, id est, nunquam poenitet ex toto conatu: sed poenitet pluries & semper imperfecte, an aliquando restituatur ei tota gratia præcedens. DICO quod ita. Tandem aliquādo redibit ad pristinum statum: quia ratione prima contritionis dabitur ei aliqua gratia de præcedenti: & cum secunda cōtritio non sit peioris conditionis, quā prima, etiā ratione illius dabitur aliquid de gratia præterita, & ita dicatur de tertia. Sed tamen indignum est diuinæ maiestati, sic velle numerare methamatice. s. quod per medietatem conatus restituatur medietas gratia, & per quartam quartā, &c. Sed melius est dicere, quod per contritionem, quæ est per totum conatum, restituatur tota gratia: per alias autē imperfectas contritiones restituatur aliquid de gratia præterita. Quantū autē, sic ad vnguiē nō est nostrū scire. Deus icit.

**Dubium
tertiu.** DVBITA TVR. Supposita illa opinione, quod ad tollendum obicem in sacramento poenitentia, requiritur, & sufficit attritio, & non requiritur cōtritio: vt habet veritas. Tunc ponamus illū, qui cecidit à gratia vt. 100. & ille iustificetur, nō per contritionē, sed vi sacramenti, quan- ta gratia restituatur ei. Et ponamus insuper, quod confessio habet cōferre gratia ex opere operato vt. 10. Iste ratione sacramenti habet gratiam vt. 10. an habebit aliquid de præterita gratia? Videtur, quod nihil detur ei: quia non habet contritionem. Ergonon datur secundum quantitatē contritionis.

AD HOC quidam dicebat mihi Salmantica, quod illi nihil dabatur de gratia præterita: quia sacerdos non habet potestatē restituēdi gratiam præteritam: quia satis est, quod dimittat peccata, & detur illigratia ad salutem sufficiens. Sed hoc nō est verum: quia (vt dictum est) opera illa meritoria præterita reuiuiscunt. Ergo aliquid gratia datur pro illis, &c.

IDEO dico quod datur illa gratia pro operibus præteritis, secundū quantitatē attritionis: quia attritio habet modū cōtritionis: quia illic est dispo-

sitio ad gratiā: licet nō sufficiēs per se, est sufficiēs cā sacramento: p̄sia attritio. Vnde si attritio est cū toto conatu, restituatur tota gratia præcedens, & si cū medietate conatus, restituatur medietas gratia. Nam cōtritio id. o habet illud: quia acceptatur à Deo pro peccatis mere gratis. Sed attritio cū sacramento acceptatur à Deo pro peccatis, licet mere gratis. Ergo est contritio, vel attritio cū sacramento fit contritio in effectu, id est, tantum valet attritio cū sacramento: sicut contritio quantum ad effectum sacramenti.

**Dubium
DVBITA TVR** an per baptismum restituatur cathecumino accedēti ad baptismū quartum, cum parua attritione tota gratia præterita.

DIC O quod ita, quicquid dicatur de poenitentia. Probatur: quia baptismus est perfecta poenitentia, quæ semper remittit totam poenam, quā non remitteret perfectissima contritio: ita videtur dividendum rationabilius, licet possit negari consequentia: quia aliquando contritio sufficit ad maiorem gratiam quam baptismus.

**Dubium
SE D** dubiū est de martyrio. Diximus enim su pra, quod ratione illius remittuntur peccata. quintum. Sit sanctus vir, qui habuit gratiā vt. 100. & postea peccauit mortaliter, statimq; arripit a tyranno ad mortē, & ipse nihil cogitat de peccato, sed solū cogitat quomodo fortiter se habebit, denique moritur. Illi remittuntur peccata, & datur ei gratia ratione martyrij, an illi restituatur tota gratia præcedens: Videlur quod non: quia nec attritio, nec contritionem habuit.

AD hoc dico, quod quicquid dicatur de sacramēto poenitentia & de baptismo, martyriū restituit totā gratiā præcedentē. Probatur: quia magis acceptat Deus illud, quā cōtritionē. Si enim contritio sufficit ratione acceptationis diuinæ, à fortiori martyrium, vt pote magis acceptum: quia vere ille moritur pro Christo.

**Dubium
DVBITA TVR** an hoc quod diximus de cōtritione, sit verū de alijs actibus. Volo di sextum. cere. Petrus habuit magnā gratiā, peccauit, dein decōteritur tepide, nō restituatur tota gratia præcedens, postea diligit Deū summe: nunquā tamen amplius dolet, an per illā dilectionē restituatur gratia præterita, an illa dilectio faciat, qđ faceret contritio si secundo repeteretur, & sic de alijs operibus bonis.

AD HOC dico quod nescio. Sed dico secūdo, quod oportet cōsiderare hæc humanitus. Ratiabiliter quidem videtur quod bonus princeps, si propter delicta abstulit ab aliquo bona sua, poenitenti illi restituat aliquā partē bonorū. Postea tandem tot obsequia poterit exhibere regi, quod redditat totū, & laudaretur tale factū in principe. Sicq; videmus quotidie quod propter bona obsequia regi exhibita, restituit aliquos in suam gratiā, quos prius exos habebat. Ita igitur sentīendum est de Deo. Sed diligere Deum, & dare pingue eleemosynā, sunt multo, maioris meriti & magis accepta Deo,

cepta Deo, quam contritio. Ergo illa bona opera sufficient facere, id quod contritio efficit. Si dicas quod codē modo probaretur quod peccatum mortale potest remitti sine dolore per alia bona opera magis accepta Deo quam dolor: dico quod nō est simile: quia bene scimus quod ad remissionē culpe requiritur dolor. Sed illi cui remissa est culpa videtur quod diligere Deum sufficiat.

EX omnibus istis, ut certa ab incertis separamus, dico prius, quod quid ego habeā certū in hac materia, est, quod merita præcedentia non perdūtur & est aliquid remediū ad illa recuperanda. Patet enim via & redditus ad pristinum statū. Hoc tenet S. Tho. & Albert. magnus in. 4.d.14. arti.3. Idem tenet Alexan. de Alex. 4.p.q.57. membro.6. Alexander etiam & Albertus allegant Vgōnem de. S. Victore qui dicit, quod poteſt pœnitens raeſiliuſ resurgere. Non quod necessario melius resurgat. Et puto ego hoc esse verum & certum: licet nō sit de fide dicere, quod poteſt recuperari totus pristinus status: eſſet tamen grauiſſimum opiniari oppoſitum. Nam cum omnes doſtores dicant, quod merita p̄terita reuiuiscit. Ergo poteſt pœnitens in pristinum statum redire.

PRAETEREA. Probabile eſt, licet non certum, quod quando aliquis perfecte pœnitit, restituatur ei pristinus status. Hoc. S. Thom. & Albertus expreſſe dicunt, & nos probauimus.

Articulus tertius.

Vtrum per pœnitentiam restituatur homo in pristinā dignitatem.

D T E R T I V M sic procedit. Videtur, quod per pœnitentiam, non restituatur homo in pristinam dignitatem: quia super illud Amos. 5. Virgo Israël cecidit, die gloſa. Non negat posſe refurgere: sed non refugere virgo Israël: quia ſemel aberrans ovis, & ſi reportetur humeris paſtoris, non habet tantam gloriam, quam nunquam errauit. Ergo per pœnitentiam, non recuperat homo pristinam dignitatem.

PRAETEREA. Hier. dicit. Qui cunque dignitatem diuini gradus non custodiunt: contenti ſine animam ſalutare. Reuerſiem in pristinam gradum: difficile eſt.

ET Innocen. Papa dicit, quod apud Nicæam

conſtitui canones, pœnitentes, etiam ab infimis officijs clericorum excludent. Non ergo per pœnitentiam homo recuperat pristinam dignitatem.

P R A E T E R E A. Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascende-re. Non autem hoc post peccatum conceditur pœnitenti. Dicitur enim Ezech. 44. Leuita, qui reſerunt à me, nunquam appropinquabunt mihi: ut ſacerdotio funganeſt.

ET ſicut habetur in Decre. d. 50. in Hilerio ſi concilio legitur. Hi, qui ſancto aleari defen- uiant, ſi ſubito in ſlenda carnis fragilitate corruerunt, & Dominore ſpicienſe, digne pœni-tuerint: officiorum ſuorum ſic loca recipient: ut nō poſſine ad aliora officia ulterius pro-moueri. Non ergo pœnitentia reſtituunt hominem in pristinam dignitatem.

S E C O N D U M CONTRA eſt, quod (ſicut in eadem d. legitur) Gregorius ſcribens Secun-dino dicit. Post dignam ſatiuſationem credi muſ hominem poſſere redire ad ſuum honorem. ET in concilio Agathensi legitur. Contumaces clerici: prout dignitati ordo permifere, ab epifcopi corrigantur: ita ut cum eos pœnitentia correxerit, gradum ſuum, dignitatemq; recipiant.

R E S P O N D E O. dicendum, quod homo per peccatum duplē dignitatem amittit unam quantum ad Deum: aliam quantum ad eccleſiam. Quantum autem ad Deum: amittit duplē dignitatem. Unam principalem, qua s. cōputatus erat inter filios Dei, per gratiam. Et hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam. Quod ſignificatur Luca. 15. in filio prodigo. Cui pœnitenti pater iuſſe reſtituit ſtolam primam, & anullū, & calciamenta. Aliā vero dignitatem amittit ſecundariā, s. innocentia: de qua (ſicut ibidē legitur) gloriabatur filius ſenior, dicens, Ecce tot annū ſeruio tibi, & nunquā mādatū tuū praterius. Et hāc dignitatē pœnitens recuperare non po-test. Recuperat tamen quādōq; aliquid ma-ius: quia (ut Grego. dicit in homelia decen-tum)

tumq; qui errasse à Deo ſe conſiderant: da-mna præcedentia, lucis ſequentib; recom-penſant. Māns ergo gaudium de eis fit in cœlo: quia dux in prælio, plus cum militem dili-git, qui poſt fugā reuersus, hōtē fortiter premit: quam illum, qui nūquam terga præbuit, & nunquam aliquid forticer fecit.

D I G N I T A T E M autem ecclieſiaſti-cam, homo per peccatum perdit: quia indignū ſe reddit ad ea, quæ competunt dignitati ecclieſiaſticæ, exercenda. Quām quidem recuperare prohibetur. Vno modo, quia non pœnitit. Vnde de Iſid. ad Miſianū epifcopum ſcribit (ſicut in eadem d. legitur ca. Domino) illos ad pristinos gradus redire canones p̄cipiunt, quos pœnitentia p̄ceſſit ſatisfactio, vel con-digna peccatorum confeſſio. At contra, hi qui à virtu corruptionis, non commendātur, nec gra-dū honoris, nec gratiā recipiant cōmunionis.

S E C U N D O. Quia pœnitentiam negli-genter facit. Unde in eadem d. ca. ſi quis Dia-conus, dicitur. Cum in aliquibus, nec compun-ētio humilitatis, nec instantia orandiappa-reat, nec ieiunijs vel lectionib; eos vacare videamus: poſſumus agnoscere, ſi ad pristi-nos honores redirent, cum quāta negligētia permanerent.

T E R T I O. Si commiſſit aliquod peccatum, quod habeat irregularitatem annexam. Vnde de in eadem d. ex conci. Martini Papa, dici-tur. Si quis viduam, aut ab alio relictam du-xerit, non admittatur ad clerū. Quod ſi irre-prefterit, deiijciatur. Similiter, ſi homicidij aut facto, aut precepio, aut consilio, aut defenſio-ne, poſt baptismū conſcius fuerit. Sed hoc non extiratione peccati: ſed ratione irregularitatis.

Q U A R T O. Propter scandalum. Vnde (ut in eadē d. legitur, cap. de huī vero) Ra-banus. Hi qui deprehēſi vel capti fuerint pu-blice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminib; ſecundum cano-num ſacrorum instituta, à proprio gradu de-cidunt: quia scandalum eſt populo Dei, tales personas ſuper ſe poſtas habere. Qui autem

de p̄dictiū peccati, abſcondeſe se commiſſus, occulē ſacerdoiſi conſiuentur, ſi ſe per ieiunia & eleemosynas, vigilias & ſacras oratio-nes, purgare curauerine, hi, etiam gradu pro-prio ſeruato, ſpes venie de misericordia Dei promittenda eſt. Et hoc eſt, quod dicitur ex-tra, de qualitate ordinandoruī cv. Quaſitū. Si crimina ordinarior iudicio cōprobata: vel alias notorianon fuerint, p̄ater reos homicidij, poſt pœnitentia, inſuceptu, vel inſu-ſiendis ordinib; impediri non poſſunt.

A D P R I M U M ergo dicendū, quod eadem ratio eſt de recuperatione virginita-tis, & de recuperatione innocentiae quæ per-tinet ad ſecūdariam dignitatē, quo ad Deam.

A D S E C U N D U M dicendū, quod Hiero. in verbis illis, non dicit eſſe imposſibile, ſed eſſe difficile, hominem recuperare poſt pec-catum, pristinum gradum: quia hoc non con-ceditur, niſi perfecte pœnitenti: ut dictum eſt.

A D ſtatuta autem canonum, quæ hoc proh̄bebere videntur, repondet August. Bonifacio ſcribens, ut conſtitueretur in ecclieſia, ne quis-quam poſt alicuius criminis pœnitentia, clerici-atum accipiat, vel ad clericatu redat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indul-gentia, ſed rigore factum eſt discipline: alio-quin contra claues ecclieſie dataſ ſupuebitur, de quibus dictum eſt. Quocunque ſoluerit ſuper terram, erunt ſolua, & in cœlo. Et poſte a ſubdit. Nam & sanctus Dauid de cri-minibus mortiferu egit pœnitentiam, & tam-en in honore ſuo perſtituit. Et beatum Petru, quando amarissimas lachrymas fudit, ut que Dominum negaſſe pœnituit, & tamen Apostolus permansit. Sed non ideo putanda eſt ſuperuacua posteriorum doctorū diligē-tia, qui, ubi ſaluti nihil detrahebat, humi-litati aliquid addiderit, experti (ut credo) aliquorum fictas pœnitentias, per affectatas bonorum potentias.

A D T E R T I V M dicendum, quod illud ſtatutum intelligitur de illis, qui publicā pœnitentiā agunt: qui poſt modū nō poſſunt ad maiorem

maiores prouehi gradum. Nam Petrus post negationem pastor ouium Christi constitutus est: ut patet Ioannis ultimo. Vbi etiam Chrysost. dicit, quod Petrus post negationem & paenitentiam ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum. Qui enim in canan non audebat interrogare, sed Ioanni interrogatum cōmisit, huic postea, & praepositura fratribus creidea est, & non solum non committit alecri interrogare, quæ ad ipsum pertinet, sed dereliquo ipse pro Ioâne magistrum interrogat.

IN HOC tertio articulo scribit. S. Thom. in summa, quinque conclusiones: quarum prior est. Dignitatem, quam peccator perdidit peccando, quo ad Deum: quæ erat gratia, qua inter filios Dei computabatur, recuperat per poenitentiā. Probatur Lucae.15. in typo filij prodigi, cui poenitenti pater iussit restituiri stolam primam, & a nullum, & calciamenta.

S E C V N D A conclusio est. Peccator per peccatum mortiferum perdit aliam dignitatem, quæ est innocētia. De qua gloriabatur filius senior dicens, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui. Et hanc dignitatem poenitens recuperare non potest.

T E R T I A conclusio est. Aliquando recuperat peccatores aliquid maius innocentia. Probat ex Grego. Vide ibi.

Q U A R T A conclusio est. Dignitatem ecclesiasticam perdit homo per peccatum: quia indignus se reddit ad ea, quæ competit dignitati ecclesiastice, exercenda. Quam quidem recuperare prohibetur.

ET loco quintæ conclusionis, ponit quatuor causas: ob quas peccator non recuperat dignitatem ecclesiasticam. Vide in litera: quæ manifesta est. **H**I C prius est notandum, circa primam cōclusionem. S. Thom. qua dicit, quod per poenitentiam recuperat poenitens principaliter illam dignitatem, qua computabatur inter filios Dei: quæ est gratia. Quod erat declarandum, quomodo. S. poenitens recuperat illam dignitatem, an totam illam gratiam præcedentem, vel partem, vel maiorem. Sed iam satis late in articulo secundo præcedenti diximus: ita quod nihil potest addi ad illa, quæ diximus, quod alicuius sit momenti.

S E C V N D O ex dictis. S. Thom. hic in quarta conclusione, constat, quod poenitens non semper restituitur ad pristinam dignitatem ecclesiasticam. Pro quo, prius facit illud quod habetur in Decreto de poen. & remi. ca. Sacerdos. d. 6. Vbi dicitur, quod non semper restituitur poenitenti sacerdoti ecclesiastica dignitas. Cū enim reuelat cōfessio nē, debet deponi ab officio: quātūcunq; poeniteat.

S E C V N D O. Pro hoc facit illud Hiero. quod habetur in Decretis. d. 50. cap. Quicunque. Vbi sic habetur. Quicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt: conteneri sint animam suam salvare. Reuerti enim in pristinū gradū: difficile est.

T E R T I O. Pro hoc est illud, quod dicitur in eadem. d. 50. ca. Canones, vbi sic dicitur. Canones apud Nicæam constituti, poenitentes, etiam ab infimis officijs excludunt, &c.

Q U A R T O. Pro hoc facit illud quod habetur Ezech. 44. Leuitæ, qui recesserunt à me, non quam appropiuabant mihi, ut sacerdotio fungantur.

Q U I N T O. Pro hoc facit illud, quod habetur 50. d. ca. hij qui. Vbi dicitur. Hij qui sancto altari deseruunt, si subito in fœda carnis fragilitate corruerunt, & Domino respiciente, dignæ poenituerunt, officiorum suorum sic loca recipient: ut non possint ad altiora officia vterius promoueri.

P R O alia parte, quod ad pristinam dignitatem redeant per poenitentiam, facit illud Lucæ. 15. Exite cito, afferte illi stolam primam, &c.

S E C V N D O. Facit illud ibidem, Gaudium erit, super uno peccatore poenitentiam agéte, magis quam super nonaginta nouem iustis: qui non indigent poenitentia.

T E R T I O. Facit pro hoc quod ibidem dicitur de errante ouie, pīj pastoris humeris, ad ouile reportanda, etiam relicta nonaginta nouem in deferto, quæ perditæ non fuerant.

Q U A R T O. Pro hoc est quod habetur. 50. d. cap. Quia sanctitas. Vbi dicitur. Post dignam satisfactionem, credimus hominē posse redire ad suum honorem.

Q U I N T O. Pro hoc est caput Cōtumaces, in eadem. d. Vbi dicitur. Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigan tur: ita ut cum eos poenitentia correxerit, gradū suum, dignitatē recipiant.

VT hæc omnia concilientur, & sciatur quando, & ad quam pristinam dignitatem lapsi ecclesiastici redeant, dico prius, quod de iure diuino & naturali, nulla dignitate ecclesiastica priuatur poenitens post poenitentiam: quia stando in iure naturali, vel diuino tantum, quicunque poenitentes vere, potest creari sacerdos aut episcopus, si aliás est doctus, & dignus.

S E C V N D O. Dico, quod per poenitentiam restituitur poenitentes in principali dignitate apud Deum de iure diuino: ut in præcedenti articulo disputabamus, & hic dicit. S. Thom. conclusione prima.

T E R T I O. Dico, quod non restituitur poenitens in secundariam dignitatem apud Deum, hoc est, innocentiam. Et hæc est. S. Thom. hic ad primum, & in corpore, in secunda conclusione: quia illud non est factibile.

Q U A R T O. Dico, quod illi qui non poenitent de suis peccatis: non restituentur in dignitatem ecclesiasticam in Decreto. d. 50. ca. Dominio. Et his propo

his propositionibus intelliguntur multa iura, quæ hoc dicunt.

Q U I N T O. Non restituuntur in pristinā dignitatem ecclesiasticam, illi qui negligenter poenitentiam agūt: in ead. d. 50. ca. Si quis diaconus.

S E X T O. Non restituuntur in pristinam dignitatem ecclesiasticam, illi qui perfectæ poenitent, si peccata eorum irregularitatem habebant annexam, ca. Si quis viduus, eadem. d. & cap. finali, extra de temporibus ordinationum.

S E P T I M O. Non restituuntur poenitentes in pristinam dignitatem ecclesiasticam, si scandalū oriatur ex suo peccato, cap. de ijs. 50. d. Et ex prædicto cap. finali, quod habet sic, omne crimen graue notorium, etiam post poenitentiam, impedire celebrationem, & hoc quoq; sedetur scandalū.

O C T A V O. Dico, quod extra hos casus, redeunt poenitentes ad pristinam dignitatem ecclesiasticam, post poenitentiam, etiam sine quacunq; dispensatione. V.g. quando perfecte poenitent, & peccatum non habet annexam irregularitatem, nec est notorium: ut sit scandalosum.

N O N O. Dico, quod si peccatum fuit occultū, quantuncq; fuerit graue, si non habet annexam excommunicationem, aut suspensionem, aut irregularitatem, per occultā poenitentiam restituuntur poenitentes in pristinam dignitatem. Hæc est S. Thom. hic & omnium.

D E C I M O. Dico, quod dispensatione Papæ, semper possunt poenitentes redire ad dignitatem ecclesiasticam: quantuncq; grauissime peccauerint, & quantuncq; fuerint irregularares. Probatur: quia omnis irregularitas est de iure positivo, secundum Innocentium receptum in cap. Ad audiētiā, extra de homicidio. Quod nos præfissus agemus infra, in materia de irregularitate, in secunda. 4.

V N D E C I M O. Dico, quod qñ peccatum fuit scandalosum, antequam sedetur scandalū, si Papa dispenset, erit ille dispensatus securus, quantum ad forum exterius: non autem quo ad Deum: quia talis peccatum administrando dignitatem ecclesiasticam: scandalizat enim alios.

A D D E etiam, quod post publicā poenitentiam, non redeunt poenitentes ad dignitatem ecclesiasticam, sine dispensatione. Ita Ciriacus Papa in suis Decretis cap. 14. Et. S. Thom. ad tertium. Et si est mulier quæ poenitet publice: non vellatur postea. Reddit. S. Th. rationes in. 4. d. 14. q. i. ar. 5. q. i. ad. 3. de mulieribus, quia. s. dignitatem virginitatis non recuperant post fornicationem. De clericis propter dignitatem ordinū. Secundo propter timorem recidiuij. Tertio propter scandalum vietandum, quod posset in populo oriri, ex memoria præteriorum peccatorum. Quarto: quia non habet frontem alios corrigendi: cum peccatum eius fuerit publicum.

D V O D E C I M O. Est notandum, quod illud quod. S. Th. dicit in materia. 4. cōclusionis, qui. s.

post baptismum occidit hominem facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione, est irregularis.

Erat hoc verum secundum antiqua iura tempore. S. Th. quia sic ius disponebat, quod quicunque occideret hominem, etiam in propriam defensionem ad salutem suam necessariam, esset irregularis: quia illa irregularitas erat pro facto illo, & non pro culpa. Ideo simpliciter verum dixit. S. Th. quia tunc sic erat. Sed postea Clemens. 5. restrinxit illum rigorem iuris, & instituit, quod qui occidit hominem in defensionem propriam, & necessariam ad saluandum se (quia aliás, nisi occidat alium, occidetur, aut percutietur ab alio) non sit irregularis. Et habetur Clementina vnica, de homicidio cap. vñco. Si furiosus.

V E L secundo dico, quod hoc quod dicit. S. Th. s. qui occidit, etiam in propriam defensionē, est irregularis, si illa defensionē cū morte alterius, non erat necessaria ad saluandum se: quia sine eo quod occideret alium, possit se defendere, & excessit modum: quia non se defendit cum moderamine inculpatæ tutela. Tunc enim, etiam nunc existente illa Clementina, est irregularis.

A N autem sit eadem ratio de defensione rerū, quæ de propria defensione? Dubium est. Et nos infra, latius tractabimus.

Articul. quartus.

Vtrum opera virtutū in charitate facta possint mortificari.

 **D Q U A R T V M** sic pro ceditur. Videatur qđ opera virtutum in charitate facta mortificari non possint. Quod enim non est, immutari non potest. Sed mortificatio est quadam mutatio de vita in mortem. Cum ergo opera virtutum postquam facta sunt, iam non sint, videtur quod vterius mortificari non possint.

P R A E T E R E A. Per opera virtutū in charitate facta, homo meretur vitā eternam. Sed subrahē mercedem merentis, est iniustitia, quæ non cadit in Deum. Ergo non potest esse, quod opera virtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificantur.

P R A E T E R E A. Fortius non corrupitur à debiliō. Sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet pēcis: quia (ut dicitur Prove. 10.) Uniuersa delicta operit charitas. Ergo vide tur quod

tur quod opera in charitate facta, per seques peccatum mortale mortificari non possint.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, oes iustitia eius quas fecerat, non recordabitur. **R E S P O N D E O**, dicendum, quod res viua per mortem perdit operationem vita. Vnde per quandam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impeduntur a suo proprio effectu vel operatione. Effectus autem operum virtuorum, quae in charitate fiunt, est perducere ad vitam eternam. Quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit. Et secundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod sicut opera peccatorum transiunt actu etiam manent reatu: ita opera in charitate facta postquam transiunt actu, manent merito in Dei acceptatione. Et secundum hoc mortificatur, in quantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedem.

A D S E C V N D V M dicendum, quod sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quantum ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequentem. Nam et ea, quae homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit. **A D T E R T I V M** dicendum, quod non est propter fortitudinem operum peccati, quod mortificatur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quae potest a bono in malum deflecti.

IN HOC art. 4. solū est notandum propter modum loquendi Doctorū, quid sit opus mortificari, & opus mori, aut quid sit opus esse mortuum, aut esse mortificatum. Nam mortificari, aut esse mortificatum est impediri, aut esse impeditum, ne habeat effectum, quem adhuc potest habere, si impedimentum remoueatur. Opus autem mori, vel esse mortuum, est quod non potest habere effectum: quia nec virtualiter habet, unde posuit vivere, vel opus vitale exercere. Opus autem quod tantum est mortificatum & non mortuum: habet adhuc in diuina acceptatione, unde perducatur operantem in vitam eternam: sed impeditur per peccatum mortale, quo sublato, habet opus illud, quod erat mortificatum, & impeditum, suum effectum.

Articul. quintus.

Vtrum opera mortificata per peccatum, per poenitentiam reuiuiscat.

D Q V I N T V M sic proceditur. Videtur, quod opera mortificata per peccatum, per poenitentiam non reuiuiscat. Sicut enim per poenitentiam subsequentem remittitur peccata præterita: ita etiam per peccatum sequens, mortificantur opera prius in charitate facta. Sed peccata dimissaper poenitentiam, non redeunt: ut supra dictum est. Ergo videatur, quod etiam opera mortificata, per charitatem non reuiuiscant.

P R A E T E R E A. Opera dicuntur mortificari, ad similitudinem animalium, que moriuntur: ut dictum est. Sed animal mortuum, non potest iterum vivificari. Ergo nec opera mortificata, possunt iterum per poenitentiam reuiuiscere.

P R A E T E R E A. Opera in charitate facta, merentur gloriam secundum quantitatem gratiae vel charitatis. Sed quandoque per poenitentiam homo resurgit in minori gratia, vel charitate. Ergo non consequitur gloriam, secundum meritum priorum operum. Et ita videatur, quod opera per peccatum mortificata, non reuiuiscant.

S E D C O N T R A est, quod super illud Ioh. 2. Reddam vobis annos quos comedit locusta, dicit glosa. Non patiar perire ubertatem, quam cum perturbatione animi amisisti. Sed illa ubertas est meritum bonorum operum, quod fuit impedimentum per peccatum. Ergo per poenitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta.

R E S P O N D E O, dicendum, quod quidam dixerunt, quod opera meritoria per seques peccatum mortificata, non reuiuiscunt per poenitentiam subsequentem: considerantes, quod opera illa non remaneant, ut iterum vivificari possint. Sed hoc impeditur non potest, quia non uiuentur.

uiuentur. Non enim habent vim perducendim vitam aeternam (quod pertinet ad eorū vitam) solū secundum quod actu existunt: sed etiā postquam actu esse desinunt, secundum quod remanent in acceptatione divina. Sic autem remanent, quantum est de se, etiā postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & sancti de eis gaudebunt, secundum illud Apoca. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Sed quod isti, qui ea fecit, non sint efficacia adducendum in vitam eternam, prouenit ex impedimento peccati superuenientis: per quod ipse redditus est indignus vita eterna. Hoc autem impedimentum tollitur per poenitentiam, in quantum per eam remittuntur peccata. Vnde restat, quod opera prius mortificata, per poenitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam eternam. Quod est ea reuiuiscere. Ergo reuiuiscunt per sequentes poenitentias.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod opera peccati, per poenitentiam abolentur, secundum se: ita quod ex eis & alterius Deo indulgete, nec macula, nec creatus inducatur. Sed opera in charitate facta, non abolebitur a Deo in cuius acceptatione remanent: sed impedimentum accipiunt ex parte hominis operantis. Et idcō remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte sua illud quod opera merebantur.

A D E S C V N D V M dicendum, quod opera in charitate facta, non mortificantur secundum se (sicut dictum est) sed solum per impedimentum superueniens ex parte operantis. Animalia autem moriuntur secundum se: in quantum priuantur principio vita. Et ideo non est simile.

A D T E R T I V M dicendum, quod ille, qui per poenitentiam resurgit in minori charitate, consequetur quidem premium essentialie, secundum quantitatem charitatis in qua inuenitur. Habebit tamen gaudium

maius de operibus in primacharitate factis, quam de operibus, que in secunda fecit. Quod pertinet ad premium accidentale.

IN HOC quinto articulo est conclusio. S. Th. quod opera quæ fuerunt facta in charitate, meritoria, & fuerunt per peccatum mortificata, ne haberent tuum effectum, nepe, perducendi in vitam eternam, reuiuiscunt per poenitentiam sequente. ET hæc conclusio probatur in litera, prius hoc modo. Illa opera fuerunt à Deo simpliciter acceptata: vt pro illis daret illi operanti terram gratiam & gloriam, & semper sic maneret acceptata in diuina acceptatione. Ergo remoto impedimento peccati mortalis, quo ille peccatis factus est indignus vita eterna, quod per poenitentiam remonetur, opera illius mortificata, recuperat efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam eternam. Quod est ea reuiuiscere. Ergo reuiuiscunt per sequentes poenitentias.

SECVNDO probatur in arguimento in contra illis testimonijs Iohannis, & glossa, ibi citatis. Ex idem dicit Hieron. ibidem super prophetam Iohannem. Quod & glosa illa dicit.

V N D E colligo, conclusionē predictam adeo esse certam, vt sit de fide: sicut supra, articulo secundo diximus. Et in hoc articulo nō est magna difficultas, post illa quæ diximus in articulo secundo praecedenti.

SED arguitur argumento hic tertio. S. Th. quia nos diximus supra articulo secunde, quod ita reuiuiscunt opera illa mortificata, quod semper datur à Deo pro illis aliqua gratia & gloria ultra illam gratiam & gloriam, quæ datur pro cōtritione, vel poenitentia, in qua resurgit, cōtra Thomistas aliquos, qui oppositū dicebant. Et D. Th. hic ad tertium videtur expresse dicere illud quod Thomistæ dicunt contra nostrā sententiam. Ergo quod nos dicimus, non est de mente Sancti. Thom. sed potius cōtra. S. Th. Probatur antecedēs: quia Thomas sic dicit ad. 3. Ad. 3. dicendum quod ille qui per poenitentiam resurgit in minori charitate, consequetur quidem premium essentialie secundum quā titratem charitatis in qua inuenitur habebit tamē gaudium maius de operibus in prima charitate factis: quam de operibus quæ in secunda fecit, quæ pertinet ad premium accidentale. Hæc. S. Th. Ergo nostra sententia est contra. S. Th. Ergo aliorū Thomistarū sententia, nepe, quod resurgēti a peccato non datur gratia, nec gloria, nisi precise secundum quantitatē poenitentia in qua resurgit. Est sententia. S. Th. Ergo poenitenti nihil dabitur de præterita gratia: sed solum illa quæ daretur pro illa poenitentia, est non haberet alia bona opera. Et alij Thomistæ ad dicendum illud maxime inveniuntur ex hoc dicto. S. Th. Ego autem dico, quod nō est illa intētio. S. Th. vt probauit in art. 2. praecedēti, sed ipsi Thomistæ male falluntur. Probatur. Quia. S. Th. in art. 3. praecedēti ad. 2. expresse dicit q. quod

quod qui perfecte poenitent. i. secundū totum contū, recuperat totū gradū p̄cedentē. Ergo qui imperfecte poenitent, aliquid recuperabit, & si non totū: ut nos exposuimus supra art. 2.

PRAETEREA. Hic in principali conclusione expresse dicit. S. Th. quod opera mortificata p̄cedentia recuperant per poenitentiā efficaciā perducendi cū qui fecit ea in vita eternā. Ergo habet ille præmiū essentiale pro illis operibus. Ergo non solum pro contritione, vel poenitentiā. Ideo stādū est in vero sensu, quē probauimus in. 2. ar. nempe, quod semper datur poenitenti aliquid gratiæ & gloriæ pro illis operibus mortificatis, quæ reuiviscent, ultra illam gratiam & gloriam, quæ datur pro poenitentiā in qua resurgit.

SEI) tunc, quid ad verba. S. Th. citata ex solutio ne ad. 3. Dico, quod vult dicere, & luculenter dicit quod poenitens consequetur præmiū essentiale, secundū quantitatē charitatis in qua inuenitur, nēpe, quia inuenitur ille, qui non perfecte poenitent (de hoc tantū loquitur ibi) in quantitate, exempli gratia, vt. 20. Cuius aliqui gradus sunt pro poenitentiā in qua resurgit, & alijs sunt pro operibus p̄teritis, quæ reuiviscent, & quia nō poenituit perfecte, non datur ei tota gratia p̄terita. Et tunc pro illis gradibus illius gratiæ p̄teritæ & charitatis, qui non restituuntur ei propter causam dictā, nēpe, quia non perfecte poenitent, ne quo ad illos gradus maneat illa opera sine præmio, dat Deus benedictus illud gaudium accidentale. Hæc est sententia. S. Th. & oppositum non est credibile.

Articulu. sextus.

Vtrum per poenitentiam subsequētem etiā opera mortua viuiscētur.

D S E X T V M Sic proceditur. Videtur quod per poenitentiam subsequētem, etiam opera mortua (quæ s. non sunt in charitate facta) viuiscēntur. Difficilis enim videtur, quod ad vitam perueniat illud qđ fuit mortificatum (quod nunquam fit secundum naturam) quā illud quod nunquam fuit viuum, viuiscetur: quia ex non viuis, secundum naturam aliqua viua generantur. Sed opera mortificata, per poenitentiam viuiscēntur: ut dictum est. Ergo multo magis opera mortua viuiscēntur.

P R A E T E R E A. Remota causa, remouetur effectus. Sed causa quare ope-

ra de genere bonorum sine charitate facta non fuerint viua, s. ut defectus charitatis & gratiæ. Sed iste defectus tollitur per poenitentiam. Ergo per poenitentiam opera mortua viuiscēntur.

P R A E T E R E A. Hieronymus dicit. Si quando videris inter multa mala opera, facere peccatorem quenquam aliqua, que iusta sunt, nō est tam iniustus Deus, ut propter multa mala, obliuiscatur paucorum bonorum. Sed hoc maxime videtur quando mala p̄terita per poenitentiam tolluntur. Ergo videtur, quod post poenitentiam Deus remuneret prior bona opera in statu peccati facta: quod est ea viuiscari.

S E C O N D U M est, quod Apostolus dicit. i. Cor. nth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hoc autem non est, si saltus p̄teritiam subsequenter viuiscarentur. Non ergo poenitentia viuiscat opera prius mortua.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod opus aliquoddicitur mortuum dupliciter. Vno modo effectue, quia s. est causa mortis. Et secundum hoc opera peccati dicuntur opera mortua secundū illud Hebre. 9. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Hæc igitur opera mortua, non viuiscēntur per poenitentiam, sed magis abolentur: secundum illud Hebre. 6. Non rursus iacete funeramentum poenitentia ab operibus mortuis.

A L I O modo dicuntur opera mortua priuative: quia s. carent vita spirituali, quæ est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo viuit, sicut corpus per animam. Et per hunc modum etiam fides, quæ est sine charitate, dicuntur opera mortua: secundum illud Iacobi. 2. Fides sine operibus mortua est. Et per hunc etiam modum, omnia opera quæ sunt bona ex genere, si sine charitate fiant, dicuntur opera mortua: inquantū s. non procedunt ex principio vita, sicut si dicamus sonū cythara uocē mortua

SIC igitur differentia mortis & vita in operibus, est secundū comparationem ad principium à quo procedunt. Opera autem non possunt iterum à principio procedere (quia transiunt) & iterum eadem numero resumi non possunt. Vnde impossibile est, quod opera mortua iterum fiant viua per poenitentiam.

A D P R I M U M ergo dicendum quod in rebus naturalibus tā mortua, quam mortificata carent principio vita. Sed opera dicuntur mortificata, non ex parte principij ex quo processerunt: sed ex parte impedimenti extrinseci. Mortua autem dicuntur ex parte principij. Et ideo non est similis ratio.

A D S E C U N D U M dicendum, quod opera de genere bonorum sine charitate facta dicuntur mortua proper defectū charitatis & gratiæ, sicut principij. Hoc autem non prestatur eis per poenitentiam sequentem, ut ex cali principio procedant. Vnde ratio non sequitur.

A D T E R T I U M dicendum quod Deus recordatur bonorum, quæ quis facit in statu peccati, non ut renumeret ea in vita eterna, qđ debetur solis operibus viuis. i. ex charitate factis. Sed remunerat ea temporaliter muneratione, sicut Grego. dicit in homilia de diuinitate Lazaro, quod nisi diues ille aliquod bonum egisset, t̄ in presenti seculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abram diiceret, recepisti bona in vita tua.

V E L etiam hoc potest referri ad hoc quod patietur tolerabilius iudicium. Unde dicit Aug. in lib. de patientia. Non possumus dicere, schismatico melius fuisset, ut Christus negando, nihil eorum patereetur, quæ passus est confitendo: sed existimandum est, tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando nihil eorum patereetur: ut illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: intelligatur ad regnum cælorum obtineendum, non ad extremi supplicij iudicium tolerabilius subeundum.

I N HOC art. 5. est unica conclusio, quæ sic habet. Opera mortua non viuiscantur per poenitentiam sequentem. Quā conclusionem probat. S. Th. testimonio divi Pauli in argumēto incōtra & unica ratione i litera articuli. Vide ibi qd adeo manifeste loquitur, quod non est opus ea repetere. Sed ultra probationes. S. Th. ego probo prædictā conclusionē hoc modo. Nulla opera viuiscantur per poenitentiā, nī illa quæ aliquo modo manent, saltē in diuina acceptatione. At opera mortua nullo modo manent, nec in diuina acceptatione: quia nunquā fuerūt accepta à Deo. Ergo non possunt ad vitā redire: quia in Deo nulla potest esse mutatio. Ideo post quam semel noluit ea acceptare, nun quam acceptabit.

D U A T A T V R circa illud qđ dicit. S. Th. Dubium in solutione ad. 3. nēpe, quod patietur iudicium tolerabilius, de se, ille qui bona opera exercet in mortali, quā si non exercebat. Dubitatur (inquit) quomodo hoc intelligitur quia videtur falsū. Poena enim essentialis correspondet qualitati & quantitatati culpæ in qua peccator decedit, & illa poena non remittitur ei, nec in totū, nec in parte propterea qđ existens in peccato mortifero fecit aliquā bona opera moraliter. Ergo non videtur verū dūtum. S. Thom:

A D H O C dico, quod in secunda secūda. q. 9. art. 5. exponit dominus. Tho. (vt ibi latius videbimus) qđ illud potest intelligi dupliciter. Vno modo: quia ille qui in mortali exercet bona opera, ob hoc ipsum quia bonis operibus occupatur, impeditur, ne committat plura peccata, quæ committeret, nī dedit eleemosynā, quando tenetur exēpli, gratia, & a lia id genus fecisset. Et ideo minus punitur in inferno, quā puniretur: quia tunc punitur pro uno peccato & alias puniretur pro multis.

S E C U N D O dicitur, quod patietur iudicium tolerabilius: quia ille qui in pētō mortali exercet bona opera, peccat cum minori cōceptu video minori poena punietur in inferno, si decebat cū illo peccato, quā puniretur, si illud peccatum esset ex maiori contemptu: quia tunc sicut peccatum esset grauius: at & poena grauior esset.

Quæstio . XXXI.

De partibus poenitentiæ in generali.

E I N D E considerandum est de partibus poenitentiæ. Et primo in generali: secundo in specie singulari. Circa primum, que runtur quatuor.

P R I M O. Vtrū pœnitentia habeat partes
S E C U N D O. De numero partium.
T E R T I O. Quales partes sint
Q V A R T O. De divisione eius in partes
subiectivas.

Articul. primus.

Vtrum pœnitentia debet partes
assignari.

D P R I M U M fceditur. Vide
ur qd pœnitentia nō debet par-
tes assignari. Sacramēta enī sūt
in quibus diuina virtus secrete-
us opatur salutē. Sed virtus diuina est vna
& simplex. Non ergo pœnitentia, cum sit sa-
cramētum, debet partes assignari.

P R A E T E R E A. Poenitētia est virtus,
& est sacramētum. Sed ei in quantum est vir-
tus, non assignantur partes (quā virtus sit
habitū quidā, qui est simplex qualitas men-
tis) similiter etiā & pœnitentia in quantum est
sacramētum, non videtur quod sint partes as-
signande: quia baptismo & alijs sacramētis
non assignantur partes. Ergo pœnitentia nul-
lo modo debet partes assignari.

P R A E T E R E A. Poenitētia materia,
est peccatum: ut supra dictū est. Sed peccato
non assignantur partes. Ergo etiam nec poenitentia
sunt partes assignande.

S E D C O N T R A est, quod partes sunt
ex quibus perfectio alicuius integratur. Sed
poenitentia perfectio integratur ex pluribus
. sex contritione, confessione, & satisfactio-
ne. Ergo pœnitentia habet partes.

R E S P O N D E O. dicendum, quod par-
tes rei sunt, in qua naturaliter totum diuidi
tur. Habent enim se partes ad totū, sicut ma-
teria ad formam. Vnde in 2. ph. partes po-
nuntur in genere causa materialis: totum au-
tem in genere causa formalis. Vbiunque igi-
tur ex parte materie inuenitur aliqua plura
du quod sacramētū, habeat partes. Et est cōclusio.

S. Tho.

litas, ibi est inuenire partium rationem. Di-
ctum est autem supra, quod in sacramento
poenitentiae, actus humani se habent per mo-
dum materie. Et ideo cum plures actus hu-
mani requirantur ad pœnitentiae perfecti-
onem s. contrito, & confessio, & satisfactio
(ut infra patebit) consequēt est, quod sacra-
mentum pœnitentiae habeat partes.

A D P R I M U M ergo dicēdū, quod
quodlibet sacramētum habet simplicitatem
ratioē virtutis diuina que ī eo operatur. Sed
virtus diuina, propter sui magnitudinem,
operari potest, & per unum, & per multa:
ratione quorum & alicui sacramēto possunt
partes assignari.

A D S E C U N D U M dicendū, quod
pœnitentia, secundum quod est virtus, non
assignatur partes: actus enī humani qui mul-
tiplicantur in pœnitentia, non comparantur
ad habitum virtutis sicut partes: sed sicut ef-
fectus. Vnde relinquuntur, quod partes assignan-
tur pœnitentiae, in quantum est sacra-
mentum, ad quod actus humani comparantur
ut materia. In alijs autem sacramētis ma-
teria nō sunt actus humani: sed aliqua res ex
terior, vna siue simplex, ut aqua, vel oleū;
siue cōposita, ut christīma. Et ideo alijs sacra-
mentis non assignantur partes.

A D T E R T I U M dicendū, quod pecca-
ta sunt materia remota pœnitentiae: inquan-
tū si sunt materia, vel obiectum humanorū
actū, qui sunt propria materia pœnitentiae,
prout est sacramētum.

IN HOC primo articulo est prius notandum
quod postquā loqui sumus de pœnitentia se-
cundum se. i. postquam diximus quid sit pœnitentia,
& egimus de effectibus cōmunitib⁹ ipsi pœni-
tentiae, ut est sacramētum, & ut est virtus, nempe,
de remissione peccatorum, quæ sit per ipsam pœ-
nitentiam: agendum nobis est nūc de partibus pœ-
nitentiae. Et quia pœnitentia ut virtus est, non ha-
bet partes, cum sit simplex qualitas (ut supra dixi-
mus) ideo non est quæstio de hoc. I. an pœnitentia
secundum quod virtus, habeat partes: quia certum
est, quod non. Sed est quæstio, an pœnitentia secundum
quod sacramētū, habeat partes. Et est cōclusio.

S. Tho. & omnium communiter, quod ita. Et pro-
bat: quia tam in artificialibus, quam in naturali-
bus, illa quæ requiruntur ad formam totius. scad
totum, sunt partes illius, & ita à Philosophis vo-
cantur. Sed ad pœnitentiam, ut est sacramētū,
requiruntur tria. s. contrito, confessio, & satisfa-
ctio. Ergo. &c.

HAEC materia tractatur à Magistro in. 4. d. 16.
& ibidē ab omnibus, qui super Magistrū scribūt.

DUBIUM unicum.

DUBITATVR an conclusio sancti Tho. sit
de fide. Ad quod dico, quod nō est: quia Scot.
in. 4. d. 16. q. 1. dicit, quod sacramētum pœnitentiae
non habet partes: sed solum est ipsa absolutio
sacerdotis. Et Durand. in. 4. d. 14. q. 2. art. 1. dicit,
quod sacramētum pœnitentiae non habet alias
partes, nisi solum confessionem pœnitentis, & ab
solutionem sacerdotis. Contritionē dicit, esse quā
dam præcedētē dispositionem: satisfactionem
vero quid consequens ad sacramētū pœnitentiae.
SED conclusio. S. Thom. quod pœnitentia habet
partes, est communis, etiam aliorum doctorum,
exceptis Scoto & Durād. Et est securior: quia ab
ecclesia recepta in concilio Florentino, sub Eugenio.
4. vbi sic dicitur. Quartum sacramētum est
pœnitentia. Cuius quasi materia, sunt actus pœni-
tentis, qui in tres distinguntur partes. Quā pri-
ma est cordis contrito. Ad quam pertinet: ut do-
leat de peccato commisso, cum proposito non pec-
candi de coetero: secunda est oris confessio. Ad quā
pertinet: ut peccator omnia peccata, quorum me-
moria habet, suo sacerdoti confiteatur integra
liter. Tertia est satisfactio pro peccatis, secundū
arbitriū sacerdotis, quā quidem præcipue fit
per orationem, ieunium, & elemosynam. Forma
autem sacramēti huius, sunt verba absolutionis:
quæ sacerdos perfert, cum dicit, Ego te absolu. Er-
go rationabilior & securior est cōclusio. S. Tho.
ET probatur rursus: quia illæ sunt partes alicuius
totius, quæ requiruntur ad perfectum esse illius.
At hæc tria, contrito, confessio, & satisfactio, re-
quiruntur ad perfectam pœnitentiam sacramē-
talem, etiam si non requirerentur ad veram pœ-
nitentiam. Ergo sunt partes illius.

Articul. secundus

Vtrum conuenienter assignentur
partes pœnitentiae, contrito, con-
fessio, & satisfactio.

DSECUNDUM sic pro-
ceditur. Videtur, quod inconve-
nienter assignentur partes pœni-
tentiae, contrito, confessio, & sa-
tisfactio. Cōtrito enim est in corde (et) sic per-
met ad interiore pœnitentiam) confessio au-

tem est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo
ultima pertinent ad exteriorem pœnitentia
Pœnitentia autem interior, non est sacra-
mentum, sed sola pœnitentia exterior, quæ sensu
subiacet. Non ergo conuenienter assignantur
haec partes sacramento pœnitentiae.

P R A E T E R E A. In sacramento no-
leg. confertur gratia: ut supra habitum est.
Sed in satisfactione non confertur aliqua gra-
tia. Ergo satisfactio non est pars sacra-
menti.

P R A E T E R E A. Non est idem fru-
ctus rei, & pars. Sed satisfactio est fructus
pœnitentiae secundū illud Lucae. 3. Facute fru-
ctus dignospœnitentiae. Ergo non est pars pœ-
nitentiae.

P R A E T E R E A. Pœnitentia ordina-
tur cōtra peccatum. Sed peccatum potest per
fici solum in corde, per consensum: ut in secū-
da parte habitum est. Ergo & pœnitentia. Nō
ergo pœnitentia debet partes ponē, confessio
oris, & satisfactio operis.

S E D C O N T R A videtur, quod debe-
antponi plures partes pœnitentiae. Pars enim
hominis ponitur, non solum corpus, quod est
eius materia: sed etiam anima, quæ est eius
forma. Sed tria prædicta, cū sint actus pœni-
tentis, se habent sicut materia: absolu. au-
tem sacerdotis se habet per modum forme:
Ergo absolu. sacerdotis, debet ponē quartā
pars pœnitentiae.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod du-
plex est pars: ut dicitur i. s. Metha. s. pars es-
sentia, & pars quātitatis. Partes essentia sunt
naturaliter quidem forma & materia, logi-
ca autem, est genus & differentia. Hoc autē
modo quodlibet sacramētum distinguitur in
materiam & formā, sicut in partes essentie.
Vnde & supra dictum est, quod sacramēta
consistunt in rebus & verbis. Sed quia quā-
titas se tenet ex parte materie, partes quanti-
tatis sunt partes materie. Et hoc modo sacra-
mento pœnitentiae specialiter assignantur par-
tes (ut dictum est) quantum ad actus pœni-
tentis

q. iij tentis

tētis, qui sunt materia huius sacramenti.

DICtu est aut supra, qd alio modo fit recōpen-
satio offensae in pœnitētia, & in vindicatiua
iustitia. Nā in vindicatiua iustitia fit recō-
pensatio secundū arbitriū iudicis, non secundū
voluntatem offendentis vel offensae. Sed in
pœnitētia fit recompensatio offensae secundū
voluntatem peccantis, & secundum arbitriū
Dei, in quem peccatur: quia hic non queritur
sola redintegratio a qualitatibus iustitiae (sicut
in iustitia & vindicatiua) sed magis reconcilia-
tio amicitiae, quod fit dum offendens recompe-
sat secundum voluntatem eius, quē offendit.
SIC igitur requiritur ex parte pœnitentis, pri-
mo quidē, voluntas recōpensandi, quod fit per
contritionē Secundo quod se subiciat arbitrio
sacerdotis loco Dei, qd fit in cōfessione. Tertio
quod recōpenset secundū arbitrium ministri
Dei, quod fit in satisfactione. Et ideo contri-
tio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes
pœnitētia.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod
contritio secundum essentiam quidē, est in cor-
de, & pertinet ad interiorem pœnitētiam:
virtualiter autem pertinet ad exteriorē pœ-
nitētiam: in quantum s. implicat propositiū
confendi, & satisfaciendi.

AD SECUNDVM dicendū, quod
satisfactione confert gratiam, prout est in propo-
sito, & auget eam prout est in executione: si-
cūt ē baptismus i adultis: ut supra dictū est.
AD TERTIVM dicendum, quod sa-
tisfactione est pars pœnitentiae sacramenti, fru-
ctus autem pœnitentiae virtutis.

AD QVARTVM dicendū, quod
plura requiruntur ad bonum, quod procedit
ex integrā causa, quam ad malū, quod pro-
cedit ex singularibus defectibus: secundū Dio-
nysi. 4. cap. de diuinis nominibus. Et ideo
lacet peccatum perficiatur in cōfensu cordis, ad
perfectionē tamen pœnitētiae requiritur &
contritio cordis, & confessio oris, & satisfa-
ctio operis. Ad contrarium vero patet solu-
tio per ea quædicta sunt.

IN HOC arteulo secundo est prius notādum,
qd partes quantitatis alicuius rei, vel partes ma-
teriales, seu integrales (qua idē sunt) sūr duplices.

Quædā propriæ, illæ, s. quæ p̄prie extēdūtur: vt ma-
nus, brachiu, in homine. Aliæ autē d. cuntr part-
es integrales improprie, per quandam similitu-
dinem ad partes extensas. Et ita ponuntur partes
in sacramento pœnitētiae: quia homo quādō poe-
nitet: hoc modo extēditur, quod prius dolet, postea
confitetur, deinde satisfacit. Ideo istæ dicuntur par-
tes quantitatis, aut integrantes, vel materiales, ob-
predictam similitudinem.

SECUNDUO est notādum, quod in naturalibus
rebus, partes quantitatibus, sunt ex parte materia-
ita in pœnitētiae, materia pœnitētiae habet plures
partes. Sunt enī actus humani materia sacra-
menti pœnitētiae, qui multi sunt. s. cōtritio, cōfessio, &
satisfactione. Et deniq; totū quod ex parte pœnitē-
tiae, requiritur ad sacramentum pœnitētiae est
eius materia. Et sicut homo per suas partes ma-
teriales extenditur: ita pœnitētia extendi dici-
tur, & habere partes materiales: vt diximus.

TERTIO. Dixi in articulo præcedenti, q. Scot.
in. 4. d. 16. q. 1. dicit qd sacramentū pœnitētiae nō
habet istas partes: sed est sola absolucione sacerdotis
Et Duran. in. 4. d. 14. q. 2. art. 1. dicit, quod sacramen-
tum hoc non habet nisi duas partes. s. confessionē
& absolutionem.

ET arguitur hoc modo pro istis doctoribus con-
tra conclusionem. S. Thom. quæ est etiā cōmunis
Bene sequitur. Propterea à. S. Thom. & alijs ponun-
tur partes illæ plures in pœnitētiae sacramento,
quia requiruntur ad illud. Sed ad pœnitētiae vir-
tutem requiruntur & concurrunt multa, illa eti-
am quæ sunt in sacramento pœnitētiae. At in pœ-
nitētiae virtute non ponuntur plures partes. Er-
go nec in pœnitētiae vt est sacramentum.

AD hoc cōcesso antecedēt, nego consequētiam:
quia licet oī illa quæ inueniatur in pœnitētiae vt
est sacramentum, inueniatur in pœnitētiae, vt est
virtus ex parte pœnitētiae: non tamē cōdē modo.
Et ideo nō ponimus partes pœnitētiae virtutis,

& ponimus partes pœnitētiae, vt est sacra-
mentum: quia prædicta illa sunt pœnitētiae virtu-
tis effectus, qui requiruntur ad placandum De-
um. Confessio etiam, quæ aliquando actus pœ-
nitētiae virtutis non erat, nunc est actus ejus:
quia aliquando non fuit requisita ad pœnitētiae
virtutem, & nunc post Christi institutionem re-
quiritur. Et illa eadem non sunt effectus pœnitē-
tiae, secundum quod est sacramentum, sed partes:
quia contritio est prior sacramento, & sic non est
eius effectus. Ergo non est eadē ratio, quo ad hoc,
de pœnitētiae vt est sacramentum: & de pœnitē-
tiae qualiter virtus est.

SECUNDUO. Arguitur hoc modo. Satisfactione
non requiritur ad sacramentū pœnitētiae. Ergo
nō est pars eius. Cōsequētia bona, antecedēs probō

Siquis

Siquis confitetur peccata sua, & conteritur de il-
lis, & absolvitur: esto non faciat amplius aliquā
aliam satisfactionem (immo dicunt aliqui quod
non tenetur facere) est verū sacramentum, & si
ne satisfactione. Ergo satisfactione non est pars poe-
nitētiae.

AD HOC Capre. in. 4. d. 16. q. 1. respondet ex ver-
bis. S. Tho. quod duplices sunt partes rei. Quædā
essētiales, & sine his impossibile est, q. sit res. Aliæ
sunt partes integrales, & sine his pōt̄ esse res: quia
licet illæ requirantur ad perfectionē, non tamē ad
essētiā & veritatem rei. Homo enim non potest
esse sine materia & forma, quæ sunt partes essēti-
ales: tamen potest esse sine manu, quæ est pars inte-
gralis. Et esto q. homo possit esse sine manu, nō po-
test rationabiliter negari, quod manus sit pars ho-
minis. Ita dicendum est de pœnitētiae, quod, s. illa
non potest esse sine materia & forma. Materia
est actus pœnitentis, forma, est absolutio, & sine
his nō potest esse pœnitētiae. Partes autē integra-
les sunt contritio, & satisfactione. Ideo potest esse si-
ne illis: sed licet sit verū sacramentum, non tamen
erit perfectum sine illis: quia sunt de perfectione
sacramēti, licet non de essētia.

IDEM argumentū fit de cōtritione. Quia potest
accedere ad sacramentū pœnitētiae sine contriti-
one, vel ex ignorantia: quia putat se contritū esse,
& non est, vel accedit cū attritione solū, ita quod
non sufficiebat illa dispositio ad hoc q. peccata re-
mitterentur, sed remittuntur per sacramentū solū
Iam ille habet verū sacramentum pœnitētiae. Et
non habet contritionem. Ergo contritio non est
pars pœnitētiae.

RESPONDET eo modo, quo ad aliud argumentū
diximus. Cōcesso antecedēt, nego consequētiam:
quia contritio non est pars essētialis, sed integra-
lis & requisita ad perfectionē sacramenti pœnitē-
tiae. Et ideo quia requisita ad perfectionem, voca-
tur pars integralis.

SED de hoc, quantū est de contritione, sufficiētē
respōdetur, quia nunquā dabitur perfectum sacra-
mentū pœnitētiae sine contritione, sed certe de sa-
tisfactione non est sufficiens solutio: quia dabitur
perfectū sacramentū sine satisfactione, vt cū quis
iā satisfecit. Probatur. Quia stat quod aliquis ha-
beat tantā gratiam, ratione contritionis magna,
q. tota culpa & tota poena remittatur. Ergo tūc nō
requiritur satisfactione, etiā ad perfectionē sacramē-
tiae: quia sine illa est sacramentū perfectū. Ergo nō
est pars. Si enim Deus reuelaret, quod est dimissā
tota poena, non teneretur pœnitens ad aliquam
satisfactionem: sicut, quia cōstat quod tota poena
remittitur in baptismo: ideo est perfectū sacramē-
tū, & non imponitur aliqua satisfactione: vt dicit
Ambrosius ab omnibus receptus, quod non requiri-
tur in baptismo gemitus neque planctus: sed omnia
misericordia diuina gratis condonat.

AD hoc prius dico, quod non est idē de baptismo
& de pœnitētiae. Nam de baptismo constat, quod

nunquā ad illū requiritur satisfactione, cum Paulus
dicat, quod facit novā creaturam, & incipit nouā
vitā: quia per illū consepulti fortis Christi, & est
regeneratio, ideo dicimus quod satisfactione nō est
pars eius. Sed ad pœnitētiae cōmuniter & in pla-
ribus requiritur satisfactione: quia pœnitētiae non
semper remittit totam poenā. Ideo dicimus, quod
satisfactione est pars pœnitētiae. Et si aliquando ra-
ro satisfactione non requiritur ad pœnitētiam: fa-
tis est, quod vt in plurimū requiriur.

SECUNDUO. Dico quod ad hoc, vt satisfactione
sit pars pœnitētiae, satis est quod potest esse pars
eius, licet aliquis non requiratur ad aliquā pœnitē-
tiam. Et esto de facto non requiratur ad aliquam
pœnitētiae: quia oīs pœnitent ita perfecte, quod
eis remittitur tota poena, nihilominus satis est
ad hoc quod dicatur absolute pars pœnitētiae, vt
de possibili possit esse pars pœnitētiae: quia pos-
sunt homines imperfecte pœnitere, sicut nūc cō-
muniter faciunt, & tunc satisfactione est requisita,
ad pœnitētiam, & eī pars eius, & non bap̄tismi
quia ad bap̄tismū non quām requiritur. Et hoc est
dicendum, loquēdo de satisfactione, quæ est pro poe-
na tantū: vt illa quæ imponitur à cōfessario. Nam
loquendo de satisfactione quæ est etiā pro culpa,
vt est contritio, illa semper requiritur ad sacramē-
tum pœnitētiae, capiendo contritionē pro dolore
de peccatis, vt se extendit etiam ad attritionē
nem, etiam virtualem.

SED rūc sequeretur, quod sacerdos teneretur ita
ponere pœnitētiam satisfactionem: quia tenerez
tur facere perfectum sacramentum.

DICO, quod postea dicemus quando agemus de
confessione. Et pro nūc dico, quod tenetur sacer-
dos imponere aliquam satisfactionem.

PRAETEREA. Arguitur contra eandem cōclu-
sionem, hoc modo. Totum nō potest esse sine suis
partibus, sed pœnitētia semper potest esse sine
contritione & satisfactione. Ergo nō sunt eius par-
tes. Probo antecedēt, quia illæ partes nūquā pos-
sunt esse simul. Ergo non possunt constituer ali-
quod totū. Sicut si quis faciat fundamētū domus,
& postea quando facit rectū, destruit fundamētū,
non posset esse domus ex illis partibus.

AD hoc Capreol. dicit, qd pœnitētiae est quodā
modo successiū, ideoque non requiritur qd par-
tes sint simul: sed satis est quod succedant sibi in
vicem. Nā alijs eodemodo probares quod dies na-
turalis non cōponitur ex. 2. +. horis: quia illæ non
sunt simul. Ideo sicut. 2. +. horæ, propriæ sunt partes
dies naturalis: ita signatæ partes quantum ad suc-
cessionem, sunt partes pœnitētiae.

ET conclusio approbata fuit in concilio Florenti-

no: vt citauit in articulo præcedenti.

ET probatur qd illa tria assignata sint partes poe-
nitētiae: quia requiruntur ad pœnitētiae, vt est sa-
cramentū, & nō vt effectus, nec vt cause. Ergo sūc
partes illius. Et si dicas, quod illa consequētia nō
valet, quia eadē ratione possemus dicere parietem

q. mīj nō

Dubium
vnicum.

non esse partē domus, sed quid requisitū, non autē partē. Dico nihilominus quod nō potest alio modo probari parietem nō esse partē domus, nisi hoc modo. Est aliquid requisitū ad domū, & non vt causa, nec vt effectus. Ergo vt pars. Aliās posset quis dicere, quod homo non est, nisi anima rationis. Et si dicas, quod non potest esse sine materia, dicam quod verum est: sed materia est quid requisitū ad esse hominis, sed non pars: vt tu dicas. Valet ergo consequētia. Satisfactio est requisiā ad poenitentiam, vt est sacramentum: & non vt causa, nec vt effectus. Ergo vt pars eius.

SED dubitatur quā nam sit satisfactio quā ponitur sacramentum poenitentiae, sit ne illa quā confessarius imponit, an illa quam vnuſquisque per se assumit, & facit. Si (v.g.) Petrus confiteretur, & confessarius dicit illi, dic Miserere mei Deus. &c. aut psal. De profundis, & ipse Petrus poenitens, sponte sua, post illam satisfactionem à confessario iniūtam, ieiunat, vel dat eleemosynam pro peccatis suis, quā illarum est pars sacramenti. Illa quam imposuit confessarius, an illa quam ipse sponte sua superaddit?

DICO prius, quod probabile est utrāq; satisfactio esse sacramentum poenitentiae.

SECUNDUM. Dico, quod probabilius est solam illam esse poenitentiae partem, quā à confessario imponitur. Probatur prius ex verbis concilij Florentini iā supra citati: vbi sic dicitur. Tertia pars sacramenti Poenitentiae, est satisfactio pro peccatis, secundum arbitrium sacerdotis. Ergo de illa quā à sacerdote ponitur, intelligitur quod sit pars sacramenti. Secundo probatur: quia satisfactio iniuncta à sacerdote, maiorem virtutem haberet, quā alia quam assumit penitens libere, ceteris partibus. Et hoc non potest esse, nisi quia illa quā iniungitur à confessario habet virtutem à clauibus Ecclesiae, & ab ipso sacramento. Ergo sola illa est pars sacramenti.

TERTIO. Sacerdos nullam potestā habet, extra sacramentum supra poenitentem, & in sacramento habet potestātem imponendi aliquam satisfactionem. Ergo illa satisfactione est aliquid ipsius sacramenti. Ergo pars eius.

PRAETEREA. Est adnotandum illud quod dicit. S. Thom. in calce huius articuli, nempe, quod peccator debet reconcipere secundum arbitrium ministri Dei. Vbi significat peccatorē teneri ad acceptandum satisfactionem iniunctam à confessario. Quod nos pressius tractabimus in secunda q. 2. art. 3.

PRAETEREA. Videtur quod non sit verum id quod. S. Thom. dicit ad primum argumentum, nempe, quod contrito secundum essentiam, est in corde, & pertinet ad interiorem poenitentiam, virtualiter autem pertinet ad exteriorem poenitentiam inquantum implicat propositionum poenitentiū, & satisfaciēti: quia ex hoc sequitur, quod nō sunt tres, sed duas partes poenitentiae. Probatur: quia cō-

trito, vt distinguitur à confessione & satisfactio ne, non est pars poenitentiae exterioris sacramentalis: vt litera dicit. Ergo. S. Tho. sibi contradicit. **A**D HOC dico, quod cōtrito interior est pars sacramenti poenitentiae, quatenus est initium & ratio sacramenti Poenitentiae, secundum quod includit velle satisfacere ad arbitrium sacerdotis. Ideo nulla est contradictione in. S. Tho. Et hoc est quod ipse dicit, virtualiter pertinere ad sacramentum Poenitentiae.

PRAETEREA. Nota illud quod Doctor. S. dicit ad secundum argumentum, quod satisfactio iniuncta à sacerdote virtute clavium, est maioris valoris, quam si esset solum voluntarie assumpta à poenitente.

VNDE, colligitur, quod male faciunt poenitentes in hoc quod volunt, vt sacerdos imponat eis parvam poenitentiam.

SECUNDUM. Colligitur, male facere sacerdotes imponendo parvam poenitentiam, quando videt poenitentes paratos ad faciendum maiorem satisfactionem: quia perdunt illud quod haberent virtute clavium.

Articulus tertius,

Vtrum predicta tria sint partes integrales poenitentiae.

ARTICULUS TERTIVM sic procedit. Videtur, qđ predicta tria non sint partes integrales poenitentiae. Poenitentia enim (vt dicitur) cōtra peccatum ordinatur. Sed peccatum cordis, oris, & operis, sunt partes subjectivae peccati, & non integrales: quia peccatum de quolibet horum predicatur. Ergo etiā in poenitentia contrito cordis, confessio oris, et satisfactio operis nō sunt partes integrales. **P**RÄTEREA. Nulla pars integralis continet in se aliam sibi coniugiam. Sed contrito continet in se confessionem & satisfactionem in proposito. Ergo non sunt partes integrales.

PRÄTEREA. Ex partibus integralibus, simul & equaliter constituitur totum, sicut linea ex suis partibus. Sed hoc nō contingit hic. Ergo predictae non sunt partes integrales poenitentiae.

SED cōtra. Ille dicuntur partes integrales,

ex

ex quibus perfectio totius integratur. Sed ex tribus predictis integratur perfectio poenitentiae. Ergo sunt partes integrales poenitentiae.

RE SPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt haec tria esse partes subjectivas poenitentiae. Sed hoc non potest esse: quia partibus subiectiis singulis adest tota virtus totius simul, & equaliter, sicut tota virtus animalis, in quantum est animal, saluatur in qualibet specie animalis, quae, & simul, & equaliter dividunt animal. Sed hoc non est in proposito. Ideoque alii dixerunt, quod sunt partes potentiales. Sed nec hoc verūesse potest: quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totam essentiam: sicut tota essentia animalia adest culibet eius potentiae. Sed hoc nō est in proposito. Relinquitur igitur, quod predicta tria sint partes integrales poenitentiae.

Ad quarum rationem exigitur, quod totum non adgit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed in omnibus simul. **A**D PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum, quia rationem mali habet: potest in uno tantum perfici: vt dictū est. Et ideo peccatum quod in solo corde perficitur, est una species peccati, & peccatum quod perficitur in corde, & ore est alia species, &c. Videtur enim hoc falsum: quia homicidium voluntarium perficitur in corde. Et tamen nō distinguitur species ab eodem homicidio exteriori. Ergo, &c.

AND HOC dico, quod tribus modis peccata cordis, oris, & operis distinguuntur. Vno modo ex obiecto. Et quando aliquid peccatum cordis distinguuntur ex obiecto à peccato operis: tunc differunt species: vt odium Dei, & furtum externum. Secundo modo peccatum cordis differt species à peccato oris vel operis, quando hanc peccata habent de se cōsumari (vt litera dicit) in solo corde, & aliud in solo corde & ore, & aliud in solo opere & corde. Tūc enim ista peccata differunt species: vt odium Dei, infidelitas, & alia id genus consumuntur in solo corde. Contumelia autem & detractio in ore consumuntur. Furtum, adulterium, homicidium, & alia id genus, opere perficiuntur. Tertio modo peccata cordis, oris, & operis distinguuntur solum per gradus, & non species: vt cum peccatum aliquod, quod in opere de se consumatur, distribuitur in cogitationem, locutionem, & opus, nempe, si prius deliberaisti alienum capere, deinde dixisti te alienum capturum, & demum accepisti. Tunc distinctione non est specifica, sed gradualis tantum. Idem peccatum tunc species distinguuntur per gradus: vt constat. Gradatim enim consummatur, ex eo quod est in corde, & quod est in ore. &c..

Articul. quartus.

Vtrum conuenienter dividatur poenitentia in poenitentiam, ante baptismum, poenitentiam mortaliū, & poenitentiam venialium.

ARTI-

partes acerui, sive etiam colligentur, sicut partes domus, sive etiam continuētur, sicut partes lineæ. Quedam vero habent insuper ordinem virtutis: sicut partes animalis. Quarū prima virtute, est cor, & alia quodam ordine virtutis dependent ab inuicem. Tertiō modo ordinantur ordine temporis: sicut partes temporis & motus.

PARTES igitur poenitentiae habent ad inuicem ordinem virtutis & temporis, quia

sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

IN HOC articulo tertio, circa primum argumentum, dubitatur quomodo est verum id quod vnicum dicit. S. Tho. nempe, quod peccatum quod in loco corde perficitur, est una species peccati, & peccatum quod perficitur in corde, & ore est alia species, &c. Videtur enim hoc falsum: quia homicidium voluntarium perficitur in corde. Et tamen nō distinguitur species ab eodem homicidio exteriori. Ergo, &c.

AND PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum, quia rationem mali habet: potest in uno tantum perfici: vt dictū est. Et ideo peccatum quod in solo corde perficitur, est una species peccati. Alia vero species est peccatum quod perficitur in corde & ore. Tertia vero species est peccatum, quod perficitur in corde et opere. Et huiusmodi peccati partes quasi integrales, sunt qđ est in corde, qđ est in ore, & qđ est in opere. Et ideo poenitentiae, quae in his tribus perficiuntur, hec tria sunt partes integrales. **A**DS ECUNDVM Dicendum, quod una pars integralis potest continere totum, licet non secundum essentiam. Fundamentum enim quodammodo virtute continet totum & diffidit. Et hoc modo, contrito continet virtute totam poenitentiam.

ARTICULUS TERTIVM dicendum, quod omnes partes integrales habent ordinem quemadmodum habent ordinem. Sed quedam habent ordinem tantum in situ: sive consequenter se habeant, sicut partes exercitus, sive se tangant, sicut



DQVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter dividatur poenitentia in poenitentiam ante baptismum, poenitentium mortalium, & poenitentiam venialium. Poenitentia enim est secunda tabula post naufragium: ut supra dictum est: baptinus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet ponis species poenitentiae. **PRAETEREA.** Quod potest destruere maius: potest etiam destruere minus. Sed mortale est maius peccatum, quam veniale: illa vero poenitentia quae est de mortalibus, eadem etiam est de venialibus. Non ergo debent poni diversæ species poenitentiae.

PRAETEREA. Sicut post baptismum peccatur venialiter & mortaliter: ita etiam ante baptismum. Si ergo post baptismum distinguitur poenitentia venialum et mortalium: pariratione debet distinguiri ante baptismum. Non ergo conuenienter dividitur poenitentia per has species.

SED contra est, quod Aug. libro de poenitentia ponit predictas tres poenitentiae species.

RESPONDEO. Dicendum, quod hoc divisione est poenitentiae secundum quod est virtus. Est autem considerandum quod quelibet virtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circunstancias. Vnde & virtus poenitentiae actum suum habet in hoc tempore secundum quod conuenit no. leg. Periinet autem ad poenitentiam: ut detestetur peccata præterita cum proposito immutandi vitam in melius, quod est quasi poenitentia finis. Et quia mortalia recipiunt speciem secundum finem (ut in secunda parte habitum est) conueniens est, quod diversæ species poenitentiae accipiantur secundum diversas immutationes quas poenitens intendit.

Est autem triplex immutatio à poenitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam. Et hoc pertinet ad poenitentiam quae est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vita pra-

teritæ iam corruptæ. Et hoc pertinet ad penitentiam mortalium. Tertia autem immutatio est, in perfectior em operatione vite. Et hoc pertinet ad poenitentiam venialum, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis: ut supra dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod poenitentia quæ est ante baptismum, non est sacramentum: sed actus virtutis disponens ad sacramentum baptismi.

AD SECUNDVM dicendum, quod poenitentia quæ delet peccata mortalia, delet etiam venalia: sed non conuertitur. Et ideo ha duæ poenitentiae habent, sicut perfectum & imperfectum.

AD TERTIVM dicendum, quod ante baptismum non sunt peccata venalia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest (ut supra dictum est) ideo ante baptismum non distinguitur poenitentiam mortalium & venialium.

HIC articulus quartus motus est à D. Tho. vt exponeret. D. Aug. qui posuit illa distinctionem: vt. D. Tho. citat. Et S. Tho. exponit optime, nec est ibi alia difficultas.

SECUNDO. Nota Aug. & S. Thom. dicentes manifeste, poenitentiam virtutem requiri ante baptismum. Quod nos latius tractauimus supra in materia de baptismismo, & repetemus, & aliquid addemus infra in materia de contritione.

Haec tenus. f. Tho

mas in tertia parte sua summa à quæstione. 60. quæ hic est prima inclusio usque ad hanc quæstionem. 90 quæ hic est trigesima prima, etiæ inclusio. Vbi extremum vitæ agens, non potuit ab inicio non desistere, & finem tam gravi operi in tempestive imponere. In quo nō ipse aliquid amicit, quia in felicitatem ultimam raptus, Deo suo fruatur: sed posteritas nimium lucraretur, si. D. Thom. materias omnes, quæ super quartum sententiarum Magistri ab alijs Theologis tractantur, absoluget. Ideo, vt ea quæ hic deerant, apponatur, & examinentur usque ad finem quarti sententiarum Magistri, pro captu nostro laborabimus. Et ita procedemus, quod postquam D. Tho. has materias in summa non tractavit, nec alibi, vbi maior autoritatem haberet, quam super quartum Magistri

Magistri ex eodem quarto. S. Thom. assumemus textum ab isto loco de partibus poenitentiae in particulari usque ad finem totius quarti. Et super ipsum textum addemus cōtrouersias doctorum, definiensque stylō claro: vt in precedentibus fecimus. Et spero magnum me studiosis & ingeniosis emolumendum allaturum, illuminante Domino qui vera lux est illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

Quæstio. XXXII.

De partibus poenitentiae in speciali. Et primo de contritione.



EINDĒ considerādū est de singulis partibus poenitentiae. Et primo de contritione. Secundo de confessione. Tertio de satisfactione. De contritione autē considerāda sunt. Primo quid sit. Secundo de quo esse debeat. Tertio quanta esse debeat. Quartio de duratio ne ipsius. Quinto de effectu ipsius.

CIRCA Primum queruntur tria:

PRIMO. Vtrum conuenienter diffiniatur SECUNDUM. Vtrum contritio sit actus virtutis.

TERTIO. Vtrum attritio possit fieri contritio.

Articul. primus.

Vtrum contritio conuenienter difiniatur.

S. Thom. 4.d.17.q.2.art.1. q.1. & sequentibus.

DPRIMVM sic proceditur. Videtur quod contritio non sit dolor pro peccatis, cum proprie tate confitendi & satisfaciendi,

ut quidam diffinunt: quia (sic ut Aug. dicit lib. de ciuitate Dei) dolor est de his que nobis nolentibus accidit. Sed peccata non sunt huius modi. Ergo cōtritio non est dolor pro peccatis.

PRAETEREA. Contritio nobis à Deo datur. Sed quod datur, non assumitur.

Ergo cōtritio non est dolor assumptus.

PRAETEREA. Satisfactione & confessio sunt necessaria ad hoc quod pena remittatur, quæ in contritione remissa non fuit. Sed quandoque tota pena in contritione remittitur. Ergo non est necessarium semper, quod cōtritus habeat propositum confitendi.

PRAETEREA. Si dolet de peccatis præteritis, aut vult ea non esse, aut non fuisse. Si vult ea non esse, etiam non sunt. Ergo habet quod vult. Ergo magis gaudium est, quam dolor. Si autem vult ea non fuisse, hoc est impossibile: quia quod factum est non potest non fuisse. Ergo voluntas sua stulta est: quod non est dicendum de contrito, quia nullus, qui secundum virtutem operatur, est stultus: ut dicitur in 4. Ethicorum. Ergo contritione modo est dolor.

SEDCONTRA est ipsa diffinitio.

RESPONDEO. dicendum, quod initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensu suo inherens à mandatis diuinis recedit. Et ideo oportet quod illud quod destruit peccatum, hominem à proprio sensu discedere faciat. Ille autem qui in suo sensu perseverat, rigidus & durus per similitudinem vocatur. Vnde & frangidicitur aliquis, quando à suo sensu diuelliatur. Sed inter fractionem, & comminutionem, siue cōtritionem, unde haec nomina ad spiritualia transferuntur, hoc interest (ut dicitur 4. Meteororū, cap. 9.) quod frangidicuntur aliqua, quādo in magnas partes dividuntur: sed communis, vel cōteri, quādo ad minimas partes reducitur, hoc quod sensu solidum erat. Et quia ad dimissionem peccati requiritur, quod affectum peccati homo dimittat, per quem quandam continuitatem & soliditatem in suo sensu habebat, ideo actus ille, quo peccatum dimittitur, contritio dicitur per similitudinem. In qua quidem contritione plura possunt considerari. scilicet ipsa substantia actus, modus agenti, principium & effectus. Et secundum hoc de contritione inueniuntur diversæ definitiones traditæ. Quantum enīm

enim ad ipsam substatiā actus, datur praedicta diffinitio. Et quia actus cōtritionis, est actus virtutis, et est pars poenitentia sacramēti, ideo manifestatur in predicta diffinitio, in quantum est actus virtutis, in hoc quod ponitur genus ipsius, scilicet dolor, ut obiectum in hoc quod dicitur, pro peccatis, et electio qua requiritur ad actum virtutis, in hoc quod dicitur assumptus; sed in quantum est pars sacramenti per hoc quod tangitur ordo ad alias partes, cum dicuntur, cum proposito cōfiteendi. Et cetera.

A L I A etiam diffinitio inuenitur, qua diffinit contritionem secundum quod est actus virtutis tantum; sed additur ad predictam diffinitionem differentia contrahens ipsam ad specialem virtutem, scilicet poenitentiam. Dicit enim quod poenitentia est dolor voluntarius pro peccato, puniens quod dolet se commississe. In hoc enim quod additur punitio, ad speciale virtutem contrahitur.

A L I A autem diffinitio inuenitur Isido. quæ talis est. Contritio et compunctione est humilitas mentis cum lachrymis, venies de re cordatione peccati, et timore iudicij. Et hec quidem tangit rationem nominis in hoc quod dicit, humilitas mentis: quia sicut per superbiam aliquis in suo sensu redditur rigidus: ita per hoc quod a suo sensu contritus reddat, humiliatur. Tangit etiam modum exteriores in hoc quod dicit, cum lachrymis, et principium contritionis in hoc quod dicit, veniens de recordatione peccati. Et cetera.

A L I A sumitur ex verbis Aug. quæ tangit effectum cōtritionis: quæ est. Contritio, est dolor remittens peccatum.

A L I A sumitur ex verbis Grego. quæ talis est. Contritio, est humilitas spiritus anihilans peccatum inter seipsum et timorem. Et hoc tangit rationem nominis in hoc quod dicit, quæ cōtritio est humilitas spiritus, et effectus eius in hoc quod dicit, anihilans peccatum, et originem, in hoc quod dicit, inter seipsum et timorem. Nec sol in ponit causam principalem quæ est timor; sed etiam eam quæ est spes, sine qua ti-

mor desperationem facere posset.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod quanvis peccata, quando accidunt, voluntaria fuerint: tamen quādō de eis conterimur, voluntaria non sunt. Et ideo nobis nolētibus accidunt: non quidem secundum voluntate quam tunc habuimus cum ea volebamus: sed secundum illam quam nūc habemus quā vellemus quod nunquam fuisse.

A D S E C U N D V M dicendum, quod contritio est à Deo solo quantum ad formam qua informatur, sed quantum ad substantiā actus ex lib. arbitrio. Et à Deo qui operatur in omnibus operibus, et natura et voluntatis.

A D T E R T I V M dicendum, quod quanvis possit tota poena per contritionem dimitti: tamen adhuc necesse est confessio et satisfactione: quia homo nō potest esse certus de sua contritione, quod f. erit ad totum tollendum sufficiens, cum etiam quia confessio sit satisfactione sunt in precepto. Vnde transgressor constitueretur, si non confiteretur, et non satisficeret.

A D Q U A R T V M dicendum, quod quanvis voluntas completa non possit esse alius cuius sapientis de impossibili: tamen voluntas conditionata, quæ et velleitas dicitur, esse posset de impossibilibus, quæ etiam sapiens vellet quod est impossibile, si possibile foret. Et ista voluntas sufficit ad dolorem causandum, et præcipue quando impossibilitas obtinendi non ex nobis prouenit. Et sic est in proposito.

HANC materiā cōtritionis tractant Scholastici pro libito, quantum ad locum, ubi volunt super Magistrum sententiarum. Aliqui tractant in 4.d.14. & aliqui in d.57. & illic tractavit sancti Thom.

S E C U N D O. Dicendum nobis est prius de ipso nomine contritionis: deinde dicimus de re. Quo ad primum. Hoc nomen, contritio, nomen est latum a contero verbum, & non est nomen factum. Et certum est, quod prima sua significatione non significat aliquid spirituale, sed quandam passionem corporalem. Illud enim dicitur conteri, quod in minimas particulas frangitur. Sed usurpat à Theologis pro dolore mentis. Transfertur enim à significatione humana & corporali ad spiritua-

lem. Et ita significat dolorem, per translationem. Est sancti Thom. ponit rationē huius metaphoræ: principiū omnis peccati est superbia. Peccatum enim est durities quedam superbo animo & superbo collo. Solemus namque dicere aliquos homines duros, qui sunt inflexi animo: vt habetur Isaie. 40. Pro eo quod eleuata sunt filii Syri, & ambulauerū extento collo. Et cōtritio dicitur actus ille quo cadit ab illa duritate & integritate ille peccator. Et quia ad remissionem peccati requiritur quod homo affectum peccati dimittat, per quod inveniuntur, dicuntur contritio. Nomen est quod in hac significatione non inueniuntur apud Ciceronem, & a lios latinos gentiles. Benetamen inueniuntur poenitere apud autores gentiles: sed nō inueniuntur cōtritio pro poenitentia, nec conteri pro poenitente. Sed ab initio christianitatis ab antiquissimis doctribus ecclesiasticis, & non solum a neotericis, usurpatum est hoc nomē cōtritio pro dolore peccatorum. Et non est mirum si gentiles non habuerunt illam significationem: quia parum tractabant de hac re. Sed Theologi qui multa tractaverunt & tractare debebant, voluerunt dare propriū nomen poenitentiae interiori, & eleganter usurparunt: quia latine dicitur fractus & contritus animo, quasi recedat à frigiditate illa, à rigore, & duritate quam per peccatum habebat. Inueniuntur etiā in Scriptura in hac significatione. Isaie. 55. Vos clamabitis pro dolore cordis, & vultabitis pro contritione spiritus. Hoc autem non potest intelligi de dolore sensuio.

S E C U N D O Isaie. 15. In triujs eius accincti sunt facies: super recte eius, & in plateis eius oīnis vultus, descendens in flatum.

T E R T I O Daniel. 3. Sumus humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra, & non est in tempore hoc princeps, nec dux & propheta, nec holocaustum nec sacrificium, nec incensum, nec locus primitarianus coram te: vt possimus inuenire misericordiam tuam, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Clarum est, quod contritum cor accipitur ibi: quia dolebant de peccatis, & non poterant offerre sacrificia, & ideo dicit propheta, quod illi offerebant cor cōtritum, i. poenitentis.

P R O hoc est etiam illud psal. 50. Cor contritum Deus non despicies, i. cor poenitentis. Et in alio psal. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Non est ergo contritio nomen nullum: cum frequens sit in Scriptura, & apud antiquos autores ecclesiasticos, qui peritiam lingua latine habebant. Reddam igitur rationem horum nominum: quia aliqui aduer. auctor istis nominibus Theologorum, & dicunt quod non sunt latini, sed facta nomina. Et constat eos hoc facere, vel latiore, vel imperita sacra cum literarum, & nescientia sanctorum doctorum: aut superbia, quæ vo-

lunt, etiam sanctos arguere. D. enim Aug. lib. de poenitentia inquit. Ad poenitentiam agēdam non sufficit mores immitare in melius, & a malis factis recedere, nisi de his, quæ facta sunt, satisfaciat peccator per poenitentia dolorem, per humiliari gemitum, per contriti cordis sacrificium.

S E C U N D O. Idem Aug. de poenitentia, & habetur de poenite. & rem. d. 2. ca. Charitas. Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit, & remissionem peccatorum?

T E R T I O. Cassianus collatione. 20. cap. 7. dicit. Nam agimus poenitentiam, & adhuc vitiosorum actuum recordatione mordeatur: necessarium est, ut ignem conscientiae nostrae obortum ex confessione, lachrymarum imber extingat. Cum vero cuiquam in hac humilitate cordis spiritus contritione defixa horum recordatio fuerit copiosa: certum est eum ad satisfactionis fine ac indulgentia merita pervenire, & ab oīnibus criminum labore ergaturn. &c. Egregia quidem sententia. Ita oportet obiter adnotare, quia plurimum deseruerit in materia contritionis. Multi dicunt, q. Cassianus scripsit gr. ece. se. I ego non credo: quia non video quis sit illius translationis auctor.

P R A E T E R E A Greg. in lib. 8. morali, sic ait:

Alia est contritio sive compunctione quæ nascitur per amorem: & alia quæ nascitur ex timore.

P R A E T E R E A Bernardus super cantica. Vnguentum contritionis, est unguentum deuotionis. Et haec sufficientem quatum ad rationem nominis. Est igitur nomen hoc, contritio, latine, & aptum ad significandam poenitentiam interiorum.

S E C U N D O VITVR de re ipsa. Quid vocamus contritionem? Cōtritio (vt patet ex significatione nominis) dicit quidam amaritudinem & tristitiam mentis. Sed usurpatum Theologorum capitul. p. a. poenitentia. Vnde dico ad hoc aliquibus propositionibus: Prima est. Contritio, ut à Theologis capitul. est actus perfectus poenitentia. Et nō potest melius diffiniri.

S E D quid est actus perfectus poenitentia? Quia nos diximus quod poenitentia iuriatur pro habitu, quo mediante placamus Deum nobis pro peccatis offendit, & consequitur remissionem peccatorum. Et hoc diximus esse virtutem poenitentia. Vnde ad hoc debet tendere intentio poenitentis: vt placet Deum. Perfectus autem actus ex natura sua, est ille quo placatur Deus, & redditur peccatoribus propitiatus. Dico, ex natura sua: quia confessio non requiritur ex natura sua, sed Christi institutione. Et quod contritio capitur in illa significatione: probatur ex Aug. vbi supra, nempe de poenitent. & rem. d. 2. ca. Charitas est à qua. Vbi dicitur. Quāmodo quis veram contritionem cordis habere poterit sine charitate? Viderur ex illis verbis quod Aug. capit. contritionem in illa significatione, i. pro actu poenitentia sufficiens ad placandum, & reconciliandum Deum, & ad remittendum peccata: quia si Aug. loqueretur de quoqu-

quocunque dolore, sine charitate potest haberi aliquis dolor. Verum est, quod ab aliquibus usurpat contritio pro quocunque dolore, etiam insufficiens ad remittendum peccata: ut accipit Caiet. in quotlib. suis. Sed non conformatur in hoc satis propriis accipientibus contritione. Et sic etiam visur pat. B. Grego. vbi supra: quia dicit quod quædam contritio est quæ oritur ex timore, & non est sufficiens ad remissionem peccatorum. Sed contritio proprio capit pro actu sufficienti ad remittendum peccata, & reconciliandum Deum ipsi peccatori: ut iam videbimus. Et alij imperfecti dolores vocantur atritiones.

SED quis actus est ille quæ dicimus esse actum perfectum poenitentiae. Sit secunda propositio. Contritio est dolor. Hæc propositio est contra Lutherum in art. 5. ut refert Rosensis. Et probatur ex multis precedentibus: quia ad remissionem peccatorum requiritur dolor, ex prima propositione. Sed contritio est actus perfectus poenitentiae sufficiens ad remissionem peccatorum. Ergo est dolor. Maior cōstat ex his quæ diximus contra Lutheranos.

SECUNDO Probatur ex ipsa significatione non minis: quia quando aliqua res conteritur, patitur: ut ergo teneat metaphoram, oportet quod patiatur anima quando conteritur, & anima non patitur verberibus, sed dolore. Ergo contritio est dolor.

TER TIO. Probatur ex autoritatibus sacerdotum. Augustinus lib. de poenitentia cap. 2. & 3. dicit, quod non potest quis consequi remissionem peccatorum, nisi prius satisfaciat Deo per poenitentiam dolorum. Sed contritio est actus per quæ satisfacimus Deo. Ergo est dolor. Et hoc idem dicit Aug. in multis alijs locis.

PRAETEREA. Hiero. & habetur de poenitentia & remissione. I. cap. Mensuram autem apud Deum, ait. Non valet tantum mensura temporis, quam doloris.

PRAETEREA. Chyros. Super Matth. homilia 22. ait, non dolore quia peccaueris, magis indignari & traxi facis Deum: quam id ipsum quod antea peccaueras.

PRAETEREA. Idem Chyros. lib. de compunctione cordis. Respondit enim illis qui dicunt quod non possunt facere poenitentiam quia non possunt ieunare, non possunt dare elemosynas, ait. Quid corporis viribus opus est: cum cor cōterere debemus: Hoc solum est quod à nobis expicitur: ut semper recordemur mala nostra, & pro his Domino supplicemus.

PRAETEREA. Casiodorus super illud psal. 119. Ad dominum, cum tribularer, clamaui, &c. dicit, Dominus nescit differre quem compuncto corde senserit supplicare. Vnde manifeste dicit Casiodorus, quod quando aliquis compuncto corde rogar, Deus statim remittit. Ergo est dolor: quia hoc est cor compunctum. i. cor contritum dolore.

PRAETEREA. D. Cyprianus in sermone. 5. de lapsis, inquit. Agite poenitentiam plenam lamen-

tantes & dolentes, probate mestitia, nec vos quorundam moueat error impudicus, nec stupor vanus: qui cum teneantur in tam gradi culmine, per cūsum sunt animæ cæcitate, ut nec intelligent delicta, nec plagant. Ergo contritio est dolor: postquam plena poenitentia est mestitia animæ lamentatis & dolentis.

PRAETEREA. Hiero. sup Malachiā, ait. Qui peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio propriæ poenitentiae accingatur, & placat, vel propria delicta, vel populi. Et Publicanus percutiebat peccatum suum. Lucæ. 19.

PRAETRKA. Pro hoc est illud quod habetur in psal. 125. Qui seminavit in lachrymis, &c. Lachrymæ enim, sunt dolor & afflictio mentis.

PRAETEREA. Probatur hoc ipsum: quia ubi cuncte in Scriptura inducuntur petentes veniam, inducuntur lamentantes. Matth. 11. & Luc. 10. Vt tibi Bethesda, ut tibi Corozaym, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes quæ in te factæ sunt: in cilicio & cinere egissent poenitentia. Miseritatem est, quod cinis & cilicium, sunt signa doloris: sicut qui accipiunt vestes lugubres.

PRAETEREA. Luc. 22. dicitur de Petro, quod postquam peccauit egressus foras, fleuit amare. Egit ergo Petrus poenitentiam flendo amare. Contrito ergo est dolor.

PRAETEREA. Judith. 4. refertur quomodo Hollernes obssideret ciuitatem. Et dicitur ibi quod ad depreciationem Heliachim sacerdotis clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieunio & oratione ipsi & mulieres eorum, & sacerdotes inducunt se cilicis. En illi poenitentebant, & orabant cum magna tristitia & dolentes, non gaudentes. Et contritio est poenitentia. Ergo est tristitia sive dolor.

PRAETEREA. Reg. 21. est exemplum illustrissimum de Achaz, de quo dicitur, quod fuit pessimus homo, & misit Dominus ad eum Eliam propheta, & dixit. Hæc dicit Dominus, Ecce inducam super te malum, & dementiam posteriora tua, & interficiam de Achab meningentem ad peritem. Cum autem Achab audiuerit sermones hos, scidit vestimenta sua, &c. Et ait Dominus ad Eliam Nōne vidisti humiliatum cor meum Achab? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Vbi est adnotandum illud verbum, mei causa, quia dolor hic, ut sit contritio, debet esse causa Dei. i. vt Deus reddatur propitius, & illi fiat recompensatio.

PRAETEREA. Ionæ. 3. est exemplum de Ninivitis, quomodo crediderunt Ninivites Domino, & prædicauerunt ieunium, & vestiti sunt saccis à maiore usque ad minorem. Vnde constat, quod quando poenitentebant, semper ostendebant magnam tristitiam. Hoc etiam est expressa determinatum in concilio Florentino sub Euge. 4. ut supra. q. præcedenti art. i. citauimus.

PRAETEREA. Idem determinatum est in concilio

cilio Trident. Sesione. 6. cap. 5. & 6.
Dubium primum. **SED** dubitatur, quis est iste dolor. Adhoc dico, quod duplex est dolor. Quidam est dolor sensitius: ut cum quis comburitur, vel flagelatur: alter est dolor intellectus.

HIS suppositis, sit tercia propositio. Contritio non est dolor sensitius, sed intellectus. Probatur: quia poenitentia virtus, non est in appetitu sensitivo, sed in voluntate: ut docuit sanct. Thom. supra. q. 26. articul. 5.

SECUNDO. Contritio est perfectus actus poenitentiae, qui temper est in potestate nostra. Sed dolor sensitius non semper est in potestate nostra. Ergo contritio non est dolor sensitius, sed intellectus, i.e. est dolor qui est subiectus in voluntate, & non in appetitu sensitivo.

Dubium secundum. **SED** dubitatur. Quis actus voluntatis est? Prosternimus dissolutione est notandum, quod eodem modo sicut in appetitu sensitivo omnes passiones sequuntur ex amore, ut ait Aug. i. de civitate Dei, & S. Thom. i. p. q. 20. art. 1. & prima. i. q. 27. art. 4. ex amore nascitur delectatio: ex hoc enim quod amat, & consequitur amatum, sequitur delectatio. Et etiam ex amore nascitur tristitia, eo s. quis tristatur: quia priuat re quam amabat. Et ita dicendum est de alijs passionibus, quod omnes nascuntur ex amore. Et ita dicendum est in actibus voluntatis: quia omnes actus voluntatis nascuntur ex amore. Vnde quando quis non amat, non potest habere odium, tristitiam, aut delectationem.

VNDE sequitur, quod ex amore in voluntate causatur delectatio, ex quo aliquis consequitur id quod amat, & ex amore nascitur odium, & ex odio causatur dolor, vel tristitia: ut cum aliquis consequitur amatum, sequitur delectatio etiam in voluntate, & ex illo nascitur voluptas & gaudium: sic etiam ex odio alicuius rei nascitur tristitia & dolor: quia ille aborrebit illud, hoc etiam contingit in voluntate circa actus suos. Vnde dolor in voluntate non est proprius actus elicitus à voluntate. Non enim est volitus, aut nolitus, qui sunt actus qui elicuntur à voluntate, sed est quedam alia qualitas distincta realiter, licet aliqui dicant quod non. Exemplum. Amor in voluntate est actus elicitus à voluntate. s. volitus qua quis vult bonum alteri, vel sibi amato. Vnde sicut ex hoc quod quis vult bonum alteri, vel sibi, & consequitur illud, nascitur gaudium: ita ex hoc quod vult, vel non vult aliquid, & nihilominus accidit, nascitur dolor, qui est passio, vel affectio quæ nascitur ex odio. &c.

HOC supposito sit. 4. conclusio. Contritio propri loquendo non est dolor formaliter, nec incidente. Probatur: quia dolor proprius capiendo, est illud quod sequitur ex odio. Et contritio est odium peccatorum, & non illud quod sequitur ex odio. Probatur hoc: quia ex hoc quod displicet alicui sua peccata, & non potest facere quod non fuerint, ex hac displicentia, vel odio, oritur tristitia, et contritio non est illa tristitia causata ex odio, sed est

ipsum odium, vel illa displicentia. Hæc est expressio Aug. vbi supra. Inquit enim. Sicut poenitentia commis est dolor. &c. Ecce vbi dicit quod dolor non est poenitentia, sed commis poenitentia. Poenitentia ergo est detestatio, odium, vel displicentia sacerdotum. ET quod non sit idem dolor & displicentia, probatur. quia. S. Thom. supra. q. 25. art. 5. dicit, quod displicentia peccatorum causat dolorem in his qui sunt capaces doloris, sicut sunt homines in hac vita. In alia autem vita est displicentia peccatorum in beatis, sed non est dolor: quia iam homines non sunt capaces doloris. Non enim iam tunc est actus, nec dolor.

PRAETEREA. S. Thom. art. Sequenti, in solutio ne, ad primum, dicit quod cū dicimus contritionem esse dolorem, capitul dolar pro displicentia quadam, non pro passione causata ex illa displicentia, secundum quod affectus voluntatis denominatur p nomina passionum, & allegat se in. 3. d. 26. quia causam nominamus ex effectu. Vnde sequitur, quod duplex esse dolor in voluntate. Alter proprius: alter improprius. Proprius, est ille actus qui sequitur ex odio, aut nolitione peccati: improprius est ipsa nolitio, aut ipsum odium peccati.

Dubium tertium. **SED** consequenter dubitatur quid est istud odium, vel hæc detestatio, aut displicentia peccatorum, an sit velle aliquid, aut nolle aliquid: cum sit actus voluntatis.

AD HOC quidam dicunt, quod non oportet actus voluntatis omnes esse complexos, illos. s. qui explicitur per propositiones: sicut, ego volo crastina die legere, est actus complexus voluntatis: quia est actus qui habet pro objecto complexum. Alij sunt actus incompleti. Sicut enim in appetitu sensitivo amor non est aliquid complexum in voluntate aliquis actus non erit complexus. Exemplum. Equus amat equum. An amet sicut homo amat suum amicum volens illi salutem & bonum? Dico, quod non: quia equus nescit, an hoc ipsum quod amat equum, sit sibi conueniens, vel non, nec tunc respondere, hoc volo: quia est mihi conueniens, aut equus amat. Sicut enim appetitus naturalis in lapide descendit deorsum, est quedam qualitas qua ad aliud inclinatur, sed simplex: ita in brutis est quedam qualitas quæ simpliciter inclinat brutum per quendam actum elicitum, non quidem naturaliter, sicut in lapide: sed elicitur ab ipsis appetitu equi. Ita dicunt, quod in voluntate est quidam actus incomplexus. Et declarant ipsi de amore in patria, quem habet beati, præter hoc quod est vel le Deo sumum bonum, velle Deo omnipotentiam, &c. qui sunt complexi, est quedam qualitas: per quam nihil volunt Deo: sed inclinatur in Deum, sicut equus in alienam. Sic dicendum est de odio, quia ous odit lupum, non quidem dicendo, volo illi malum, vel nollo illi bonum: sed illud odium est quedam fugia naturalis ab illo lupo, sicut in lapide est quedam naturalis remittentia ad alcedendum sursum: ita in one insurgit quedam tentia

tentia à viso lupo. Est differentia, quod in lapide nō est actus elicitus, est tñ in ovo. Sic dicūt in proposito quod contritio non est nolle fecisse peccata: sed est quidam recessus à peccato, & est quidam actus incomplexus. Istud forte posse defendi. s. quod contritio sit actus incomplexus: quia bene admittit quod in voluntate sint aliqui actus incomplexi, sed nego de contritione hoc esse verum. Maie enim potest intelligi, & non est bona philosophia, quæ non bene potest intelligi.

IDEO dico, & sit quinta conclusio. Contritio est actus quidam complexus. s. nolle peccasse, displicet mihi offendisse Deum. Hoc probatur: quia (sicut S. Tho. declarat p. p. q. 10. art. 3. & 4.) amare, nihil aliud est, quam velle alicui bonū. Et Arist. 8. & 9. Ethic. dicit, quod amicitia est quedam bene uolentia, ex eo quod amare, est velle alicui bonū. Sic odium est, nō velle alicui bonum, vel velle alicui malum, aut nolle aliquid.

Vnde sequitur quod omnes qui dicunt se amare, tamen non volunt bonum rei amatae (sicut sunt homines perditam amatores mulierularum) amant amorem sensitio incomplexum: quia non volunt bonū foemina amata, immo potius malum. Sed est quedam qualitas qua inclinatur in ipsa foemina. Vnde ex omnibus his sequitur, quod nihil aliud est essentia contritionis, nisi detestatio, & odio præteriorum peccatorum. Sed communiter vocatur ipsa contritio dolor: quia accipimus nomina passionum & effectuum pro actibus & causis. Et quia contritio causat dolorem: vocamus contritionem, dolorem: quia (ut supra probauimus) reguliter & de lege, requiritur dolor ad propitiandum & reconciliandum nobis Deum.

Dubium quartum. ED dubitatur, an ad veram contritionem sufficiat dispergientia peccatorum præteriorum cū dolore de ipsis peccatis, vel an requiratur propositum cauendi in futurum à peccatis: vt, si quis doleat de homicidio, quod commisit, propter Deum, nihil cogitans de futuro, an illud sufficiat ad verā contritionem, & vt veniat ad gratiam Dei, vel an requiratur necessario quod formaliter proponat quod nonquā amplius offendet Deum.

DE HAC questione sunt duas opiniones. Altera est aliquorum paucorum modernorum: qui dicūt quod sufficit dispergientia illa (vt dictum est) cū dolore præteriorum peccatorum, sine illo proposito cauendi in futurum. Hæc est sententia Ioan. Mai. 4. d. 14. q. 1. Vbi duo dicit. Primum est, quod si quis non cogitat de futuro, non exigitur propositum cauendi in futurum. Sed ille dolor sufficit ad remissionem peccatorum. Secundo dicit, quod esto occurat futurum, forte non exigitur propositum cauendi in futurum. Vnde absolute dicit, qd non requiritur propositum cauendi in futurum.

Idem dicit Alma. 4. d. 14. vbi ponit duas opiniones, & dicit quod credit illam opinionem esse veram, quæ dicit, quod non exigitur propositum in futurum ad veram contritionem. Idem videtur

tenere. D. Bonau. super expositionem textus. d. 14. exponens illud quod adducit Magister, poenitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere, exponit illum locum, plā genda non committere, & dicit. Nō committere, non stat pro actu non committendi, sed pro affectione. s. vt quando quis poenitet, non sit affectus ad peccandum iterum: sicut ille qui de uno peccato poenitet, & de alio non, & ita non excludit casum sequentem, sed malam voluntatem presentem.

PRAETEREA. Idem tenet Mettinensis codi. de poenit. q. 3. dub. vltimo.

ALIA est opinio. S. Tho. & antiquorum, quæ est quod requiritur propositum in futurum cauendi à peccatis, & alias quantumcumque doleat de peccatis, non est cōtritio, nec veniet ad gratiam Dei. Hoc dicit. S. Tho. prima. 2. q. 11. art. 5. vbi querit, an ad iustificationem impij requiratur motus lib. arbit. in peccatum, & responderet, quod duplex motus lib. arbit. exigitur ad iustificationem impij. Vnus est dolor de peccatis, qui est circa terminum à quo. s. recedere à peccatis: alius motus est p. quē venitur ad terminum ad quem. s. affectus iustitiae i. iuste vivere. Idem dicit in. 4. d. 14. in expositione illorum verborum Ambro. vera poenitentia est cessare à peccatis. Dicit. S. Tho. Non debet intelligi negative. i. quod non peccet, sed cessare à peccatis propriis, dicitur ille cui peccatum displicer, & peccatum redimere intendit. Et hæc est vera poenitentia.

TER TIO. S. Tho. q. sequenti art. 4. expresse dicit, quod ad contritionem requiritur dolor de præterito, & quod caueat in futurum.

Q. VAR TO. S. Tho. supra. q. 9. arti. 7. expresse dicit. Sicut ad hoc quod homo moriatur veteri vita, requiritur (secundum Aug.) in habente usum lib. arb. voluntas qua eum veteris vita poeniteat: ita requiritur voluntas, qua intēdat nouitatem vitæ, cuius principiam est ipsa suscepitio sacramenti. Et clarius dicit. D. Tho. quod ad veram contritionem requiritur propositum cauendi in futurum, in hac prima. 4. supra. q. 28. art. 1. ad primū argumentum. ISTA videtur fuisse sententia Magistri sentiarum in. d. 14. cap. 2. vbi ita diffinit poenitentiam. Poenitentia est virtus, qua commissa mala cum emendationis proposito plangit, & odimus, et plangenda, iterum committere nullumus. Ibi ponitur à Magistr. propositum cauendi in futurum. Illam aut definitionem compositum Magist. ex Ambro. & Grego. Ergo Magist. Ambro. & Grego. sūt huius affirmatiæ opinionis.

PRAETEREA. Albertus Magnus in. 4. d. 14. art. 11. est huius sententia: quia dicit, quod licet propositum non recidiandi, non sit de essentia contritionis: exigitur tamen concomitant, licet pertineat ad aliam virtutem, hoc est, non est ab eadem virtute à qua contritio, sed exigitur tanquam necessarium.

PRAETEREA. Idem dicit. S. Tho. q. Sequenti art.

articul. 4. quod. s. ad iustificationem impij requiritur propositum cauendi in futurum: sed pertinet ad aliam virtutem. s. cautionem, & non ad poenitentiam ad quam pertinet dolor de peccatis præteritis.

PRAETEREA. Alexand. de Ales. 4. p. q. 59. art.

2. Mēb. 9. dicit quod cōtritio duplicit potest considerari. Vno modo inquantum est pars sacramenti poenitentiae, & hoc modo non exigit propositum in futurum: quia sacramentum poenitentiae ordinatur ad delendum peccata præterita, de quo solum est satisfacere, & confiteri, & conteri. Sed inquantum contritio est actus poenitentiae virtutis, exigit propositum in futurum: quia ad veram virtutem non sufficit quod doleat fecisse contra virtutem: sed oportet q. intendat non amplius facere. Sicut ad hoc quod caste viuat aliquis, non solum requiritur quod doleat quod non caste vixisset: sed quod proponat cauere ab opposito malo virtutis. Vnde inquit. Cum de veritate omnis virtutis sie subiecto inherere: sic est illius ad finem respicer. Re. Quælibet enim virtus ad hoc quod vere insit, importat propositum perseverandi certum. Et inde est quod non vere est poenitens, qui non habet propositum recedendi, & ita inherentia ipsius, inquantum est virtus, bene respicit futurum: ipsa tamen poenitentia, ut est sacramentum, non respicit futurum.

PRAETEREA. Huius opinionis est Scot. d. 14. loquens de reditu peccatorum, an. s. peccata redeant per ingratitudinem, dicit, quod peccata post poenitentiam sunt grauiora: quia facit talis poenitens contra votum quod fecerat non amplius faciēdi. Et idem Scot. d. 22. expresse dicit, quod non est vere poenitens, nisi habeat propositum cauendi in futurum.

PRO solutione huius questionis, est notandum, quod i. hac materia oportet diuinæ cautelas, vel cautiones habere. Altera est ne reddamus materiam poenitentiae ita difficultem quod excludamus ignorantes & rusticos à poenitentia, & illis laqueos in ijsiamus: ut faciūt. Summista: quia iugū Domini suave est: altera est quod in rebus facilimis, vbi nulla est difficultas quas res oēs intelligunt. s. parui et magni, sequuntur tūtorē partem: etiam si nō habeamus evidentiā. Nō enim debemus semper sequi faciliora. Nā ponamus casum, quod non exigatur propositum in futurū cauēdi: vt dicit alia sententia. Quod, rogo, periculū est, habere propositum in futurum: Certū est quod nullum: cū nulla difficultas sit habere illum actū, postquā doles de peccatis. Et maxime: quia difficultius est dolere de præteritis, estque maior perfectio habere tales actū. Et tamen si re vera est præceptū Dei quod requiritur propositum in futurum, nunquam remittetur illi peccata quousque habeat propositum cauēdi in futurum. Quidquid dicit Alma, & Maior: est periculum dicere oppositum huius nostræ sententiae, esto non sit præceptum de habendo illo pro-

posito in futurum. Nullum enim est periculū habere illud propositum in futurum. Si autē est præceptū, non remittentur peccata sine illo quidquid alii dicant, & cum non sit certum quod non sit talis præceptum, certe est periculū opinari oppositum, & qui dolet de peccatis, & non proponit caue re in futurū, exponit se periculo, quod non remittentur illi peccata.

IDEO probabilius est dicere qd requiritur propositū cauendi in futurū. Et probatur authoritatis quia maioris authoritatis est Albertus Magnus, S. Th. Alexader de Ales, Scot. Caiet. Si ergo lequa mur authoritatem: pro hac opinione affirmativa sunt doctores maioris authoritatis.

SECVNDO. Probatur ex concilio Florent. vbi dicitur. Partes poenitentiae sunt contritio, confessio, satisfactione. Quarum prima est cōtritio, ad quā spectat dolere de præterito peccato, cum propositū non peccandi de coetero.

TER TIO. In lib. de ecclesiasticis dogmatibus. Vera poenitentia est poenitenda non admittere, & admissa deflere, quod videtur ordinem dicere ad futurum. Et ille liber est inter opera August. & tribuitur ipsi Augustino, & re vera non est: sed est adhuc maioris authoritatis quam Augustini, licet authoritas Augustini sit magna. Allegatureni liber ille multoties à Hieronymo, in quo tant multa decreta conciliorum antiquorum, & multorum patrum, & consuetudines ecclesiæ primitiarum, & multa quæ in ecclesia habentur, & erant certa.

PRAETEREA. Huius opinionis est Durand. in expositione literæ Magist. super. 14. d. vbi dicit, quod qui non habent propositum cauendi in futurū, sunt irratores, & non poenitent, & in d. 17. q. 2. art. 2. idem dicit Adria. quotib. 5. art. 3. Idem Caiet. in additionibus ad tertiam partem. q. 1. art. 1. Idem dicit. S. Tho. in 3. contra gentil. capit. 158. et in 4. cap. 72.

SED arguitur hoc modo contra hanc sententiam pro alia negatiua, quod non requiritur propositum cauendi in futurum: sed satis sit dolere de peccatis præteritis. Prius. In Scriptura sacra vbi cuncte inducuntur poenitentes, solum inducuntur petentes veniam cum dolore præteriorum, nihil pollicentes de futuro, & licet multa loca possit adduci ex Scriptura ad probandum, quod non requiritur propositum cauendi in futurum: sufficiunt tamē duo. Primi locus est de David. 2. Reg. 12. quando occidit Uriam, & commisit adulterium Bersabe, dixit David, Peccavi, & nihil aliud, prophetaque dixit statim, Dominus transtulit peccatum tuum à te. Ergo non requiritur propositum in futurum. Secundus locus est Luce. 15. de filio prodigo, qui est Typicus Iesus & literalis poenitentia, de modo quo peccator conuertitur ad Deum. Dixit filius prodigus. Pater peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, & sequitur quod statim pater remisit illi. Ergo, &c. Et quod sit sensus literalis de poenitentia

probatur: quia Dominus exponit de poenitentia, cu[m] subdit, Gaudiū erit in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, &c. Ita etiam in omnibus alijs locis solum adhortantur homines ad poenitentiam: & nihil dicitur de futuro.

A D H O C dico, quod ex illis locis non habetur quod non requiritur propositum in futurum, immo potius habetur ex illa historia, quod filius prodigus habuit propositum manēdi in domo patris sui, & propositum non peccāti amplius, licet hoc non dicatur ibi formaliter, sed sequitur ex his quae ibi dicuntur. Reuertebatur enim in dominum patris ut ibi maneret.

P R A E T E R E A. Si ex illis locis probaretur quod non sit requisitum propositum in futurum, etiam posset dici quod non impediret propositum peccandi: quia etiam ibi non dicitur quod non habeat propositum amplius peccandi. Ergo, &c.

S E C V N D O arguo ad idem hoc modo. Sit aliquis qui semper fuit in gratia. Ille non obligatur ad habendum illud propositum. I. propono quod non amplius peccabo: sufficit quod habeat illud propositum, non peccabo in futurum, quando se offret peccatum. Ergo nec post peccatum obligatur ad bonum illud propositum cauendi in futurum: cum peccatum non inducat nouum præceptum, nec nouam obligationem. Sed antea non obligatur. Ergo nec nunc.

A D H O C concedo, quod ille qui est in gratia non obligatur ad habendum illud propositum in futurum: quia iam habuit, secundum opinionem sancti Thom. Quoniam primum enim venerit ad usum rationis, tenetur se conuertere in Deum, & si se conuertat, diligit Deum super omnia, & tenerit tunc habere propositum ad bene viuendum, & ita iam habuit, si est in gratia, propositum ad bene viuendum in futurum, & non corruptiatur propositum, nisi quis faciat contra illud.

S E C V N D O. Dico, quod concedo antecedens & nego consequentiam: quia peccatum requirit hoc ad satisfactionem. Sicut nanque omnes dicunt quod exigitur non habere propositum peccandi: ita requiritur propositum non peccandi in futurum ad reconciliandam Deum. Sed quādō erat in gratia, Deus erat ei propitius & reconciliatus, ideo consequentia non valebat.

E T probatur hæc opinio (quod si requiratur propositum cauendi à peccatis in futurum) inducendo ad impossibile, nempe, ad inconvenientia. Nam se queretur ex alia opinione, quod quantumcumque aliquis haberet propositum non cauendi in futurum, dolens de peccatis præteritis, quod si cessaret illud propositum, statim esset contritus, quod videtur absurdum: vt si Petrus doleret de peccatis præteritis, sed haberet propositum occidendi inimicum suum, & cæteris manentibus paribus, cessat illud propositum in futurum, iam Petrus esset contritus. Dices forte, quod non dolet de illo proposito. Contra. Pono quod postquam habet pro-

positum illud, dolet generaliter de omnibus peccatis, non cogitando de illo proposito. Illud erat unum peccatum. At postquam dolet de omnibus, dolet etiam de illo. Ergo iam esset Petrus ille contritus, quod nullus auderet dicere.

S E C V N D O. Arguo hoc modo. Omnes hi concedunt, quod non est vera poenitentia, nisi si aliquis diligit Deum super omnia. Sed qui diligit Deum super omnia, vult illi placere, & in nullo dissplicere. At velle placere Deo in omnibus, est propositum cauendi in futurum. Ergo illud exigitur. Est apparent argumentum. Ideo tutior & verior est hæc nostra opinio affirmativa, nempe, quod requiritur propositum formale cauendi à peccatis in futurum.

T E R T I O. Probatur ex Apostolo ad Ephes. 4. Deponite (inquit) vos veterem hominem qui corruptur secundum desideria erroris: renoumini autem spiritu mentis vestre, & induite vos nouum hominem. Ergo non satis est ad contritionem, veterem hominem exuere, nisi nouus homo induatur, quod voluntate sit, non manibus corporis. Ergo, &c.

Q U A R T O. Hoc insinuat in illo Genes. 6. Poenituit eum quod hominem fecisset, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus. &c. Ergo illa ambo requiruntur in eo, quem vere poenitet.

Q U I N T O. Ezechiel. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, omnium iniquitatum eius non recordabor. Custodire omnia præcepta, ad animi propositum sine dubio referendum est, quando non omnia simul præcepta castodienda occurruerint, cum homo poenitentiam agit. Vt que igitur poenitens simul præstat, & quod dolet de omnibus peccatis suis, & quod omnia præcepta custodire proponit. Et infra eodem capite. Conuertimini, ait, & agite poenitentiam, projicte a vobis omnes prævaricationes vestras, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: quod est noua vitam animo & concipere, & velle.

S E X T O. Iohannes. 3. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & aetu. &c. Conuersio autem ad bonum est. Non ergo satis est malam vitam antecedentem avertari, nisi ad bonam poenitentis animo conuertatur.

S E P T I M O. David postquam in Psalm. 50. veniam petivit inquiens, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Cormundum, ait, crea in me Deus, & spiritum rectum in omnia in visceribus meis. Ergo illa innovatio est propositum in futurum.

O C T A V O. Primum quod ab eo, qui iniuriam intulit, postulamus, est huiusmodi propositum. Cu[m] ergo finis poenitentia sit, Deo factam iniuriam emendare, certe vere poenites omnia ea exhibet, per quae iniuria compensatur. Inter hæc autem, vt diximus, illud unum est: vt homo habeat ani-

mum

mum deinceps iniurias alias non faciendi. Ergo, &c.

N O N O. Parentes, cum filios puniunt, emendationem propositumque melioris vitæ in futurum ab illis per poenas extorquent. Ergo hoc à nobis Deus vel maxime exigit in hac vindicta voluntaria: vt velimus in melius corrigeremus quæ peccavimus.

D E C I M O. In omni motu non est recessus à termino aliquo, sine accessu ad oppositum. Ergo nec auersio à peccato erit sine conversione ad iustitiam. Quare, sicut poenitens detestatur vitam iniustam antecedentem: ita voluntate complectitur futuram iustum consequentem.

V I X I M O. Vera poenitentia non est sine actu charitatis: vt mox definiemus. Sed per actum charitatis volumus Deo in omnibus placeare, & in nullo dissplicere. Ergo animus in futurum bene viuendi, vero poenitenti deesse non potest.

D V O D E C I M O. Hoc etiam diffinitur in concilio Tridentino, sessione 6. capite 5. & 6.

S E D contra hanc determinationem arguitur hoc modo. Contrito, secundum nos, est dolor: quia est poenitentia, & poenitentia dicit dolorem. At propositum cauendi in futurum, non est dolor. Ergo non requiritur propositum cauendi in futurum. Minor probatur: quia propositum cauendi in futurum potest esse in illo qui nunquam peccauit. Ergo non requiritur ad contritionem.

A D H O C respondetur quod contrito perfecta sufficit ad remissionem peccatorum, & contrito solū est dolor, & propositū in futurū nō est dolor. Nego tamen consequentiam, quod nō requiratur tale propositum. Sicut dicitur de dilectione Dei. Qui non credit, esto dicit volo placere Deo in omnibus & in nullo dissplicere, nō est dilectio, quia oportet omnia seruare præcepta. Qui dicit (inquit Ioan. prima canonica cap. 2.) se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.

Sic igitur ad veram poenitentiam exigitur impletio omnium præceptorum, quorum neutrum est dolor, nec pars doloris: ideo consequentia illa nihil valet. Et si dicas, Credere pertinet ad intellectum, & diligere est actus voluntatis, & ita credere non est dilectio, nec pars eius, ergo non requiritur ad dilectionem Dei, nego consequentiam: quia exigitur concomitante ad dilectionem Dei, impletio præceptorum, licet non sit dilectio, nec pars eius. Sic etiam dico, quod propositum cauendi in futurum à peccatis, exigitur ad contritionem, licet non sit pars eius.

S E C V N D O. Dico cum Alexandro vbi supra, quod etiam illud propositum spectat ad poenitentiam virtutem, quoniam sancti Thom. se qui videatur Albertum Magnum. Et credo ita esse, vt Albertus Magnus dicit, nempe, quo illud propositum spectat ad aliam virtutem, scilicet cautionem, & non ad poenitentiam. Et ad argumentum, cum dicitur, quod non pertinet ad poenitentiam,

cum non sit dolor, nego illud, quia ad virtutem poenitentiae spectat omne quod requiritur ad remissionem peccatorum, & ad habendum perfectam poenitentiam. Sed ad veram & perfectam poenitentiam, exigitur propositum cauendi in futurum. Ergo propositum pertinet ad veram poenitentiam. Sicut superius diximus, quod dolere de peccato, quæ est cœtra temperantiam, spectat ad temperantiam: sed dolere ad placandum Deum, spectat ad poenitentiam: ita nunc propositum, inquantum est causatio quadam, est prouidentia, quæ est pars prudentiae, & hoc laudat Lactatius in suis operibus, in qua tū vero spectat ad satisfactionem faciendā Deo, pertinet ad poenitentiam. Ita dicit, & bene, Alexander, vbi supra.

E S T igitur conclusio prima in hoc dubio, quod requiritur propositum cauendi in futurum ad contritionem.

S E C V N D A conclusio est. Huiusmodi propositum est de ratione poenitentiae. Hac tenet S. Th. supra in hac prima. + q. 3. art. 4. & 4. contra ḡ. cap. 27. Et probat. Quia actus morales ex fine recipiunt speciem. At finis poenitentiae & doloris de peccato, est noua vita. Ergo illum finem intendere, est de ratione poenitentiae. Quemadmodum enim expulsio contraria dispositionis, suapte natura ad conuenientem formam inducendam paratur, & propulsatio humoris corrupti, ab arte naturæ instituitur, vt noua sanitatis forma proueniatur: ita & peccata antecedentia destruere, atque auerſari, ad vitam nouam instituendam ordinatur.

S E C V N D O. Ad poenitentiam id potissimum pertinet: vt Deo veteris vitæ compensatio fiat. Id autem à nobis vel Deus maxime exigit pro compiendo veteri dilectio: vt ei deinceps placere velimus, iuste recteque viuendo. Ergo id est de ratione poenitentiae.

S E D dubitatur, on ad veram contritionem re Dubium. Squiratur, quod illa nolit, seu detestatio peccata quinque: si cum hac ratione, quia est contra Deum, & quod alias non sufficiet, vt peccata remittantur illi poenitenti.

H V I C questioni respondent oēs eodem ore, id est de ratione poenitentiae. Hoc expresse. S. Th. supra. q. 27. art. 3. Vnde si quem peccata contristant, eo quia turpia sunt, vel quod infamia notā surrent, aut aliud daunum dedere peccanti, huius dolor non est idoneus, nec delicto aduersus Deum commissio pensando, nec in falso Deo placando, & conciliando. Probatur: quia nec homo iustus placaretur, cum is qui latit, nullam ipsius habet indolem rationem, nec redintegraret amicitia, dum, qui cum violavit, iacturam propriā sentit, nō amici offendit. Et pro hoc est illud Pauli. Corinth. 7. Gaudeo, nō quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.

PRAETEREA. Ambr. ibidem inquit. Tristatur secundum Deum, quia delet, quod tecit, quod odit Deus.

PRAETEREA. Diuus Chrysostomus homeli. 15. in hanc. 2. epistolam ad Chor. & expressius home. 4. in eandem episto. idem dicit, quod & Ambrosius dixit.

PRAETEREA. Nisi hac ratione, & sine peccator poenitentiam ageret: id Deus minime per suam poenitentiam conuerteretur: cum tamen christiani poenitentem & conuersum ad Deum, eundem prorsus intelligamus: quomodo arcana litera poenitentiam, sine peccatoris ad Deum conuersione penitus ignorant. Vnde Iohannes. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. &c. Et Ezechiel. 18. Conuertimini, & agite poenitentiam. Et Isaia. 35. Ne relinquit impius viam suam, & reuertatur ad Dominum. Et psalm. 118. Exiit aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Ex quibus omnibus sequitur, quod ratio finisque poenitentiae Deus ipse describitur.

Dubium
sextum.

DUBITA TVR, an ad veram contritionem requiratur propositum satisfaciendi, & confitendi. Et videtur, quod ita ex diffinitione quam probat. S. Tho. in hoc art. quia sic definit. Contrito est dolor assumptus de peccatis, cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Ergo propositum confitendi requiritur.

AD HOC aliqui doctores dicunt, quod requiri-

tur illud propositum confitendi, ut Duran. d. 17. q. 2. art. 2. Alij autem distinguunt: quia contrito cuperiter capit. Vnmodo secundum se, inquantum est de lege naturae precise, & hoc modo non requiri-

re ad contritionem propositum confitendi: quia in

lege naturae non fuit confessio. Ergo confessio

non est necessaria de lege naturae. Alio modo ca-

pitur contrito inquantum est pars poenitentiae, & ita

requiritur propositum confitendi, & satisfaciendi. Vn-

de videtur, quod hic concedat, quod ad remissionem

peccatorum, vel ad veram contritionem, sufficit ipsa contrito sine illo proposito confitendi: sed talis contrito non est pars sacramenti poenitentiae.

SECO DICO, & sit prima propositio. Ad ve-

ram contritionem non requiritur formale pro-

positum confitendi, de satisfactione postea vide-

bimus. Probatur: quia ad veram poenitentiam re-

quiritur propositum cauendi a peccatis in fu-

rum. Ergo ibi includitur virtualiter propositum

confitendi, quia si habet propositum non peccandi,

cum sit praeceptum de confessione, habet propo-

situm confitendi virtualiter.

SECUNDO in leg. naturae & in leg. vet. suffici-

ebat sic dolere de peccatis cum proposito cauendi

in futurum, esto non haberet poenitentia propositum

formaliter, vel virtualiter, id est, quod intendat seruare mandata Dei, vel cauere infuturum a peccatis, & sine hac dispositione peccauit de novo qui non doler de peccatis commissis mortalibus.

TER TIO. Probatur: quod requiritur propositum cauendi in futurum. Quia cum solo dolore peccatorum, sine illo proposito, starer ad minus virtuatis complacencia in aliquo futuro peccato, ideo tale peccatum non remitteretur: sicut supra diximus de remissione venialium, quod per dilectionem Dei remittuntur omnia venialia, in quibus qui diligit Deum non complacet, ad minus virtualiter. Ergo nec remitteretur mortale, in quo virtualiter complacet. Vnde qui dolet de praeteritis, & non proponit cauere in futurum, exponit se periculo, quod non remittentur ei peccata. Admonendi igitur sunt poenitentes, quod proponant in futurum abstine-re a peccatis, vel dicendo, deinceps non offendam Deum, vel proponendo placere Deo & in nullo, maxime mortali, displicere, quod est Deum super omnia diligere, si cu[m] adimpletione praeceptorum hic actus habeatur, vel alio simil modo.

SED CONTRA. dicit Metinensis ubi supra. Qui vice reponit, dolet de offensa commissa, prout offensa Dei est, in quo virtualiter odit omnem offensam, non solum prateritam, sed futuram. Ergo illud sufficit.

SECUNDUM. Siquis vere poenitet, vere se ad Deum conuertit per amorem ipsius, non qualunque, sed obedientiale: hunc enim sepe a nobis exigit Deus. At in amore Dei vere obedientiali includitur virtualiter voluntas abstinentia a peccatis futuris a Deo prohibitis. Ergo satisfacit quis praecepto poenitendi, si vere de peccatis doleat propter Deum summe dilectum, in quo includitur virtualiter propositum cauendi in futurum. Non igitur requiritur formale propositum cauendi in futurum.

AD HORVM, primum, concessio antecedente, nego consequientia: quia illa displicentia virtuatis ex praecepto Dei non sufficit: ut probauimus.

AD SECUNDVM, totum concedo, excepto hoc quod dicit, quod illud est virtuale propositum cauendi in futurum: quia non est nisi formale. Nam qui diligit Deum super omnia, ut ad contritionem requiritur, vult illi in omnibus placere, & in nullo displicere. Ergo iam formaliter, & non virtualiter, proponit cauere in futurum. Vnde argumentum potius est pro nobis, quam contra. Et, ut supra diximus ad unum argumentum, quoniam ad poenitentiam iuxta primam nominis originem non pertinet respectus in futurum: tamen quatenus habet proficere praeceptum emendare culpam commissam, & Deo pro ea satisfacere, huiusmodi propositum est de ratione poenitentiae, nec sine illo Deus, aut placatur, aut conciliatur: quoniam id, quod saepe iam diximus, a nobis maxime requirat.

ET ad argumentum: quia ponitur in diffinitione. scilicet cum proposito confitendi, dico quod intelligitur

Articul. secundus.

Vtrum contritio sit actus virtutis.

DSECUNDUM sic proceditur. Videtur quod contritio non sit actus virtutis. Passiones enim non sunt actus virtutum, quia eis non laudamus, nec virtuparamur: ut dicitur. 2. Eth. Sed dolor est passio. Cum ergo contritio sit dolor, videtur quod non sit actus virtutis.

PRÆTERESEA. Sicut contritio dicitur a terendo, ita attrito. Sed attritio non est actus virtutis: ut ab omnibus dicitur. Ergo nec contritio.

SED CONTRA. Anihil est meritorium, nisi actus virtutis. Sed contritio est actus quidam meritorius. Ergo est actus virtutis.

RESPONDEO dicendum, quod contritio secundum proprietatem nominis sui, non significat actum virtutis, sed potius quamdam corporalem passionem. Sed hic queruntur sic de contritione: sed de eo ad quod significandum hoc nomen per similitudinem adaptatur. Sicut enim inflatio propria voluntatis ad malum facundum importat quantum est de se malum ex genere: ita illius voluntatis annihilationis (it) communio quedam, de se importat bonum ex genere: quia hoc est detestari propriam voluntatem, qua peccatum est commissum. Et ideo contritio, quae hoc significat, importat aliquam rectitudinem voluntatis, & propter hoc est actus virtutis, illius scilicet peccatum præteritum detestari, et destruere. scilicet poenitentiae, ut patet ex his quae in 14. distinctione dicta sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in contritione est duplex dolor de peccato. Unus in parte sensitiva, que passio est. Et hic non est essentialiter contritio, prout est actus virtutis, sed magis eff. Et usque eius. Sicut enim poenitentiae virtus exteriorem penam suo corpori infligit, ad recompensandam offensam,

que in Deum commissa est officio membrorum: ita etiam (it) ipsi concupisibili penam infert doloris peccati: quia etiam ipsa ad peccata cooperabatur. Sed tamen hic dolor potest pertinere ad contretionem, inquitum est pars sacramenti: qui sacramenta non solum in interioribus actibus: sed etiam in exterioribus, (it) in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate, quin nihil aliud est, quam dispergientia alicuius mali: secundum quod affectus voluntatis nominatur per nomina passionum: ut n. 3. d. 26. dictum est. Et sic contritio est dolor presentium, (it) est actus virtutis penitentiae.

AD SECUNDVM dicendum, quod attritus dicit accessum ad perfectam contritionem. Vnde in corporalibus dicuntur attrita, quæ aliquo modo comminuta sunt, sed non perfecte. Sed contritio dicitur quando omnes partes sunt simul per divisionem ad minima. Et ideo significat attritio in spiritualibus quandam dispergientiam de peccatis commissis, sed non perfectam contritio autem perfectam.

IN HOC secundo articulo docttor ponit aliquot conclusiones: quarum prior est. Contritio secundum proprietatem nominis, non significat actum virtutis, sed quandam corporalem passionem: ut dictum est. SECUNDUM propositio est. Hic non loquimur de contritione sumpta in hac significatione: sed loquimur de contritione sumpta pro illo, ad quod significandum hoc nomen per similitudinem adaptatur.

TERTIA conclusio est. Contritio est actus virtutis poenitentiae. Probatur. Contritio est materia. Sed nihil est meritorium, nisi actus virtutis. Ergo est actus virtutis. Secundo. Anihilatio & commutatio malorum voluntatis, & malorum affectionis, est quoddam honestum & laudabile ex genere suo: quoniam sit detestari propriam voluntatem, qua peccatum fuit commissum. At contritio nihil aliud significat, nisi illa mala voluntatis & affectionis annihilationis. Ergo contritio est actus virtutis. Tertio. Omnis rectitudo voluntatis est actus virtutis. At contritio est quoddam voluntatis rectitudo. Ergo est actus illius virtutis, cuius est peccatum præteritum detestari, & destruere. scilicet poenitentiae, ut patet ex his quae in 14. distinctione dicta sunt.

satis est. Ergo ad virtutem pertinet.
PRAETEREA. In sacra Scriptura frequenter exhortatur homines ad hanc poenitentiam, etiam interiorē. Ergo dubitari non potest: quin sit actus virtutis. Nec hic alia submoueri potest difficultas.

Articulus tertius.

Vtrum attritio possit fieri cōtritio.

D T E R T I V M sic procedit, videtur quod attritio possit fieri contritio. Differt enim contritio ab attritione, sicut formatum ab informi. Sed fides informis fit formata. Ergo attritio potest fieri contritio. **P R A E T E R E A.** Materia recipit perfectionē, remota priuatione. Sed dolor se habet ad gratiā, sicut materia ad formam, quia gratia informat dolore. Ergo dolor qui prius erat informis, culpa existet, quae est priuationis gratia: remota culpa, recipiet perfectio nem informatiōis à gratia. Et sic idem quod prius.

S E D C O N T R A. Quorum principia sunt diversa omnino, eorum non potest fieri unum id, quod est alterum. Sed attritio nis principium est timor seruīlis: contritionis autem timor initialis. Ergo attritio non potest fieri contritio.

R E S P O N D E O, dicendum, quod super hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quod attritio fit cōtritio, sicut fides informis fit formata. Sed hoc (ut videtur) esse non potest: quia quanuis habitus fidei informis fiat formatus: tamē nūquā actus fidei informis, fit actus fidei formata: quia actus ille informis transit, & nō manet, veniente charitate, attritio autem cōtritionē dicitur habitum, sed actū tantū. Habitū autē virtutū infusarū, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes, cum charitatem consequantur: ut in 3. lib. dictum est. Vnde antequam gratia infundatur, non est habitus, à quo actus cōtritionis

postea elicetur. Et sic nullo modo attritio possit fieri contritio. Et hoc alia opinio dicit. **A D P R I M V M** ergo dicēdum, quod non est simile de fide & contritione, ut dicēdum est.

A D S E C V N D V M dicēdum, quod remota priuatione à materia, que manet, perfectione adueniente, formatur materia illa: sed dolor ille qui erat informis, non manet charitate adueniente. Et ideo formari nō potest. **V e l** dicendum, quod materia essentialiter nō habet originem à forma: sicut actus habet originem ab habitu, quo formatur. Vnde non est inconueniēs, materiam informari aliqua forma de nouo, quia prius non informabatur: sed hoc de actu, est impossibile: sicut impossibile est quod aliquid idem numero oriatur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res semel tantum in esse procedit.

I N H O C . 3 . a r t . S . T h o m . citat duas opiniones, quarum una reprobata, aliam acceptat. Prior, quam reprobat, est, quod attritio fit contritio. Et qui hoc dicebant, probabant hoc modo. Fides informis fit formata. Ergo attritio fit cōtritio. Hoc impugnat diuīs Thomas, dicens, quod non est simile de habitu fidei, & de actu etiam fidei: quia habitus fidei semper manet idem, siue sic cum charitate siue noui actu autem fidei non semper manet idem, sed ille qui est sine charitate transit, & adueniente charitate fit alius actus fidei formatæ. Et cum attritio & contritio sint actus, & nō habitus, quando aduenit contritio, quae est cum gratia & charitate, non manet attritio.

S E C V N D A opinio quam sequitur sanct. Tho. est. Attritio nunquam fit, nec fieri potest contritio. Probatur. Contritio est actus virtutis infusa, nempe poenitentiae: vt in articulo præcedenti diximus. At virtus infusa non est sine gratia & charitate: cum eas sequatur. Ergo antequam gratia infundatur, non est habitus à quo cōtritio eliciatur. Ergo attritio non potest fieri cōtritio. Hac sanct. Tho. Quae omnia nos latius aperiemus.

S E D videtur falsum id quod dicit. S. Tho. nem. Dubium est, quod actus fidei informis nunquam est primus, actus fidei formatæ: quia qui est in peccato mortali, potest elicere actum fidei, & cōtinuare illum & iterum dolere de peccatis. Et tūc ille actus qui erat fidei informis, erit fidei formatæ.

A D H O C dico, quod latius dicens in prima 2. Secundo dico prouinc, quod, esto in misericordia qualitas: non tamē est idem actus in esse moris: quia unus est meritorius adueniente charita-

te & gratia, & non antea. Tertio dico, quod iam ille actus aduersus charitatem, est à principio ailio modo se habente, quam antea: quia est à fide perfecta, & antea erat à fide informi & imperfetta, quae sufficiunt ad mutandum actum in esse moris, saltem numero. Quarto dico, quod forte sanctus Tho. vult dicere, quod alia est qualitas, quae elicetur à fide informi, & alia quae elicetur à fide formatæ.

H I S præhabitum, pro resolutione huius questionis est supponendum unum quod ab omnibus conceditur, quod attritio nihil aliud est, quam dolor de peccatis præteritis imperfectus: contritio autem est dolor de peccatis præteritis perfectus. Ecce hoc dicit. S. Tho. art. 2. præcedenti immediate, ad 2. Sed per hoc nō constat, quid sit attritio, & quid cōtritio, nec habetur, quae sit illa imperfectio, qua attritio à contritione distinguitur. Ideo haec duo à nobis tractanda sunt.

P R O quorum expeditione supponendum est, displicentiam seu dolorem peccatorum, ideo perfectam dici: quia illi nihil deest eorum quae ad finem displicentiae consequendum sunt necessaria. Et quidem finis displicentiae, seu doloris de peccato, est multiplex. Primus est vindicare iniuriam factam Deo. Secundus est, amorem Dei conciliare. Tertius est, peccatum ut malum & inimicum animæ destruere. Erit igitur perfecta poenitentia & displicentia de peccato ea, quae habebit hos, fines & effectus, qui quidem omnes mutuo hæret, neque quisquam illorum sine reliquis inuenitur. Ille enim dolor qui in iniuriam Dei emendat, conciliat nobis Deum, & commissum peccatum delet.

Q V I B V S iactis fundamentis, patet manifeste, displicentiam imperfectam eam esse, quae nec sufficiens est ad emendandam Dei iniuriam, nec ad gratiam ipsius sarcendam, nec ad peccatum destruendum. Vnde colligitur, hanc imperfectam displicentiam multipliciter homini contingere: quia multis modis cōtingit à perfecto declinare. **P R I M V M** genus imperfectæ displicentiae est, cum quis dolet de peccato propter humanæ naturaliaq; motiva, vt. s. quia peccatum est quoddam turpe & contra rationem, vel quia induxit infamiam, vel quia contrarium Deo est, quatenus finis est & principium naturæ. Et nescio si hoc genus displicentiae, quod sola naturali ratione nittitur, à theologis appelletur attritio. Sed quum sit quidam imperfectus dolor, qui interim frangere & atterere animum potest, licet imperfecte, nos appellabimus eum attritionem. Et sic videatur dicere Augustinus in libr. de vera & falsa poenitentia. cap. 2. & 9.

S E C V N D V M genus imperfectæ displicentiae & doloris est, quae oritur à timore poenarū: & intelligo poenas, vel spirituales, vel æternas, quae lumine fidei cognoscuntur. Hanc displicentiam doctores omnes scholastici attritionem vocant: atque de ea Augustinus de vera & falsa poeniten-

tia cap. 17. loquitur, tractans illa verba Ezechiel: Quæcumque hora peccator ingemuerit & cōueritus fuerit, vita viuet. Conuersum ait Augustinus, non tantū versu, vita viuere. Et sequitur in Augustino. Vertitur à peccato, qui iam vult dimittere peccatum: cōuertitur autem, qui iam totus & omnino vertitur, qui iam non solum poenas timeret, sed ad bonum Domini contendere festinat. Dixerat enim Augustinus, quod poenitentia quæ impetrat vitam, non à solo timore, sed à charitate proficiscitur. Hanc etiam attritionē tanquam insufficientem reiicit Ambro. lib. 2. de poen. ca. 9.

T E R T I V M genus imperfectæ displicentiae inuenitur, quum quis dolet quidem de peccato, quare ratione offensa Dei est: sed ex quadam velociitate, nō ex volitione absoluta & efficaci. Habet enim desiderium imperfectum placendi Deo, & dimittendi peccatum: sicut dilectione Dei imperfecta potest appellari volitio, quia Deo velem bonum & gloriam, ipsiq; placere in omnibus: desiderio tamen imperfecto. Sic nolle Dei offensam, est imperfecta displicentia: quia perfecta est efficax & absoluta, quae ex dilectione Dei absoluta & efficaci nascitur. Hunc dolorem imperfectum Cafeta. in 1. q. de contritione, attritionem vocat, in additionibus ad 3. partem. Si haec à nobis fuerint diligenter inspecta, facile coniiciemus discriminem inter attritionem & contritionem. Et prius ab effectu quia contritio facit peccati remissionem, attritio autem non. Alterum discrimen est à principio, quod contritio ab amore infusa charitatis procedit, attritio vero non: sed, vel à timore penarum, vel ab amore proprio & naturali, vel à dilectione imperfectæ conditionata & inefficaci, qui non sunt actus charitatis: cum possint esse in peccatore. Tertiū discrimen est, quod contritio elicetur ab habitu poenitentiae infuso: attritio vero nō. Quartum & ultimum discrimen est, quod ad contritionem requiritur speciale auxiliū Dei: quia est actus supernaturalis: attritio vero solis naturæ viribus haberi potest: nisi attritio 2. generis, quae tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis auxilio speciali opus habet. Timor sicut dem seruīlis (vt supra. q. 26. art. 5. diximus) donū Dei est. Et quemadmodum ad credendas poenas supernaturales, necessarium est auxiliū Dei, quemadmodum intellectus: sic ad timendum eiusmodi poenas, necessarium est, vt excitetur affectus, & consequenter ad dolendum de peccatis propter hūc finem supernaturalem. Credimus enim nullam potentiam efficaciter attingere effectum supernaturale cun solo auxilio Dei generali: ad alias vero attritiones, ex parte voluntatis nullum auxilium speciale requiritur. Nam illa prima generis, cum naturale obiectum habeat, solis naturæ viribus nascitur: illa autem postremi generis, supposita fide beatitudinis supernaturalis haberi potest sine auxilio Dei speciali: sicut & desiderium inefficax, & imperfectum beatitudinis.

SED hæc nobis dicta fuerint de contritione & attritione secundum propriam significationem & usum vocabulorum. Quod enim diuus Th. de veritate q.28. ar.8. dixit, omnem dolorem de peccato in habente gratiam, esse contritionem, improprium est. Ideo abusus vocabuli non est trahens in disputationem, ubi de contritione & attritione proprie agitur.

EX quibus omnibus sequitur, quod loquendo proprie, attrito non potest fieri contrito, quæ conclusio est. S. Tho. hic & ubique. Quam. S. Thom. sic probat. Illa quæ procedit à distinctis causis & principijs non possunt esse idem. Sed contritio attritioque sunt à distinctis principijs. Ergo, &c. Probatur minor: quia contritio est à gratia & à poenitentia infusa, attritio autem non. Ergo, &c. ET N D E M conclusionem tenet Maior in. 4. d.14. q.1. Sed dicit quod ratio. S. Tho. non probat conclusionem: quia idem actus doloris potest elicere à pura potentia, & continuari cum gratia. Ad hoc ego concedo totum: sed nego quod ille actus fiat proprie contritio. Palu. tenet eandem conclusionem in. 4. d.17. q.1. & allegat. S. Thom. videns illam esse ipsius opinionem, posseq; dupliciter probari. Prius secundum aliquos qui dicebant, quod actus intellectus & voluntatis non recipiant intentionem, quia intensio fit per additionem gradus ad gradum, aut partis ad partem, sed actus intellectus & voluntatis nō habent partes. Ergo nō potest attritio, quæ est dolor actus voluntatis imperfectus, fieri contritio, quæ est actus perfectus.

SECUND A probatio eius est illa quam iam fecit. S. Thom. hic, quia contritio est à gratia & à poenitentia infusa, & attritio non.

TER TIO dicit Palud. quod si teneatur, quod actus intellectus & voluntatis possunt intendi, dicendum est, quod attritio potest fieri contritio, & hoc tenendo imaginationem Palu, quod contritio & attritio differunt penes intensum & remissum. Dicit namq; contritionem esse dolorem intensum, attritionem autem remissum.

SED dimissa imaginatione Palu, est notandum, quod duplex est contritio. Quedam quæ intrinsece est contritio, id est, secundum se, ex obiecto: ut cum quis dolet de peccatis super omne dolibile, & proponit euitare super omne euitabile propter Deum. Hæc dicitur cōtritio intrinseca, quia ex obiecto est contritio. Altera est contritio extrinseca, ea s. quæ non habet ex obiecto, quod sit contritio, sed ex circumstantijs. Ut cum quis dolet de peccatis ob aliquod motuum humanum, & est in gratia, talis do or (dicit. S. Thom. in lib. de veritate q.28. ar.8.) quod est cōtritio, & omnis dolor, qui est cum gratia, quia virtualiter refertur in Deum. Dico igitur, quod omnis talis dolor, qui per se nō sufficeret ad remissionem peccatorum & ad reponendum hominem in gratia, esto sit nunc cum gratia, non est cōtritio essentialiter &

secundum se & proprie, sed impropte & extrinsece. Ita dicendum est etiam de attritione: quia quædam attritio est, quæ ex obiecto intrinsece habet, quod sit attritio: vt dolor de peccatis propter poenas inferni, vel quia perdidit ille dolens gloriam. Altera autem est attritio, quæ non intrinsece est attritio, quia licet de se esset attritio, propter circumstantias non est attritio: sicut cum aliquis dolet propter poenas inferni actualiter, tamen transgreditur aliquod præceptū. Huiusmodi est dolor de peccatis in Saraceno propter poenas inferni. Ille nanque dolor, licet de se esset attritio: impeditur tamen, quia actualiter transgreditur præceptum: cum non recipiat fidem, quam tenetur recipere.

HIS notatis, patet quod attritio proprie ex obiecto non potest fieri cōtritio intrinseca, quæ proprie vocatur contritio. Probatur: quia differunt penes distincta obiecta. Nam attritio est dolor ob poenas vel ob aliud motuum, ita quod non dolet propter Deum: contritio autem est propter Deum. Ergo attritio non potest fieri contritio. Et ita intelligit. S. Thom. quod etiam tenet Gabr. d. 16. q.1. Et quia prima contritio omnium, quæ est vltima dispositio ad gratiam, necessariū est, quod sit intrinseca contritio. s. ex poenitentia infusa & propter Deum: ideo impossibile est, quod prima contritio fiat ex attritione.

H A E C conclusio est contra Sco. in. 4. d.14. q.2. & contra Caiet. in. 1. q. de contritione in additionibus ad.; partem, afferentes contritionem acquisitam informem, quæ ab alijs theologis appellatur attritio, contritionem posse fieri formam. Et Caiet. existimat, quod hæc sua sententia est de mente. S. Tho. in prima quartæ q.30. ar.1. ad.2. ubi dicit quod primus poenitentis actus habet se, vt vltima dispositio ad gratiam consequendam. s. contritio. Alij vero poenitentia actus sequentes procedunt iam ex gratia & virtutibus.

A T reuera hæc opinio non est. S. Thom. immo ipsi contraria hoc loco, ubi expresse casserit, contritionem actuam esse elictum à poenitentia infusa. Et certum est, quod actus elictus ab habitu infuso distinguitur omnino à quocunque alio, qui ex puris naturalibus haberi poterit, vt actus elictus à charitate infusa à quocunque alio amore, qui circa charitatem elicitur. Et ratio est in promptu: quia actus qui habetur ex puris naturalibus, non attingit, nisi obiectū naturale. Nam talis est, quale & obiectū eius: vt ante docuimus. Cum enim omnis attritio acquisita, naturalis sit, naturale quoque obiectum habet: sicut & dilectio acquisita. Ergo impossibile est, talē attritionem fieri cōtritionem, sicut impossibile est, quod dilectio acquisita fiat dilectio charitatis infusa, cuius obiectum est supernaturale. Et si actus nostri viribus naturalibus acquisiti, supernaturalia obiecta efficiaciter attingerent: certe habitus virtutum infusarum essent superuacanci.

PRAE

P R A E T E R E A. Actus contritionis eget auctilio Dei speciali: actus autem attritionis, de quo Sco. & Caiet. loquuntur, sunt ex puris naturalibus: vt etiam ipsi fatetur. Ergo impossibile est esse idem: cum principia sint prorsus diuersa. Nec fieri potest, vt actus qui solo auxilio Dei generali à potentia producitur, idem numero à potentia cum auxilio speciali producatur. Et quod de hoc generat attritionis dictum est, pater, ac multo magis in reliquis.

D U B I U M secundum. DVBITAT V R circa illud, quod S. Tho. dicit, quod attritio procedit à sola potentia, vel à virtute acquisita: contritio autem est à virtute infusa & à gratia. Quomodo est possibile, quod contritio sit à gratia, cum contritio sit dispositio ad ipsam? Arguo igitur hoc modo. Contritio est dispositio ad gratiam. Ergo præcedit gratiam, & per consequens non est à gratia. Quia si à gratia est, iam post gratiam est. Ergo est prior & posterior respectu eiusdem, ordine saltē naturæ. Hæc autem implicant.

A D H O C dico, quod gratia, ordine naturæ præcedit contritionem, & contritio est effectus gratiae, ita quod gratia est causa formalis contritionis. Hæc propositio est. S. Tho. hic expresse & supra q.26. ar.5. quia in his locis dicit, quod principium contritionis est gratia. Et prima. 2. q.13. art. 8. dicit, quod inter omnia quæ concurrunt: ad iustificationem, primum est infusio gratiae, secundū est motus liberi arbitrij in Deum, & tertium est motus liberi arbitrij in peccatum, & vltimo est remissio peccatorum. Et supra q.27. ar.6. ad 1. expresse dicit, quod cōtritio est effectus gratiae operantis. Si est effectus, ergo est posterior. Adduco hæc, ne aliquis dicat, quod S. Tho. dicit hoc in. 4. & non in Summa.

P R A E T E R E A. Contritio est meritoria: vt pro nunc suppono, probatur in inferius. Ergo est iam à gratia, quia nihil est meritorium, nisi à gratia procedat.

E T ad argumentum concedo quod contritio est prior gratia, quatenus dispositio est ipsius gratiae, & est posterior, quatenus est eius effectus. Nec hoc est impossibile, in his quæ se inuicem requirunt, & in diuersis generibus causarū. Nec etiam inconuenit, idem esse prius & posterior respectu eiusdem, secundum diuersas rationes. Et hoc dicit. S. Tho. 1. sec. q.11. ar. 8. ad vnum argumentū. Hoc quod dicimus de gratia, est verum de qualibet forma naturali, quia in introductione formæ naturalis hoc inuenitur, q. 10. id est prius & posterior respectu eiusdem sed non secundum eandem rationem. Nam lumen, vt est effectus solis, prius est quam expulsio tenebrarum ab aere, quia sol per lumen expellit tenebras. Si autem consideretur in quantum recipitur in subiecto, prius est expulsio tenebrarum: quia requiritur ad hoc quod lumen recipiatur in aere, quod sint expulsæ tenebrae. Vnde in genere causæ agentis, prius est

lumen, quam expulsio tenebrarum, in genere autem causæ materialis & dispositionis, prius est expulsio tenebrarum, quam lumen in aere. Nec vallet, si dicas quod hoc non est simile, quia tenebrae non sunt res positiva: quia, esto tenebrae essent aliqua qualitas (vt quidam philosophi dixerunt, quod tenebra est quædam relatio realis) eadem esset ratio.

A L I V D exemplū est de calore ignis, qui producitur in aqua. Pono quod sit aqua frigida vt. 10. & volo quod frigiditas vt. 10. non compatiatur secundum aliquem calorem. Ad hoc quod introducatur calor in aqua, oportet quod expellatur aliquis gradus frigiditatis. Prius ergo est corruptio frigiditatis, quam introductio caloris in genere causæ materialis & disponentis. Et ita, si calor confideetur secundum quod recipitur in subiecto, prius est corruptio frigoris: sed ex parte agentis, prius est productio caloris, quia agens per calorem corrumpt frigiditatem.

E T si dicas quod omnia ista nō sunt similia, quia corruptio frigoris nō est aliqua qualitas, sed motus liberi arbitrij est vera qualitas: dico quod hoc nihil facit, q. si saltem ostendo, quod non implicat idem esse prius & posterior respectu eiusdem, secundum tamen diuersas rationes & considerationes, quia illa prioritas & posterioritas solū est rationis, secundū quod vnu requiritur ad alterū. A L I V D exemplum est, tenendo duo quæ communiter tenentur à gravioribus theologis & philosophis. Alterum est, quod solum est vnu forma in composito naturali: alterum est, quod accidentia corporalia sunt in toto cōposito, & non in materia sola. Et probatur hoc secundum: quia alias materia ageret, si haberet accidentia. Tunc capio lignū ex quo generatur ignis, & capio illā dispositionem vltimam ad formam ignis. Illa est prior forma ignis, & igne generando: quia est dispositio ad formam ignis requisita. Ergo prius natura est, quam ignis. Et probatur quod sit posterior. Illa dispositio est in toto igne. Ergo est posterior igne: quia subiectū est prius accidente. Ergo illa dispositio est prior & posterior respectu eiusdem, licet non secundum eandem rationem.

E S T aliud exemplum de apertione fenestræ & ingressu venti. Ingressus venti est causa apertoris fenestræ, qui ventus aperit fenestram. Ergo ille ingressus venti est prior quam apertio fenestræ. Et cōtra, apertio fenestræ est prior ingressu venti: quia presupponitur apertio fenestræ ad hoc quod ventus ingrediatur. Sic nūc dicimus, quod gratia est spiritus sancti, que debet in anima intrare, & prior est, quam ipsa dispositio, quia per gratiam disponitur, sed in quantum recipitur in subiecto, prior est dispositio. Et hanc nostram sententiam probauit Henricus de Ganda quo. q.24. & allegat pro hoc Augu. contra Pelagianos, qui dicit, quod gratia iustificans præcedit liberum arbitrium. Hanc sententiam tenet Maior in. 4. d.

in.4.d.14.q.1.in fine,& ponit exemplum de sanitate & ambulatione. Nam ambulatio est prior sanitatem, in genere causae efficientis, sed sanitas est prior ambulatione, in genere causae finalis. Et sic haec est securior sententia & verior, licet non sit de fide.

S E D Capre. in.4.d.14.q.2.ad argumēta Henrici, dicit, quod actus contritionis est à solo libero arbitrio cum solo concurso speciali Dei, & non est à gratia effectiue. Idem dicit Bernar. de Ganaco in quodam quolibetō, impugnando illum. s. quolibetum Henrici.

A T haec sententia prius videtur contra. S. Tho. vbi supra, & in prima.2.q.109.art.6. vbi querit, an homo possit se præparare ad gratiam sine gratia Dei, & respondet, quod nō: quia ille est error Pelagianorum. Sed arguit postea. S. Tho. in corporear. in quo videtur dicere id, quod dicit Capre. Quia, si ad hoc qd homo præparet se ad gratiam Dei, requiritur gratia Dei. Ergo erit processus in infinitum. Nam si ad hoc quod me disponam ad gratiam, a, requiritur gratia, b, ergo ad hoc quod me disponam ad gratiam, b, requiritur gratia, c, & ita in infinitum. S. Tho. respondet, quod cum dici mus, ad hoc quod quis se præparet ad gratiam, requiri gratiam Dei: gratia, ad quam debemus disponi, est gratia habitualis gratum facies: gratia autem qua requiritur ad eam, est auxiliū speciale, & ad hoc auxiliū nihil requiritur ad præparandum nos ad illud. Et ita præparatio ad gratiam procedit ex auxilio speciali. Et hoc videtur dicere. S. Tho. supra. q.30.art.1.ad.2. vbi dicit, quod vltima dispositio ad gratiam est actus primus poenitentis. s. contrito: actus vero sequentes alij procedunt ex gratia & virtutibus. Ergo contritio nō procedit ex gratia & virtutibus effectiue. Ideo haec opinio est probabilis.

S E D contra. Ergo. S. Thom. sibi contradicit. Ad hoc nego consequiam, immo ipse se declarat, quia dicit, quod actus poenitentiae, vel cōtritio, potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad essentiam suam, & ad hoc non concurrit effectiue gratia, quia difficile est quomodo concurrat gratia ad substantiam contritionis. Et ita videtur, quod. S. Tho. in prima.2.tenet, quod non requiritur donum habituale ad contritionem, sed sufficit auxilium speciale Dei. Vel sic est. S. Tho. intelligendus, nempe, quod alio modo potest considerari contritio in esse cōtritionis, vel in quantum contritio est. Declaratur hoc: quia contritio dicit motum perfectum, & illam perfectionem habet à gratia quod sit. s. sufficiens ad remissionem peccatorum, quod non habet de se, etiam cum auxilio Dei speciali, nisi adueniat gratia gratum faciens. Illa autem adueniente, fit dolor perfectus & sufficiens ad remissionem peccatorum, & fit contritio, & hoc est esse contritionem, & hoc est etiam gratiam concurrens ad contritionem, vel esse priorera. Et ita intelligunt antiqui: quia per

infusionem gratiae ille dolor qui erat antea sine gratia, nec erat contritio, fit contritio quando venit gratia. Et probatur: quia actus humanus in quantum procedit à libero arbitrio, si sit in puris naturalibus, non esset meritorius, nec de conguo, nec de cōdignitate dolor liberi arbitrij, quia tuncunque sit perfectus, si consideretur ut procedit à libero arbitrio, etiam cum concurso Dei speciali, nō acceptatur à Deo, nec est meritorius, nisi sit cum gratia. Ita dicendum est de cōtritione, quod gratia est principium contritionis, non inquantum est motus liberi arbitrij, sed inquantum est dispositio sufficiens ad gratiam, & ita videtur omnia dicta. S. Th. conuenire: quia considerato dolore, ut procedit à libero arbitrio, sic non sufficit, sed per hoc quod aduenit gratia fit sufficiens dispositio ad gratiam. Ita quod. S. Tho. dicit, quod gratia est principium contritionis, id est, principium formale, & non effectiue. Sed tunc nō valet ratio. S. Tho. quia etiam vos dicitis, quod contritio non est à gratia, sicut nec attritio. Dico quod valet probatio. S. Tho. quia satis est, quod contritio est à gratia tanquam à causa formalis, & attritio nō. S. E D melius est dicere cum prima opinione, ut dicit. S. Tho. supra. q.26.art.5. quia secundum hoc oportet dicere cum Caieta. & Scot. quod datur contritio informis.

S E D dubitatur. Vnde valet illa consequentia, Dubium Contritio est à gratia & attritione. Ergo at tertium, tritio nō potest fieri contritio? Quia dilectio Dei quia est à pura potentia, potest continuari & esse à gratia & charitate. Ergo etiam attritio. **A D H O C** dico, quod dilectio quia est à pura potentia, non est à charitate, nec potest esse à charitate. Et ita attritio quia est à pura potentia, potest continuari & esse cum gratia, sed non à gratia, quia ille dolor qui est à gratia, est alius ab illo qui erat à pura potentia, est enim supernaturalis, & aliis naturalis.

DVBITA TVR tamen quarto, an prima Dubium contritio sit meritoria. **A D H O C** aliqui dicunt quod non. Quod mihi aliquando visum fuit. Prius, quia contritio, cū sit dispositio ad gratiam, est ante gratiam. Sed nullus actus est meritorius, nisi eum præcedat gratia. Ergo prima contritio non est meritoria.

S E C V N D O. Hoc probatur ex. S. Tho. p.p.q. 62.arti.2.ad.3. in haec verba. Triplex est conuersio in Deum. Una quidem per dilectionem perfectam: quia est creatura iam Deo frumentis. Et ad hanc conversionem requiritur gratia consummata. Alia conuersio est, quia est meritorum beatitudinis. Et ad hanc requiritur habitualis gratia, quia est meritorum principium. Tertia conuersio est per quam alii quis præparat se ad gratiam habendam. Et ad hanc nō exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei, ad se animam cōuertere: secundum illud, Converte nos Domine ad te, & cōuerte nos. Trenor. s. **S E C V N D O**. Doctor sanctus supra. q.30.art.1.ad.2.inq

i.ad.2. inquit. Actus primus poenitentis se habet, vt vltima dispositio ad gratiam consequendam. s. contritio: alij vero sequentes actus poenitentiae procedunt iam ex gratia & virtutibus. Ergo contritio prima non est meritoria.

H I S non obstantibus, dico quod prima cōtritio est meritoria glorie: sed nō est meritoria gratiae.

Haec conclusio est. S. Tho. i. sec. q.111.art.2.ad.1. Et probatur prius, quia est operatio amici Dei ordinata in fine supernataralem, & charitatis, procedens ab ipsa charitate ordinata. Ergo est meritoria.

S E C V N D O. Ut supra probauimus, cōtritio procedit à gratia, ad minus tanquam à causa forma li: quia ipsa cōtritio est vltima dispositio ad gratiam. Et omnis vltima dispositio ad aliquam formam, est ab illa forma tanquam à causa formalis. Ergo cōtritio illa prima est à gratia. Ergo est meritoria.

T E R T I O. Fingamus hominem post primam illam contritionem statim ab ista vita decendentem. Quero, an dabitur isti aliqua gloria? Manifestum est quod ita, quia iam doluit de peccatis propter Deum. Tunc quero, an ille homo meritus fuerit illam gloriam, vel non. Si meritus fuit, ergo intentum. Si dicas quod non meritus fuit, ergo adulto, seclusis sacramentis, datur gloria, absq; merito proprio, reclamante Paulo, priore ad Corinth.3. Vnde quisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et Matth.20. nemo diurnum accepit denarium: nisi qui in vinea labouauerit. Et psal.61. Semel loquutus est Deus, duo haec audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua.

Q V A R T O. Primus actus charitatis est meritorius, cum sine dubio sit opus amici Dei, maxime Deo placens, Ioan.14. Qui diligit me, ego manifestabo ei me ipsum. Sed prima cōtritio sequitur primum actum charitatis à quo proficiscitur.

Ergo est meritoria.

Q V I N T O. Pro hoc est Aug. in lib. de vera & falsa poenitentia, ca.17. vbi sic loquitur, de his qui in fine poenitentiam agant. Cū fructifera poenitentia opus sit, non hominis, sed Dei, inspirare eam potest, quoniam vult sua misericordia, & ex misericordia remunerare, quos damnare potest ex

iustitia. Et cap. vlti. idipsum Aug. dicit poenitentiam, non tantum indulgentiam promittere, sed certa præmia.

S E C V N D A pars conclusionis, quod cōtritio non sit meritoria gratiae, probatur. Quia prima gratia datur gratis, sed prima gloria datur pro merito.

S E D contra. Gratia prima est acceptatio ad vitam æternam. Ergo qui meretur vitam æternam, meretur acceptationem ipsam, quae est gratia prima. Ad hoc nego antecedens, loquendo formaliter: immo est acceptatio ad consortium diuinæ naturæ, ut deinceps mereatur augmentum gratiae & glorie. Sed per primam contritionem formaliter non acceptatur homo ad merendum primam gratiam, sed per primam gratiam acceptatur homo ad participationem bonorum supernaturalium, quae simpliciter faciunt homines bonos, quae lis est charitas & ceteræ virtutes infuse, per quas admissus homo ad Dei amicitiam & gratiam, & ternam gloriam proprijs actibus mereatur.

Exemplum est quod ita, quia iam doluit de peccatis propter Deum. Tunc quero, an ille homo meritus fuerit illam gloriam, vel non. Si meritus fuit, ergo intentum. Si dicas quod non meritus fuit, ergo adulto, seclusis sacramentis, datur gloria, absq; merito proprio, reclamante Paulo, priore ad Corinth.3. Vnde quisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et Matth.20. nemo diurnum accepit denarium: nisi qui in vinea labouauerit. Et psal.61. Semel loquutus est Deus, duo haec audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua.

Q V A R T O. Primus actus charitatis est meritorius, cum sine dubio sit opus amici Dei, maxime Deo placens, Ioan.14. Qui diligit me, ego manifestabo ei me ipsum. Sed prima cōtritio sequitur primum actum charitatis à quo proficiscitur.

Ergo est meritoria.

Q V I N T O. Pro hoc est Aug. in lib. de vera & falsa poenitentia, ca.17. vbi sic loquitur, de his qui in fine poenitentiam agant. Cū fructifera poenitentia opus sit, non hominis, sed Dei, inspirare eam potest, quoniam vult sua misericordia, & ex misericordia remunerare, quos damnare potest ex

Ex quibus colligitur male dixisse Ioannem Mettenensem in suo codice de poenitentia. q. 8. posse. s. hominem mereri apud Deum, nō solū per actus qui ex charitate procedunt, sed etiam per actus poenitendi, & Deum diligendi, licet a charitate precedenti non fiant: quia (vt dictum est) ad merendum prærequisitum gratia.

Et ita impositus est finis huic prima.4. ad laudem Omnipotentis Dei. Reliqua autem, quæ statim erant dicenda, nempe, de obiecto contritionis, & alia per ordinem scriptorum. S. Tho. in.4. iam manent in p[ro]lo, scito in lucem mittenda.

CONIMBRICAE,

Excudebat Ioannes Aluanus Typographus Regius.

M. D. LV.

Hac sunt errata in hoc codice, vel quæ aliqua
indigebant aduertentia.

Folio. 8. coluna .2. vbi legis secundum sanctum Tho.
Folio. 59. col. 3. vbi legis, candidate lector, quod solus mi-
nister ordinatus causa gratiam in baptismo instru-
maliter, &c. intelligitur quod minister qui habet char-
acterem Christi, cum sacramento causat instrumen-
tum alterum gratiam: & paganus, aut non ordinatus minister, non,
sed solum sacramentum causat ibi gratiam instru-
litter: licet oppositum (vt ibi dicitur) sit probabile.

Folio. 61. col. 4. vbi legis, homo potest instituere sacra-
mentum circuncisionis, id intellige (vt ibi declaratur) sup-
posito, vt iam nunc certum habetur ex. S. Tho. & ex cœilio
Tridentino, quod illa circuncisio ut erat signum sensibile,
non dabat gratiam, sed sola fides ibi prestat, nec habebat
aliud effectum spiritualis. Hoc poterat illud instituere ut sicut si
esset in lege naturæ: vel currere ipsa lege veteri illis qui
non erant de populo Israelitico, sed postquam Deus instituit,
non poterant homines non vti illo sub poena damnationis.

Folio. 75. vbi legis, sacerdos excommunicatus non peccat
administrando sacramentum, &c. intellige quod illud ad
ministrat ad instantiam alterius fidelis non excommunicati,
ut dicit cœilio Constantiense, & dummodo non inducatur
ad agendum sacramentum, ut ibidem declaratur: ipsi autem excommunicato
nunquam licet se intromittere ad comunicandum
cum alijs fidelibus de se, nisi prius alius fidelis incipiat,
iuxta formam concilij: ut ibi declaratur.

Folio. 136. vbi legis quod aliquis potest esse in gratia an-
tequam habeat fidem Christi, &c. intellige explicate. Et hoc
apparet aliquo modo probabile, ut apud illos qui nihil
audierunt de Christo, & faciunt totum quod in se est. Nam
implicitè semper requiritur fides, ut etiam ibidem tangitur,
& dicit. S. Tho. P. 2. q. 89. ar. 6. & Sec. 2. q. 10. ar. 4. ad. 3. Sa-
lutem autem aeternam nunquam quis habet sine fidem Christi expli-
cita: licet alii teneant oppositum quod videtur sentire. D. Th.
Sec. 2. q. 2. ar. 7. & 8. ego autem hoc præmissus tractabo in. 2. 4.

Folio. 158. vbi legis, Si in capillis fiat aspersio aquæ, cre-
do quod est, baptismus, intellige quod mihi sic videtur
probabile propter ea quæ ibi citauit ex factis. D. Petri,
&c. quia sic lauatur in capite ille qui baptizatur, quod est
principia pars hominis: sed in dubio securius est quod
talis rebautizetur sub conditione.

Folio. 160. vbi legis, Si amates existentes in pectore baptizen-
tur probabiliter potest teneri, quod remittitur eis peccatum, in-
telligo de illis, qui in prudenteria cum essent, voluerunt bapti-
zari, apparueruntque in illis signa doloris: & intelligo quod
hoc non est contra scripturam, nec contra aliquam Ecclesiæ defi-
nitionem, licet, ut ibidem dico, oppositum reponito tutum.

Folio. 161. vbi legis, vñq; ad Ecclesiæ determinationem potest de-
fendi quod in sacramento confirmationis non necessario requiri-
tur aliq; materia, intelligo quod, quia Caiet. & alij aliqui
doctores illud dicunt, non est meum nec aliorum doctorum illud
condonare, quousque ecclia condonet, licet ego oppositum cre-
dám certum, & de fide, ut ibi dico, & probolo latè contra alios.

Folio. 224. col. 1. vbi legis, simplex sacerdos ex commissione
Episcopi, posset confirmare, si Papa non restingeret, intelligo quod
hoc mihi videtur dicere cœilia quæ ibi adhuc adduco.
Rideat qui melius intellexerit, ad illa cœilia: licet, quia
illa concilia erant provincialia, oppositum credo verum.

Folio. 294. col. 1. vbi legis, primus instans esse corporis
Christi, est ultimus instans esse panis sub accidentibus,

lege, primum instans esse corporis Christi, est primum
instans non esse panis sub accidentibus.

Folio. 375. vbi legis, sacerdos existens in peccato, cuius iam
celebrans recordatur, & si sine scâdalo posset, confiteri non
tenetur, intelligo quando iam est in processu Missæ quam
bona fide incepit sine conscientia peccati mortalium: quia
(vt ibi dico) non tenetur interrupere Missam quam sic incep-
pit, sed doleat de peccato, & proponat confiteri postea, &
idem dico de laico, postquam bona fide sine conscientia pec-
cati mortalium est iam ad measam Christi cum alijs communis
caturus, praesertim quod raro aut nunquam fit sine scâdalo.

Folio. 448. vbi legis, Sacrificium Missæ est mere representationis
eius quod in Cruce semel est per actum, intellige
quod hæc omnia sunt formalia verba cœili Coloniensis: & ego intelligo quod quatenus Ecclesia illud sanctum
sacrificium Deo patri offert, ut offerat solus in memoriam
Christi in Cruce oblati, prout sic est mere representationis.
Sed quatenus Ecclesia pro se offert in eo Christum
verum, satisfactionem & gratiam augmentum significat, &
sumentibus confert, & pro quibus offertur, satisfacit. Itaque
non est solus representativus (vt Lutherani dicunt.) Et sic in-
telligo illud totum quod ex illo cœilio Coloni. ibi deduxi.

Folio. 512. col. 2. vbi legis, quod non est preceptum obligans
ad novum peccatum mortale de penitentia interiori habendam:
illud dixi de aliquorum opinione: sed ego oppositam
credo veram: ut ibi & alibi dico.

Folio. 540. vbi legis, contritus est elicita à penitentia in-
fusa, & penitentia virtus est infusa à natura sua: intelligo
quod penitentia virtus illa cuius actus sanctificant,
non potest viribus humanis adquiri, sed est talis natura
quod non potest esse nisi per infusionem.

Folio. 587. col. 2. vbi legis, esto quod minus in se esset
æquale, &c. lege, esto quod munus in se esset æquale. Et
ibidem, vbi legis, Adamo est data innocentia pro tunc liberaliter,
& non ob passionem Christi intellige quod illa
gratia & innocentia in qua Adamus fuit creatus atque
peccaret, non fuit ob passionem Christi: quia si Adamus sic
perseueraret, & non peccaret, Christus non incarnaretur,
& sic nec esset Christi passio: sed omnis gratia & glo-
ria quæ data est, & dabitur hominibus postquam peccau-
erunt: datur virtute passionis Christi, qui nos redimit suo
sanguine sacratissimo.

Folio. 616. col. 1. vbi legis, quod non solus satisfactione impo-
sita à sacerdote, est pars sacramenti penitentiae, sed et alia
sumpta à penitente & non imposita à sacerdote: intelligo
de illa quæ penitentis sibi assumit ibidem in sacramento. Vt si
sacerdos imponat tres dies ieiunij: & penitentes proponit
& acceptat ieiunare 4. vel sex. & sacerdos consentit.

Folio. 628. col. 1. vbi legis, ad veram contritionem non requiri-
tur formale proposicium cœfendendi, intelligo quod sufficit
ponere, in futurum cauere ab omni peccato, & seruare omnia
mandata Dei: quia cum mandatum de confessione sit unum Dei
mandatum, iam ibi intelligitur. Oppositum autem est securum.

Folio. 16. col. 1. vbi legis, sed contra questionem qua dicitur,
&c. lege, sed contra conclusionem, &c.

Folio. 162. vbi legis, In baptismate aquæ remittuntur pecca-
ta eis remissa per contritionem, intellige, quia apponitur
scđus remissori quod remitteret, si non inueniret remissa.

Folio. 135. vbi legis, Circuncisio potius erat ad distinguendū
populū quam ad tollendū originale, lege, Circuncisio potius
erat ad delendū peccatum originale quam ad di-
uidendum populum.

Aliqua alia menda forte repertæ Christiane lector, ex defectu alicuius literæ, sed facile comprehendes ex incu-
ria excusorū prouenire. Tübtoni consule, & fidei sacrosancta Romana Ecclesia semper meum cōfiterere, quam tota
mente, semper profiteor, & in ea mori protector, cui me & omnia mea semper submittō.

FINIS.